An diesem Diario hat mit arbeiten helfen Dan. Müllerus, welcher als Rector in der Fürsten-Sch. Meiß. verstorben. Vid. Gel. Lex. Jöcheri.

Nr 224.



M. HENNINGUS WITTE. RIGA. LIVONUS. IN PATRIA. ELOQ. ET. HISTOR. PROF. P. ANNO ÆTATIS SVÆ LIII. CHRISTI. M.DC.LXXXVIII.

Livonus friget, glacie riget horrida Riga;
WITTIUS haud friget, nec riget: ignis inest.
Heus auditor, ad hunc accede; Sat inde calesces.
Igneus Orator, dum docet, ore micat.

C. ARNOLDUS.


HENNINGI
WITTE
DIARIUM
BIOGRAPHI-
-CUM.

DIARIUM BIOGRAPHICUM,

IN QUO

SCRIPTORES SECULI POST NATUM CHRISTUM XVII. PRÆCIPUI,

Quos inter Reges, Principes, Pontifices, Cardinales, Episcopi, Theologi, JCti, Medici, Philosophi, Mathematici, Oratores, Historici, Poëtæ, Philologi, Antiquarii, Artifices,

Absque Nationis, Religionis & Professionis discrimine,

Juxta annum diemque cujusvis emortualem, concisè descripti magnô adducuntur numerô.

LIBRI ITIDEM EORUM,

In Ebraica, Syriaca, Chaldaica, Arabica, Æthiopica, Persica, Sinica, Indica, Japonica, Malabrica, Græca, Latina, Italica, Hispanica, Gallica, Anglica, Germanica, Svecica, Danica, Polonica, Belgica, aliisque lingvis consignati,

LATIÔ RECENSENTUR IDIOMATE,

Ut eruditio præsentis ævi, tanquam in speculo, uvô intuitu cognosci queat,

OPUS,

Ex variis, tam editis, quàm aliunde acquisitis monumentis literalis, indefessô studiô ac maximô labore confectum,

ab

HENNINGO WITTE.

Præmittitur Dissertatio de multiplici libri hujus usu, acceditq; demum Index, juxta Auctorum cognomina.



GEDANI,

Sumptibus MARTINI HALLERVORDII, Bibliopolæ Regiomontani.

Imprimebat DAVID-FRIDERICUS RHETIUS, 1688.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
SVECIÆ
SENATORIBUS MAXIMÆ FIDEI
INTIMÆQUE ADMISSIONIS
ILLUSTRISSIMIS EXCELLENTISSIMIS COMITIBUS AC DOMINIS,

DN. JACOBO JOH. HASTFERO,

SUPREMO MILITIÆ PEDESTRIS
VICARIO GENERALI, PER LIVONIAM GUBERNATORI, BARONI IN KOSTFER &c.

DN. ERICO LINDSCHILDIO,

CANCELLARIO AULICO EMERITO,
TOPARCHÆ IN STAAFSUND &c.

*LITERARUM VIRTUTUMQUE
PATRONIS DOMINIS SUIS BENIGNISSIMIS SALUTEM ATQUE INCOLUMITATEM PERPETUAM!*

ILLUSTRISSIMI ET EXCELLENTISSIMI SENATORES REGII, DOMINI PERQUAM GRATIOSI.

MArtem æquè ac Palladem adamantinô quasi nexu veteres conjungere voluerunt. Hos ut presſius inſequar, Heroës aliquot excelsô Principum ac Comitum, imò & Regum, prognatos ſtemmate, in quantum ſublimis ingenii ſui monumentis præſens illuſtrârunt ſeculum, luci iterum exponere auſus ſum. Foris hi quandoque forti pugnârunt manu, quoties nempe Patriæ id deſideravit utilitas, & domi nihilominus, otio redditi gratisſimo, animum, ad maxima quævis aptum, unô atque alterô vel pietatis vel eruditionis exquiſitæ ſpecimine declarârunt. Illos noſtrô extitiſſe ævô decenter veneror, & poſteris prædicandos jure meritóque relinquo. Sunt inſuper in alia veluti claſſe collocati, quorum ſimiliter nomina atque merita nullis unquam temporum delenda tenebris cenſentur. Hâc igitur fini Theologos, Jureconſultos, Medicos, Philoſophos, Oratores, quin ingenuarum Artium & Scientiarum Sectatores

tores quoſcunque, ex orbe propemodum univerſo, quot eorum adipiſci licuit, poſt fata quaſi redivivos, in tenui exhibeo opuſculo. Atque hæc cauſa eſt, cur Generoſisſimum Mavortis & Ingenioſisſimum Minervæ Nepotem, cui dicare hanc & conſecrare Diatribam velim, ſolicitâ quadam mente quæſiverim. Tu, Excellentisſime Heros, HASTFERE, Martiam intrepidè arripuiſti haſtam, ut, pro invicta POTENTISSIMI REGIS Tui gloria, acerbisſimis cum hoſtibus feliciter non minùs, quàm animosè pugnares. Tibi proinde, DOMINE, laus fortisſimi debetur pectoris, ac incredibile quoddam generoſisſimæ mentis Tuæ robur Sveonum explicant Annales, quoties bellicas expeditiones ex veritatis referunt tripode. Profectò niſi inſignis in Te Virtus ac Prudentia evidenter eluxiſſet, nequaquam SERENISSIMUS REX Te ad ſecretiora Regni ſui conſilia adhibuiſſet, nec ſupremo Livoniæ admoviſſet gubernaculo, prout nunc omnium noſtrûm, utinam diutisſimè! gaudio ac emolumento Provinciam hanc perquam arduam dexterrimè moderaris. Quamobrem, ſub clypeo Tuo, tot hîc proſiliunt Hectores, quot in libello hocce perilluſtres conſi-

gnati

gnati leguntur Scriptores, ſagi & togæ decore valdè conſpicui. Si fortè etiam Momus, qui Theoninô arrodere dente cuncta aſſolet, meum carperet conatum, Tu, Heros bellicoſisſime, veloci ac minitante haſtâ, furias atroces & dira quælibet concuties facillimè. Neque leviora ſunt, quæ ad lucidisſimum Arctoi orbis Sidus, ad Te, Illuſtrisſime Comes, LINDSCHILDI, ex obſcuro Muſei angulo, me protrudunt. Quod olim Gallis Peireſcius, quod Germanis non ita pridem Boineburgius, id Tu Svecis hodie es Livonisque. Communi quippe voce Literatorum Mæcenatem te ſalutant, colunt, & in æternitatis fano hôc mactant elogiô, qui ſtudiis liberalium artium gnaviter incumbunt. Devotâ igitur manu menteque & Tibi, DOMINE, eruditos offero ex politiori Europa haud paucos, quique noſtro ſupereſſe ævo deſierunt. Non unius duntaxat diſciplinæ, aut, ut loquuntur, Facultatis Doctores complexus ſum, ſed cujusvis artis Scriptores pro virili ſiſtere allaboravi. Unde is mihi ſeligendus veniebat Patronus, qui pari modò in Scientiis excelleret omnibus. Talem Te, Generoſisſime Domine, reperiunt, quibus divinum in Te ingenium eruditionem ſub-

limem

limem, prudentiamque summam mirari indies contigit. Theologiæ enim Sacris Te probè imbutum esse, nemo ignorat, & celebrata Tua undique asserit Pietas. Dubio procul omni, propter eminentissimam hanc Virtutem, CELSISSIMO REGNI HEREDI, PRINCIPI OPTIMO, Te quoque Præfectum fama extulit. Quantum verò in vastissimo Juris Oceano versatus sis, Aula, Tribunal, Cancellaria totô adhuc die loquuntur. Philosophum, Polyhistorem & Oratorem Te præ aliis Academia Argentoratensis, & urbium ocellus, Lutetia, cum stupore quondam agnovêre, summisque extulêre laudibus. Testatur idem panegyris AUGUSTISSIMI REGIS, CAROLI GUSTAVI, dicata memoriæ. Declarant Tua passim Scripta, de Pace Germaniæ stabilienda, de Woldfangiatu Palatino Principi asserendo, aliisque magni momenti materiis, in publicum cum applausu emissa. Quid? quod ipsum Bœclerum, civilis prudentiæ Doctorem celeberrimum, pro Moguntinis acriter certantem, rerum oppugnaveris pondere, & ad hæc verborum flosculis, acutis sanè

&

& nulli non acceptisſimis, ſingula Tua genii monumenta exornaveris quàm judicioſisſimè. In Poëſi autem vix quemquam hodie habes, qui de palma contendere Tecum ullatenus audeat. Intelliges ex hiſce, Mæcenas, quid me impulerit, ut gregis Tui aſſociari cultoribus totus exoptem. Accipite itaque, GRATIOSISSIMI DOMINI, propitiô, ceu ſoletis, vultu, hoc, quicquid eſt, Patrociniô Veſtro, quaſi fulcro innixum. Quod ut ab illuſtrisſimi Nominis Veſtri ſplendore omne accipiet lumen; ita rebus meis certum idemque validum ſuppeditabit præſidium. DEUS Vos ſervet diu florentes, quò REGIS dextra, Patriæ Columna, Septentrionis ſtella eſſe & nuncupari verè queatis! Dabam Rigæ d. XXV. Febr. An. CIƆ IƆC LXXXIIX.

Illuſtrisſimas Excellentias
Veſtras

humiliter colens
M. HENNINGUS WITTE,
Eloq. & Hiſtor. Prof.

ΠΡΟΑΥ-

❧):(o):(❧

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ
Ad
LECTOREM.



Uoscunque expolitiori orbis parte, ubi literarum adhuc viget honor & exiſtimatio, ævi hujus nanciſci licuit ſcriptores, poſt fata ſua ſuperſtites, tanquam terreſtre aliquot Cœlum, ſuis ſubindeStellis exornatum, Tibi hîc exhibemus. Non tamen hi æquè omnes ſummâ fulgebunt claritate, nec ut primæ ubivis magnitudinis locum occupabunt; ſed ex iis nonnulli, ceu nebuloſæ & obſcuriores, apparebunt. Ut enim firmamentum diverſus minimè deformat aſtrorum ſplendor; ita nec noſtrum, quod in præſenti paramus, cœlum ſcriptorium. Hinc magnum quandoque & percelebrem inter eruditos virum alius tenuioris famæ pariter ac doctrinæ ſubſequitur, prout ille, qui cuncta falce exæquat ſuâ, fatali quemque horâ diſtingvit aut conjungit. Quod in omni ſcientiarum genere principes attinet, quique plurimorum ingenii monumentorum gloriâ excelluerunt, eos prolixios alibi, ceu omninò promeruére, jam tum retulimus; hîc verò quoslibet promiſcuè, idque paucis, adduximus, modò typis quicquam excudendum dederunt. Præterea neutiquam nobis judicium ſumimus, nec etiam debebamus; utrum quis venuſtô inceſſerit ſtilô, ſuaque ſingulari proſecutus fuerit ἀκριβείᾳ, vel non ſatis ad ſcribendum aptus acceſſerit. Talia quippe altioris eſſe indaginis, nec noſtri in hoc opuſculo inſtituti, nemo non facillimè intelliget. Satis videbatur nobis, conciſâ quadam expoſuiſſe ſerie, quinam potiſſimum hoc, in quo degimus, ſeculum ſcriptorum ſuorum facibus illuſtrârunt. Nequaquam autem talem nectere potuimus, cui in univerſum omnes, omiſſô penitus nullô, inſerti eſſent. Quis, quæſo, unquam, qui ubique ſunt, Doctorum colligeret vitas, ſcriptaque eorum ſingula exactè recenſeret? Quis vel præcipuos ætatis ſuæ ex omni gente Auctores cognoſceret, etſi

illis Solus intentus? Sicuti omnes in ſilvis feras capere poteſt nemo; ſic nemo unus idemque ſolus, ex variis mundi plagis, doctos explicabit ſcriptores. Rectè proinde ingenioſisſimus judicat Polyhiſtor, Morhofius, in ſuo Polyhiſtore, opere prorſus incomparabili, vix uni licere homini tam vaſtum argumentum exhaurire, quod adeò operoſum eſt, & literarum commercia penè infinita poſtulat. Unde quantò, per oceanum, ferè immenſum, ab aliis elegantioris literaturæ cultoribus divellimur, tantò pronius veniam, in re admodum difficili, ubi ſocium laboris habuimus nullum, dubio procul impetrabimus. Et quamvis plures noſtram effugiſſe induſtriam facilè credamus, ac ultrò profiteamur, non inutilem tamen hanc confidimus operam: Speramus ſiquidem fore olim, ut, honeſtâ accenſi æmulatione, alii poſt nos exiſtant, qui, peritiores talium, quæ nos ignorantiâ propemodum ineluctabili prætermittere coacti ſumus, egregiis ſuppleant acceſſionibus. Quin imo, ſi vitam Deus vireſque ex alto conceſſerit, ipſimet reſiduos continuare non ſolùm annos, integrumque abſolvere ſeculum; ſed & novos interpolare Auctores allaborabimus, in primis ſi larga ex aliis paſſim locis per Amicos huc delata fuerit funebrium eò ſpectantium copia. Lectores igitur omnes ſinguloſque quàm diligentiſſimè rogamus, ut, ſi fortè quempiam noverint, à nobis præteritum, qui memoriam ſui in libris reliquit editis, aut cujus ſcripta non ſatis plenè recenſuimus, documenta nobiſcum talia communicare haud graventur. Lipſiæ Excellentiſſimus Profeſſor, Adamus Rechenbergerus, & Francofurti ad Menum Per-Reverendus Eccleſiaſtes, Martinus Tiefenbachius, ad nos Rigam deſtinata dexterrimè procurabunt. Præterea nec hoc diſſimulandum, quod longe plures enumerare potuerimus, qui de Eccleſia, Republica, Academia præclarè meriti; attamen quum nihil prorſus in publicum emiſerint, inter ſcriptores noſtræ referre ætatis haud decebat. Fortaſſis & illud uni alterive diſplicebit, quod Monarchorum & Heterodoxorum aliorum inſanos quandoque fœtus luci denuò exponere nequaquam fuerimus veriti. Verum quî potuimus aliter? Hiſtoricus utique, cujus heic partes ſuſtinuimus,

à par-

à partium ſtudio totus abhorrere debet, nî limites ſui excedere muneris velit. Alia ſanè Theologis cônſtat ratio, utpote quibus inſulſa quævis, & à divinis devia literis, oppugnare convenit dogmata. Scopus in qualicunque hac Diatriba fuit unicè, ſcriptores, abſque Religionis ac Profeſſionis diſcrime, levi duntaxat penicillô adumbrare. Quid? quod illuſtris Thuanus multum utilitatis, ex adverſariorum libris & induſtria, ſi, ſemotis odiis, caritatem & æquitatem indueremus, ad Dei gloriam capi poſſe, firmiſſime aſſeveret. Ut verò benivolus Lector quodammodo cognoſcat, quem ex hocce ſibi promittere diario poſſit uſum, lemmata quædam, ſive excerpta, notare lubet, quorum tamen multò plura eſſe potuerunt. Sint igitur, quos curioſorum exponimus oculis,

(I.) Μικρόβιοι, qui in florida adhuc ætate, & ante XL. annum, ad plures commigrârunt, hôc ordine: Obiit nempe ætatis ſuæ annô

XIV. *Anna Maria Crameria*, Virgo docta.

XVI. *Ludovicus Woverius.*

XVII. *Nic. Kmiſic*, S. J. *Sybilla Schvartze*, Poës. cultrix.

XX. *Joh. Jac. Thurmius.* Phil.

XXV. *Paulus Müllerus*, Philos.

XXVI. *Elias Putſchius*, Phil. *Elias Schedius*, Poëta & Hiſt.

XXVII. *Joh. Kleinius*, Theol. *Jo. Lippius*, Th. *Mich. Schneiderus*, Phil. *Caſp. Linſchot*, Poëta.

XXVIII. *Sam. Bohlius*, Th. & Philol. *Phil. Jac. Rötenbeck*, Med. *Alb. à Manderſlo*, Eques, *Tob. Tilemanus*, Phil.

XXIX. *Virgilius Cæſarinus*, Nob. & Poëta, *Dudlejus Diggs*, Phil. *Natalis Rondininus*, Poëta, *Gothofr. Zapfius*, Phil.

XXX. *Chriſtianus Arndius*, Phil. *Sebaldus Suellius*, Philol.

XXXI. *Bernh. Bredelovius*, Theol. *Arn. Clapmarius*, Phil. *Sigiſm. Flachius*, JC. *Paulus Flemmingius*, Med & Poëta, *Paulus Heggius*, Phil. *Joach. Jeſenius*, Theol. *Daniel Michaelis*, Th. *Homlettus. Puleſton*, Phil. *Dan. Voetius*, Philoſ. *Chriſtoph. Schelhammerus*, Med. *Henricus Welmannus*, Medicus.

XXXII. *Guil. Cartwigt*, Poëta, *Joh. Crügerus*, Theol. *Joh. Hopnerus*, JC. *Otto Prætorius*, Orator.

XXXIII. *Sigism. Boldonius*, Med. & Phil. *Aloys. Cerchiarius*, Monachus, *Dan. Cramerus*, Theol. *Herm. de Foliis* Th. *Cæso Gremmius*, Phil. *Joach. Krakevitzius*, Theol. *Mich. Lyserus*, Med. *Barthol. Mayerus*, Theol. ERICUS OXENSTIERNA, Comes, *Herm. Querinus*, JC. *Georg. Schleiffig*. Phil. *Jo. Tauferus*, Theol. *Andr. Thuvonius*, Philos. *Uno Terserus*, Philol. *Alex. Ursinus*, Cardin. *Laur Wegerus*, Phil.

XXXIV. *Joh. Borgesius*, Med. *Edoardus Chaloner*, Theol. *Joach. Georg. Elsnerus*, Med. *Dan. Ægid. Heinrici*, JC. *Paulus Francus*. Philos. *Fried. Kettnerus*, Th. *Henr. à Lith*, Theol. *Gothofr. Fibigius*: JC. *Theoph. Grosgebaur*, Theol. *Christoph. Love*, Th. *Nicol. Petræus*, Theol. *Georg. Margravius*. Med. *Hartv. Wichelmannus*, Phil. *Jul. Wilh. Zincgreffius*, JC.

XXXV. *Henr. Baumannus*, Theol. *Georg. Berelius*, Phil. *Quirinus Cubachius*, JC. *Jo. Paulus Deroldus*, Th. *Jo. Arn. Friderici*, Med. *Maxim. Habersack*, S. J. *Mich. Frid. Ledererus*, JC. *Joh. Mitzelius*, JC. *Marc. Franc. Mastrillus*, S. J. *Christoph. Adamus. Rubertus*, Hist. & Orat. *Maxim. Schmidt*, JC. *Georg. Schultze*, JC. WILHELMUS HASSIÆ LANDGRAVIUS.

XXXVI. *Marc. de Bannieres*, S. J. *Mart. Braschius*, Phil. *Christoph. Helvicus*, Theol. *Barth. Hilscherus*, Th. *Georg. Queccius*, Med. *Joh. Christoph. Reinmannus*, Th. *Janus Rutgersius*, JC. *Frid. Rückig*, Phil. *Christoph. Sandius*, *Melch. Steinbruccius*, Theologus.

XXXVII. *Ericus Jo. Brochmandus*, Theol. *Sam. Columbus*, Poëta, *Andr. Groshennio*, Th. *Phil. Hannotel*, S. J. *Jo. Hoppius*, Med. *Barthol. Keckermannus*, Phil. *Franciscus Stypmannus*, JC. *Henr. Schævius*, Phil. *Wilh. Witzondorff* Theol. *Franc. Woodcock*, Th.

XXXVIII. *Claudius de Allard*, S. J. *Joh. Ball*, Phil. *Mich. Behmius*, Th. *Joh. Faber*, Orat. *Oliv. Hattemius*, Med. *Christoph. Hebenstreit*, Th. *Christ. Henriquez*, Hist. *Alb. Ines*, S. J. *Luc. Pollio*, Th. *Jo. Jac. Otto*, Th. *Jo. Georg. Pelshoferus*, Med. *Andr. Rudomina*, S. J.

S. J. *Arn. Syenus*, Med. *Gothof. Voigtius*, Phil. *Henr. Volckmarus*, JCtus.

XXXIX. *Joh. Barclajus*, Hist. *Franc. Burgersditius*, Philos. *Reinh. à Derschau*, Theol. *Mich. Ettmüllerus*, Med. *Paulus Hachenbergius*, Hist. *Joh. Herin*, S. J. *Christoph. Janus*, Theol. *Balth. Meisnerus*, Th. *Joh. Georgii*, Th. *David Lindenerus*, JC. *Herm. Ravenspergerus*, Theol. *Theophilus Stellartius*, Th. *Joh. Elias Rew*, Phil. Andr. Senftleben, JC. *Henr. Uffelmanus*, Theol.

(II.) μακρόβιοι, & qui octogesimum ætatis annum superârunt. Sic pervenit ad annum.

LXXXI. *Henr. Auberius*, S. J. *Henr. Gangalez de Avila*, Chronol. *Nicol. Boldellus* S. J. *Nic. Causinus*, Jes. *Ludov. de la Cerda*, Jes. *Joach. Coppenius*, Th. *Paulus Comitolus*, S. J. *Phil. Ludov. Ebenus*, Med. *Ant. de Escolar*, S. J. *Balth. Etzelius*, Jes. *Jo. Jac. Feschius*, JC. *Bapt. Fragosus*, Jes. *Petrus Faber*, Phil. *Jo. Beltr. de Guevara*, Th. *Rudolphus Goclenius*, Philos. *Goth. Henschelius*, Jes. *Abrah. Heidanus* Theol. *Ludov. Janninus*, S. J. INNOCENTIUS X. PONT. ROMANUS, *Ludov. Jungermannus*, Med. *Petrus Kenicius* Th. *Joh. Mettenburgius*, Med. *Mich. de Morelles*, Abbas, *Melch. Nicolai*, Theol. *Marcus Ant. Othelius*, JC. *Laur. Paulinus*, Archiepisc. *Henr. Regius*, Med. *Lud. Richeonus*, Nobilis, *Henr. Savilius*, Eques, *Andr. Sanctarellus*, S. J. *Joh. Schelhammerus*, Theol. *Joh. Soetefleischius*, Theol. *Georg. Schretelius*, Jes. *Wolfg. Schönlederus*, Jes. *Pet. Zimenius*, S. J. *Joh. Zechendorffius*, Phil.

LXXXII. *Petrus Alois*, S. J. *Franc. Aguardus*, Theol. *Joh. de Andrada*, S. J. *Ludov. Ballester*, Jes. *Jo. Laur. Berninus*, Eques, *Georg. Croke*, Eq. *Hieron. Fabricius ab Aquapendente*, Med. *Simon Gediccus*, Theol. *Jos. Halle*, Episc. *Tob. Matthæi*, Archiepisc. *Elias Major*, Phil. *Ludov. de Palma*, Jes. *Hier. Pecoratus*, S. J. *Joh. Paulus Oliva*, Jes. *Joh. Roberti*, Th. *Ludov. Septalius*, Med. *Mich. Barthol. Solon*, Th. *Mart. Perez de Unanoa*, S. J. *Tobias Wegnerus*, Th. *Sigism. Weierus*. Phil. *Miles. Windsore*, Phil.

LXXXIII. *Leo Allatius*, Theol. *Jo. Assuerus Ampslingius*, Med.

Tancredus Cottho, S. J. *Samuel Clarke*, Th. *Rich. Efcus*, S. J. *Jac. Grajus*, Theol. *Petrus Gonzalez de Mendoza*, Jef. *Didacus de Jepes*, Theol. *Gilb. Jronfides*, Epifc. *Jo. Sophron. Kozack*, Med. *Franc. Labata*, S. J. *Jac. Palmerefius*, Nob. *Franc. de Pifa*, Theol. *Jac. Salianus*, Jef. *Jo. Rud. Saltzmannus*, Med. *Franc. de Schmidt*, S. J. *Jacobus Tydæus*, Phil. *Franc. de Valente*, S. J. *Tob. Venner*, Med. *Greg. à Vincentio*, S. J. *Georg. Tob. Schwendendorffius*, JC.

LXXXIV. *Balth. Amicus*, Jef. *Steph. Baunus*, Jef. *Pet. Biverus*, S. J. *Arn. Bohyræus*, S. J. *Car. Claufius*, Med. *Hub. Clericus*, Theol. *Julius Fuligallus*, S. J. *Galil. de Galilæis*, Mathem. *Jac. Grandamicus*, Jef. *Adamus Ficquefort*, JC *Olaus Laurelius*, Theol. *Jo. Bapt. Manfus*, Villæ Marchion, *Guil. Montanus*, S. J. *Laur. Norvegus*, Jef. *Jac. Pontanus*, S. J. *Hieron. de Ripalda*, S. J. *Petrus Ribadeneira*, Jef. *Ludov. Sotomajor*, ord. Domin. *Thom. Tamburinus*, *Ludov. Sammarthanus*, Hiftoriogr. *Pontus Thiardæus*, Epifc. *Arn. Vechel*, Phil. *Corn. Columbanus Uranxius*, Abbas, *Hier. Petruccius*, Jef. *Nic. Zuerchius*, Jefuita.

LXXXV. *Oliv. Bonartius*, S. J. *Georg. Cieglerus*, Theol. *Emman. Diaz*, Jef. *Joh. Falconerus*, S. J. *Ang. Gazæus*, Jef. *Chriftoph. Longomontanus*, Mathem. *Picus Mutius*, Phil. *Alex Nowellus*, Theol. *Gualth. Paulus*, Jef. *Barth. Petrus*, Th. *Julius Pacius*, JC. *Joh. Streitbergerus*, Theol. *Greg. Rofeffius*, Jef. *Henr. Sommalius*, Jef. *Vitalis Theronus*, S. J.

LXXXVI. *Robertus Arnauld*, Eques, *Jo. Francifcus*, Jef. *Joh. Ferrandus*, Jef. *Cæf. Gallus*, JC *Gabr. Chiabrera*, Poëta, *Gerh. Hanewinckelius*, Theol. *Marcus Ant. Peregrinus*; Eques, *Bern. Realinus*, Jef. *Melch. Sebizius*, Med. *Steph.* Stapel, S. J. *Ægid. de Schmidt*, Jef. *Laur. Tuppius*, JCtus. *Magnus Mathiæ*, Epifcopus.

LXXXVII. *Theod. Beza*, Theol. *Phil. Camerarius*, JC. *Franc. Efcriva*, Jef. *Nicol. Hemmingus*, Theol. *Jo. Lantfortius à Thurnhaut*, Phil. *Cafp. Klee*, Theol. *Andr. Kohl*, JC. *Guil. Laud*, Archiep. *Flor. van der Haer*, Eques, *Andr. Laurentius*, Med. *Carolus Lallemant*, S. J. *Valent. Mangionius*, S. J. *Andr. Quærengus*, Prælatus, *Steph. Paf-*

Pasquierius, JC. *Franc. de Quereu*, Th. *Jo. Dam. Ottonellus*, Jes. *Theoph. Raynaudus*, S. J. *Alph. Rodriquez*, *Scævola Sammarthanus*, Nobilis, *Gisbertus Voetius*, Theol. *Guil. Oughtredus*, Math. *Henr. Vestringius*, Theol. *Bernh. Zanonius*, S. J. *N. du Cloos*, Medicus.

LXXXVIII. *Joh. Bonifacius*, J. C. *Carolus de Bonieres*, Jes. *Guil. Buecius*, Jes. AUGUSTUS DUX BRUNSVICENSIS, *Carolus Butlerus*, Phil. *Scipio Claramontius*, Phil. *Franc. Costerus*, S. J. *Thom. Fitzherbertus*, S. J. *Jac. Gord. Lesmoræus*, Theol. *Georg. Elger*, Jes. *Guil. Lacæus*, Jes. *Andr. Rentius & Rich. Schmidt* Jes.

LXXXIX. *Bernh. Castorius*, S. J. *Mich. Renniger*, Theol. *Jo. Thornboraugh*, Episcopus.

XC. *Thom. Allenus*, *Phil. Harderus*, Theol. *Franc. Junius*, Junior, Theol. *Nicol. Longobardus*, S. J. *Petrus Molinæus*, Theol. *Joh. Major*, Th. *Jo. Mariana*, Jes. *Alph. Rodriquez*, Jes. *Justus Vondel*, Poëta, *Georg. Wirth*, Med.

XCI. *Alex. Achilles*, Nobilis, *Sebast. Salelles*, S. J. *Thom. Hobbes*, Phil.

XCII. *Sim. Goelho*, Theol. *Jac. Crucius*, S. J. *Mart. Grat. Gerlichius*. Theol. *Ludov. de Pontis*, Miles, *Jac. Sirmandos*, Jes. *Paulus Rudriquez*, S J.

XCV. *Hubertus Wiltheim*, S. J.

XCVIII. FRANC. ANNIBAL DUX D' ESTREES, *Nicol. Pavillonius*, JC.

XCVI. *Joh. Balth. Athanasius*, Jes. *Thomas Finckius*, Med. & Mathem. *Joh. de Gvevara*, Theol. *Jo. Canuti Lenæus*, Archiepisc.

C. *Ferdin. de Sanctiago*, *seu de S. Jacobo*. Theol.

CIII. *Robertus Constantinus*, Philos.

CVIII. *Joh. Lopez*, Theol.

(III.) Qui natali suô obierunt. Inter illos fuit *Kenelmus Digbius*, Eques, *Joh. Heurnius*, Med. *Joh. Hevelius*, Mathem. *Joh. à Fucht*, Theol. *Alb. à Manderslo*, Nobil. *Matth. Schrick*, S. J. *Joh. Elias Rew*, Phil.

(IV.) Qui cruentâ & tragicâ morte interierunt. Sic *Paulus Jos. de*

Arriaga.

Arriaga, Jes. naufragiò; *Joh. Blomius*, Phil. αὐτοχειρίᾳ; *Petrus Bardin*, in aquis suffocatus; *Cornelius Bontekoe*, Med. lapsu per scalas! *Israël Bringius*, JC. conculcatus ab equis ferocioribus; *Wenceslaus Budovitz*, Baro, gladiô; *Daniel Chamier*, Theol globô militari; *Henr. Garnetus*, S. J. laqueô; *Jo. Henr. Höttingerus*; Theol. in flumine; *Jessenius à Jessen*, Med. gladiô; *Guil. Laud*, Archiep. Securi; *Secundus Lancelottus*, Sanguinis ictu; *Georg. Pinellus*, Ex fenestra se præcipitans; *Janus Nicolai*, Med in puteo; *Jo. Elias Rew*, Phil. in fulmine suffocatus; *Justus Gerh. Rinckius*, fulmine tactus; *Rob. Morisonius*, Med. è rheda præcipitatus.

(V.) Qui in Rectoratu Academico obierunt. Exemplo esse possunt *Casp. Bartolinus*, Theol. & Med. Hafniæ; *Thomas Bartholinus*, Med. ibidem; *Daniel Becker*, junior, Med. Regiomonti; *Joh. Chresnecophorus*, Med. Upsaliæ; *Balth. Meisnerus*, Theol. Wittenbergæ; *Enochus Gläserus*, JC. Helmstadii; *Jacobus Ebertus*, Theol. Francofurti Marchici: *Stephanus Hein*, Phil. Rostochii; *Georg. Lothus*, junior, Med. Regiomonti; *Christoph. Prebisius*, JC. Lipsiæ; *Arnoldus Vechel*, Phil. Franekeræ; *Albertus Vogtius*, Theol. Gryphiswaldii; J*oh. Wollebii* Theol. Basileæ; *Henr. Zoesius*, JC. Lovanii; *Tacho à Glins*, JC. Franekeræ &c.

(VI.) Qui unô eodemque die obierunt. Hoc contigit Ex Theologis. *Emman. Acostæ* & *Christoph. Pezelio*; *Bened. Ariasmontano* & J*ac. Herbrando*; Jo. *Alardo* & *Theod. Eberto*; *Henr. Arningio* & *Georg. Ernesto*; *Henr. Baumanno* & *Carolo Drelincourt*; *Theod. Berckelmanno* & *Matth. Bembo*; J*ac. Bajolio* & *Henr. Vestringio*; J*ano Birckerodio* & *Georg. Puttnero*; *Christoph. Butelio* & *Petro Pantino*; *Arn. Boecop* & *Georg. Stampelio*; *Henr. Boethio* & *Laur. Norwego*; *Gottfr. Christ. Bosio* & J*oh. Paulino*; J*o. Henrico Bucholtzio* & *Vincent. Balestrierio*; *Abrah. Calovio* & *Barthol Stossio*, in quorum obitum simultaneum nonnemo hisce lusit versibus:

STOSSIUS heu! moritur, pariter CALOVIUS unà,
Ambo Senes, ambo lumina quisque suis.

Ille Reformatis cultus quasi Numen, & alter
Saxoniæ columen Relligionis erat.
Non potuêre sacros vivi componere motus,
Hinc dirimit litem Mors, & utrumque citat.
Servat uterque diem, nunc se comitantur ad astra,
Conveniuntque polo, qui nequiére solo.

Merico Casaubono & *Edm. Straunton: Nathan. Dilgero* & Jo. *Vlr. Magero; Henr. Eckardo* & *Paulo Laurentio; Henr. de Foliis* & Jo. *Quistorpio; Henr. Engelgrave* & Jac. *Swertio; Matth. Hafenreffero* & *Phil. Moncæo; Theod. Hackspanio* & *Franc. Suarezio: Ludov.* Jacobi & *Henr. Moro;* Jo. *Hier. Kinich* & *Wilh. Wtzendorffio; Henr. Höpfnero* & *Franc.* Loriot; Jac. *Gippenbuch* & *Christiano Webero;* Jo. *Bapt. Giattino* & Jo. *Wilkins; Matth. Mayrhovio* & Joach. *Willio; Balth. Rhawe* & Jo. *Bapt. Rossi; Henr-Müllero* & *Casp. Hammer-Schmidio;* Jo. *Ad. Schertzero* & Jo. *Alb. Thiloni.*

Ex Theologis & JCtis, *Conr. Asleco* & *Luc. Becmanno; Guil. Bischop* & *Ern. Cothmanno; Georgio Crucigero* & Jo. *Frid. Schmidio; Petro Bivero* & *Georg. Christ. Walthero; Edoardo Bagsham* & Joach. *Schnobelio;* Jac. *Granado* & Joh. *Goddæo; Henr. Haukins* & *Henn. Rennemanno; Nicol. Hemmingo* & Jo. *Wolffio; Melch. Knab* & *Christoph. Besoldo; Christoph. Feigio* & *Ægidio von der Myle; Auberto Miræo* & *Eusebio Caimo; Rob. Skinner* & *Quirino Schachero;* Jac. *Suarezio* & *Alb. Leonino à Croenwouda, Hub. Wiltheim,* & Jo. Jac. *Wissenbach; Theod. Zwingero* & *Petro Olhafio.*

Ex Theologis & Medicis, *Edoardo Chetwynd* & *Pet. Laurenbergio; Laur. Forero* & *Henr. Fuiren; Sixto Bertram* & *Franc. Plempio;* Jo. *Vlrico Pregitzero* & Jo. *Arn. Friderici; Dion. Guillen* & *Dan. Sennerto; Franc. Guttierrez* & Joach. *Tanckio; Henr. Marcellino* & *Goth. Mæbio;* Jo. *Christoph. Isingio,* & Jo. Jac. *Debelio; Rob. Personio* & *Isr. Spachio; Wolfg. Speth* & Jo. Jac. *à Brun; Mart. Perez de Unanoa* & *Georg. Kirstenio; Henr. Uffelmanno* & *Petro Müllero;* Joh. *Andreæ Lucio* & *Sebast. Scheffero.*

Ex Theologis & Philosophis *Ludov. de Aleazár* & Jac. *Christmanno;*

Corn. Burgesse & *Henr. Bangerto*; *Joh. Hermanno* & *Hartvico Wichelmanno*; *Joh. Majori* & *Jo. Ad. Tassio*; *Petro de Marca* & *Isr. Bringio*; *Pet. Morino* & *Henr. Meibomio*; *Carolo Malepertio* & *Joh. Keplero*; *Sim. Ursino* & *Jo. Bapt. Helmontio*.

Ex Theologis & Hiſtoricis, *Guil. Lyford* & M. Z. *Boxhornio*; *Petro de Campis novis* & *Vito Beringio*; *Barthol. Jacquinotio* & *Georgio Whear*; *Christiano à Stöcken* & *Erasmo Vindingio*.

Ex Theologis & Philologis, *Conrado Barthels* & *Johanni Zechendorffio*.

Ex JCtis, *Justo Oldecopio* & *Christoph. Tetschio*.

Ex JCtis & Medicis, *Hieronymo Bignonio* & *Thomæ Finckio*; *Hippolito à Collibus* & *Guil. Laurenbergio*; *Ern. Frid. Schrötero* & *Jo. Georg. Elsnero*.

Ex JCtis & Philoſophis, *Andr. Hollendero* & *Jo. Zeisoldo*; *Obrechto Gifanio* & *Barthol. Keckermanno*.

Ex Medicis & Philoſophis, *Jo. Hovelio* & *Tob. Magiro*; *Jacobo Seidelio* & *Jo. Bapt. Portæ*; *Gerhardo Himselio* & *Georgio Berelio*.

Ex Medicis & Poëtis, *Mart. Rulando* & *Paulo Melisso*.

Ex Philoſophis, *Mart. Vogelio* & *Jo. de Bruyn*.

Ex Poëtis, *Matth. Casim. Sarbievio* & *Paulo Flemmingio*; *Conr. Bavaro.* & *Guil. Cartwight*.

Ex Hiſtoricis & Poëtis, *Joh. Meursio* & *Mart. Opitio*.

Ex Philoſophis & Hiſtoricis, *Hartv. Wichelmanno* & *Christoph. Adamo Ruberto*.

(VII.) Qui Sponſi obierunt. Sic ad meliora tranſiit *Paulus Flemmingus*, Poëta; *Jo. Georg. Macasius*, Medicus, Huc & quodammodo referri poteſt *Guil. Oughtredus*, Mathem. qui ſenex præ nimio gaudio extinctus eſt.

(VIII.) Qui ultra L. annos in publico officio vixerunt. Ex illis eſt *Abrah. Heidanus*, qui vixit in Miniſterio 51. annos; *Gerh. Hanewinckelius* in officio 58. *Meno Hannekenius* 52. *Thom. Finckius* 65. *Thom. Lansius* 51. *Petrus Molinæus* 66. *Elias Major* 55. *Joh. Major* 62. *Felix Platerus* 56. *Christoph. Neander* 53. *Basil. Satler* 55.

Mich.

Mich. Angelus Rota 54. *Melchior Sebizius* 61. *Joh. Stemannus* 51. *Joh. Teckenburgius* 52. *Ægidius Strauchius* 57. *Gisbertus Voetius* 65. *Georg. Tobias Schwendendorffius* 54. *Joh. Conr. Ulmerus* 53. *Nicol. Varenbulerus* 56. *Herm. Vultejus* 55. *Tob. Wagnerus*, 56. *Joh. Zechendorffius* 52.

(IX.) Qui cæcitate laborârunt, fuit *Ulysses Aldrovandus*, Philos. *Franc. Ayres*, S. J. *David Blondellus*, Historicus, *Theophilus Cassegrain*, Theol. *Joh. Borgesius*, Med. & Mathem. *Galilæus de Galilæis*, Mathem. *Henricus Risius*, Phil. *Huldaricus Schönbergerus*, Phil. *Mart. Zeilerus*, Histor. qui alterô tantùm oculô suos labores omnes peregit, dextrô à teneris vitiatô. Huc & Spectare videtur *Joh. de Aquilar*, Poëta, qui truncis manibus natus est, & *Joh. Baptista Lallius*, JC. Surdaster.

(X.) Qui varias Legationes sustinuerunt. Quos inter *Joh. Salvius Adler*, Baro; *Alexander Achilles*, Nobilis, *Carolus de Banieres*, Baro; *David Gloxin*, JC. *Petrus Fritze*, JC. *Jo. Vincentius Imperialis*, Dux; *Vincent. Fabricius*, JC. & Poëta; *Jacobus Lampadius*; *Henr. Meierus*; *Georg. Richterus*; *Didacus de Saavedra*; *Justus Sinolt cognom. Schütze*, JCti; *Ken. Digbius*, Eques; *Tobias Ohlhafen*; *Joach. Schnobelius*; *Joh. Stuckius*, JCti; *Joh. Demetrius Solicovius*, Theol. qui XXIV. vicibus Legatus fuit; *Joh. Schultes*, *Joh. Schwartzkopffius*, JCti; *Henr. Wotton*, Eques, & plures alii.

(XI.) Lapidis Philosophici Investigatores. Ad quos referunt *Balthas. Brunnerum*, Med. N. *Bütlerum*, Nobilem; *Joh. Grassæum*, aliàs *Chortalassæum* JC. *Mich. Sendivogium*, Baronem, aliosque.

(XII.) Qui cælibem duxerunt vitam. Ad hanc spectat classem *Christoph. Elderfeld*, Theol. *Ludov. Jungermannus*, Med. *Carolus Ogerius*, JC. *Martinus Opitius*, Poëta; *Blasius Pascalis*, Nobilis, *Nicolaus Claudius Fabricius Peirescius*, JC. veritus, ne in caniculam incideret, quæ latratu suô perpetuas ei crearet molestias; *Adamus Theod. Siberus*, Orator; *Herm. Witekindus*, Phil. qui mulierum consuetudinem aversatus est, quod vix liceat quidpiam frugi ex ea consequi, & de tricis solùm ac nugis verba facienda cum ipsis

 forent.

forent.

(XIII.) Rerum novarum inventores. Sic *Hieron. Fabricius ab Aquapendente* creditur esse inventor *Aloës Rosatæ*; *sic Jo. Montanus* primùm in Silesia *Terram Sigillatam* invenisse dicitur, quâ multos graves morbos feliciter curavit. Sic *Qualterus Raulæus*, Eques, in India Occidentali *Virginiam* detexit. Quò etiam referimus eos, qui aliquid fundârunt, ut; *Thomas Bodlejus Bibliothecam Oxoniensem*; *Franc. Alesius*, Episc. *Ordinem Visitationis*; *Sigism. à Bircker Societatem Pegnensem*; *Angelus Cæsius*, Dux, *Academiam Linceorum* &c.

(XIV.) Scriptores Anonymi, qui, suppreßô nomine suô, scripta ediderunt. Inter illos invenitur,

Ex Theologis, & in primis Jesuitis, *Vincent. Aranea*; *Laur. Andertonus*; *Laur. Bojerus*, *Theoph. Bernardinus*, *Christ Baumannus*, *Phil. Bebius*, *Andr. Brunnerus*, *Jo. Brueil*, *Ignat. Bomplanus*, *Jac. Balde*, *Rob. Castellus*, *Nic. de Conde*, *Alb. Curtzius*, *Paulus Comitolus*, *Guil. Calaveranus*, *Guil. Federle*, *Front. Ducæus*, *Guilielmus Fabricius*, *Carolus de Grobendancque*, *Jo. Ferrier*, *Horatius Crassius*, *Jac. Caterus*, *Alex. Fichetus*, *Balth. Conradus*, *Paulus Hoffæus*, *Ant. Hoskinus*, *Jo. Isfordin*, sub nomine collegii Pragensis, *Jo. Horrion*, *Paulus Kühn*, *Nicol. Kmicic*, *Leon. Lessius*, *Paulus Laymannus*, *Georg. Kaldius*, *Mich. Loscher*, *Christoph. le Juge*, *Guil. Luceus*, *Maximil. Habersack*, *Alex. Lorencowic*, *Jo. Leurechan*, *Alph. Gianottus*, *August. de Herrera*, sub nomine Lectoris Theol. Moralis in cathedrali Bononiæ; *Nicol. Lancitius*, *Valent. Mangonius*, *Od. Malcotius*, *Petrus Maillart*, *Henr. Lamormainus*, nomine Collegii Cracoviensis, *Adr. Mueleman*, nomine collegii Monachiensis, *Matth. Nennichen*, *Phil. Nutius*, *Carolus à Kreutz*, *Thom. Odoenus*, *Jo. Hieron. Sopranis*, *Alb. Rosciszewski*, *Jo. Rousselet*, *Petrus Anellus Persius*, sub nomine collegii Augustani, *Jo. Priccius*, *Mich. Senescallus*, *Aloys. Spinola*, *Leo Sanctius*, *Georg. Stengelius*, *Wolfg. Schönlederus*, *Scipio Sgambatus*, *Placidus Samperus*, *Henr. Seguin*, *Phil. Suevezelius*, *Car. Scribanius*, *Joh. Gerhardi* alias *Tamsonus*, *Jul. Solimanus*, *Christoph.*

ſtoph. Steborius, ſub nomine collegii Croſenſis, *Matth. Caſim. Sarbievius*, *Joh. Baptiſta Schellembergh.*, *Auguſt. van Teylingen*, *Joſ. Spucces*, *Sever. Karvat Wokiciewicz*, *Henr. Wangnereck*, *Ant. Valentinus*, *Mich. Walpolus*, *Jo. Volco*, *Petrus Zimenius*, *Ludov. Wapy*, *Car. Zambertus*, *Luc. Zaluski.*

Ex JCtis, aliiſque, *Tobias Matthæus* Eques, *Antonius Collerus*, JC. *Richardus Steinius*, L. B. *Hippolitus à Collibus*, JC. *Marcellus Franckemius*, JC. *Julius Wilh. Zincgreffius*, JC.

(XV.) Pſeudonymi, ſeu Scriptores Suppoſititii, qui ſub alieno nomine quædam in publicum emiſerunt. Quò ſpectant

Ex Theologis, & in primis Jeſuitis, ALEXANDER VII. Pontifex Romanus, ſub nomine Philomathi; *Didacus Alvarez*, ſub nomine Melch. Zambrani; *Cæſar Aluccius*, ſub nomine Georgii Poſtii; *Joſephus Auguſtinus*, ſub nomine Decii Cyrilli; *Nic. Berzettus*, ſub nomine Cleontis Torbizi; *Guil. Aſchendorffius*, ſub nomine Romani Altglaub, Philo. Chriſtiani; *Chriſtophorus Borrus*, ſub nomine Honuphrii; *Herm. Boſendorffius*, ſub nomine Hermetis Piſtorii; *Guil. Bathæus*, ſub nomine Petri Manrique; *Frid. Bartſcius Bruſſus*, ſub nomine Frid. Bauſſi Theologi: *Guil. Calaveronus*, ſub nomine Franciſci Sanbenedicti Collectoris; *Adrianus Crommius*, ſub nomine Caſimiri Dourmani; *Andr. Blancus*, ſub Candidi Philalethi nomine; *Joſ. Creſwellus* ſub nomine Jo. Pernii; *Joh. Earle*, ſub nomine Ed. Blount; *Laur. Forerus*, ſub nomine Thomæ Viti; *Tancredus Cottho*, ſub nomine Academici occulti; *Alphonſus Gianottus*, ſub nomine Alph. Antonii; *Guil. Gifford*, ſub nomine Wilh. Reginaldi & Guil. Roſsæ; *Balth. Hogelius*, ſub nomine Dan. Paradini; *Jo. Hamerus*, ſub nomine anagrammatico Hermanni Joſema; *Felix Girardus*, ſub. Celſi Grafredii nomine; *Guilh. Grumppenberg*, ſub nomine Rodolphi Grimming; *Joh. Grothaus*, ſub nomine D. Heiſter; *Petrus Heylin*, ſub nomine Theophili Churchman; *Thomas de Ituris*, ſub nomine Th. Pii; *Balduinus Junius*, ſub nomine Conſtantini Peregrini; *Joh. Floyd*, ſub nomini Annoſi Fidelis Verimontani; *Jacobus Kellerus*, ſub

Jacobi Sylvani nomine; *Jo. de Machault*, ſub nomine Jo. Galli; *Julius Nigronius*; ſub nominibus Lucii Horingii & Pamphili Landi; *Phil. Monetus*, ſub nomine Vilbonii; *Petrus Patzmannus*, ſub nomine Joh. Jemicii Parochi Senquienſis; *Anton. Poſſevinus*, ſub nominibus Nicolai Gallerii, Phil. Toſæ & Jos. Fontanæ; *Chriſtianus Hoburg*, ſub nominibus Bern. Baumanni, Chriſtiani de Mantaldo, Eliæ Prætorii, & Andr. Sauberlich; *Hieron. de Parca*, ſub nomine Gerhardi de Cruce; *Joh. Dom. Ottonellus*, ſub nomine anagramm. Odomenicigici Lelonati; *Car. Papinus*, ſub nomine Academici irreſoluti; *Joh. Bapt. Poza*, ſub Antonii de Saura nomine; *Mart. de Roa*, ſub nom. Ludovici Petri Franceſii; *Jac. Raggius*, ſub nomine anagr. Giragi; *Jo. Bapt. Roſſi*, ſub nomime Philomari de Euſebio Theopolitani; *Paulus Sarpius Venetus*, ſub nomine anagrammatico Petri Suavis Polani; *Caſp. Sawicki*, ſub nominibus Caſp. Cichochi, Lunouski & Joh. Golubski; *Thomas Saillius*, ſub nomine Adriani Vanhoo; *Car. Scribanius*, ſub nominibus Clarii Bonarſcii; & Romani Veronenſis; *Frid. Spee*, ſub nomine Theologi Romani; *Nicolaus Surius*, ſub nomine Hermanni Langeveltii; *Antonius Tarlatinus*, ſub Alexandri Maffæi nomine; *Gabriel Tellez*, ſub nomine Tyrſi de Molina; *Jonas Schlichtingus*, Socinianus, ſub nomine Joh. Simplicii; *Ludov. Richeonius*, ſub nominibus Ludovici de Beaumantier & Felicis à Gratia; *Joh. Stalpaldus van der Wielen*, ſub nomine Petri Reiſerii; *Matth. Wilſonus*, ſub nomine Eduardi Knotti; *Guil. Warfordus*, ſub nomine Georgii Durley Sacerdotis.

Ex JCtis, Medicis, Philoſophis, aliiſque eruditi nominis Viris, e. g. AUGUSTUS, DUX BRUNSV. & LUNEB. ſub nomine Guſtavi Seleni; *Hermannus Conringius*, Med. & Phil. ſub nomine Hect. Joh. Mithobii; *Joh. Freinshemius*, Hiſtor. ſub nomine Philæci; *Henricus Gebhardus*, aliàs *Weſenerus*, JC. ſub nomine Gotlieb Heilandi; *Georgius Phil. Harſdorfferus*, JC. & Poëta, ſub nomine Quirini Pegei; HERMANNUS, HASSIÆ LANDGRAVIUS, ſub nomine Vranophili Cyriandri; *Guil. Goeſius*,

Goesius, Nobilis, sub nomine Lucii Veri; *Georgius Hornius*, Histor. sub Honorii Reggii nomine; *Joh. Ingolsteterus*, Medicus, sub nomine Angeli Politiani; *Dominicus Macer*, Eques, sub nomine Nicod· Grimma; *Joh. Mich. Moscheroschius*, JC. & Hist. sub nomine Phil. von Sittwald; *Joh. Riolanus*, Med. sub Joh. Antarveti nomine; *Joh. Radinus*, Med. & Math. sub nominibus Rhamaussi, & Jac. Phil. Tomasini; *Joh. Joach. à Rusdorff*, Nobilis, sub nomine Hippoliti à Lapide; *Jo. Victor. Rossus*, sub Jani Nicii Erythrei nomine; *David Schram*, Phil. sub nomine Christophori Agricolæ; *Gasp. Scioppius*, Comes, sub nom. Pascasii Grosippi; *Mich. Sendivogius*, Alchimista, sub nomine anagrammatico divi Leschi genus amo; *Clemens Walkerus*, Armiger, sub nomine Theodori Veracis; *Georg. Valentinus Winter*, JC. sub nom. Venturæ de Valentis, JCti Veronensis; *Theodorus de Witte*, Phil. sub nomine Christoph. Fabri.

(XVI.) Polygraphi, qui laboriosâ sedulitate, pluribusque scriptis se posteritati cammendârunt. Hos inter jure meritoque reverendi veniunt.

Ex Theologis nostratibus, *Georg. Albrechtus*, *Frid. Balduinus*, *Balth. Bebelius*, *Joh. Botsaccus*, *Casp. Erasmus Brochmandus*, *Georg. Calixtus*, *Abrah. Calovius*, *David Chytræus*, *Daniel Cramerus*, *Hartm. Creidius*, *Mart. Crusius*, *Goth. Cundisius*, *Jo. Conr. Dannhawerus*, *Conr. Dietericus*, *Jo. Mich. Dilherrus Joh. Georg. Dorscheus*, *Justus Feurbornius*, *Casp. Finckius*, *Martinus Geierus*, *Joh. Gerhardus*, *Salom. Glasius*, *Alb. Grawerus*, *Petrus Haberkornius*, *Joh. Ludov. Hartmannus*, *Phil. & Jacobus Hailbrunneri*, *Meno Hannekenius*, *Joh. Hermannus*, *Joh. Himmelius*, *Matth. Hoe ab Hoenegg*, *Henr. Höpfnerus*, *Joh. Hülsemannus*, *Leonh. Hütterus*, *Ægidius & Nicolaus Hunnii*, *Andr. Keslerus*, *Hier. Kromayerus*, *Eilhardus*, *Lubinus*, *Polycarpus & Wilh. Lyseri*, *Jac. Martini*, *Johannes & Christianus Mathiæ*, *Joh. Maukischius*, *Joh. Matth. Mayfart*, *Balth. Meisnerus*, *Balth. Mentzerus*, *Joh. Micrælius*, *Philippus & Melchior Nicolai*, *Joh. & Henricus Mulleri*, *Lucas Osiander*, *Joh. & Gothofr. Olearii*, *Lau-*

rent. Paulinus, Paulus Röberus, Joh. Rudbeckius, Joh. Saubertus, Joh. Scharffius, Christoph. Scheiblerus, Joh. Adamus Schertzerus, Joh. Schmidius, Joh. Schröderus, Joh. Christoph. Seldius, Ægid. Strauchius, Joh. Elai Terserus, Theod. Thummius, Laurent. Vallius, Augustus Varenius, Joh. Henr. Ursinus, Tobias Wagnerus, Mich. Waltherus, Jac. Wellerus, Joh. Winckelmannus, Georg. Zeæmannus.

Ex Pontificiis, *Leo Allatius, Rob. Bellarminus, Julius Cæsar Bulengerus, Laurentius Beyerlingius, Thom. Campanella, Nicol. Causinus, Melch. Cornæus, Franc. Costerus, Mart. Anton. Delrio, Hier. Drexelius, Laur. Forerus, Jac. Gretserus, Jodocus Kedde, Athan. Kircherus, Phil. Labbe, Corn. à Lapide, Alb. Miræus, Jo. Eusebius Nierenbergerus, Theoph. Raynaudus, Angelus Rocca, Dionysius Petavius, Joh. Roberti, Maxim. Sandæus, Andr. Schottus, Jac. Sirmondus, Georg. Stengelius, Franc. Suarezius, Adamus Tannerus, August. Valerius, Conr. Vetterus.*

Ex Reformatis *Henricus Alstedius, Guil. Amesius, Moses Amyraldus, Carolus Drelincourt, Joh. Dalæus, Jo. & Conradus Bergii, Franc. Burmannus, Joh. Cloppenburgius, Ludov. Capellus, Joh. Coccejus, Joh. & Ludov. Crocii, Henricus à Duest, Andr. Essenius, Tham. Gatakerus, Josephus Halle, Abrah. Heidanus, Joh. Hoornbeck, Petrus Heylin, Jo. Henr. Höttingerus, Ant. Hülsius, Franc. Junius, Matth. Martinius, Sam. Maresius, Petrus Molinæus, Guil. Perkinsius, David Paræus, Jac. Revius, Andr. Rivetus, Frid. Spanhemius, Jac. Triglandius, Gisb. Voetius, Jac. Usserius.*

Ex JCtis, *Domin. Arumnæus, Bened. Carpzovius, Johannes Brunnemannus, Christoph. Besoldus, Prosper Ferinacius, Sigism. Finckelthusius, Hugo Grotius, Melch. Haiminfeldius Goldastus, Henr. Hahn, Joh. Harprechtus, Jo. Loccenius, David Mævius, Jacobus Mæstertius, Justus Oldecopius, Nic. Reusnerus, Christoph. Phil. Richterus, Conr. & Nicol. Rittershusius, Bern. Schotanus, Just. Sinolt cognomento Schütze, Quirinus Schacker, Tobias Schwendendorff, Jo. Otto Tabor, Arn. Vinnius, Joh. Jacobus Wissenbachius..*

Ex Medicis, *Casp. & Thomas Bartholini, Guil. Ballonius, Casp. Bauhinus,*

hinus, Herm. Conringius, Anton. Deusingius, Guil Fabritius Heidanus, Guil. Harveus, David Herlichius, Mich. Ettmüllerus, Gregorius & Jo. Dan. Horstii, Casp. Hoffmannus, Petrus Laurenbergius, Joh. Michaëlis, Jo. Riolanus, Guern. Rolfinckius, Phil. Jac. Sachsius, Melch. Sebitius, Daniel Sennertus, Conr. Victor Schneiderus, Raym. Joh. Fortis, Georg. Hieron. Welschius, Olaus Wormius, Thomas Willis.

Ex Philosophis, *Ulysses Aldrovandus, Tycho Brahe, Petrus Cassendus, Elias Ehingerus, Rud. Goclenius, Jo. Paulus Felvingerus, Claud. Franc. Milliet, Jo. Bapt. Morinus, Henricus Nicolai, Joh. Hevelius, Guil. Prynne: Ant. Ruvio, Jos. Justus Scaliger, Casp. Scioppius, Joh. Schefferus, Mart. Schoockius, Henricus Scævius, Casp. Schottus, Andr. Reyherus, Jacobus Thomasius, Joh. Zeisoldus, Joh. Sperlingius.*

Ex Oratoribus, Poëtis, Historicis, Philologis, *Casp. Barthius, Isaacus Casaubonus, Joh. Henr. Boeclerus, Marcus Zuer. Boxhornius, Sigism. à Bircken, August. Buchnerus, Jo. Amos Comenius, Jo. Andr. Bosius, Jo. Conr. Dietericus, Thomas Erpenius, Georg. Phil. Harsdörfferus, Daniel Heinsius, Jo. Meursius, Gabr. Naudæus, Ericus Puteanus, Jo. Petrus Lotichius, Christianus Ravius, Andr. Rivinus, Claudius Salmasius, Henr. Valesius, Ger. Joh. Vossius, Nicolaus Vernulæus Joh. Zechendorffius, Valent. Thilo.*

(XVII.) Variarum & exoticarum Linguarum libri. Scripsit idiomate Allentriensi & Milcajocensi *Ludov. de Valdivia*; Ægiptiacô *Athan. Kircherus*; Bengelanô *Franc. Fornandius*; Bohemicô *Zach. Ariston, Mart. Martinii, Georg. Ferus, Franc. Furtadus, Mich. Ruggerius &c.* Chilensi *Ludov. de Valdivia*; Catalonicô *Petrus Ægidius*; Coptô *Ath. Kircherus*; Gothicô & Islandicô *Jonas Rugmannus*; Esthonicô *Guil. Buccius, Jo. Ambr. Waltherus*; *Indicô Thomas Steph. de Bussen*; Japonicô *Petrus Comez, Ed de Silva, Mich. Coyssardus*; Illyricô *Barth. Cassius*; Concannicô *Jo. de Pedroza, Ant. de Saldagna*; Letticô *Georgius Mancelius, Henr. Adolphi, Erdmannus Tolgsdorff*; Lusitanicô *Franc. Ayres, Ant. Franciscus*; Marilandicô *Andr. Vitus*; Persicô *Joh. Gravius, Hier. Xaverius*; Ottominicô *Corn.*

de Bye; Sinensi *Nicol. Longardus*, *Matth. Riccius*, alii; Tunchinensi *Hieron. Majorica*, *Alexander de Rhodes* &c.

(XVIII.) Libri aliquoties in alias linguas conversi. Sic *Thomæ à Kempis* lib. IV. de imitatione Christi reddidit *Gallicè* Anton. Vivianus, nec non Pet. Gorsius; *Hispanicè* Nicol. Arnaya & Franc. de Smidt; *Catalonicè* Pet. Ægidius sive Gil; *Græcè* Georg. Mayr; *Polonicè* Jo. Wielewicki & Petrus Fabricius; *Hungaricè* Greg. Vesarheli; *Anglicè* Guil. Page: In locos communes redegit Henricus Wangnereck: Notas confecit Greg. Ferrarius. Sic quoque *Joh. Gerhardi* Meditationes sacræ extant *Latinè*, *Germanicè*, *Gallicè*, *Anglicè*, & *Italicè*: *Alphonsi Rodriquez* exercitium de perfectione & virtutibus Christianis ex *Hispanico* prodiit *Latinè*, *Italicè*, *Gallicè*, *Germanicè*, *Belgicè*, *Anglicè*, & *Bohemicè*: *Antonii de Molina* instructio sacerdotum reperitur in lingua *Latina*, *Hispanica*, *Gallica*, *Italica*, & *Anglica*: *Famiani Stradæ* Decades de Bello Belgico prodierunt *Latinè*, *Hispanicè*, *Gallicè*, *Anglicè*, & *Belgicè*, *Marcelli Franc. Mastrilli* tractatus de miraculo in se à S. Franc. Xaverio patrato, extat *Latinè*, *Gallicè*, *Italicè*, *Hispanicè*: *Roberti Bellarmini* opuscula leguntur *Latinè*, *Græcè*, *Hispanicè*, *Italicè*, *Germanicè*, *Polonicè*, *Anglicè*, *Bohemicè*: *Ludovici de Puente* Meditationes de præcipuis fidei mysteriis extant *Gallicè*, *Hispanicè*, *Belgicè*, *Anglicè* & *Latinè*: *Hieron. Drexelii* opuscula prodierunt *Latinè*, *Germanicè*, *Gallicè*, *Italicè*, *Polonicè*, *Belgicè*: *Francisci Salesii* Philotheca habetur *Hispanicè*, *Latinè*, *Belgicè*, *Gallicè*: *Adriani van Lyere* tractatus de nomine Mariæ exiit *Latinè*, *Germanicè*, *Gallicè*, *Hispanicè*: *Pauli de Bacry* libelli prostant *Latinè*, *Italicè*, *Germanicè*, *Gallicè*: *Lucæ Pimelli* Opuscula inveniuntur *Germanicè*, *Anglicè*, *Bohemicè* &c. *Thomæ Bartholini* Anatomia extat *Latinè*, *Gallicè*, *Germanicè*, *Anglicè*, *Belgicè*: *Jo. Arn. Comenii* janua Linguarum reserata aliquoties recusa est, & versionibus condecorata, ut *Germanicâ* Joh. Mochingeri, *Græcâ* Theodori Simonii, *Gallicâ* Sam. Hartlibii, *Anglicâ* Joh. Ancorani, *Polonicâ* Andr. Wegierscii, *Bohemicâ* ipsius Auctoris, *Italicâ* & *Hispanicâ* Dan. Duez, *Belgicâ* Seidelii &c.

(XIX) Libri sæpius recusi. *Hermanni Busenbaumii* Medulla Theologiæ moralis XLV. vicibus sub prelo sudavit: *Antonii de Escobar & Mendoza* Theologia Moralis XXXVIII. vicibus, & ejusdem examen confessariorum XXXIX. prodiit: *Dominici Macri* Hiero. Lexicon VII. vicibus inpressum; *Th. Tamburini* Methodus expeditæ confessionis XX. vicibus prodiit &c.

(XX.) Biblia sacra in linguas exoticas translata. Huc spectat *Ludovicus de Alcedo*, qui in linguam *Æthiopicam* N. T. vertit; *Joh. Philips*, qui transtulit S. Biblia in linguam *Insulæ Sodorensis*; *Georgius Kaldi* in linguam *Hungaricam*; *Æschilus Petræus* in linguam *Finnicam*; *Sam. Boguslaus Chilinski* in linguam *Lithuanicam*. Hæc dum scribimus, auspiciis jussuque serenissimi SVECIÆ REGIS, CAROLI XI. Domini nostri clementissimi, operâ autem & directione Viri maximè Reverendi, *Joh. Fischeri*, Generalis per Livoniam. Superintendentis, sacer codex in linguam *Letticam* ac duplicem *Esthonicam* conversus typis excuditur.

(XXI.) Qui Religionem, semel agnitam, mutârunt. Transiit

Ex Calvinismo ad Papismum *Oliverius Hattenius*, Med. *Humfredus Lechius*, Theol. *Franc. Walsinganus*, Th. *Goth. Wandelmannus*, Theol. *Th. Wartingtonus*, Theol.

Ex Papismo ad Calvinismum *Marcus Antonius de dominis*; Archiep. *Claudius Salmasius*, Hist. *Jac. Triglandius*, Th.

Ex Lutheranismo ad Calvinismum *Christop. Pelargus*, Theol. *Joh. Piscator*, Th, *Johan. Vorstius*, Phil.

Ex Lutheranismo ad Papismum *Christoph. Besoldus*, JC. *Philippus Caroli*, Philol. *Joh. Hoferus*, Philos. *Carolus à Kreitz*, Theol. *Joh. Mülmannus*, Theol. *Bartholdus Nihusius*, Phil. *Joh. Scheffler*, Med. *Pet. Lambecius* JC. ERNESTUS, Hassiæ Landgravius, *Joach. Pastorius ab Hirtenberg*, Histor.

Qui ex heterodoxia Pontificia ad orthodoxiam Lutheranam pervenerunt, sunt, præter complures alios, ex nostra hacce serie, tres Theologi, *Josephus Adjutus*, *Jacobus Reyhingius*, *Theod. Wigandus*.

(XXII.) Qui de peculiari & rara quadam materia libros concinnârunt. Scripſit nimirum *Joh. Creſwellus de Annis Arbaum cum noſtris comparatis: Joh. Blancanus Echometriam, ſeu traditionem Geometricam de Echo: Petrus Laſena de iis, qui in aqua perierunt, David Blondellus & Er. ſchmidius de Sybillis: Andr. Argolus de diebus Criticis: Bernh. Albrecht de Autophonia: Joh. Gillim de Arte Heraldica: Sueno Jonæ de collatione linguæ Suecicæ cum linguis Orientalibus: Henr. Gellibrand de Naupegia, ſive tectonica navali: Mart. Roa de de Die natali: Alphonſus Vagnonius de memoria artificiali: Scævola Samarthanus de modo infantes ex ubere nutriendi*, aliique haud pauci de materiis eximiis.

(XXIII.) Fæminæ & Virgines eruditæ e. g. *Anna Maria Crameria; Antoinette Bourignon*; ERDMUTHA SOPHIA, Duciſſa Saxoniæ; *Maria Jauſia Gornacenſis; Suſanna Haberta; Maria de Jeſu*, antea *Coronel* dicta; *Hyppolita de Jeſu*, ſive *Rocaberti*; *Anna Maria Schurmannia* &c.

(XXIV.) Notabilia varia. *Joh. Canuti Lenæus*, Archiepiſcopus, Regia tria capita regiô cinxit diademate, duo in conſortium conjugalis thalami copulavit matrimonio, unum ſacri baptiſmatis ablutum lympha Chriſtianæ reddidit Eccleſiæ, duorumque juſta funebria celebravit: *Johannes Matthiæ*, Epiſcopus, per XV. annos, XXVI. Præpoſitos conſtituit, & CXII. Paſtores Eccleſiis ordinavit: *Jo. Michaëlius*, Epiſcopus, per XXXIV. annos CCCCVIII. Paſtores ſacris initiavit: *Joh. Wandalinus*, Archiepiſc. VII. Epiſcopos, XIII. Præpoſitos, & CXX. Paſtores inauguravit: *Tobias Wagnerus*, Cancellarius, XCVIII. Doctoribus & DCXCI. Magiſtris Licentiam promotionis impertivit: Vidit *idem* ex ſe natos XVI. liberos, XLIV. nepotes, & II. pronepotes: *Baſilius Satlerus*, natos, nepotes & pronepotes amplexus eſt XCIX: *Thomas Finckius* Pater, Avus, Abavus & Atavus LXXIX. liberorum fuit: *Gisbertus Voëtius* liberos X. nepotes XXIV. ac unum pronepotem adſpexit: *Idem* quâque ſeptimanâ, ſub muneris ſui primordium, VIII. conciones habuit: *Joh. Majerus*, per XXI. annos,

2801. conciones publicè explicavit: *Joh. Jac. Feschius* CCXXX. Doctores juris creavit: *Casp. Ebelius*, in XI. promotionibus Magisterii Candidatis CXXXIX. tiaram imposuit: *Joh. Cordesius* annô ætatis suæ trigesimô incepit studiis operam dare: *Melch. Sebizius*, Academiæ Rector X. & Decanus XXX. vicibus, Creavit XLVI. Notarios, LV. Doctores Medicinæ, & annô ætatis suæ XC. absque perspicillo libros, minutis etiam typis editos, legere potuit: *Henricus Valesius*, annô ætatis LXI. monoculus uxorem duxit juvenculam, & per XI. annos, VI. liberos ex ea sustulit: *Nicolaus Varenbulerus* LVI. annos uno in conjugio deduxit: *Petrus Molinæus* LXVI. annos in officio vixit: *Thomas Finckius* per XLIV. annos mansit Viduus. *Maxim. Sandius* quod annos habuit (habuit autem LXXVIII.) tot libros edidit: *Everh. Bronchortius* integras leges & paginas, imperturbatô ordine, inter disputandum recitare potuit: *Casp. Mauritius* & *Jo. Jac. Doebelius*, quisquis cum conjuge sua, unô sepultus est die: *Joh. Elias Rew*, mense Majô in has auras productus, Studiosus, Inspector Alumnorum atque Professor factus est, quô etiam obiit: *Joh. Baptista Poza* docuit; ossa, carnem & sanguinem Mariæ in sacra Cæna unà manducari, & propterea à Sorbonistis damnatus est: *Scævola & Ludovicus Sammarthani*, Fratres gemelli morum similitudine, lineamentis, staturâ, studiorum societate, aliisque rebus conjunctissimi.

In Geminis unum, Geminos agnovit in uno,
Ambos qui potuit Doctus adire senes.

Hæc vel levi oculô ex Diario Eruta Biographico legenti fortè salivam movebunt, ut in plura ipse inquirat. Poterit quoque non nemo exinde intelligere; quinam potissimum ex sua gente scriptis inclaruerint. Ita meis forsan popularibus non æquè cunctis constabit, quod *Hermannus Witekindus*, antequam Græcæ linguæ & Mathes. Professionem Heidelbergæ adiit, scholæ Rigensis sustinuerit moderamen. Neque, credo, adeò cognitum esse, quod *Conradus Vetter* Historiam Monialium S. Benedicti Rigæ in Germanicum idioma converterit. Erunt quoque, qui *Theodorum Reiakingium*, Holsatiæ quondam Cancellarium, *Christophorum Sturtzium*, Professorem Rostochiensem, *Casparum Crusium*, Concionatorem Aulicum Brunsvicensem, aliosque magni nominis & honoris viros, è Livonia suum duxisse ortum ignorabunt. Hæc verò, ex præsenti opusculo, facile perspicitur, simulque seculum hocce doctorum virorum haud adeò sterile esse, siquidem ingenti profectò copiâ hinc inde immortalia prodierunt nomina.

Difficultatem hujus instituti, me quamvis tacente, res ipsa declarabit. Scriptores in primis ejusdem nominis, ab aliis confusos, ritè distinguere conati nonnihil sumus. An verò ubivis id assecuti, aliorum judiciis meritò relinquendum. Quin imo tenuis hicce labor aliquibus etiam ad aptè inveniendos & consignandos librorum titulos quodammodo proderit. Aliis Commentatores in libros tam sacros, quàm profanos prolixè suppeditabit. Quod autem Auctores quoscunque Latiô potius exprimere sermone, quàm istô, quô quisque suos composuit libros, nobis placuerit, in eo certum secuti sumus consilium, ne scilicet illos, quibus incommodi quicquam aut heterodoxi subesse videbatur, in magnum infirmorum scandalum, vernaculo referre opus haberemus. Fatemur & illud; veteris ac novi Calendarii computationem non ubivis adeò observatam esse. Interdum enim nobis subterfugiebat, quibus in locis hujus vel illius receptus fuerit usus. Et aliam paulò anni computandi rationem Anglis solemnem esse, qui ab ipso Vere novum inchoare annum assolent, in confesso est. Accedit, quod tractatus subinde minutos ac disputationes recensere Academicas voluerimus, cùm una sæpe pagella plus succi & bonæ frugis habeat, quàm spissum quandoque chartarum volumen. Unde magno hæc Reipublicæ literariæ dispendio à multis negligi, rectè monent *Naudæus libro de instituend. Biblioth. p. 76. & 99. & Höttingerus Bibliotecario quadripartito c. 1. p. 5.* In illis autem nos Præsidis nomen ubique retinuimus, licet haud rarò & ipse Respondens Disputationis fuerit Auctor. A potiori enim Denominationem Jure fieri existimavimus, cùm nec semper de genuino fœtus alicujus literarii parente nobis constiterit. Si etiam alicubi cespitavimus, bonus æquusque Lector ultrò dabit veniam, siquidem Amicorum sæpius literis, aliquando & novellis, aliisque relationibus, fidem adhibere, necessitas quædam nobis imponebatur. Quàm facilè autem in talibus lapsus sit, experientia docuit. Commissum igitur hîc errorem, alibi posthac corrigere allaborabimus, meliora quando edocti erimus. Creberrimè in mentem nobis venit, quod in vivido quodam ac probè disposito corpore non protinus deformitatem importet omnigenam verruncula, quamvis vel in ipsa appareat facie. Aquæ guttula generosum nequaquam penitus immutat vinum. Qui enim inter homines ab errore se immunem putat, in gravem incidit errorem, nî totus evadat erro. Vale, dignissime Lector, ac quantum meruimus, vel certè cupimus, Tuum nobis nequaquam subtrahe favorem. Scrib. Rigæ Livonum, Anno O. R. cIↄ Iↄc XXCVIII. die XXV. Febr. qui olim *Martino Crusio*, *Abrahamo Calovio*, *Danieli Heinsio*, *Henrico Hahnio*, *Gothofr. Slütero*, aliisque inclutis per orbem viris, contigit emortualis.

B. C. D.

ANNO 1600.

Obiit ANNO 1600 *die* 2. *Februarii.*

ENRICUS PRICEUS, *Anglus*, Londinensis, S. Theol. Baccalaureus, & Rector de Fleetmarston, ætatis suæ 56. edidit *Conciones varias.*

6. Febr. HENRICUS HENRIQUEZ, *Lusitanus*, Eborensis, ex primis Asseclis Ignatianæ Societatis ad Xaverium in Indiam destinatus per 53. annos in Piscaria ora Verbi Minister, Comoriensium Apostolus dictus, æt. 80. societatis 55. Scripsit Linguâ Malabricâ *Grammaticam & Vocabularium: Doctrinam Christianam: Methodum confitendi: Vitas Christi, B. Virginis & aliorum Sanctorum: Contra fabulas Ethnicorum, pro defensione divinæ legis: Epistolas de rebus Indicis.*

15. Febr. JOSEPHUS A COSTA, *Hispanus*, Methymnensis, S. J. Theologiæ Lector Ocaniæ, deinde Peruanæ Provinciæ Præpositus, tum Domus Professæ Vallisoletanæ Rector, Aragoniæ item & Bœticæ Visitator, demum Collegii Salmanticensis Rector, ætatis 60. professionis 30. Composuit *de Christo revelato libros IX. de Temporibus novissimis libb. IV. de Natura novi orbis Libb. II. de Promulgatione Evangelii apud Barbaros libb. VI. Historiæ Naturalis & Moralis Indiæ libb. VII. de Concilio Limensi III.*

14. Martii. DANIEL MOLLERUS, *Germanus*. Brunswicensis, J. U. Doctor, Electoris Saxon. Consiliarius, & Scabinus Lipsiensis, ætatis suæ 56. Ejus extant *Ordinationes & Constitutiones Augusti Saxonicæ: Semestria.*

18. Mart. THEOPHILUS GOLIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, in Acad. patria Organi & Ethices Professor, nec non Canonicus Thomanus, æt. 72. Publicavit *Grammaticam Græcam: Ethicam: Onomasticon Latino-Germanicum.*

19. Mart. JUSTUS BLANCWALTIUS, *Belga*, Antverpianus, S. Theol. Licentiatus Coloniensis, in patria Canonicus. Reliquit *Modum placandæ iræ divinæ.*

8. Aprilis. NICOLAUS OLAI, *Svecus*, Bothniensis, LL. Orientalium, pòst Theol. Professor Upsaliensis, Concilii Præses, tandem totius regni Archiepiscopus. Publicæ luci dedit *Analysin in Apocalypsin B. Johannis: Theses de S. Scriptura: De libero & servo hominis Arbitrio.*

20. April. JO. CEVERIO DE VERA, *Hispanus*, Canariensis, ex milite apud Americanos Sacerdos, Clementis Papæ VIII. Acolytus. Delineavit *Descriptionem terræ sanctæ: Dialogum contra Comœdias.*

20. Maji PETRUS FABER, *Gallus*, Senjorianus in agro Tolosano, Consiliarius Regius & Libellorum supplicum in curia regia Magister, sexagenario major. Enucleavit *Libros tres Semestrium: Libros III. Agonosticon, sive de re Athletica veterum: Commentarium in Tit. de Regulis juris.*

22. Maji JACOBUS HEERBRANDUS, *Germanus*, Gengâ-Noricus, primò

Diaconus Tubingensis, pòst Theol. Doctor, Marchionis Badensis Concionator Aulicus, inde Theolog. Professor, Præpositus & Cancellarius in Academia Tubingensi, tandem emeritus, ætatis suæ 80. Profess. 41. Scripsit *Compendium Theologiæ: Idolomaniam Pontificiorum contra Gregorium de Valentia: Volumen Disputationum Theologicarum: Vindicias D. Mart. Lutheri, contra Sigism. Ehrenhoffer Jesuitam: Homilias &c.*

22. Maj. BENEDICTUS ARIAS MONTANUS, *Hispanus*, Hispalensis, Theol. Doctor, Ordinis S. Jacobi Eques, editionis Bibliorum Complutensium Curator. Condidit *Antiquitatum Judaicarum libros* IX. *Commentarios in XII. Prophetas: Elucidationes in IV. Evangelia: in Acta Apostolorum &c.*

23. Maji NICOLAUS HEMMINGIUS, *Danus*, Lolandensis, S. Theol. Doctor, Pastor & Prof. Hafniensis, Canonicus Rœschildiensis, demum emeritus, æt. 87. Ejus sunt ista: *Syntagma Theologicum: Comment. in Epistolas Pauli, Petri, Judæ, Johannis & Jacobi: Tractatus in Evangelium Johannis: Comment. in Psalmos: Postilla Evangeliorum: Tractatus de Magicis Artibus: Liber de Conjugio &c.*

23. Maj. JOH. WOLFFIUS, *Germanus*, Bipontinus, Tabermontanus, J. U. Licentiatus, Dicasterii Spirensis Assessor, Legatus ad Gallos, Anglos, Polonos & Cæsarem, Consiliarius Badensis, Præfectus Mundelheimensis, postremò rude donatus, æt. 63. Struxit *Centurias XVI. Lectionum Memorabilium: Clavem Historiarum.*

7. Jun. BALTHASAR OSTHOVINUS, vel HOSTOVINUS, *Bohemus*, Hostoviensis, Societ. Jesu, Collegiorum Bransbergæ, Pultoviæ, Vilnæ Rector, postea Procurator Austriæ ad congregationem Romanam, ætatis 66. Convertit in lingvam Bohemicam *Vincentii Lerinensis libellum contra profanas novitates: Dialogos S. Gregorii Magni: Antonii Possevini notas Ecclesiæ Catholicæ: Thomæ de Kempis de imitatione Christi: Epistolas Indicas Patrum Soc. Jesu: Librum de institutione Christiana: Anton. Possevini responsionem ad Regem Septentrionalem.*

8. Jun. ANDREAS KRAGIUS, *Danus*, Ripensis, Phil. & Med. Doctor, Mathem. ac Physices Professor Hafniensis, æt. 47. Edidit *Scholam Rameam: Analysin Epistolæ Horatii ad Pisonem: De Elenchis Sophisticis Aristotelis: De Ideis Platonicis: Lauream Apollineam Monspeliensem: De Artium principiis & legitima conformatione.*

18. Jun. FULVIUS URSINUS, *Italus*, Nobilis Romanus, Basilicæ Lateranensis Canonicus, æt. 70 Elaboravit *Tractatum de Familiis Romanorum: Animadversiones in Festum Pompejum: Comment. de Triclinio: Elogia illustrium & eruditorum virorum: In Romanorum Leges & Senatus-Consulta: Annotationes ad variorum Autorum Græcorum opuscula: Notas in Ciceronem:*

nem: *Notas in fragmentum de Legationibus Græcorum Diodori Siculi*.

20. Junii NICOLAUS VIGELIUS, *Germanus*, Treisâ-Hassus, I. U. Doctor, Antecessor Academiæ Marpurgensis, tandem emeritus Publici juris fecit *Centurias IV. Responsorum*: *Methodum observationum Cameræ Imperialis*: *De Actione*: *De causis Matrimonialibus*: *Dialecticam juris civilis*: *Methodum juris controversi*: *Methodum juris universi civilis*: *Digestorum juris Libros L.*

23. Junii SAMUEL VISCHERUS, *Bohemus*, primùm Smalcaldiæ Cantor & Diaconus, deinde Silusii & Burckbreitungæ, pòst Schnebergæ, Olsnici, Messenæ & Schlaccawerdæ Ecclesiastes, novissimè SS. Theol. Doctor, ac Superintendens Ienensis, æt. 53. Reliquit *Disputationes aliquot & Conciones.*

25. Junii DAVID CHYTRÆUS, *Germanus*, Menzingâ-Svevus, Sacræ Theol. Doctor, Philos. Lingvarum ac Theol. Professor Rostochiensis, ætatis 70. professionis 49. *Commentariis in libb. Mosis*; *Josuam*; *Judicum*; *Ruth*; *Psalmos*; *Prophetas*; *Siracidem*; *Matthæum*; *Apocalypsin*; *Librô de Baptismo & Eucharistia*: *Onomastico Theologico*: *Historiâ Augustanæ Confessionis*: *Prælectionibus de Filio DEI*: *Catechesi*: *Regulis vitæ*: *Tractatu de Novissimis*: *Chronico Saxoniæ*: *Dispositionibus Epistolarum Dominicalium*: *Tractatu de patientia & consolatione in cruce*: *De studiô Theol. rectè inchoando*: *Responsio ad Ant. Possevini & Mylonii criminationes*: *Explicatione vocabulorum Necessitatis, Liberi Arbitrii &c.* *De recta instituenda Historia*: *De statu Ecclesiarum*: *Orbis Arctoi Historiâ*; *Chronologiâ Herodoti & Thucydidis*: *Præceptis Rhetoricis*: *Volumine Orationum*: *Epistolis* longè clarissimus.

1. Augusti CAROLUS UTENHOVIUS, *Belga*, Gandaviensis, Orator apud Elisabetam Angliæ Reginam, æt. 64. Conscripsit *Xeniorum sive Allusionum librum, ad nomina illustrium Europæ.* Vertit quoque è Græco in Latinum, *Callimachum & Nonni Dionysiacon libros.*

1. Augusti JACOBUS BOURGESIUS, *Belga*, Atrebatensis, Provincialis Ordinis SS. Trinitatis & Redemptionis Captivorum Duacensis. Formavit *Regulam & Statuta ordinis sui*, & nonnulla alia, idiomate Gallicô.

7. Augusti IO. CONRADUS ULMERUS, *Helvetius*, Schaphusianus, Phil. Magister, in patria Antistes, demum rude donatus, ætatis 81. Minist. 53. Edidit *Tractatum de Horologiis Sciotericis*: *Evangelia Dominicalia tribus linguis*: *Enchiridii Pastoralis summam*: Convertit in Germanicum *Anonymi librum de Auctoritate S. Scripturæ*: *Speculum Jesuiticum*: *Cypriani de immortalitate*: *Bullam Papæ &c.*

22. August. JO. DE GVEVARA, *Hispanus*, Toletanus, Eremita Theol. Prof. Salmantinus, æt. 96. Commentatus est *in IV. Libros Sententiarum*: *Relictionem de Sacramentis in genere.*

7. Septembr. FABRICIUS PALLAVICINUS, *Italus*, Patricius Genuensis, Jesuita, Græcæ Lingvæ & Mathem. Professor Romæ, Florentiæ & Posnaniæ, Domus Probationis Rector Cracoviæ, pòst in Gallia Collegii Avenionensis, & subalpinorum Collegiorum Inspector, æt. 45. Reliquit *Librum de Perfectione Religiosâ, è sanctis Patribus: De Cambiis Mercatorum.*

2. Octobr. IO. LUCENA, *Lusitanus*, Visensis, Soc. Iesu, Philosoph. Profess. in Academia Eborensi, & Ecclesiastes, æt. 51. Composuit *de Vita S. Franc. Xaverii. deque rebus ipso vivente in India gestis, libros X.*

12. Octobr. LUDOVICUS MOLINA, *Hispanus*, Conchensis, S. I. Phil. & Theol. Prof. Eborensis, æt. 65. Struxit *Commentarios in primam partem D. Thomæ: Librum de Concordia Gratiæ & Liberi Arbitrii: De justitia & jure tomos VI.*

17. Octobr. CORNELIUS DE IUDÆIS, *Belga*, Antverpianus, æt. 32. Ejus est *introductio Geographica in tabulas Europæ, Asiæ, Africæ & Americæ.*

17. Octobr. CHRISTOPH. A VISITATIONE, *Lusitanus*, Monachus Cœnobii de Alcobacia, Theol. D. Publicavit *Volumen XII. Libris distinctum, super verba, quæ locuta legitur SS. Virgo Maria.*

4. Novemb. IO. RUBEUS, sive PETRUS PAULUS ROSSI, *Italus*, Romanus, Iesuita, Pœnitentiarius, postea Collegii Tiburtini Rector, ætatis suæ 41. Emisit Italicè *Relationem de morte Urbani VII. P. Maximi.*

8. Novemb. RICHARDUS STREINIUS, *Austriacus*, L. B. Schwarzenavius, Consiliarius Cæsareus intimus & Fisci Præfectus, æt. 63. Freideki. Scripsit *Opus Genealogicum de antiquis Gentibus & Familiis Romanorum: Admonitionem ad Rob. Bellarminum:* Suppressô etiam suô nomine, *Defensionem pro Belgarum libertate.*

9. Novembr. IO. MARIUS MATTIUS, *Italus*, Alexandrinus, Græcæ & Latinæ Lingvæ Lector Mediolanensis, æt. 68. Concinnavit *Opinionum libros tres: Annotationes in varios Auctores Latinos & Græcos: Libellum de Orthographia: defensionem pro Sigonio contra Riccobonum: Propugnationem dignitatis artium liberalium: Laudationem funebrem in mortem Hieronymi Gallarati &c.*

11. Novembr. RICHARDUS HOOKER, *Anglus*, Exoniensis, Artium & Ecclesiæ Templariorum Londini Magister, Rector de Drayton, Boscum & Bischopsbourn, ætat. 46. Posteris tradidit *Libb. IV. de Ecclesiastica Politeia: Tractatum de justificatione: Conciones.*

25. Novemb. IOH. MAIOR, *Germanus*, Vallensis, Theol. Doctor & Professor Wittenbergensis, pòst exul, Poëta, æt. 67. Servestæ. *Psalterium versibus heroicis* expressit: *Elegias: Carmina de rebus divinis scripta.*

ANTONIUS RICCOBONUS, *Italus*, Rhodiginus, Humanarum literarum, & Rhetorices Professor Patavinus, ætatis suæ 60. Condidit *Historiam.*

storiam de Gymnasio Patavino: Comment. de Historia: Versionem Ethices & Rhetorices Aristotelis: judicium de Consolatione &c.

IACOBUS TYPOTIUS, *Belga*, Diestemensis Brabantinus, IC. Iohannis III. Regis Sveciæ Consiliarius, postea Rudolphi II. Imp. Rom. Aulicus & Historiographus. Elaboravit *Libros duos de Fama: De Fortuna totidem: Symbola humana & divina: Relationem histor. de Regno Sveciæ & bellis Civilibus atque externis: Orationes III. ad Christianos: De Salute Reip.* &c.

HENRICUS SMITH, *Anglus*, Leicestriensis, Artium Magister, in Ecclesia S. Clementis Lector Londinensis, æt. 40. Ejus est *Davidis Rex Beatus: Ruina falsarum Ecclesiarum: De terræ lustratione Diaboli: De Cœna Domini: De judicio magno: De Superbia & anima Nebucadnezaris: Tentamen pii Hominis: De vanitate:* &c. Conciones ejus uno volumime prostant.

BARTHOLOMÆUS RADTMANNUS, *Germanus*, Viadrinus, Theol. Doctor, in Acad. patria Hebrææ Lingvæ, pòst quoq; Theol. Prof. Edidit *Vitam Christi in Tabulas redactam Introductionem in lingvam Arabicam: Collationem Prædictionis & eventus Vaticiniorum divinorum Sciagraphiam Psalterii Davidici.*

HENRICUS BUSCHEUS, *Belga*, Bastoniâ-Luxenburgensis, Ordinis Minorum Ecclesiastes. Reliquit *Dialogum de Sacra Oeconomia incarnati Verbi: Sermonem de ignorantia atque avaritia Clericorum: Precationes.*

EDVARDUS SANDIUS, *Lusitanus*, Bracharensis, Soc. IEsu in Collegio Conimbricensi Lector, tum Missionarius ad Indos, ibidemque Collegii Bazainensis Rector, post Sinicæ Missionis Superior, ac simul etiam Macaënsis Collegii Rector. Dedit *Epistolam ad Præpositum Generalem Societatis JEsu de Sinis: itinerarium quatuor Japonensium Principum.*

FRANCISCUS OLMUS, *Italus* Bergomas, Medicus, Philosophus & Poëta. Scripsit *Libros IV. de ratione judicandi ex urinis: De ebrietate fugienda: De occultis in re Medica proprietatibus: Volumen Consiliorum.*

MATTHÆUS GWYNNE, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, primus Medicinæ Prælector in Collegio Greshamensi, Legato deinde in Hispaniam Comes. Emisit *Aurum non aurum, sive Adversaria in Assertorem Artis Chymiæ, sed veræ Medicinæ desertorem, Franciscum Antonium: Orationes: Comœdiam: Tragædiam.*

BERNHARDINUS BALDINUS, *Italus*, Medicus Mediolanensis, postea in Gymnasio Pagiensi Med. Prof. demum Mediolani Mathem. Prof. æt. 85. Struxit *Dialogos II. de multitudine rerum atque de unitate ejus: Carmina varia: Epistolas: Problemata excerpta ex Comment. Galeni.*

HIERONYMUS DE HUERTA, *Hispanus*, Escalonensis, Med. Doctor

Doctor Pincianus, Philippo IV. Regi Hisp. à Cubiculo, æt. 70. Emisit *Historiam Naturalem seu Annotationes in Plinium Secundum: Problemata Philosophica: De immaculata conceptione B. Virginis Mariæ Panegyricum.* &c.

PETRUS GOMEZ, *Hispanus*, Antiquerensis, Hispalensis, S. I. Philos. & Theolog. interpres, postea Missionarius in Iaponiam, primum ibidem in regno Burgensi, tum totius Iaponiæ ViceProvincialis Præpositus, æt. 80. Exaravit *Epistolas de rebus Japonicis complures, ab anno 1572. usque ad 1598. Historiam mortis trium Martyrum è Societate:* Charactere etiam Iaponicô, *de excellentia & utilitate Martyrii.*

IOH. RASTELL, *Anglus*, Glocestriensis, Collegii novi Oxoniæ Socius, Artium Magister, S. I. & Rector Ingolstadiensis. Condidit *Refutationem Concionis per M. Jewill habitæ: Replicationem ad responsionem veritatis defensionem perperam inscriptam: Tractatum, cavete vobis à M. Jewello, inscriptum.*

FRANCISCUS SANCHEZ, *Hispanus*, Brocensis, Rhetoricæ, Græcæ item ac Latinæ Lingvæ in Academia Salmantinensi Professor, ætatis suæ 77. inter opera ejus sunt *Minerva, de causis Latinæ Lingvæ: Grammatices Latinæ Institutiones: Grammaticæ Græcæ compendium: De arte dicendi: Paradoxa: Notæ in Virgilii Bucolica: in Horatii Artem Poëticam* &c.

PAULUS CHERLERUS, *Germanus*, Elsterburgensis, Variscus, Pastor Binzheimensis in districtu Rötelano Marchiæ. Versantur in publica luce ejus *Libri IIX. de JEsu CHristo: Epitaphia sive Elegiæ funebres in obitum 32. Virorum illustrium & studiosorum juvenum, fæminarumque* &c.

VOLCHERUS COITERUS, *Belga*, Gröningensis, Frisius, primum Medicus Norimbergensis, deinde Castrensis, Chirurgus & Anatomicus insignis, æt. 66. Effecit *de Cartilaginibus Tabulas: Externarum & internarum principalium humani corporis partium Tabulas, atque Anatomicas exercitationes, observationesque varias, notis diversis ac figuris illustratas: Diversorum Animalium Sceletorum explicationes: Ossium infantis Historiam.*

23. Ianuarii GERARDUS DRUNÆUS, *Belga*, Ordinis Præmonstrat. Canonicus, in Tongerloa, ac Rhetensis in Brabantia Parochus, Mathematicus. Scripsit *Calendarium Historicum & Poëticum: De usu Quadrantis Astrolabii: Tabulas Sinuum* &c.

29. Jan. NICOLAUS NEELSIUS, *Belga*, à Crampenhout, Brabantinus, Theol. Doctor Duacensis, & Prædicatorum in Belgio Prior Provincialis. Reliquit *Comment. in Genesin: in Cantica Canticorum: in Epistolas Pauli: in Apocalypsin S. Johannis.*

1. Febr. HENRICUS CAMERARIUS, *Germanus*, Brunsvicensis, I. U. Doctor, Professor Rostochiensis, ducum quoque Luneburgens. & Pomer. Consiliarius, ætatis suæ 54. Elabora-

boravit *Disputationes juridicas & Responsa: Orationem de gradibus & promotionibus Academicis.*

12. Febr. PETRUS BACHERIUS, *Belga*, Gandavensis, Ord. Dominicani, Theol. D. & Prof. Lovaniensis, variis in locis Prior, æt. 84. Formavit *Speculum militiæ Christianæ: Jurgium conjugale: Spongiam in ebriosos: Homilias in Epistolas Quadragesimales: Homilias in Evangelia Dominicalia* &c.

13. Febr. ALEXANDER NOWELLUS, *Anglus*, Lancastriensis, Artium Magister, Canonicus Windlesorianus, Decanus Londinensis, Principalis, Theol. D. & Prof. Oxoniensis, æt. 95. Edidit *Refutationes Articulorum aliquorum Religionem spectantium contra M. Jewel. & Thomam Dorman: Catechismum fusiorem & contractiorem.*

16. Febr. WOLFGANGUS HARDERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Misnius, Theol. Doct. in patria Professor, Pastor & Superintendens, æt. 90. Publicavit *Conciones de Passione Christi.*

16. Febr. ANTONIUS CORDESES, *Hispanus*, Catalaunus, Soc. Iesu Philos. & Theol. Lector Barcinonensis, deinde Procurator Provinciæ Aragoniæ, & pòst Præpositus, ad hæc Gandiensis & Conimbricensis Collegii, ac Pœnitentiariæ Romanæ Rector, Toletanæ quoque Provinciæ Præpositus, ac denique Hispalensis Domus Professæ Præpositus, æt. 82. Extat ab eo scriptus *Catechismus*: Italicè emisit *Itinerarium perfectionis Christianæ.*

5. April. VINCENTIUS DE FRANCHIS, *Italus*, Consilii Neapolitani Consiliarius, Præses, Vice-Protonotarius, & apud Catholicam Majestatem electus in consilio Italiæ regens. Dedit *Decisionum Sacri Regii Consilii Neapol. Partes IV. unà cum præludiis & quæstionibus ad Feudor. usus* &c.

14. April. STEPHANUS DE AVILA, *Hispanus*, Abulensis, S. I. Theol. Doctor, Missionarius ad Americanos, Theol. in Acad. Limensi interpres. Struxit *Tractatum de censuris Ecclesiasticis: Compendium Summæ, seu Manualis D. Navarri in ordinem Alphabeticum redactum.*

20. April. CONRADUS DASYPODIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, Mathematum in Academia patria Professor, Collegii ibidem S. Thomæ Decanus, æt. 70. Dedit posteris *Sphæricæ doctrinæ propositionem Græcè & Latinè: Tria Volumina Mathematica: Euclidis Catoptica: Doctrinam de Cometis: Orat. de disciplinis Mathematicis: Lexicon Mathematicum: Descriptionem Horologii: Astronomici: Tab. Eclypsium Solis & Lunæ ab anno 1573. ad 1605.: Institutiones linguæ Græcæ:*

27. April. WENCESLAUS STURMIUS, *Bohemus*, Tinensis, Soc. Iesu, Græcæ & Latinæ Lingvæ Lector, & Concionator, Collegiorum Pragensis & Crumloviensis Rector, æt. 69. Bohemico idiomate primus scripsit *contra Picardos*, videlicet *Concordiam Fidei: Apologiam contra Silvium Huberinum:*

rinum: Apologiam defensionis Concionalis.

1. Maji MARTINUS BRASCHIUS, *Germanus*, Grubenhagiô-Pomeranus, Phil. Magister, & Logices Prof. Rostochiensis, æt. 36. Edidit *Classicum ad Cermanos contra Turcas: Carmina in itinere Germanico & ex eo nuper nata: Orationes.*

13. Iulii CHRISTOPHORUS VLADERACCUS, *Belga*, Geffensis, Brabantinus, ex Scholarcha Amersforciano Præfectus Scholæ patriæ. Formavit *Enchiridion selectarum precum: Polyonyma Ciceroniana: Selectas Latini sermonis phrases ex solo Cicerone: Epitomen Dialectices Hunnæi* &c.

27. Iulii RICHARDUS LATEWAR, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Acad. Oxoniensis Procurator, Theol. Doctor, Rector Ecclesiarum Hoptonensis & Finchleinensis, Proregi à Sacris, æt. 41. Lusit *Epigrammata varia.*

1. Augusti PHILIPPUS GLASERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, Græcæ Lingvæ, pôst Histor. ac demum juris in Acad. patria Professor, & Canonicus Capituli ibidem Thomani, ætatis 47. Struxit *Historiæ universalis Synopsin: Discursum de Historiarum cognitionis præstantia: Syntagma Historiæ Theoreticæ.*

4. August. IO. VINCENTIUS PINELLUS, *Italus*. Patricius Genuensis, Literatorum sui ævi Mæcenas incomparabilis, æt. 68.

11. Augusti IO. HEURNIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Med. Doctor & Profess. Lugduno-Batavus, ætatis suæ 58. die natali. Elaboravit *Commentarium in Aphorismos Hippocratis: institutiones Medicinæ: Comm. in Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis: De Medicinæ Origine, Æsculapidum ac Hippocratis stirpe ac scriptis: Comm. in Hippocr. de veteri Medicina: De Arte: De Febribus: De Elegantia: De Natura humana: In jusjurandum Hippocratis: in legem Hippocratis Prax. Med. novam rationem lib. III: De gravissimis morbis mulierum librum: De morbis pectoris librum: De Peste: De Carnibus sive principiis: in Libros III. Prognosticon Hippocratis: in ejus librum de purgatoriis Remediis: De morbis Ventriculi: Tabb. V. de Mensuris Roman. Attic. &c.* Opera ejus junctim prodierunt.

27. Augusti IACOBUS SZAFARNIUS, *Polonus*, Kaunensis, S. I. Oratoriæ Lector, postea Vilnæ, Posnaniæ, Lublini, Cracoviæ Concionator, Collegii quoque Lublinensis Rector, æt. 49. Societatis 27. Vertit Polonicè *Vitam S. Ignatii à Petro Ribadeneira Latinè conscriptam.*

30. Aug. GASPAR ASTETIUS, *Hispanus*, Salmantinensis, Soc. Iesu, Humanitatis & Theol. moralis Lector, tum Rector & novitiorum Magister, æt. 64. Societ. 46. Scripsit Hispanicè *de Institutione juventutis Christianæ: De Statu Religionis: De gubernatione familiæ & statu matrimonii: De Statu Viduarum & Virginum:*

num: Catechismum Puerorum: Libellum precationum.

31. Augusti IO. ANTONIUS VALTRINUS, *Italus*, Romanus, S. I. literarum humaniorum & Theol. in Collegio Romano interpres, æt. 45. Societ. 27. Composuit *de re militari veterum Romanorum libros VII. Annuas literas Societatis Jesu anni 1581. & 1582.*

17. Octobr. HUGO LLOIDUS vulgò Llyne, *Anglus*, Arvoniâ-Wallensis, Episcopi Roffensis Cancellarius, pòst Wintoniensis scholæ informator, juris civilis Doctor. Collegit *Phrases elegantiores ex Cæsare, Cicerone & aliis: Dictata* &c.

24. Octobr. TYCHO BRAHE, *Danus*, Eques, Consiliarius Cæsareus, Mathematicus summus, æt. 55. Concinnavit *Librum de Cometa, sive stella nova, anno 1572. conspicua: Progymnasmatum Astronomiæ instaurandæ librum I. & II: De Disciplinis Mathematicis Orationem: Epistolarum Astronomicarum librum: Mechanicorum Astronomiæ instauratæ librum: Tabulas Rudolphinas: Historiæ cœlestis partes duas*: Opera ejus omnia junctim prodierunt.

29. Octobris BARTHOLOMÆUS SILVATICUS, *Italus*, Patricius Patavinus, in Gymnasio patrio Professor primarius, Reip. Venetæ Consultor, ad Cæsarem aliosque Principes Legatus, æt. 70. Vulgavit *Consilia juridica.*

12. Novembr. VALENTINUS VIDAVIUS, *Polonus*, Phil. & Theol. Doctor, S. Floridani Decanus, Ecclesiæ Cracoviensis Præpositus, & Academiæ aliquoties Rector. Reliquit *Librum de Indulgentiis: Orationes.*

19. Novembr. FRANC. RIBERA, *Hispanus*, Villacastinensis, S. I. Theol. Doctor, Theol. Interpres Salmanticus, æt. 64. Societ. 31. Commentatus est *in XII. Prophetas minores: In Epistolam ad Hebræos: In Epist. B. Johannis Apostoli, & Evangelistæ Apocalypsin: In Evangelium D. Johannis: Libros V. de Templo, & iis, quæ ad Templum pertinent*: Hispanicè scripsit *Vitam S. Theresiæ Virginis.*

30. Novemb. BALTHASAR RHAWE, *Germanus*, Naumburgo-Silesius, Theol. Doctor, Græcæ Lingvæ ac Ethices Prof. Gryphiswaldensis, æt. 74. Reliquit *nonnullas Disputationes.*

3. Decemb. PETRUS THYRÆUS, *Germanus*, Novesiensis in Diœcesi Coloniensi, in Academiis Trevirensi, Moguntina & Harbipolensi per 27. annos Professor & Concionator, tandem rude donatus, æt. 55. Societ. 40. Scripsit libros his titulis: *Loca infesta*, h. e. *de infestis, ob molestantes Dæmoniorum, & defunctorum hominum spiritus, locis: Libellum de Terriculamentis nocturnis: De obsessis hominibus: De Approbationibus Spirituum Tractatus II: Divinarum Novi Testamenti libros III. Disputationes varias* e. g. *De festo corporis Christi: De Sacramentali Confessione: De Potestate Ecclesiastica: De vera fide* &c.

14. Decemb. ANDREAS MODESTINUS, *Bohemus*, Hradecensis, S. I. Olmucii & Pragæ Sacerdos, æt. 43. Societ. 22. Vertit è Polonica lingva in Bohemicum atque edidit *Postillam Evangelicam Jacobi Viecii*.

24. Decembr. IOH. DINCKELIUS, *Germanus*, Truchtelbornensis Thuringus, Phil. Magister, primùm Hebr. Lingvæ & Log. Prof. Erfurtensis, deinde Rector & Archidiaconus Gothanus, novissimè Pastor & Superintendens Coburgensis, æt. 56. Dedit *Homilias Catecheticas contra Pontificios: Formam Calendarii novi Calendario Gregoriano expeditiorem: Orationem de Schola discipulisque Prophetæ Elisæi. Οικέτην sive de Officio famulorum: Calendarium Poëticum: De usu Dialectices: Epitomen Grammaticæ Hebrææ: Orationem de Depositione*.

29. Decembr. DANIEL HERMANNUS, *Prussus*, Regis Poloniæ Secretarius, ætatis suæ 62. Rigæ. Ejus reperitur *Stephaneis Moscovitica, sive de bello Stephani R. Poloniæ, contra magnum Ducem Moscoviæ, libris II: De Rana & Lacerta Succino Prussiaco insitis Discursus*.

31. Decembr. IO. BRANTUS, *Polonus*, Posnaniensis, Iesuita, Confessarius Romæ & ad D. Petri, inde literarum humaniorum & Theol. Lector Posnaniæ, Vilnæque, ubi & Theol. Doctor, tum Pultoviensis & Leopoliensis Collegiorum Rector, æt. 49. Societ. 31. Edidit in lucem *Disp. Theologicam de justificatione peccatoris: Poëmata Latina & Polonica*.

IO. HUGO A LINSCHOTEN, *Belga*, Harlemensis. Populari lingvâ vulgavit *Itinerarium Indiæ Orientalis*.

ALEXANDER NOVELLUS, *Anglus*, Theol. D. & ad D. Pauli Decanus Londinensis. Prelo submisit *Catechismum Græcè, Hebraicè & Latinè*.

MARTINUS COLERUS, *Germanus*, Cizensis, IC. Emisit *Libros III. de Alimentis*.

CLAUDIUS FALCO, *Gallus*, Aquitanus, Regis Galliæ Henrici III. Consiliarius. Composuit *Poëma de bellis in Gallia civilibus*.

IO. CHARDON, *Britannus*, Devoniensis, Theol. Doctor, Exoniæ Rector, Episcopus Dunensis & Connorensis in Hibernia. *Conciones Anglicanas emisit*.

ANNO 1602.

10. Ianuarii DANIEL TOSSANUS, *Germanus*, Montisbelgardensis, Theol. D. Pastor & Prof. tum Aureliæ in Gallia, tum in Palatinatu Germaniæ partim Neostadii, partim Heidelbergæ, æt. 60. Extant ejus *Tractatus de Pelagianismo: de Providentia DEI: Comment. in Matthæum: in Lucam: in Johannem: in Threnos Jeremiæ: Lib. III. de Senectu: De legitima Pastorum Evangel. vocatione, officio & præsidio: Volumen Orationum*.

16. Ian. PETRUS EDELING, *Germanus*, Pomeranus Nobilis, Phil. Magister, primùm Prof. Gryphiswalden-

waldensis, deinde Pastor in Pase. walck, tandem Episcopatus Camminensis Superintendens Generalis, & simul Capituli Colbergensis Decanus, æt. 80. Conscripsit *Tabulam Gentilitiam Familiarum in inclyta Colberga.* Continuavit quoque *Diarium Eberianum.*

3. Febr. MARTINUS RULANDUS, *Germanus*, Pater, Frisingensis, Med. Doctor, Archiater Cæsareus, Palatinus, & Lavinganus, æt. 70. Reliquit *Medicinam Practicam*, *Dictionarium Alchymisticum: Lexicon Latino-Græcum: Tract. de morbo Hungarico: Curationum Empiricarum Centurias decem: Tractatus III. de Phlebotomia, de Sacrificatione & de ortu Animæ: Hydriaticen: Progymnasmata Alchymiæ: Libellum de sacrificatione ac ventosatione, morbisque per eam curandis: Balnearium restauratum* &c.

3. Febr. PAULUS MELISSUS SCHEDIUS, *Germanus*, Melrichstatensis Francus, Poëta Laur. Cæsar. Comes Palatinus, Civis Romanus, Consiliarius & Bibliothecarius Electoris Palatini, æt. 63. Emisit *Melethematum piorum libros VIII: Paræneticorum II: Schediasmata sive carmina Miscellanea: Epigrammata: Epicedia: Odas ad Noribergam & Septemviros Reip. Noribergensis: Comm. de Heidelberga.*

24. Febr. JO. FRIDERICUS LUMNIUS, *Belga*, Leodicensis, Pastor Antverpianus, æt. 69. Elucubravit de *extremo Dei judicio, & Judæorum vocatione libros duos: Thesaurum christiani hominis, è Scriptis B. Augustini: Strenam Evangelicam, de vita & passione Christi*, & alia.

25. Febr. EVERHARDUS REIDANUS, *Belga*, Daventriensis, Consul Arnhemiensis, inter Ordines Belgii Fœderati Generales Deputatus, æt. 53. Condidit idiomate vernaculô *Historiam rerum in Belgio gestarum ab Anno clↃ IↃ LXVI. ad annum clↃ IↃc I.*

26. Febr. JO. BAPTISTA VELATUS, *Italus*, Pedemontanus, S. J. literarum humaniorum Lector Romæ, variorum Collegiorum Rector & Concionator, æt. 80. Scripsit Italicè *Introductionem ad vitam spiritualem & perfectionem Christianam.*

1. Martii HERBERTUS WESTPHALING, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Theol. Prof. Oxoniensis, & tandem Episcopus Herefordiensis. Exire passus est *Tractatum de Reformatione & Religione: Conciones de Cœna Domini.*

5. April. HENRICUS GARETIUS, *Belga*, Lovaniensis, Med. Doctor, Electoris Moguntini Medicus Cubicularius & à consiliis Status. Hujus operâ prodierunt *Consilia variorum, Jacobi Silvii, Jo. Fernelii, Hier. Triverii* &c. *de Arthritidis præservatione ac curatione.*

12. Aprilis NICOLAUS REUSNERUS, *Germanus*, Leobergâ-Silesius, Nobilis, J. U. Doctor, primùm Prof. & Rector Lovingensis, pòst Assessor Cameræ Spirensis, inde Argentorati, & novissimè Jenæ Professor, Comes

Palat. Cæsar. æt 58. Scripsit μικρο-τέχνην *sive de Arte Jurisprudentiæ: Orationum & Consultationum de bello Turcico Volumina IV: Jurisprudentiæ universæ corpus enucleatum: Tractatum de jure Codicillorum: Consiliorum juridicorum Volumina III: Institutionum sive Elementorum juris enucleatorum libri IV: Fastorum Sacrorum & Historicorum libri II: De casibus fortuitis: Lib. II. de Italia: Pentadem Legalem in Dig. LL: Comment. de Obligationum causis: De Obligatione ex die vel ad diem contracta: De jure Testamentorum & ultimarum voluntatum: Symbola Imperatorum: Orat. de Academiis & Scholis præsertim JCtorum: Ænigmatographiam: Anagrammatum libros IX: Diarium Historicum: Elogia Principum, Ducum, Regum & Impp. Austriacorum: Sylvulam Genealogicam Principum Bojariorum & Palatinorum: Chronologiam Historicam: Libros II. de Urbibus Imperialibus: Principum Palatinorum, Saxonicorum, Brandeburgicorum lib. III: Emblemata: Epigrammata: Anathemata sive Aræ sepulchralis Familiæ Salmensis: Ethicam & Physicam Christianam: De Majestate & potentia S. R. Imperii: Imagines virorum literis illustrium in Germania: Libros VIII. Summorum Regum carmine elegiacô scriptos* &c.

13. April. CHRISTOPHORUS STURCIUS, *Livonus*, nobilis, J.U. Doctor & Prof. Rostochiensis, nec non Regum Daniæ Friderici II. & Poloniæ Sigismundi Consiliarius. Ab ejus ingenio habemus *Comment. in Regulas juris antiqui: Librum de Imperio & Imperatoribus Romanis Germanorum: Methodum Logicam universi juris civilis in Institut. Pandect. & Codicis libros: Orationes varias: Comment. in Regulas juris Civilis.*

20. April. JOH. STREITBERGERUS, *Germanus*, Curiâ-Variscorum, primùm Ecclesiastes Brunsvicensis, inde Rector scholæ patriæ, tum Pastor ibidem & Superintendens, porrò Pastor & Superint. Culmbacensis, Theologiæ demum Doctor, æt. 85. Edidit *judicationem brevem & succinctam Pædagogiæ & Scholasticarum operarum ludi literarii.*

14. Maji NICOLAUS KRAGIUS, *Danus*, Ripensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Hafniensis Rector, deinde J. U. Doctor, Historiographus regius, & Græcæ Lingvæ Professor, demum Legatus Daniæ ac Præses Scholæ Soranæ. Reliquit *IV. libros de Republ. Lacedæmoniorum: Heraclidæ Pontici de Politiis librum Græco-Latinum: T. Livii sententiosè dicta: Panegyricum Christiano IV. in dedicatione novæ Academiæ dictum.*

1. Junii MATTHIAS LAMBERTUS, *Belga*, Franconatius, Theol. Licent. Lovaniensis, Pœnitentiarius, deinde Archipresbyter atq; Archidiaconus, tandem Episcopus Brugarum, Flandriæque Cancellarius perpetuus, æt. 63. Struxit lingvâ vernaculâ *Historiam Ecclesiasticam à Christo nato ad sua usque tempora: De vita, morte & passione*

passione Sanctorum opus: Tractatum de Antichristo.

7. Jul. FRIDERICUS WILHELMUS, I. DUX SAXONIÆ, lineæ Altenburgensis, æt. 40. Ejus prostant *Precationes piæ*, per Joh. Wankelium emissæ.

14. Jul. JO. REBELLUS, *Lusitanus*, Lamecensis, Soc. Jesu Sacerdos, æt. 60. Soc. 44. Ex iis scriptis, quæ lucem adspexerunt, sunt *de Rosario B. Virginis Mariæ: Dialogi duo de eadem B. Virgine: Comment. ad doctrinam Christianam: Tractatus de Vitâ Christi.*

18. Julii ANTONIUS DE S. MARIA, olim GARSIAS DE AQUILAR ALMARAZ, *Hispanus*, Placentinus, Nobilis, I. U. Doctor & Poëta, sodalis excalceatus provinciæ Franciscanorum S. Gabrielis, æt. 81. Formavit *vitas S. Francisci; S. Antonii de Padua: Summarium Regulæ Fratrum Minorum*, sermone populari.

28. Iul. PETRUS SEVERINUS, *Danus*, Ripensis, Phil. & Med. Doctor, Friderici II. & Christiani IV. Daniæ Regum Archiater, Canonicus Roëskildensis, æt. 62. Foràs misit *Ideam Medicinæ Philosophicæ: Epistolas ad Paracelsum, Bongarsium, Pistorium &c.*

1. Augusti IACOBUS SLUPERIUS, *Belga*, Herzellensis Flander, Poëta & Sacerdos, septuagenario major. Condidit *Elogia Virorum bellicâ laude illustrium: Poëmata: Hymnos: Eclogas: Epistolas &c.*

6. Augusti PONTUS HEUTERUS,

Belga, Delphensis Batavus, primùm Canonicus Gorcomiensis, postea ad S. Trudonem in Eburonibus, novissimè Præpositus Arnhemiensis æt. 67. Exaravit *Rerum Burgundicarum libros VI.: Rerum Belgicarum atque Austriacarum libros XV: De veterum ac sui seculi Belgio lib. II: De Orthographia Belgica: De Martyribus Gorcomiensibus.*

14. Augusti HENNINGUS HAMMELIUS, *Germanus*, Brunsvicensis, I. U. Doctor & Prof. Lipsiensis, inde IV. Marchionum Brandeburg. nec non Ducum Pomer. & Anhaltin. Consiliarius intimus, Archiepisc. Magdeb. Senator ac Cancellarius. Instituit *Repetitionem ad Titulum de Actionibus ad usum forensem accommodatam: Tract. Synopticum de Feudis.*

17. Augusti LUCAS TRELCATIUS, Pater, *Gallus*, Atrebaticus, Theol. D. & Prof. nec non Ecclesiastes Leydensis, æt. 60. Reliquit *Synopsin Theologiæ: Locorum Communium S. Theologiæ Institutionem didacticè & elenchticè explicatam: Disputationes varias.*

22. Augusti ANDREAS ROSA, *Germanus*, Schweinfurtensis, Med. Doctor, Astronomus, tam Schleisingæ, quàm Ambergæ Physicus, æt. 72. *Calendaria* per 30. annos emisit.

25. Aug. GULIELMUS GAZÆUS, *Belga*, Artesius, Canonicus Aërien-sis, Pastor ad S. Mariam Magdalenam in patria æt. 58. Evulgavit

populari idiomate *Vitas Sanctorum: Catalogum Episcoporum Atrebatensium & Cameracensium: Speculum Conscientiæ: Bibliothecam Sacram Belgicam: Sacrum Convivium: Exercitia spiritualia: Remedia contra scrupulos conscientiæ: Tabulas sacras Galliæ-Belgicas: Historiam Ecclesiasticam Belgii: Magdalim, comœdiam sacram.*

11. Septemb. SEBASTIANUS ARTOMEDES, *Germanus*, LangenZeenâ-Francus, Poëta Laur. Cæs. Phil. Mag. Rector Scholæ Crailscheimiensis, pòst Concionator Aulicus Onoldinus, ac demum Pastor Regiomontanus, æt. 58. Publici juris fecit *Explicationem Evangeliorum Domin. & Festivalium: VI. Conciones de S. Cœna: Explicationem Catechismi: XXII. Conc. funebres: LVI. Conc. in Psalmum I: Poëmata.*

14. Sept. JANUS PASSERATIUS, *Gallus*, Trecensis, Eloquentiæ Prof. Parisiensis & interpres regius, æt. 68. cæcus. Inter ejus inveniuntur scripta *Comment. in Catullum, Tibullum, Propertium: Conjecturarum liber: Notæ in Petronii Arbitri Satyricon: De literarum inter se cognatione ac permutatione: Encomium Asini: Orationes variæ: De cæcitate: Ambr. Calepini dictionarium octo lingvarum locupletatum* &c.

25. Sept. CASPAR PEUCERUS, *Germanus*, Budissinus, Lusatus, Medicinæ Doctor, hujus & Matheseos Professor Wittebergensis, pòst Consiliarius Principum Anhaltinorum,

obiit ANNO 1602.

æt. 78. Dessaviæ. Texuit *Commentarium de Divinationibus: Hypotheses Astronomicas: Methodum curandi morbos: Medicorum illustrium vitas: Historiam carcerum & liberationis: Elementa circulorum cœlestium: Orationem de Principe Friderico cum admorsa gena: de dimensione Terræ & Geometricè numerandis locorum particularium intervallis: Logisticam Astronomicam Hexacontadum & scrupulorum sexagesimorum: Orationem de Sympathia & Antipathia rerum in natura: Tract. de Febribus* &c.

10. Octobr. GEORGIUS NIGRINUS, *Germanus*, Battenbergensis Hassus, primùm Scholæ Buchaviensis in districtu Plaviensi moderator, deinde Typographiæ Noribergæ Corrector, posthæc Collaborator Scholæ Poëticæ Monachii in Bavaria, tum Pastor Hombergensis, inde Gresonsis, denique Ecclesiæ Echzellanæ Pastor, & Superintendens Alsfeldensis Niddanus, æt. 72. Ministerii 46. Concinnavit *Chronologiam ab orbe condito: Revelationem Anti-Christi, contra G. Scherum: Stratologiam, contra Casp. Franckenium: Anti-Calvinismum: Refutationem primæ centuriæ F. Joh. Nasen: Examen Manualis Johannis Nasenii: Responsa contra eundem: Responsum contra inanias Jacobi Rabi: Resp. ad librum Caspari Aulenbergeri, de perseverantia in Religione Pontificia: De vera Catholica & Christiana Ecclesia, contra Joh. Pistorium: Antithesen Jesu & Jesuitarum: De quadruplici Jubi-*

læo

leo 1. *Judaico* 2. *Ethnico* 3. *Christiano & 4. Papistico: Hostem Judæorum, quid de illis judicandum: De legitima vocatione D. Mart. Lutheri & Ministrorum Lutheranorum: Apologiam pro eadem, contra Jo. Pistorium: De Purgatorii inani structura: Conciones Pœnitentiales de bello Turcico: LX. Conc. in Apocalypsin Johannis: Consolatorium ad Christianos persecutos Coloniæ: Conciones L. in Prophetam Danielem: De conjugio & divortio: De vera Nobilitate: De officio & usu clavium cælestium.*

13. Octobr. FRANCISCUS IUNIUS, *Gallus*, Nobilis, Biturigus, Ecclesiastes primùm apud Schornavienses, deinde Neostadii, Heidelbergæ, & novissimè Lugduni Batavor. Theol. Professor, æt. 57. Scripta ejus hæc sunt: *Oratio Gallica ad Regem Hisp. pro defensione Belgii: Responsum ad fratres Zandwicenses in Anglia, de imagine Christi: V. T. ex Hebraico translatum: Acta Apostolorum ex Hebr. translata: Confessio Fidei Friderici III. Elect. Palatini: Jo. Bodini Dæmonomania Latina facta: Apocryphi libri translati, cum notis: Jo. Tilius de Regibus & Regno Gallorum Latinus factus: Grammatica Hebrææ linguæ: Ecclesiastes Latinè & Gallicè: ἡερκατάβλημα in IV. primos Psalmos Davidis: Lexicon Hebraicum: Index expurgatorius: Curopalates cum Notis: Academia: Paralleli sacri: πρωτοκτισιά in III. capita Geneseos: Notæ in Apocalypsin: Manilius cum Castigationibus & notis: Comm. in Danielem: Comment. in Psalmum CI. Analysis in Genesin: Comm. in Jonam: Notæ in Epistolas Ciceronis ad Atticum: Eirenicum: Christianus Pacificus: De Theologia: De Politiæ Mosis observatione: Tertullianus cum notis: Animadversiones in Bellarminum: Comm. in Ezechielem: In Matthæum: Orationes variæ* &c.

29. Octobr. PAULUS MONTIUS, *Belga*, Duacenas, à Secretis patriæ, æt. 72. E Latino reddidit Gallicè *Confessiones D. Augustini: Thomam à Kempe de imitatione Christi: Dion. Carthusiani sententiam benè vivendi.* Scripsit & Gallicè *Commentarios in Orationem Dominicam: Bellum Christianum.*

30. Octobr. JANUS JACOBUS BOISSARDUS, *Gallus*, Vesuntinus, Burdungiensis, Antiquarius, æt. 74. Metis. Composuit *Bibliothecam Chalcographicam: Topographiam & Antiquitates urbis Romæ: De Divinatione, præstigiis Magicis, & Diis fatidicis antiquorum Tractatum: Carmina.*

14. Novembr. FRANCISCUS FERNANDIUS, *Hispanus*, Avertensis, S. J. Missionarius in Indiam, Theol. interpres Goæ, Residentiæ Tanaënsis & Domus Coulanensis Rector, æt. 55. Societ. 32. Edidit lingvâ Bengalanâ *Tractatum, quô Catholicæ Fidei capita explanat: Catechismum, in modum Dialogi.*

30. Novembr. JO. FERINARIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Phil. Magister, Histor. Prof. & Pædagogiar.

gogiarcha Marpurgensis, æt. 67. Reliquit *Institutiones Christianas*: *Orationem de vita Gulielmi, Hassiæ Landgravii*: *Vitam & obitum Joach. Curæi Medici.*

18. Decembr. GUILELMUS PERKINSIUS, *Anglus*, Varvicensis, Theol. Doctor & Prof. Cantabrigiensis, ætatis suæ 43. Ab ejus industriâ profluxêre *Decisiones Casuum Conscientiæ*: *Catechesis*: *Tractatus de Idololatria*: *De Linguæ regimine*: *De libera Dei Gratia & libero Hominis Arbitrio*: *De nefaria arte venefica*: *In tria priora capita Apocalypseos*: *De modo & ordine prædestinationis*: *Catholicus Reformatus*: *Anatomia sacra humanæ conscientiæ*: *Problema de Rom. Fidei ementito Catholicismo*: *Tractatus de bene beateque vivendi ratione*: *Problema contra Coccejum*: *Pugna inter Carnem & Spiritum*: *Harmonia V. & N. Testamenti*: *Curriculum hominis Christiani*: *Comment. in Epistolam Judæ*: *Lex Linguæ, sive linguæ componendæ perscriptum Verbo Dei consentaneum*: *Expositio in c. V. VI. VII. Matthæi*: *De ratione concionandi*: *Tractatus de ratione bene moriendi*: *De disciplina domestica*: *Theologica Metanæologia*: *Fundamenta Religionis Christianæ*: *Armilla aurea.*

21. Decemb. ANTONIUS DE COVARRUBIAS ET LEYVA, *Hispanus*, Toletanus, J. U. Doctor & Professor Salmantinensis, inde Senator Granantensis & Panciensis, porrò judex in supremo Senatu Castellensis, postremò Ecclesiæ Tolesanæ Canoni-

Obiit ANNO *1602.*

cus & Academiæ Præses, æt. 78. Conscripsit *in Aristotelis Politicorum libros Commentarium.*

25. Decembr. LUDOVICUS ROGERIUS, *Italus*, Aretinus, S. Jesu, Philos. Lector Romæ, deinceps Concionator & Theol. Prof. Neapolitanus, tum Posnaniæ in Polonia Lector, æt. 45. Societ. 24. Composuit *Apologeticum pro Rob. Bellarmini libris, de translatione Imperii ad Germanos lib. III. adversus Matthæum Dresserum*: Edidit sub nomine Rhetorum Posnaniensium, *Defensionem pro libris de Purgatorio Cardinalis Bellarmini*: *Defensionem adversus Matthæum Dresserum, pro operibus Rob. Bellarmini.*

LAZARUS SORANZIUS, sive SUPERANTIUS, *Italus*, Patricius Venetus. Extat ejus *Commentarius de rebus Turcicis.*

PETRUS CORETUS, *Belga*, Athensis Hannonius, Theol. Licent. Canonicus & Pastor Tornaci. Emisit *Anti-Politicum, adversus præcipua doctrinæ Politicorum (potissimum J. Bodini) capita*: *Defensionem Veritatis adversus assertiones Catholicæ Fidei repugnantes.*

GULIELMUS HARRYS, *Anglus*: Collegii apud Oxonienses Lincolniensis Socius, Artium Magister, tandem Presbyter Duacensis. Struxit *Theatrum sive Speculum verissimæ Ecclesiæ magnæ Britanniæ lib. X.*

PETRUS IO. NUNNESIUS, *Hispanus*, in Barcinonensi Academia Eloq. & Græcæ lingvæ Professor. Forma-

Formavit *Grammatisticam*: *Institutionem Peripateticæ Philosophiæ*: *Phrynichum de vocibus Atticis*: *Orationem de Aristotelis doctrina*: *De causis obscuritatis Aristotelis, earumque remediis.*

CHRISTOPHORUS GOODMANNUS, *Anglus*, Artium Magister, Theol. Prælector Oxoniæ, Contexuit librum, cui titulum fecit; *Quomodo obtemperandum & repugnandum.* Deinde alium, quem nuncupavit *Primum Buccinæ sonum, adversus monstrosam mulierum legionem*: Hispanicè *Comment. in Prophetam Amos.*

NICOLAUS COLOGNUS, *Italus*, Bergomas. Extat ejus *Comment. in artem Poëticam Horatii*: *in Logicam, Physicam & Ethicam Aristotelis.*

LEONHARTUS ENGELHARTUS, *Germanus*, Philos. Prof. Tubingensis. Texuit *Exercitationum Poëseos libros III. Poëmata aliquot pia.*

ANNO 1603.

1. Ianuarii ANTONIUS VIVIANUS, *Gallus*, Petracoras, Soc. Iesu Coadjutor Spiritualis, æt. 57. Societ. 37. Vertit Gallicè *Thomæ à Kempis libellum de imitatione Christi*, & *Epistolas Generalium Societatis Jesu.*

26. Ianuarii ERASMUS GLICZNERUS, *Polonus*, Pastor Grodiseus, Ecclesiarum Augustanæ Confessionis in majori Polonia Superintendens, ac demum Brodniciæ in Prussia Pastor. Typis subjecit *commentarium Polonicum in Epist. Pauli ad Philemonem*: *Chronica vitæ, doctrinæ & operum Jesu Christi Polonicè ex IV. Evangelistis collecta*: *Chronicon Regum Poloniæ Latinum.*

7. Febr. HERMANNUS WITEKINDUS, *Germanus*, Radensis Westphalus, Scholæ Rigensis, moderator, pòst Græcæ Lingvæ & Mathematum Prof. Heidelbergensis, æt. 81. Concinnavit *libellum de Sphæra Mundi & temporis ratione apud Christianos*: *Conformationem Horologiorum in superficiebus planis, utcunque sitis, & quocunque spectantibus*: *Quod Mulier fuerit Papa* &c.

19. Febr. JO. AZORIUS, *Hispanus*, Murcianus, ex oppido Lorca, Soc. Iesu, Theol. Prælector Compluti, Placentiæ & Romæ, Collegiorum Placentini, Ocaniensis & Complutensis Rector, studiorum Romæ præfectus. Dedit *Institutionum Moralium Tomos III. Comment. in Cantica Canticorum.*

23. Febr. ANDREAS CÆSALPINUS, *Italus*, Aretinus, Philos. Peripateticæ Prof. Pisanus, tandem Clementis VIII. Pont. Rom. Archiater, æt. 84. Innotuit ex *Quæstionibus Peripateticis*: *Libris XVI. de Plantis*, ut & *de Metallis*: *Speculo Artis Medicæ Hippocratico.*

27. Martii JO. ARNBRUSTERUS, *Germanus*, Moguntinus, S. I. Græcæ & Latinæ Lingvæ Lector Spiræ, æt. 50. Societ. 30. Extat ejus *Olivetum Spirense*: *Comploratio in mortem Danielis Archiepiscopi Moguntini*: *Divi XIV. Auxi-*

Auxiliares publico cultu celebres in Diœcesi Bambergensi.

4. April. ÆGIDIUS HUNNIUS, *Germanus*, Winendâ-Würtenbergicus, Diaconus primùm Tubingensis, pòst Theol. Doctor ejusdemque Profess. Marpurgensis, postremò Pastor & Professor primarius Wittebergensis, æt. 53. Inclaruit ex *Commentariis in Matthæum: in Epistolas Paulinas: in Epistolam Johannis: Methodo concionandi: Tractatu de Majestate & autoritate S. Scripturæ: Propositionibus de præcipuis Christianæ Religionis capitibus: Articulo de justificatione Hominis: De Providentia DEI & æterna Prædestinatione: De libero Arbitrio: De Lege & Evangelio: De Ecclesia: De Usuris: De Exorcismo: Calvino judaizante: Anti-Pareo: Anti-Trunero: Relatione Historicâ de Colloquio Ratisbonensi: De Colloquio cum Pontificiis ineundo: De Scripturâ Canonicâ: Labyrintho Papistico: De Ordinatione ac Vocatione Ministrorum: De Peccato Originali: De Huberianismo: Explicatione Epistolarum Dominicalium: Epitome Biblica: Prælectionibus in XXI. cap. Geneseos: Homiliis in Prophetas Minores: Explicatione Evangeliorum Dominicalium: Concionibus funebribus: Conc. II. de Persona Christi: Refutatione controversiæ Theol. de S. Cœna, contra Embdenses: Demonstratione, quòd Calviniani non sint Augustanæ Confesfessionis socii: Orationibus variis* &c. Opera ejus in unum collecta prostant.

11. Aprilis SAMPSONUS ERDESWICKE, *Anglus*, Sandoniâ-Staffordiensis, Collegii apud Oxonienses Æneanasensis socius. Exaravit librum, cui nomen factum: *Agri Staffordiensis despectus.*

13. April. LAURENTIUS HAECHTANUS, *Belga*, Mechlinensis, æt. 76. Scripsit carmine *Chronicon Ducum Brabantiæ: μικροκόσμον sive parvum mundum cum imaginibus.*

25. April. GREGORIUS DE VALENTIA, *Hispanus*, Methymnensis, Soc. Iesu, Philos. Prælector, tum Theol. Professor Dillingensis, Ingolstadiensis & Romanus, æt. 63. Neapoli. Struxit *Analysin fidei Catholicæ libris VIII. comprehensam: De Sanctissima Trinitate libb. V: De vera Christi Majestate & præsentia contra Lutheranos lib. IV: De rebus controversis ad materiam Sacramentorum pertinentibus lib. XXIII. De diversis aliis materiis controversis: Redargutionem inscitiarum & fraudum, contra Genevenses: Commentariorum Theol. & Disputationum in Summam D. Thomæ Aquinatis Tom. IV.* &c.

3. Maji JO. ORANUS, *Belga*, Leodiensis, Soc. Iesu Theol. interpres Lutetiæ Parisiorum, & aliquot Collegiorum Rector, demum Belgicæ Provinciæ Vice-Provincialis, æt. 60. Soc. 43. Ex Hispanica in Latinam transtulit lingvam *Petri Ribadeneiræ de officio Principis Christiani & institutione ejusdem libros III. adversus Nicol. Machiavellum, cæterosque hujus temporis Politicos: Brevem pro Societatis innocentia*

nocentia defensionem, adversus Lugduno-Batavos: *Epistolas de rebus Japonicis, Mogorenicis & Chinensibus.*

12. Maji GREGORIUS STRIGNITIUS, *Germanus*, Misnensis Saxo, Phil. Magister, primò Ecclesiastes Wolckensteinensis, inde Concionator Aulicus Vinariensis, tum Pastor & Superintendens Ienensis, porrò Orlamundensis, ac denique Misniensis, æt. 57. Composuit idiomate vernaculô *XCIII. Homilias in Historiam de diluvio: XLI. in Prophetam Nahum: XIX. de serpente æneo: XXII. de itinere Emahuntico: CXXII. in Prophetam Jonam: Conciones Passionales: Festivales: Postillam Evangelicam: De Conscientia Hominis: De officio Angelorum: De Christo baptizato: De benedictione Ecclesiastica: De Sacra Cœna: De Spiritu effuso: De novo anno: De Ossibus redivivis: Vota Nuptialia: Conciones LVIII. funebres XXII: De Christo convivatore: De X. Præceptis sive Decalogo: Conc. XXI. de Laqueo Aucupis: De Gallicinio: De Heptalogo Christi in cruce: De infanticidio Bethlehemitico: De jejunio: De liliis agri: De modo Resurrectionis: De Sanctis redivivis* &c.

5. Maji VIDUS COQUILLIUS ROMANEIUS, *Gallus*, Noviodunus, IC. & Generalis Provinciæ Procurator, octogenario major. Condidit *Historiam patriam: De Ecclesiæ Gallicanæ juribus librum.*

8. Junii STANISLAUS KARNCOVIUS, *Polonus*, Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus & Regni Poloniæ Primas, æt. 78. Edidit *Libros Epistolarum familiarium: Librum de jure Provinciali terrarum civitatumq; Prussiæ: Panegyricos nonnullos: Historiam interregni post discessum è Polonia Henrici Regis: De Ecclesia utraque libellum: De Eucharistia* &c.

18. Junii PHILIPPUS MATTHÆUS, *Germanus*, Marpurgo-Cattus, I. U. Doctor inque patria Academia primùm Oratoriæ, deinde juris Professor. Ejus reperitur *Comment. in Titulum de Rebus creditis: Tractatus de diversis Regulis juris antiqui: Selectæ Dispp. juridicæ XXX.*

24. Iulii JO. HOCHMANNUS, *Germanus*, Biberaco-Svevus, Phil. & I. U. Doctor, Prof. Tubingensis & Consiliarius Wurtenbergicus, æt. 76. Reliquit *Disputationes.*

27. Augusti PETRUS WESENBECIUS, *Belga*, Antverpiensis, I. U. Doctor, ejusdemque Profess. Ienensis, Wittebergensis & Altorphinus, deinde Aulæ Coburgicæ Senator, Curiæ Provincialis Assessor, & demum Scabinatus Ordinarius primus, æt. 57. Concinnavit *Responsa juris sive Consilia tomis IV: Commentarium de Regulis juris.*

14. Septembr. DAVID LOBECHIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Theolog. Doctor, Pastor & Professor Rostochiensis, æt. 43. Edi curavit *Disputationes Theologicas XXX. ad Articulos Augustanæ Confessionis: Synopsin de æterna Dei Prædestinatione & Cœna Domini: Hypomnemata in Catechesin.*

27. Septembr. PAULUS NICANDER, *Germanus*, Kissingensis Francus, Phil. Magister, Pastor ad D. Ulrici Halensis. In publicum emisit populari linguâ *Conciones in Psalmum CX. de Persona & officio Christi: Præservativam contra Pestem, ex Psalmo V: Postillam Evangelicam: Epistolarem; Speculum consolatorium ex Psalmo LXXI; Calicem Solatii ex Psalmo CXVI.; De Arte moriendi; IX. Conciones in Psalmum LXXXVI; VII. Conc. in Psalmum LXXXIV; in Psalmum LXXXIX. Conciones funebres* &c.

1. Octobr. EMMANUEL PIMENTA, *Lusitanus*, Scalabitanus, Soc. Iesu, Oratoriæ Lector, deinde tum Eboræ, tum Conimbricæ studiorum Præfectus, nec non Sacerdos, æt. 61. Societ. 45. Reliquit *Poëmata varia Tomis duobus collecta; Epigrammata de Regibus Lusitaniæ.*

6. Octobr. JACOBUS MONAVIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Patricius, Consiliarius Ligio-Bergensis, æt. 57. Dedit *libros III. Carminum; Epistolam de negotio Prædestinationis ad Zachar. Ursinum.*

20. Octobr. JO. PETRUS MAFFÆIUS, *Italus*, Bergomas, Societatis Iesu, æt. 65. Soc. 35. Prodire fecit *Historiarum Indicarum libros XVI; De Vita S. Lojolæ libros tres.* Reddidit etiam Latinè *Commentarium de rebus Indicis Emanuelis Acostæ; Epistolarum de rebus Indicis lib. I; De rebus Japonicis lib. V.* Italicè verò scripsit *Vitas XIII. Sanctorum Confessorum.*

28. Octobr. ÆGIDIUS WALLIUS, *Belga*, Brugensis, Theol. Doctor & Profess. Lovaniensis. Ad posteros transmisit *Parænesin Antiquitatis, contra novorum dogmatum sectatores; Orationem de vera Ecclesiæ potestate.*

13. Decembr. HENRICUS HEIDECCIUS, *Germanus*, I. U. Doctor, Cancellarius Mansfeldicus, Consiliarius Vinariensis, & Curiæ Elector. Saxon. nec non Rev. Capituli Archiepiscopus Magdeburgensis, æt. 33. Ejus est *Interpretatio Legis Naturalis de præscriptis Verbis.*

JO. LUIDUS, vulgò LLOYD, *Anglus*, Dembigia-Wallensis, Collegii Oxoniæ novi Socius, Procurator pòst Academicus, Theol. Professor ac demum Writtliæ apud Essexianos Vicarius. Prelo commisit *Flavium Josephum de Maccabæis, seu de rationis imperio, longè quàm antehac & emendatiorem & auctiorem, cum Latina interpretatione & notis; Barlaamum de Papæ principatu Græcè & Latinè*

FRANCISCUS VIETA, *Gallus*, Fontenajo-Pictionensis, Mathematicus Parisiensis, æt. 63. Extat ejus *Continuatio Algebræ proportionalis; Harmonicum cœleste; Relatio Calendarii Gregoriani; Pseudomesolabrum; Apollonius Gallus; De æquationum recognitione & emendatione; Munimen adversus nova Cyclometrica; Responsum ad Adr. Romani Problema, quod omnibus totius orbis Mathematicis construendum proposuit; Electionum Astronomicarum Canonica Recensio; Supplementum Geometriæ;*

metriæ; *Ad angularium Sectionem Analytica Theoremata* καθολικώτερα; *Isagoge in artem Analyticam.*

JACOBUS MAZZONIUS, *Italus*, Cæsenas, Phil. Professor Maceratensis, Cæsenaticus, Pisanus, Romanus, æt. 50. Inter ejus referuntur scripta, *Methodus de triplici Hominis vita, activa, contemplativa & religiosa*; *Præludia in universam Aristotelis & Platonis Philosophiam*; *Orationes.*

THOMAS CARWIGHT, *Anglus*, Hertfordiensis, Theol. Doctor & Prof. Cantabrigiensis. Elucubravit *Commentarium in Proverbia Salomonis*; *Metaphrasin & Homilias in Ecclesiasten*; *Harmoniam Evangelicam per Analysin Logicam & Metaphrasin Historicam*; *Commentaria Practica in totam Historiam Evangelicam*, & plura alia linguâ populari exarata.

JO. DEMETRIUS SOLICOVIUS, *Polonus*, Siradiensis, Nobilis, primò Vachocensis, pòst Sichiechoviensis Abbatiæ perpetuus Administrator, Archipræsul Leopoliensis, XXIV. vicibus ad diversos Principes Legatus. Vulgavit *Meditationes super Psalmum LXVII*; *Fastorum Christianorum libellum*; *Prussiam Ducalem, ejusque sub Augusto Rege tumultum*; *Juris Livonici libros II. ac ejusdem Provinciæ Topographiam*; *Orationem in obitum Regis Augusti* &c.

JO. FRANCISCUS COSTÆUS, *Gallus*, Laudensis, Altesani & Casalburgonii Condominus, Eques Auratus, Phil. Med. ac Iuris Doctor, in compluribus Italiæ Gymnasiis Legum interpres primarius. Exaravit *Commentaria in universum opus Medicum Avicennæ & Mesuæ*; *Tractatum de universali stirpium natura*; *De igneis Medicinæ præsidiis*; *De facili Medicina per seri & lactis usum libros III*; *De Venarum Mesaraicarum usu*; *De humano conceptu*; *De potu in morbis*; *De morbis & puerorum & mulierum*; *Librum Medicarum & Miscellanearum Animadversionum*; *Consilia Medicinalia*; *Disquisitiones Physiologicas* &c.

HORATIUS AUGENIUS A MONTE SANCTO, *Italus*, Med. Doctor, primùm Logic. in Acad. Maceratensi, deinde in Scholis Romanis & Ticinensi Acad. Med. Professor, denique in Gymn. Patavino primarius Professor. *Opera* ejus in *IV. Tomos distributa* impressa sunt, inter quæ *de medendis calculosis*; *Compendium totius Medicinæ*; *Consilia Medica*; *Epistolarum & Consultationum Medicinalium libri XXIII*; *Quod homini certum non sit nascendi tempus libri duo*; *De modo præservandi à Peste, libri IV*; *De Febribus Pestilentibus liber*; *De Curatione Variolarum & Morbillorum*; *De curandi ratione per Sanguinis missionem libri XVII.*

SILV. ANTONIANUS, *Italus*, Cardinalis, æt. 63. Struxit *librum de Successione Apostolica*; *Orationes*; *Carmina*.

13. Januar. JO. DE SANTIAGO, seu à SANCTO JACOBO, *Hispanus*, Toletanus, Oratoriæ Prælector Hispali, tum S. I. æt. 70. Societ. 39. Emisit *Librum de Methodo Concionandi: De Arte Rhetorica lib. IV: De conscribendis Epistolis.*

23. Jan. MELCHIOR JUNIUS, *Germanus*, Wittebergensis Saxo, Phil. Magister, Eloquentiæ Professor & Collegii Thomani Canonicus Argentoratensis, æt. 59. Publicavit *Quæstiones Politicas & Morales: Methodum comparandæ Eloquentiæ: Locos Communes ex Ciceronis Orationibus: De animorum conciliandorum & movendorum ratione: Tomos III. Orationum: Scholas Rhetoricas de contexendarum Epistolarum ratione.*

10. Febr. CYRIACUS SPANGENBERG, *Germanus*, Northu'anus Thuringus, primùm Rector ac mox Pastor Islebiensis, tum Ecclesiæ Mansfeldicæ Decanus ac Parochus, æt. 76. Argentorati Lucubrationes ejus extant complures, quas inter *Tabulæ in Biblia Sacra: Chronicon Corinthiacum: Historia Ecclesiastica, de Religione in Thuringia, Hassia, Franconia & Bavaria: Chronicon Hennebergense: Chronicon Comitum Holsatiæ* &c. *Speculum Nobilitatis: Libellus de spirituali felicitate: Cythara Lutheri: Conciones Catecheticæ: De usu Sacræ Cœnæ: Speculum Connubiale: Diabolus Venator: Margarita Theologica: De educatione Liberorum: De æterna Prædestinatione: Epistolæ Consolatoriæ pro afflictis: Interpretationes in Epistolas D. Pauli: Conciones Funebres: Medicina Animæ: De Colloquio Lindaviensi: Theander Lutherus: Historia Manichæorum: Conciones Nuptiales: Expositio Peccati Originalis: Apologia pro eodem: Pentateuchus: Conciones ex Psalmis Davidicis: Pœnitentia Davidica: Comœdiæ variæ* &c.

11. Febr. ALBERTUS HUNGERUS, *Germanus*, Theol. Doctor, Prof. & Cancellarius Academiæ Ingolstadiensis, Canonicus Passaviensis, Ducum Bavariæ Consiliarius, æt. 59. Publici juris fecit *Thesaurum Christianarum precationum: De Veritate Transsubstantiationis in Sacramento Eucharistiæ: Defensionem Scripturæ Sacræ, contra Pseudo-scripturarios: De medio Ecclesiæ Catholicæ, adversus novos & veteres Extremistas: Orationum Volumina tria.*

20. Febr. MATTHÆUS FLECHA, *Hispanus*, Catalonus, ordinis Carmelitarum, Caroli V. Musicorum Choragus sive Capellæ Magister. Emisit *Divinarum Completarum Psalmos: Lectionem brevem & Salve Regina, cum aliquibus Motellis, & Musicalia* plura variis libris tum in Hispania, tum in Gallia vulgatis.

25. Febr. CHRISTOPHORUS PEZELIUS, *Germanus*, Plavensis, primò in patria Cantor, postea Theol. Doctor & Professor Wittebergensis, demum Bremensis, ibidemque Superintendens, æt. 65. Prelo submisit *Mellificium Historicum: Commentarium*

um in Genesin: *Refutationem Catechismi Jesuitici*: *Tractatum de Cœna Domini*: *Compendium Theologiæ*: *Consilia & judicia Theol. Philippi Melanchtonis*: *Assertionem Catholicæ doctrinæ de vera & æterna Deitate Filii Jesu Christi*: *Argumenta & objectiones de Articulis Christianæ Doctrinæ*: *Enarrationem priorum capitum Evangelii Johannis*: *Examen Theol. Melanchtonis cum explicationibus*: *De Prædestinatione*: *Scripta Polemica contra Ægid. Hunnium*: *contra Nicolaum Selneccerum*: *contra Dan. Hofmannum*: *contra Phil. Marbachium*: *Orationes varias*: *Epitomen Philosophiæ Moralis*. &c.

25. Febr. EMMANUEL ACOSTA, *Lusitanus*, Vlyssiponensis, S. I. literarum humaniorum & Theol. moralis interpres, Rector Collegii Bracharensis, Visitator Insulæ Tertiariæ, Concionator & Confessarius, æt. 85. Societ. 44. Scripsit Lusitanè *Rerum à Societate Jesu in Oriente gestarum Volumen*: *Librum Epistolarum de rebus Indicis*: *De rebus Japonicis libros quinque*.

3. Martii FAUSTUS SOCINUS, *Italus*, Hæresiarcha, Senensis Patricius, variis peragratis oris, in Poloniam venit, illicque commorandi sedem fixit, obiitque æt. 64. Ejus est *Responsio ad Palæologum pro Racoviensibus*: *Disputatio de loco Rom. VII*: *Animadversiones in theses Collegii Posnaniensis*: *Disput. adversus Volanum*: *Examinatio argumenti pro Trino & Uno Deo*: *Synopsis Justificationis nostræ per Christum*: *De fide & operibus*: *De Autoritate Sacræ Scripturæ*: *De non invocando Christo, ad theses Franc. Davidis*: *Explicatio initii Evangelii Johannis*: *Anti-wujekus Polonicus & Latinus*: *Disp. de Jesu Christo Servatore*: *Summa Religionis Christianæ*: *Disp. de statu primi hominis, contra Franc. Puccium*: *De Baptismo aquæ* &c. Scripta ejus exegetica & polemica simul prodierunt.

4. Mart. ARNOLDUS OSSATUS, *Gallus*, Novempopuloniensis, S. Eusebii Presbyter, Cardinalis, Episcopus Bajocensis, æt. 67. Dedit *Epistolas*: *Expositionem in Disput. Jacobi Carpentarii de methodo*.

13. Mart. PAULUS GRASECCIUS, *Germanus*, Argentoratensis, I. U. Doctor, inque Patria Professor, & Canonicus Capituli Thomani, æt. 41. Reliquit *Conclusiones de Consuetudinis natura, causis & effectis*: *Dispp. de Hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur*: *De jure sistendi seu de Arresto* &c.

15. Martii HUMFREDUS ELYE, *Anglus*, Herefordiensis, juris Civilis Prof. Duacensis, æt. 65. Vulgavit *Notas ad Apologiam Presbyterorum Anglorum & Archipresbyteri*.

23. April. CORNELIUS SCHULTINGIUS, *Belga*, Steinwichio-Transisalanus, Theol. Licent. Coloniensis, Regens Bursæ Laurentianæ in Vbiis, ibidemque ad S. Andream Canonicus. Edidit *Libros VI. Ecclesiasticæ Disciplinæ*: *Bibliothecam Ecclesiasticam*: *Opus variarum Lectionum & Animadversio-*

versionum adversus libr. I. Institutionum Jo. Calvini: Thesaurum Antiquitatum Ecclesiasticarum: Tragico-Comœdiam Constantini Magni & S. Helenæ: Confessionem Hieronymianam: Hierarchicam Anacrisin adversus Calvinistas.

4. Maji JOHANNES FREDERUS, *Germanus*, Hamburgensis, Theolog. Doctor, Prof. & Superintendens Rostochiensis, æt. 61. Reliquit *Disputationes Theologicas de Prædestinatione* &c.

9. Maji JACOBUS DE MARQUAIS, *Belga*, Atrebatus Nobilis, apud D. Vedasti Abbatiam ibidem Prior, ad S. Martinum Abbas Tornacensis. Scripsit *Commentarium in Regulam S. Benedicti: Speculum Pastorum: De institutione Novitiorum: Conciones varias.*

25. Maji CORNELIUS BECKERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Doctor, ejusdemq; in Academia patria Prof. & Pastor, æt. 43. Superest ejus *Tractatus de Autoritate Ecclesiæ in Scripturis interpretandis: Psalterium Davidicum Rhitmis Germanicis concinnatum: Analysis Psalmi secundi: Dispp. Theologicæ: Conciones funebres.*

1. Junii ARNOLDUS CLAPMARIUS, *Germanus*, Bremensis, Politices Professor Altorphinus, æt. 31. Condidit *Arcana Rerumpublicarum libris VI.*

7. Junii EMBERTUS EVERAERTUS, *Belga*, Arendonckanus Brabantinus, Theol. Doctor, Pastor Lovaniensis. *In D. Augustini operibus*, studiô & curâ Lovaniensium, *castigandis*, operam quoque suam contulit, idque *librum IV. confecit.*

4. Julii ZACHARIAS SCHILTERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Doctor, in Patria Prof. primarius, & Ecclesiæ Cathedralis Misnensis Canonicus æt. 64. Posteritati profuit *Declaratione & Defensione Libri Christianæ Concordiæ: Disputationibus Theologicis primaria capita doctrinæ Christianæ comprehensis: Dissertatione de Ecclesia visibili: Enarratione in Esaiæ LIII: Oratione de præstantia Monumentorum Esaiæ: Designatione doctrinæ de Christiana Libertate, Traditionibus & Ceremoniis in Ecclesia: Apologiâ Lutheri contra Alb. Hungerum de consensu Lutheri cum Philosophia Epicuri: Exegesi Catecheseos: Libro de potestate Calvinistarum: Commentario in Haggæum: Dissertatione de Unione hypostaticâ: Declaratione dogmatis de assumta Christi natura in obeundis muneribus Regni & Sacerdotii Divinæ socia: Concionibus funebribus* &c.

7. Julii DAVID RUNGIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Theol. Doctor, ejusdemque primùm in patria, deinde Wittebergensis Professor, æt. 40. Elucubravit *Commentarium in Genesin: in Exodum: in Leviticum: in Epistolas ad Romanos & Corinthios: Tractatum de norma & judice Controversiarum Religionis: Disput. XVIII. Catecheticas: Confessionem Ecclesiarum Pomeraniæ, de vera præsentia corporis & sangvinis Christi in Cœna: Comm. in Epist. ad Hebræos:*

in Epist. Jacobi: Examen controversiæ, de imagine Dei in Homine, contra Bellarminum: Diagraphen Colloquii Ratisbonensis: Assertionem sanæ doctrinæ de Æternitate & æterna Deitate Spiritus: de Ascensu Christi in Cœlum: De duarum Naturarum unione & communicatione: De vero Deo & idolis, ex I. Corinth: Dispp. aliquot in Academ. Witteb. habitas: Relationem de tyrannicâ persecutione S. Evangelii in Syria &c.

27. Julii IO. ARCERIUS THEODORETUS, *Belga* Frisius. Emisit Græcè & Latinè *Jamblichum de vita Pythagoræ.*

28. Iulii LUDOVICUS CRUCIUS, *Lusitanus*, Vlyssiponensis, Soc. Iesu, humaniorum & sacrarum literarum interpres Conimbricensis, æt. 62. Soc. 46. Latinô carmine expressit *CL. Psalmos Davidis: Tragicas Comicasque Actiones plures.*

30. Iulii MICHAEL IERINGIUS, *Germanus*, Schmollâ Misnicus, Phil. Magister, Halæ Saxonum Scholæ Rector, pôst ad D. Mauritii Pastor, demum Ministerii Senior, æt. 78. utriusque officii 54. Pugnavit *contra Calvinianos:*

1. Augusti CASPARUS SAUTERUS, *Germanus*, Cuppingâ-Herrenbergensis, Phil. Magister, Scholæ primùm Bebenhausensis moderator, pôst Diaconus Böblingensis, tum Archidiaconus Stutgardiensis, inde Superintendens Herrenbergensis & Hanaviensis, ac demum Antistes Augustanus, æt. 57. Publicavit *Homilias in Prophetam Joëlem: Conciones XIX. de Resurrectione Christi:* Ἀπόδειξιν *pro astruenda divina & infinita Majestate Filii Hominis: Conciones Festivales: Passionales: Funebres: Explicationem Psalmi primi: Conc. X. in Psalmum CXXVII.* &c.

20. Augusti NICOLAUS VARENBULERUS, *Germanus*, Lindaviensis, I. U. Doctor, Professor Tubingensis, Consiliarius Würtenbergicus & Brandenburgicus, Legatus, tandem rude donatus, æt. 85. conjugii 56. Reliquit *consilia varia: Disputationes juridicas:*

21. Augusti EDMUNDUS A CRUCE, *Gallus*, Campanus Trecensis, Claraevallis primùm, pôst Monachus Cisterciensis, inde Abbas, novissimè Theol. Doctor Parisiensis. Typis vulgari curavit *Libellum*, quem *Chartam Fraternitatis inscripsit: Orationes: Epistolas.*

25. August. IO. MACARIUS, vulgò L' HEUREUX, *Belga*, Grevelinganus Flander, Aeriensis apud Artesios Canonicus. Struxit *Inscriptiones Græcas: Librum de antiqua scribendi ratione: De natura verbi medii: Aristopistum, sive antiquariam disquisitionem de Gemmis Basilidianis* &c.

4. Septemb. GEORGIUS CÆSIUS, *Germanus*, Rotenburgo Tuberanus, Phil. Magister, Diaconus primùm in patria, deinde Onolsbachii, porrò Leutershusii, & demum Burckbemhaimii Pastor, Astronomus, æt. 60.

Scripsit *Calendaria anniversaria: Catalogum omnium Cometarum, secundum seriem annorum à diluvio usque ad annum 1570. conspectarum.*

17. Septemb. LUCAS OSIANDER, *Germanus,* Norimbergensis, primùm Diaconus Gœppingensis, biennio pòst Pastor & Superintendens Blavifontanus, tum Sturgardianus ad S. Leonhardi, porrò Concionator Aulicus & Ecclesiastici Consistorii Assessor, iterum Abbas Adelbergensis, & denique Pastor Eslingensis, ætat. 70. Ministerii 48. Posterorum indulsit usibus *Commentarium in S. Scripturam: Institutiones Christianæ Religionis: Epitomen historiæ Ecclesiasticæ: Enchiridia Controversiarum Religionis, quæ Augustanæ Confessionis Theologis cum Pontificiis, Calvinianis & Anabaptistis intercedunt: Refutationem scripti à Franc. Puccio editi, de Christi efficacia in omnibus & singulis hominibus: De Ratione concionandi: Admonitionem ad Ecclesias Gallicas & Belgicas: Concionē de Anabaptistis, unà cum Histor. Anabaptistarum: Anti-Sturmium: De Christianismo Arndiano Admonitionē: Scultetum Atheum: Enchirid. capitum Biblicorum: De Calendario Gregoriano: Resp. contra Sam. Huberum: Conciones L. super Catechismum: De Sacra Cœna contra Dan. Tossanum: De Colloq. Durlacensi, contra Jesuitas: Scripta Polemica contra Joh. Pistorium: Jacob. Feuchte: Gregor. de Valentia: Georgium Schererum: Christ. Rosenbuschium: Franc. Costerum: Nasenium: Enchiridion Evangeliorum & Epistolarum: Conciones de antiqua fide: LIV. Conc. in Gen. VIII* &c.

23. Septembr. GABRIEL VASQUEZ, *Hispanus*, Bello-montanus, Societatis Iesu, in Collegiis Complutensi & Romano D. Thomæ Aquinatis interpres per 29. annos, ætatis suæ 55. Societatis 35. Elaboravit *Commentarios in Thomam Aquinatem: Disputationes Metaphysicas.* Opera ejus X. tomis excusa prostant.

12. Octobr. IANUS DOUSA, Belga, Nobilis Batavus, P. Nortwisi Dominus, Academiæ Leydensis Curator, & in Suprema Hollandiæ Curia Senator, ætatis 59. Condidit *Annales Hollandiæ: Notas in Sallustium: Præcidanea ad Petronium: ad Tibullum: ad Catullum: Epigrammatum, Satyrarum, Elegiarum, Sylvarum libros: Nova Poëmata Lugdunensia: Epodon librum ex meris Jambis: Odas Britannicas: Elegiarum & Epigrammatum librum: Comment. in Horatium: Epistolas Apologeticas duas: Annales Hollandiæ carmine* &c.

19. Octobr. STEPHANUS VINANDUS PIGHIUS, *Belga*, Campensis Transisalanus, primùm Cardinali Granvellio ab epistolis & à Bibliotheca, deinde Canonicus Sanctensis in Clivia, æt. 84. Concinnavit *Annales Magistratuum urbis Romæ, tomis III. Annotationes in Valerium Maximum: Herculem Prodicium sive de Principis vita & peregrinatione: Themidem Deam, sive de lege divina: Mythologiam in IV. anni Partes.*

1. Nov.

1. Novemb. DOMINICUS BANNEZ, *Hispanus*, Balmasedanus Cantaber, Ordinis Prædicatorum ad D. Stephani Salmanticæ, Theologiæ Scholasticæ Professor in Abulensis, Complutensis & Pincianæ urbium Gymnasiis, tandemque in Salmantino emeritus, æt. 77. Publici juris fecit *Commentaria Scholastica in IV. partes Angelici Doctoris: Institutiones minoris Dialecticæ h. e. Summulas: Relectionem de merito & augmento charitatis: In Aristotelis Dialecticam: De Generatione & corruptione commentaria* &c.

2. Novemb. NICOLAUS THEOPHILUS, *Germanus*, Flensburgo-Slesvicensis, Poëta Laur. Cæsareus, I. U. Doctor, Wilhelmi Hassiæ Landgravii Secretarius & Consiliarius, Legatus, juris demum Professor Hafniensis, æt. 63. Edidit *Tractatum de diversis Regulis juris antiqui: De Privilegiis Studiosorum: Dispp. de Tutela: De Testibus forensibus: De Homicidio: De Homicidio legitimo: Epigrammata:*

9. Novembr. HIERONYMUS MERCURIALIS, *Italus*, Foroliviensis, Umbriensis, Med. Doctor Patavii, Bononiæ, Pisis Medicus & Philosophus, Eques auratus, æt. 74. Prodire fecit *Gymnasticam: Lectiones varias: Tractatum de Ponderibus antiquorum: Praxin Medicinalem: Consilia Medica in IV. volumina distributa: Comment. in Hippocratis Prognostica, de victus ratione in morbis acutis: Censuram & Dispositionem Operum Hippocratis: Tract. de Balneis Pisanis: Librum de Decoratione: Libb. V. de Morbis curaneis & omnibus corporis humani excrementis: Lectiones de Pestilentia: Tractatum de morbis Puerorum: Tract. de Venenis & morbis venenosis: Tractatum de vino & aqua: Opuscula aurea & selectiora* &c.

9. Novembr. IOSEPHUS STEPHANUS, vulgo ESTEVE, *Hispanus*, Valentinus, Philos. Professor in urbe Senarum, Canonicus Segobricensis, Decanus in patria, indeque Episcopus Oriolanus. Emisit *librum de potestate coactiva, quam Romanus Pontifex exercet in negotia secularia: De adoratione Pontificum, pedum osculatione, gestatione & coronatione: Sacri Rosarii B. Virginis Mariæ ab Hæreticorum calumniis Defensionem: De dignitate & præeminentia Presbyterorum: Lexicon Ecclesiasticum* &c.

11. Novembr. PHILIPPUS GAERINGIUS, *Belga*, Trudonopolitanus, Medicus Leodicensis. Ab eo habetur *descriptio Fontis Spadani, & fontis ferrati Tungrensis.*

29. Novembr. RICHARDUS EEDES, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Ædis Christi Canonicus Oxoniensis, ac demum Decanus Wiborniensis & Theol. Professor. Dedit *Conciones: Poëmata:*

4. Decembr. PROSPER MALAVOLTA, *Italus*, Ferrariensis, S. I. Rhetorices Prælector, & Concionator, dein

dein variorum in Italia Collegiorum Rector, Domus professæ Præpositus Mediolanensis, æt. 66. Religionis 50. Scripsit Italicè *Pia Exercitia super coronam XII. virtutum B. Mariæ & modum eam quotidie spiritualiter coronandi: Conciones VII.*

13. Decembr. VINCENTIUS CASTAGNOLA, *Græcus*, Chius, S.I. æt. 88. Societ. 20. Messanæ. Transtulit *in Græcum* sermonem vernaculum *Catechismum à P. Jacobo Ledesma Hispanicè conscriptum.*

CHRISTOPHORUS COLERUS, *Germanus*, Francus, IC. & Philologus, Iuris Professor Altorphinus, obiit in Austria. Commentatus est *in Sallustii bellum Catalinarium: In Alexandri ab Alexandro libros Genialium dierum: In Taciti Germaniam: In Terentii Comœdias: In Valerium Maximum: In Sallustii epistolam de Republica ordinanda: In Martialem: Diatriben de ratione discendi jus civile: Epistolam de studio Politico: Parerga: Spicilegium in opera Taciti: Epigrammata.*

IO. CHAMBER, *Anglus*, Collegii Mertonensis apud Oxonienses Socius, Medicus & Theologus. Reliquit *Scholia ad Baarlami Logisticam Astronomicam: Orationem de Astronomiæ encomio: Tractatum contra judicia Astrologica.*

MEREDITH HANMER, *Anglus*, Flintensis, Artium Magister, Vicarius Ecclesiæ S. Leonardi Londinensis, Theol. D. & Ecclesiæ in Hibernia SS. Trinitatis Thesaurarius. Composuit *Vexillum Jesuiticum, sive de eorum origine, progressu, voto &c. Chronicon Hibernicum: Chronographiam à Christo nato ad annum XII. Mauritii:* Transtulit *Eusebii Historiam Ecclesiasticam: Socratem: Evagrium.*

IO. MONTANUS, *Germanus*, Strigâ-Silesius, Med. Practicus, æt. 73. Scripsit *de Terra Sigillata*, cujus ille fuit inventor.

FRANCISCUS PICCOLOMINEUS, *Italus*, Senensis, in variis Italiæ Academiis per 52. annos Philosophiæ Professor, ætatis suæ 84. Adornavit *Commentaria in Aristotelis librum de ortu & interitu, ejusdemque de anima: in librum de Cœlo: De rerum Definitionibus: De Arte definiendi & discurrendi: Universam Philosophiam de Moribus: Philosophiam Physicam: Discursum ad universam Logicam* &c.

CAROLUS VAN MANDER, *Belga*, Flander de Molebecke, Pictor & Poëta, æt. 58. Dedit *Expositionem in Ovidii Metamorphosin: Instructionem artis pictoriæ, versibus Belgicis: Vitas celebrium Pictorum Italorum, Germanorum & Belgarum.*

RICHARDUS HALLUS, *Anglus*. Scripsit *de tribus primariis causis tumultuum Belgicorum, contra coalitionem multarum Religionum, quam Liberam Religionem vocant: De quinquepartita Conscientia libros III. in Jo. Giovani de Schismate librum præfationem.*

PAULUS MORIGIUS, *Italus*, Mediolanensis, æt. 80. Consignavit

Histo-

Historiam de antiquitate Mediolanensi libris IV: Thesaurum Christianismi: Historiam illustrium Religiosorum libris V. De Nobilitate Mediolanensi: De Calendario vulgari: De origine omnium Religionum: Pratum spirituale: Summarium Chronologicum: Historiam de augustissima domo Austriaca, plurimaque alia idiomate populari, numero LXI.

ALPHONSUS DE BARROS, *Hispanus*, Segobiensis Nobilis, Philippi III. & IV. Regum Catholicorum Metator. Confecit *librum de Proverbiis: de Militia: De Philosophia Cortesana.*

BARTHOLOMÆUS DE LEDESMA, *Hispanus*, Salmantinus, Ordinis Dominic. in patria ad D. Stephanum, deinde Mexicanæ Academiæ Episcopus. Struxit *super librum IV. Magistri Sententiarum, sive de Sacramento Commentarium.*

ALPHONSUS DE TORRES, *Hispanus*, Malacitanus Nobilis, in patria Decanus. Formavit *Institutiones Sacerdotum: Librum de divinis officiis.*

ÆMILIUS CAMPOLONGUS, *Italus*, Pataviensis Nobilis, Med. D. & Prof. in Acad. patria, æt. 54. Prof. 27. Edidit *Theoremata de humana perfectione: Novam cognoscendi morbos methodum: Methodi Medicinales duas: Librum de Arthritide: Librum de Variolis: De Vermibus: De Uteri affectibus: De morbis Cutaneis Tractatus.*

ANNO 1605.

4. Ianuar. DIONYSIUS HARDUINUS, *Belga*, Gandensis, IC. juridicus militum seu Auditor per Frisiam Orientalem, & Proto Scabinus ad S. Bavonem in patria. Scripsit *de Nobilitate Burgundica & Hispanica: De Magistratibus Flandriæ: De Cancellariis Burgundiæ* &c.

10. Ian. LUDOVICUS GUZMAN, *Hispanus*, Osornus, Soc. Iesu, Magister Novitiorum, Rector deinceps & Provincialis Præpositus primùm Bœticæ, tum etiam Toletanæ Provinciæ, æt. 61. Religionis 42. Condidit idiomate vernaculô *Rerum à Societate in India, Japonia & Sinis gestarum libros XIII.*

10. Ianuarii IOH. REGIUS, *Borussus*, Gedanensis, Theol. Licentiatus, primùm Styriæ, deinde Mülhusii in Thuringia Ecclesiastes, demum Scholæ Thorunensis Rector. Imprimi curavit *Apologeticam pro Ecclesia Augustanæ Confessionis, contra Bellarminum & Toletum: Discussionem, an Ministri A. Conf. veri Christi Ministri sint dicendi? Discussiones Theologicas: Historiam Persecutionis Græcensis: Articulos Jesuitarum, cum commonefactione orthodoxa illis opposita: Librum de indulgentiis & Purgatorio Pontificio: Orationes: Comment. & Dispp. Logicas: Exercitationes Peripateticas adversus Petrum Fridenium: Quæstiones Theologicas, Metaphysicas & Physicas:* Germanicè *Libellos de Peste: De Fame*

& annonæ caritate: Consolatorium pro afflictis: De Adulatione & blanditiis: Speculum muliebrium virtutum &c.

22. Ianuarii HENRICUS SCHOTANUS, *Belga*, Frisius, I. U. Doctor & primus juris Professor Franeckeranus. Concinnavit *Commentarium erotematicum in tres priores libros Codicis: Dispp. varias.*

7. Febr. SALOMON GESNERUS, *Germanus*, Bolislaviâ-Silesius, primùm Gymnasii Stetinensis Director, pòst Theol. Doctor, Prof. ac Pastor Wittebergensis, æt. 46. Teruntur manibus eruditorum ejus *Libri IV. de Conciliis: Comment. in Psalmos: Historia Animalium: Disputationes in Genesin: Compendium doctrinæ cœlestis: Dispp. XVII. pro Libro Concordiæ: Tractatus de Persona & officio Christi: Dispp. XII. in Danielem: Dispp. III. de Gog & Magog: XV. Conciones in Ezechielis XXXVIII. & XXXIX: Comm. in Hoseam: Comm. in Joëlem: in Nahum: Pœnitentiale Ninivitarum: in Obadiam: Conciones in Passionem Christi: Labyrinthus Papisticus: Admonitio pro Silesiensibus, adversus Calvinianos: De larvis & inverecundis Bacchantium moribus* &c.

25 Febr. IULIANUS DE AVILA, *Hispanus*, Abulensis, Sacerdos, Teresiæ à Iesu peregrinationum Comes, eidemque à Confessionibus. Composuit *Libros IV. de rebus spiritualibus.*

6. Mart. FABIANUS QUADRANTINUS, *Prussus*, Stangardus, Soc. Iesu Sacerdos Posnaniæ, Cracoviæ,

Brunsbergæ, tum Reginæ Poloniæ à Sacris Confessionibus & aulicis concionibus, æt. 56. Societ. 18. In lucem dedit *Palinodias, sive Revocationes VII: Speculum Pietatis, seu vitam & obitum Annæ Austriacæ, Sigismundi III. conjugis.*

12. April. PETRUS DE ANASCO, *Peruanus*, S. I. Missionarius ad Indos, æt. 55. Religionis 33. Tucumanicis lingvis exaravit *Vocabularia: Catechismos: Confessionaria seu methodos ritè confitendi: Grammaticas.*

4. Maji ULYSSES ALDORANDUS, *Italus*, Patricius Bononiensis, Phil. & Med. in patria Professor. In Senectute ad extremam paupertatem redactus, visuque orbatus est. Inclaruit ex *Libris V. de Piscibus: XX. de Avibus: IV. de Animalibus exangvibus: VII. de Animalibus insectis: De Quadrupedibus solidipedibus volumine: Quadrupedum bisulcorum historiâ: De Quadrupedibus digitatis viviparis lib. III. De Quadrupedibus digitatis oviparis lib. II. Historiæ Serpentum & Draconum lib. II. Dendrologiæ naturalis, scil. Arborum Historiæ libris II. Musæo Metallico: Monstrorum historia* &c. Opera ejus prostant XIII. Voluminibus. Dicunt ipsum CXX. tractatus consignâsse.

23. Maji FRANCISCUS ARIAS, *Hispanus*, Hispalensis, S. I. in collegio Triguerensi Theolog. Moralis interpres, postea hujus & Gaditani Rector, æt. 72. Religionis 44. Maternâ lingvâ emisit Tractatus *de profectu spiritu a*

ſpiritnali: De vera diffidentia ſui ipſius: De mortificatione ſui: De Oratione mentali: De imitatione B. Virginis Mariæ, & de Roſario ejuſdem: De præſentia Dei, & de Sanctis Confeſſionis & Eucharistiæ Sacramentis: De gravitate peccati mortalis, & damnis, quæ affert animæ: De imitatione Christi Tomos III.

3. Iunii IO. SAMOSCIUS, *Polonus*, Cancellarius Regni Polonici, & Dux militaris, æt. 63. Condidit *Libros de Senatu Romano: Syntagma de perfecto Senatore: Orationem ad Henr. Valeſium, cùm ipſum ad regnum Poloniæ capiendum invitaret.*

18. Iun. SALOMON FRENCELIUS à Friedenthal, *Germanus*, Vratislavienſis Sileſius, Poëta Laur. Cæſar. primùm Ethices Prof. Helmſtadienſis, pòſt Inſpector Scholæ Rigenſis. Struxit *Monomachiam D. Georgii Equitis Cappadocis Lybici, cum mythologia de victoria Jeſu Christi: Victoriam puſilli Chriſtianorum exercitus, contra Legionē Turcicam obtentam, ad oppidum Xo in Hungaria: Poëmata Sacra: Odas carminicas: Epigrammata: Orationes de Jeſu Chriſto redivivo & æternùm triumphante: de vera nobilitate & literarum dignitate: de Concordia: de triplici patria* &c.

11. Iulii PHILIPPUS SCHERBIUS, *Germanus*, Epiſcocellenſis Helvetius, Phil. ac Med. Doctor, hujus, nec non Logic. ac Metaphyſ. Prof. Altorphinus. Iuris fecit publici *Commentarium in Politicam Ariſtotelis: Diſp. Philoſophicas: Sylvam Medicamentorum, quæ uſus quotidianus exigit: Theſes Medicas & Logicas: Orationem de idoneo judice earum controverſiarum, quæ in artibus naſci ſolent, ex ſententia Galeni.*

12. Auguſti IO. GERULPHUS, *Belga, Hulſtrenſis*, Flander, Carthuſiæ Lovanienſis Vicarius. Reliquit *Librum Sententiarum verſu Elegiaco, Latino ac Græco: Eccleſiaſten & Proverbia Salomonis, verſu Heroicô* &c.

25. Auguſti IOACHIMUS AXONIUS, *Belga*, Gravius, I. U. Doctor, Poëta & Philologus, Belgarum Principibus à Conſiliis maritimis. Vertit è Græco *Maximi Planudis Orationem in ſepulchrum Christi: Gregorii Palami Dialogum de lite inter corpus & animam: Excerpta Heſiodi de juſtitia: Agapeti Præcepta morum.* Scripſit & *Anemologium, ſeu de ventorum natura: De libero Hominis arbitrio* &c.

7. Septembr. HENRICUS D' OULTREMANNUS, *Belga*, Valentianus Hanno, Nobilis, Senator in urbe patria & Rombiſii Toparcha, æt. 59. Deſcripſit *Hiſtoriam Urbis & Comitatus Valentiniarum: Triumphum Alberti & Iſabellæ: Poëmata varia.*

9. Septembr. HENRICUS KHUNRATH, *Germanus*, Lipſienſis, Phil. & Med. Doctor, æt. 45. Dresdæ. Adornavit *Amphitheatrum Sapientiæ æternæ Chriſtiano-Kabaliſticum, divino-Magicum, nec non Phyſico-Chymicum.*

29. Septemb. IO. ROXAS, *Hiſpanus*, Toletanus, S. I. Sacerdos & Prælector, ætatis 53. Religionis 36. Ex:

Latina in Hispanicam lingvam convertit *Horatii Tursellini de Sacra Domo Lauretana libros: De vita & morte Christi.*

29. Sept. CHRISTIANUS KITTELMANNUS, *Germanus*, Thuringus, ad D. Laurentii Pastor Halensis Saxo. Prelo subjecit *Librum de Exorcismo: Refutationem decem errorum Zwinglianorum in doctrina de Peccato & Baptismo: Quæstiones Catecheticas: Vindicias Catechismi Mart. Lutheri in Articulo de S. Cœna, contra Wolfg. Amlingum* &c. lingvâ populari.

8. Octobr. FRANCISCUS ALVAREZ DE RIBERA, *Hispanus*, Metellinensis, Miles, Orbitalli Præfectus, deinde Auditor Tusciæ Præsidiorum, postea Præses regiæ Cameræ summariæ, tum Senator Neapolitanus, mox Cancellariæ Regens, etiam in Matritense rerum Italicarum Consilium Senator, ad hæc Sacerdos & Canonicus Salmantinus, æt. 75. Pinciæ. Paravit *pro Augustissimo Philippo II. Responsum de Successione regni Portugalliæ.*

13. Octobr. THEODORUS BEZA, *Gallus*, Vezelius, Heduus, I. U. Licentiatus & Poëta, pôst Theologus & Pastor Genevensis, ætatis suæ 87. Publicavit *Tractatum de Cœna Domini: Confessionem Christianæ fidei: De Polygamia: De Repudiis & Divortiis: Librum Epistolarum Theologicarum: Vitam Jo. Calvini: Tractatum de Prædestinatione: Paraphrasin in Ecclesiasten: Tractatum de Excommunicatione & de Christiano Presbyterio: Homilias in Canticum Canticorum: Interpretationem Latinam Novi Testamenti: Sylvas: Epigrammata: Elegias* &c.

23. Octobr. PETRUS TYARDÆUS, *Gallus*, Bissianus, Heduus, Nobilis, Episcopus Bissianus & Cabilonensis, Poëta & Mathematicus, æt. 84. Ex ejus lucubrationibus sunt *Libri III. de erroribus amatoriis: Discursus de Tempore, Anno & ejus partibus: De divinationis Veritate per Astrologiam: De mundi partibus & natura: De recta nominum impositione: Annotationes in librum Philonis Judæi de Allegoria sacra & transnominatis: Liber Carminum Lyricorum: In Evangelia & Decalogum Homiliæ* &c.

17. Novembr. ARNOLDUS MYLIUS, *Belga*, Meursensis, Typographus primùm Antverpiensis, pôst Coloniensis, ibidemque Urbis Senator, æt. 64. Dedit *Locorum Geographicorum nomina antiqua & recentia: Principum & Regum Polonorum effigies cum commentario.*

30. Decembr. GEORGIUS SCHERER, *Germanus*, Suascensis prope Oenipontum, S. I. Lingvarum Græcæ & Hebraicæ, nec non Dialect. Lector & Sacerdos, Collegii Viennensis, & Archiducis Matthiæ Concionator Aulicus, æt. 65. Societ. 46. Scripsit Germanicè multos libros, qui primò diversis temporibus seorsim editi, postea digesti sunt in *Tomos duos variorum opusculorum, contra Hæreticos:* Præterea *Tomos II. in Dominicas*

cas alterum; alterum in festa totius anni.

27. Decembr. ROBERTUS CONSTANTINUS, *Gallus*, Cadomensis, Iulii Cæsaris Scaligeri domesticus æt. 103. Vulgavit *Commentarium Scaligeri in Theophrastum.*

30. Decemb. ATHANASIUS DE LOBERA, *Hispanus*, Calagurrhitanus Cisterciensis Monachus Cœnobii Montis Ramorum in Gallæcia, Theol. D. & Chronologus regius. In vulgus misit *Chronologiam Regum Hispaniæ: Vitas Sanctorum Froilani & Atilani Episcoporum: B. Benedicti de Salmantica* &c. idiomate populari.

PETRUS SIMONIUS, *Belga*, Tiletanus, Flander, Theol. Licentiatus, Archipresbyter Gandaviensis, ac demum Episcopus Iprensis, ætatis 66. Extant ejus *Libri VII. de Veritate: Apologia pro Veritate Catholica contra Calvinum: Tractatus de Epiphania Domini: Dissertatio de puero Jesu cum Doctoribus in templo disputante: Tract. de Jesu Christo in monte Thabor cum Moyse & Elia colloquio: De Hæresios Hæreticorumque natura* &c.

CHRISTOPHORUS RUMBAUMIUS, *Germanus*, Javoriensis Silesius, Med. Doctor & Practicus Vratislaviensis. Formavit *Exercitationes de partibus humani corporis, quibus generatio, substantia, usus, sanitas, morbus & curatio illarum exponitur.*

EDVARDUS LIVELEJUS, *Anglus*, Lingvæ Hebr. & post Theol. Professor Cantabrigiensis. Dedit *Annotationes in V. priores Prophetas minores: Chronologiam Monarchiæ Persicæ & destructionis Hierosolymitanæ per Romanos: De Græcorum Olympiadibus:* &c.

ADOLPHUS OCCO, *Germanus*, Augustanus, Nobilis, Medicus & in patria Practicus, æt. 81. Evulgavit *Pharmacopœam vel Medicamentarium pro Rep. Augustana: Imperatorum Romanorum Numismata, à Pompejo M. usque ad Heraclitum Imp: Inscriptiones veteres: Consilium contra Pestem* &c. Castigavit & *Senecæ scripta.*

MATTHIAS PEUCERUS, *Germanus*, Pirnensis, Misnicus, Diaconus ad S. Ulrici Halensis, & Pastor Demnicensis. Emisit *Conciones funebres.*

GABRIEL DE VEGA, *Hispanus*, Barriensis, Soc. Jesu Missionarius ad Indos, æt. 41. Societ. 21. Scripsit *Artem Grammaticam: Dictionarium: Annotationes lingvæ Chilensis.*

CONRADUS BATTUS, *Germanus*, Rostochiensis, primùm Medicus Pestilentiarius Regiomonti, tum Med. Doctor, æt. 32. Ejus habentur *Epistolæ aliquot Medicæ*, quæ extant cum Miscellaneis Henrici Smetii.

ARNOLDUS PONTACUS, *Gallus*, Burdegalensis Nobilis, Episcopus Vasatensis. Attexuit *Chronographiam: Animadversiones & notas ad Eusebii Pamphili, Hieronymi & Prosperi Aquitanici Chronica.*

ANTONIUS GALLONIUS, *Italus*, Romanus. Scripsit *de Cruciatibus*

Martyrum: de Monachatu Gregorii Magni.

CLEMENS VIII. ante HIPPOLITUS ALDOBRANDINUS, *Italus*, Florentinus, Pontifex Romanus, ætat. 69. Sedis 13. Ejus extat *Declaratio Excommunicationis majoris contra Cæsarem: Evangelium Romanum, ejusque per partes expositio.*

MARTINUS AKAKIA, *Gallus*, Catalaunensis, Medicinæ Doctor & Professor Lutetiæ Parif. Paravit *Artem Medicam Galeni cum interpretatione: Consilia Medica: Libr. II. de morbis Mulierum: De Medicamentis simplicibus: Comment in Galenum de ratione curandi.*

ANNO 1606.

7. Jan. JO. ROSINUS, *Germanus*, Isenaco-Thuringus, primùm Scholæ Ratisbonensis Rector, pòst Antistes Naumburgensis, æt. 66. Condidit *Libros X. Antiquitatum Romanarum: Exempla Pietatis illustris h. e. Vitas Trium Electorum Friderici III. Joh. Constantis & Joh. Friderici.*

8. Januarii LAURENTIUS RHODOMANNUS, *Germanus*, Cheruſco-Stolbergicus, Phil. Magister, Rector Scholæ tum Luneburgensis, tum Wolckenrodensis, inde Græcæ Lingvæ Professor Jenensis, ac demum Histor. Professor Wittenbergensis, æt. 59. Reliquit *Poësin Christianam* i. e. *Palæstinæ seu Historiæ sacræ Græco-Latinæ libros IX: Tabulas Etymologiæ Græcæ: Theologiæ Christianæ tyrocinia, carmine Heroicô Græco-Latina, in V. libros digesta: Diodori Siculi Bibliothecam Historicam Latinitate donatam: Trojam expugnatam: Homerum confutatum: Orationes de Lingva Græca & de vita Philosophica: Catechismum geminum Græco-Lat. Germ.* &c.

20. Jan. ALEXANDER VALIGNANUS, *Italus*, Theatinus, nobilis, primò Cardinalis Altempsii Auditor, deinde S. J. & Visitator in India, ætatis suæ 69. Relig. 40. Exaravit *Commentarios ad Japonios, & ad cæteras Indiæ nationes, Christianæ fidei mysteriis imbuendas: Apologiam pro Societate Jesu: Literas de Statu Japoniæ & Chinæ, ab An.* 1580. *usque ad* 1599. *Martyrium Rud. Aquavivæ.*

8. Febr. ZACHARIAS ARISTON, Ecclesiarum Bohemicarum & Morav. Superintendens. Dedit *Annotationes super Novum Testam.* Bohemicô idiomate.

22. Febr. PETRUS LILIA, *Polonus*, Posnaniensis, Theol. Doctor, Regis Stephani Concionator Aulicus, Canonicus Posnaniensis & Præpositus Stredensis, ætatis 60. Scripsit *Commentarios super sententias Nazianzeni: Orationem de SS. Trinitate, contra Arrianos: Salomonem Regem, ad Sigismundum III.* &c.

4. Mart. JO. BONIFACIUS, *Hispanus*, Castannensis, S. J. puerorum infor-

informator, ætatis 70. Societ. 49. Formavit *Christiani pueri institutiones: De sapiente fructuoso epistolares libros V: Orationes varias: Historiam de B. Mariæ semper virginis vita & miraculis.*

5. Mart. GEORGIUS MARIUS, aliàs MEIERUS, *Germanus*, Wurzeburgo-Francus, Med. Doct. & Prof. Marpurgensis, Hasſiæ Landgravii Archiater, inde Physicus Norimbergensis, & demum Archiater Heidelbergensis, æt. 73. Condidit *Satyram in Judæos: Librum de Terra Sigillata: Consilia quædam Medica: Epist. de Plantis nonnullis.*

9. Mart. ELIAS PUTSCHIUS, *Belga*, Antverpiensis, Philologus & Polyhistor, æt. 26. Stadæ. Struxit *Notas in Sallustium: Veteres Grammaticos XXXIII.* collegit, & uno volumine publicavit.

23. Mart. JUSTUS LIPSIUS, *Belga*, Iſcano-Brabantius, Phil. Magister, Histor. & Oratoriæ primùm Prof. Jenensis, deinde J. U. Doctor, tam Lovaniensis, quàm Leidensis Professor, demum Philippi II. Regis Hisp. Historiographus, & Alberti Archiducis Austriæ Consiliarius intimus, ætatis suæ 58. Continuavit *Comment. ad Polybium de militia Rom. libris quinque: De Amphitheatro Romano librum: Saturnalium sermonum libros II. de Gladiatoribus: Syntagma de Vesta & Vestalibus: De Bibliothecis: De Machinis, Tormentis & Telis Lib. V: Commentarium in Corn. Tacitum: Animadversiones in Vellejum Paterculum: Libros V. Politicorum: Lib. II. Monita & Exempla Politicorum: Lib. II. de Constantia: Manuductionem ad Philosophiam Stoicam: Comment. in L. Annæum Senecam: Variarum Lectionum lib. III: Epistolas: Electa: Notas ad Val. Maximum* &c.

31. Martii ABEL STRASBURGUS, *Germanus*, IC. Consiliarius. Reliquit *Consilia juridica: Comment. in Legem juris Gentium 7. ff. de Pactis & in Tit. ff. si certum petatum.*

20. April. LUBERTUS ESTIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Med. Doctor, Practicus Crucenacensis, inde Prof. Heidelbergensis, æt. 37. Publici juris fecit *Tractationem Formularum: Dispp. varias.*

3. Maji. HENRICUS GARNETUS, *Anglus*, Nontingamiensis, Soc. Iesu, in Collegio Romano Hebr. primùm Lingvæ, tum Metaphysicæ Lector, tandem Londini Majestatis reus accusatus & damnatus, æt. 50. Societ. 30. Prodire fecit *Libellum de Christiana renovatione: Tract. de Peregrinationibus: De Indulgentiis: De rebus sacris* &c. Anglicè.

13. Maji SIMON COELHO, *Lusitanus*, Olisſiponensis, ordinis Carmelit. Domus suæ & provinciæ Præfectus, Theol. Doctor Pisanus, æt. 92. Religionis 70. Vulgavit *Historiam de Provincia Portugalliæ: Librum Dialogisticum de vita activa & contemplativa: Tractatum de Arte Gnomica* &c.

17. Maji NICOLAUS ORLANDINUS, *Italus*, Florentinus, Nobilis, S. J.

primùmCollegii Nolani, tum Neapoli Novitiorum Rector, æt. 51. Societ. 34. Ab eo habentur *Literæ annuæ Societatis Jesu, Annorum* 1583. *& duorum sequentium: Historiæ Societatis Jesu Pars I: Vita Petri Fabri.*

18. Maji WOLFGANGUS AMLINGUS, *Germanus*, Münerstadio-Francus, Philos. Magister, primùm Scholæ Servestanæ Rector, deinde ibidem Pastor & Superintendens, nec non Gymnasii illius Professor, æt. 65. Struxit *Victoriam de triumphatâ Communicatione Idiomatum, contra Joh. Matthæum: Defensionem VI. argumentorum, quibus Anhaltini realem seu physicam idiomatum communicationem falsitatis convicerunt, contra eundem: Confessionem de quibusdam controversis Articulis, & Refutationem contra Libri Concordiæ præfationem:* Germanicè *Explicationem Articuli de Nativit. Christi: Conc.III. de Person. & offic. Christi: Explicationem de Signis Electorum: Causas, cur Evangelici à Papatu defecerint? Repetitionem doctrinæ de S. Cœnâ: Processum extremi judicii, ex Apoc. XX.*

19. Maji BALTHASER RICHTERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. Magister, Ecclesiastes Stiriâ-Austriacus, inde Superintendens Eisfeldensis. Scripsit sermone populari *in Apocalypsin Johanniticam: De Statu Christianæ Ecclesiæ in terris.*

20. Maji AUGUSTINUS VALERIUS, *Italus*, Patricius Venetus, Philos. Moralis in patria Prof. pòst Ecclesiæ Veronensis Episcopus, ac demum Cardinalis, æt. 75. Episc. 41. Extant ejus opera Latina *de pernitiosis falsæ prudentiæ regulis: De Regula veræ prudentiæ: Orationes: Rhetorica Ecclesiastica: Episcopatus Mediolanensis: De vitâ & rebus gestis Caroli Borromæi: De rectâ Philosophandi ratione: Thesaurus piarum Institutionum: De Accolitorum disciplina: Sanctorum Episcoporum Veronensium antiqua monumenta: Commentarii de Peste Veronensi:* Italicè scripsit *de Institutione Monarchiæ: De institutione Virginum, Uxorum & Viduarum: Dialogi XIX. de æstivo canis ortu* &c. Supra CXX. opuscula Latinò sermone conscripsisse fertur.

30. Maji JO. HAMMERUS, *Germanus*, Goslariensis Saxo, Societ. Jesu Sacerdos, Collegii Hildesiensis Rector, æt. 59. Sub nomine Anagrammaticô Hermanni Josema emisit *Prædicanticum Latinum, rhythmis Germanis: Declarationem Missæ: Modum Prædicandi:* &c.

7. Junii MELCHIOR DE VILLANVEVA, *Hispanus*, Villa-Rubiensis, S.J. Sacerdos, æt. 59. Societ. 38. Scripsit Hispanicè *librum de Oratione mentali.*

28 Junii ALBERTUS VOITUS, *Prussus*, Bernburgensis, Phil. Magister, & Rector Gymnasii Servestani, æt. 54. Reliquit *Dispp. Dialecticas in fasciculum collectas.*

2. Julii JO. KUCHLINUS, *Germanus*, Wetterâ-Hassus, primùm Scholæ Neuhusianæ Rector, deinde Eccle-

sia-

siastes Tackenhemiensis, porrò Ecclesiæ & Scholæ Embdanæ Minister, iterum Pastor Amsterodamensis, demum Collegii Theologici in Academia Leydensi Præses, æt. 60. Elucubravit *Disputationes Theologicas, ad Catecheseos Ecclesiarum Belgicarum explicationem: Orationem in Inauguratione Collegii Theol. Lugdunensi habitam: Dispp. de Religionis Christianæ præcipuis capitibus.*

— Augusti HIERONYMUS STEPHANOWSKI, *Polonus*, Cracoviensis, S. J. Philos. & Theol. Scholasticæ in Collegio Romano Lector, & Catechista, æt. 40. Societ. 19. Exaravit Polonicè, sub nomine Martini Michalowiczi Zagieli, *Terminum contra protestationem Ministri cujusdam Evangelici, seu Responsionem ad quadruplicem tractatum contra primatum S. Petri & ejus Successoris Pont. Max.*

17. Augusti JO. SCHOLLIUS, *Germanus*, Battimontanus, Phil. Magister, Lingvæ Hebr. Prof. Marpurgensis, demum Pastor Fridbergensis. Hujus est *Praxis Rhetorica, sive Exercitationes Eloquentiæ: Praxis Logica, sive Exercitationes Dialecticæ: Dispp. de Passione, crucifixione, morte & sepultura Christi: De Messiæ Persona, officio & salutari adventu: De Lege morali: De fide justificante & salvante: Analysis II. Petri I, 19. &c.*

24 Augusti JO. DOMINICUS CANDELA, *Siculus*, ex oppido S. Philadelphi, Soc. Jesu Sacerdos, ac trium Collegiorum, & Professæ Domus Panormitanæ Rector, ut & Siciliæ Provincialis, æt. 65. Societ. 43 Scripsit Italicè *librum de Virginitate, in tres tractatus distinctum.*

3. Septemb. ESAIAS SILBERSCHLAG, *Germanus*, Erfurtensis, Theol. Doctor, primùm Pastor Halberstadiensis, inde in patria Hebraicæ Lingvæ & Theol. Professor nec non Ministerii Senior, æt. 46. Inclaruit ex *Commentario de Anti-Christo: Assertione de reali corporis Christi præsentia in Cœna: Explicatione Evangeliorum Dominicalium: Concionibus VI. de æterna Dei Prædestinatione: Assertionibus de Theol. in genere* &c.

25. Sept. JO. MUNSTERUS, *Germanus*, Heilbrunnensis Suevus, Poëta Laur. Cæsareus, Phil. & Med. Doctor, Poliater Wimpinensis, ac demum Med. Prof. Giessensis, æt. 35. Paravit *Libros V. de Pædophlebotomia: Discussionem eorum, quæ contra Aphorism. 22. Hippocratis ab Abrah. Schopffio scripta: De Purgatione in principio morborum instituenda.*

28. Sept. NICOLAUS TAURELLUS, *Germanus*, Montbeliardensis, Phil. & Med. Professor Altorphinus, æt. 59. Commentatus est *Methodum prædictionis Medicæ: Annotationes in opera Arnoldi Villanovani: Alpes cæsas, contra Andream Cæsalpinum: Metaphysicam, sive de rerum æternitate: Discussiones Physicas de Mundo, contra Piccolominæum: De Cœlo, adversus eundem: Philosophiæ triumphum, seu Metaphysicam Philosophandi methodum:*

dum: Emblemata: Epistolas aliquot Medicas: Disputationem de Corde.

6. Octobr. PHILIPPUS PORTIUS sive PORTA, *Gallus*, Carnutiensis, Abbas, Poëta, tantâ modestiâ, ut Archiepiscopatum Burdigalensem recusaret, æt. 61. Fecit *versionem Gallicam Psalmorum Davidis: Varia Poëmata*, quæ uno prostant volumine.

8. Octobr. JO. ARGALLUS, *Anglus*, Londinensis, ædis Christi apud Oxonienses Socius, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Halesworthiæ Parochus. Scripsit *de Vera Pœnitentia: Introductionem ad artem Dialecticam.*

30. Octobr. ANTONIUS DOMENEC, *Hispanus*, Gerundensis, Catalonus, ordinis Dominican. ad D. Catharinæ Barcinonensis Phil. & Theol. ibidem Lector, æt. 53. Reliquit *Historiam universalem Sanctorum Cataloniæ.*

27. Novembr. ANDREAS CHRISTIANI, *Danus*, Ripensis, Medic. Doctor ejusdemque Prof. Hafniensis, Præfectus quoque Sorensis, æt. 55. Edi curavit *Enchiridion Medicum, de cognoscendis curandisque tam externis, quàm internis humani corporis morbis: Dispp. de Somno & vigilia: De Comate s. Cataphora: De Medicina: De Sanitate.*

24. Decemb. ADRIANUS VAN DERBURCHIUS, *Belga*, Brugensis Flander, Concilio Provinciali Ultrajectino ab Actis, Poëta. Ejus leguntur *Epigrammatum Sacrorum centuriæ II: Epigrammatum centuriæ III: Farrago piarum similitudinum: Sylvæ piorum Amorum: Funerum & tristium Liber: Pia Solatia: Laudes Hieronymæ Columnæ* &c.

SAMUEL HOCHHOLTZERUS, *Helvetus*, Tigurinus, Liberalium Artium Magister, Scholæ primùm Abbatisanæ Præceptor, Pastor posteà Lithapolitanus, demum Capituli Decanus. Exaravit *Librum de Mendicis.*

HIERONYMUS FRANCUS, *Belga*, Duacenus, Eques, primò Lovanii, deinde Friburgi jus docuit, Consiliarius in patria, ac demum in Supremo Artesiæ Senatu Præses. Composuit *Commentarium in Regulas juris civilis: Differt. de Academiæ Duacensis erectione.*

GEORGIUS CORYAT, *Anglus*, Sarisburiensis, Artium Magister, Odcombiæ in agro Somersetensi Verbi divini Minister, & Theol. Baccalaureus. Condidit *Poëmata varia Latina: Descriptionem Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ*, carminibus Latinis.

CHRISTOPHORUS GRUNERUS, *Germanus*, Schnebergensis Misnicus, Phil. Magister & Diaconus Wittenbergensis, tum Theol. Doctor, Pastor Palæopolitanæ Ecclesiæ apud Regiomontanos, ac denique Superintendens Generalis Eislebiensis. Emisit *Conc. ex Esaiæ VII.* &c.

CORNELIUS NEOSTADIUS, *Belga*, Brielanus, J. U. Doctor, Academiæ Leydensis Curator, atque in Suprema Hollandiæ Curia Senator, ætatis suæ 57. Extant ejus *Decisiones Hollandiæ: Observationes rerum judicatarum de Pactis antenuptialibus: Ar-*

resta

resta Consilii Hollandici de rebus Feudalibus.

MARCUS ANTONIUS DE CAMOS, *Hispanus*, Barcinonensis, Eques, Ordinis S. Augustini Eremita, designatus Episcopus Tranensis, æt. 63. Sermone populari explicavit *Micrococosmum sive universalem gubernationem Hominis Christiani: Institutionem de vita honesta ac Christiana*, metricè.

JO. ANTONIUS PELTANUS, *Belga*, Leodicensis, Canonicus Norbertinus ad S. Michaëlem Antverpiensis, Theol. Baccalaureus ac Prior. Reliquit *Commentarium in 1. & 2. partem D. Thomæ*: Celebravit etiam carmine *pleraque DEI-hominis mysteria.*

MATTHÆUS LUDECUS, *Germanus*, Vilsnacensis Marchicus, Episcop: Ecclesiæ in Havelberg Canonicus, & Capituli ibidem Decanus. Prelo submisit *Missale i. e Canticas, Preces & Lectiones sacras, quæ ad Missæ officium cantari solent: Explicationem Articuli de Remissione peccatorum: Historiam de origine, miraculis & interitu putatitii Sacri Sangvinis Wilsnackiæ*, Germanicè.

PETRUS DE LORCA, *Hispanus*, Bellomontanus, Monachus Cisterciensis, in Salmantino Ordinis collegio primus Sodalis, Theol. Doctor Complutensis & primarius Professor, Præfectus Cistercienfium in Hispania, æt. 52. Elucubravit *Commentaria & Disputationes in primam & secundam partem S. Thomæ.*

RENATUS CHOPPINUS, *Gallus*, Antegavensis, J. U. Doctor. Ab eo habentur *Libri III. de Andium legibus Municipalibus: Tractatus XVIII. de Privilegiis Prædiorum: Libri duo de jure Cœnobiorum & Cœnobitarum: De Dominio Franciæ: De Civilibus Parisiorum moribus: De Sacra Politia forensi.*

PETRUS GONZALEZ AZEBEDO, *Hispanus*, Palentinensis, Græcæ & Hebr. Lingvæ, Rhetorices, Philos. ac Theol. Prof. Complutensis, inde Parochus proprii municipii, moxq; Philos. Prof. Salmantinus, tum Canonicus Seguntinus, porrò Ecclesiastes Placentinus, demum Præsul Auriensis & Placentinensis, æt. 77. Dedit *Elogia Sanctissimæ Mariæ Virginis, cum notis: Pietatem Marianam Græcorum.*

ANNO 1607.

25. Martii MARTINUS CRUSIUS, *Germanus*, Grebernâ-Bambergensis, primùm ludimoderator Memmingensis, inde Græcæ Lingvæ Prof. Tubingensis & Nobilium Ephorus, æt. 81. Condidit *Annales Sueviæ: Turco-Græciam, Græco-barbaro stilo scriptam: Germano-Græciam: Grammaticam Latinam & Græcam: Quæstiones in Rhetoricam Melanchthonis: Catechismum Græcum & Latinum: Commentarium in Homeri Iliadem: Compendium Herbrandi Græcè: Orationes varias* &c. Sunt qui eum LXXIX. volumina reliquisse affirmant.

11 Maji MICHAEL RUGGERIUS, *Italus*, Gravinensis, J. U. Doctor & Consiliarius Neapolitanus, tum Soc. Jesu, Missionarius ad Indos, æt. 64. Vulgavit Sinicè *Catechismum*. *Relationem de SS. Lege cœlorum Domini*: *Dialogum & Vitas Sanctorum*.

15 Maji FRANCISCUS PADILLA, *Hispanus*, Antiquariensis, Theolog. Doctor ejusdemque in Lyceo Hispalensi Prof. primarius, Capellanus Toleti regius, Canonicus deinde Malacitanus, & Thesauri Præpositus. Formavit Latinè *Conciliorum omnium Chronologiam*: *Tabulas VII. Ecclesiæ Sacramentorum*. Hispanicè autem *Historiam Ecclesiasticam Hispaniæ*.

21. Maji JO. RAINOLDUS, *Anglus*, Devoniensis, Theol. Doctor, Græcæ lingvæ Professor Oxoniensis, ibidemque Collegii corporis Christi Præses, nec non Decanus Lincolviensis, æt. 58. Typis commisit *de Romanæ Ecclesiæ Idololatria libros duos*: *Censuram librorum Apocryphorum Veteris Testamenti contra Pontificios*: *Colloquium cum Joh. Harto de capite & fide Ecclesiæ*: *Theses de S. Scriptura & Ecclesia*: *Orationes X*: *Apologiam contra Pontificios* &c.

21. Maji JO. HAIUS, *Scotus*, Dalgattiensis, S. J. in Polonia, Belgio & Gallia, potissimum Turnoni Theol. Matheseos & Lingvæ Hebrææ Lector, Academiæ Mussipontanæ Cancellarius, æt. 61. Religionis 41. Composuit Scoticè *Interrogationes ad Sectarios Prædicantes*. Gallicè *Apologiam illarum Interrogationum*: *Antimonium ad Responsa Bezæ*: *Disputationem libris II. contra Ministrum Anonymum Nemausensem*: *Scholia brevia in Bibliothecam Sanctam Sixti Senensis*. Vertit Latinè *Japonicas ac Peruanas Sociorum Epistolas*.

28. Maji GEORGIUS MYLIUS, vulgò MULLER, aliàs GERING, *Germanus*, Augustanus, primùm Ecclesiæ Marpurgensis Minister, pòst Theol. D. Pastor Annæus & Superintendens in patria, inde Theol. Professor Jenensis ac demum Wittenbergensis, æt. 59. Posterorum concessit usibus *Commentarium in Johannem*: *Explicationem Epistolæ Pauli ad Romanos*: *Augustanæ Confessionis Explicationem*: *Tractatum de Sacramento Eucharistiæ*: *Dispp. adversus Calvinistarum errores*: *Disquisitiones Theol. de Ecclesia militante, contra Bellarminum*: *Explicationem in I. epistolam Pauli ad Corinthios*: *Volumen* 1. & 2. *Disputationum Theologicarum*: *Synopsin analyticam libri D. Martini Lutheri contra cœlestes Prophetas*: *De Pace Ecclesiæ Evangelicæ*: *De visitatione Ecclesiæ Evangelicæ*: *De Visitatione Ecclesiastica*: *Elegias*: *Conciones funebres* &c.

12. Junii VALENTINUS SCACHTIUS, *Germanus*, Pomeranus, Stargardiensis, Theol. Doct. ejusdemque Prof. & ad D. Jacobi Pastor Rostochiensis, æt. 67. Elucubravit *Declarationem Verborum Cœnæ Dominicæ*: *Disputationes Theol. varias*, *De Pœniten-*

nitentia &c. In Vernaculam lingvam transtulit *Explicationem Doctrinæ fidei, ex Catechismo Davidis Chytræi.*

17. Junii JUSTUS REUBERUS, *Germanus*, Electoris Palatini Cancellarius, æt. 65. Tractavit *de Testibus.*

30. Junii CÆSAR BARONIUS, *Italus*, Soranus, ex congregatione Oratoria S. R. E. Presbyter Cardinalis & Apostolicæ sedis Bibliothecarius, ætatis suæ 68. Prodire fecit *Annales Ecclesiasticos Tomis XII: Notas ad Martyrologium Romanum: Tractatum contra IV. libros Institutionum Calvini: Relationes Historicas Legationis Patriarchæ Alexandrini & Rhutenorum ad sedem Apostolicam: De Rhutenorum origine, conversione* &c. *Parenesin ad Remp. Venetam: Tractatum de Monarchia Siciliæ: Vitam S. Ambrosii.*

6. Julii ACHILLES GAGLIARDUS, *Italus*, Patavinus, S. J. Phil. & Theol. primùm in Collegio Romano, deinde Patavii & Mediolani Lector, postea quoque Collegii Taurinensis Rector, inde Mediolani rursus & Venetiis in utraque Professorum Domo, ac denique Brixiæ Rector, æt. 70. Societ. 48. Emisit *Catechismum: Compendium Christianæ perfectionis, continens praxin uniendi animam cum DEO.*

20. Julii PAULUS MERULA, *Belga*, Dordracensis, JC. Hist. Prof. Leidensis & Fœderatarum Provinciarum Historiographus, æt. 49. Rostochii. Enucleavit *Comment. in Ennii Fragmenta: Cosmographiam: Diatribam de Statu Reip. Batavicæ: Historiam Ecclesiasticam & Politicam: Dissert. de Maribus: De Romanorum Comitiis: Vitam Erasmi: Francisci Junii: Delineationem Urbis Romæ* &c.

1. Augusti OTTO CASMANNUS, *Germanus*, Scholæ Stadensis Rector, æt. 45. Condidit *Angelographiam: Christianum nomine & re, sorte & morte: Victoriam Christianam: Gnorismata sive Signa electionis & salutis Filiorum DEI: Thanatobuliam sive beatè moriendi desiderium: Cosmopœiam: Hominis novi Anatomiam: Anti-Socinum: Scholas tres Tentationum: Psychologiam Anthropologicam: Astrologiam, Chronologiam & Astromantiam: Ethicam & Oeconomicam Theosophicam: Systema Doctrinæ & Vitæ Politicæ: Samatologiam: Nucleum mysteriorum Naturæ* &c.

10. Augusti JACOBUS MENOCHIUS, *Italus*, Paduanus, JC. in Pedemontana, Patavina & Ticinensi Cathedra Juris Cæsarei & Pontificii Interpres, deinde Senator Mediolanensis, ac tandem Præses ac Consiliarius regius, æt. 75. Collegit *Tomos XIII. Consiliorum: Tomos III. de Præsumptionibus circa delicta & maleficia: Libros II. de arbitrariis judicum quæstionibus & causis: Responsa in causa Finariensi reddita: Libros II. de imperio & jurisdictione: Recitationes de adipiscenda, retinenda & recuperanda Possessione* &c.

26. Augusti ADRIANUS JUNGIUS, *Polonus*, Masoviensis, Soc. Jesu Sacerdos,

cerdos, æt. 57. Societ. 34. Posnaniæ. Foràs dedit *Artes & Imposturas novi Evangelii Magistrorum*; *Refutationem libelli adversus Ministro Machiam Stanislai Rescii*: *Synopsin novi Evangelii*: *Polonicè Quinquaginta duarum Quæstionum à Pseudo-Evangelicis Ministris in Polonia Jesuitis propositarum Analysin*: *Refutationem cujusdam libelli Calviniani adversus sacras imagines*: *Conciones de incarnatione Domini & SS. Eucharistia.*

25. Augusti LUCAS PINELLUS, *Ita-* Molfensis Neapolitanus, Soc. Jesu, Theol. Doctor ejusdemque Ingolstadii & Mussiponti Interpres, Collegiorum etiam Florentini & Perusini, nec non Domus Professæ Panormitanæ Rector, demum studiorum Præfectus. Scripsit *de Statu Animarum post hanc vitam libros II*: *Gersonem, sive de religiosa Perfectione & de Obligatione libros IV*: *Meditationes mysteriorum, vitæ & passionis Christi*: *Meditationes de Beatâ virgine Maria*: *De SS. Eucharistiæ Sacramento*: *De Peccatis mortalibus*: *De IV. Novissimis*: *De Misso Sacrificio*: *De Sacramento Pœnitentiæ*: *De Sanctissima Communione inter hominem mundanum & spiritualem*: *Dispp. de Statu Animarum in altero Seculo*: *De Christo*: *De Ecclesia.*

3. Septembr. JOH. GUILHELMUS STUCKIUS, *Helvetius*, Tossense-Tigurinus, Scholæ Tigurinæ Rector, deinde Theol, ibidem Professor, æt.

65. Reliquit *Tractatum de Sacrificiis Gentilium*: *Meditationes de Sacramentis*: *Comment. de Angelis*: *Scholia in Arrianum*: *Antiquitates Convivales* &c.

12. Septembr. LUCAS TRELCATIUS, Junior, *Belga*, Lugduno-Batavus, Theol. D. & in patria Prof. æt. 34. Exaravit *Institutiones Theologiæ*: Gallicè *Tractatum de brevitate vitæ.*

17. Septembr. MATTHÆUS ZEISIUS, *Germanus*, Marchiacus, Med. Doctor & Professor Viadrinus. Scripsit *De Causis & periodis pestilentium morborum.*

28. Septembr. HENRICUS MAJUS, *Germanus*, Sangerhusio-Saxo, ludi patrii primò moderator, pòst Philos. Magister, Concionator Aulicus Stolbergensis, tùm Theol. Prof. Wittenbergensis, inde ejectus Inspector Bickheimensis, & novissimè Consiliarius Ecclesiasticus Heidelbergensis, æt. 62. Ab eo sunt *Positiones Theologicæ de uno Evangelico*: *De uno salvandi modo*: *De Ecclesia* &c.

5. Octobr. MATTHÆUS DRESSERUS, *Germanus*, Erfurdiâ-Thuringus, Philos. Magister, primùm in patria Academia Græcæ Lingvæ: deinde Eloq. & Histor. Prof. Jenensis, tum Scholæ Misnensis Rector, iterum Græcæ & Latinæ Lingvæ Professor Lipsiensis, æt. 71. Struxit *Rhetoricam*: *Gymnasmata literaturæ Græcæ*: *De Partibus humani corporis & Animæ ejusque potentiis lib. II.* *Isagogen Historicam per millenarios distributam*:

ram: Tractatum de Festis: Orationes varias &c.

11. Octobr. JO. STROMERUS, Senior, *Germanus*, Averbachió-Palatinus. J. U. Doctor, & primò Prof. Lipsiensis, deinde Cancellarius Ducis Saxoniæ Friderici Wilhelmi, ac demum Collegii juridici Ordinarius, & Consistorii Ecclesiastici Præses Jenensis, æt. 82. *Disputationes aliquot juridicas* suo munivit præsidio.

19. Octobr. LUDOVICUS PERSON. *Germanus*, Wittebergensis, J. U. Doctor, inque Patriâ Professor, & Electoris Saxon. Consiliarius Aulicus, æt. 53. Edidit *Orationem de Witteberga*, & fortè alia.

31. Octobr. LAURENTIUS GOSLITIUS, *Polonus*, Grimalio-Plocensis, Phil. Magister, Abbas ordinis Cisterciensis Sodalium Claræ, Episcopus deinde Camenecensis, Chelmensis atque ad extremum Posnaniensis, Legatus, septuagenario major, Cinzicii. Vulgavit *de Optimo Senatore libellum, Alium de Optimo Cive: Orationem pro statu Sacerdotali: Carmina.*

20. Novembr. BARTHOLOMÆUS BRAVUS, *Hispanus*, Abulensis, Societatis Jesu, juventutis in seminario Provinciæ Castellæ informator, æt. 53. Edi curavit *Thesaurum verborum ac phrasium: Compendium Nizolii cum Dictionario plurimarum vocum, quæ in Ciceronis scriptis desiderantur: De conscribendis epistolis: de Arte Rhetorica: De Syntaxi: De Prosodia: Progymnasmata: Poëmata varia: De octo partium orationis constructione.*

HIERONYMUS TREUTLERUS, *Germanus*, Suidnicio-Silesius, Philos. & juris Doctor, primùm Oratoriæ Prof. Marpurgensis, deinde Consiliarius Cæsareus Fiscique regii per utramque Lusatiam Patronus. Concinnavit *Rudimenta Dialecticæ Rameæ: Causidicorum lucernam, sive Annotationes in Jurisprudentiam Romanam: Consilia juridica: Disputationes selectas ad Jus Civile Justinianeum: Analecta Institutionum: Libros II. de peregrinatione & agro Neapolitano: Thesaurum Eloquentiæ: Carmina* &c.

Decembr. OTTONELLUS DISCALTIUS, *Italus*, Patavinus, Eques D. Marci, Comes Palat. Cæsareus, & juris Civilis Professor Patavinus, æt. 71. Extant ejus *Consilia: Variæ Lectiones* &c.

ANDREAS PLANERUS, *Germanus*, Bozâ-Tirolensis, Phil. & Med. Doctor, utriusque Prof. Argentoratensis ac Tubingensis, æt. 61. Hujus repeIiuntur *Libri II. de methodo medendi: Methodus investigandi locos affectos: Orationes de Definitione Medicinæ Platonica: De Artis Medicinalis Galeni utilitate summa: De Dialectica: Dispp. de morbis materiæ: De morbis temperamenti: De sanitate tuenda: De capite & cerebro hominis: De Obstructionibus: De morbis formæ: De Paralysi* &c.

MICHAEL ALPHONSUS DE CARRANZA, *Hispanus*, Valentinus,

Carmelita, Provinciæ Arragoniæ ter præfectus, Vicarius totius Hispaniæ Generalis, Lusitaniæ Censor Regius atque Apostolicus, Theol. Præceptor primarius in Gymnasio Oscensi, æt. 80. In lucem dedit *Librum S. Ildephonsi de illibata Beatæ Mariæ Virginitate*, & alia lingvâ populari.

RICHARDUS WALPOLUS, *Anglus*, Norfolciensis, Jesuita, Hispali & Pinciæ Collegiorum Anglicanorum Præfectus, ætatis suæ 42. Dedit *Responsionem ad provocationem Matthiæ Saliffi, Ministri Calvinistici: Confutationem novæ & vanæ provocationis factæ ab O. E. Ministello.*

ERHARDUS CELLIUS, *Germanus*, Poës. & Histor. Professor Tubingensis. Formavit *Descriptionem imaginum Professorum Tubingensium, qui ab anno* 1577. *usque* 96. *vixerunt: Orationem parentalem super obitu D. Jacobi Herbrandi: Jubilæum conjugalem Doct. Nicolai Varenbuleri: Epithalamia: Epicedia varia* &c.

Obiit *ANNO 1607.*

JO. BERTELIUS, *Belga*, Lovaniensis, Ordinis S. Benedicti Monachus in urbe Luxenburgensi, & ejusdem Abbas, deinde Abbas Epternacensis. Confecit *Dialogos XXVI. in regulam S. Benedicti: Historiam Luxenburgensem: Comment. de Diis ac Sacrificiis Gentilium.*

CLAUDIUS GUICHARDUS, Historiographus Ducis Sabaudiæ. *Gallicè* reddidit *Titum Livium*: Lusit *carmina varia.*

HERCULES SAXONIA, *Italus*, Pataviensis, Med. D. tam in patria, quàm Venetiis Practicus, inque Acad. Patav. Prof. primarius, Eques, æt. 56. Emisit *Pantheum Medicinæ Selectum: Prælectionum Practicarum libros II. De Phænigmis lib. III: De Pulsibus Tractatum: De Febribus: De Morbo Gallico: De Plica Consilia Medica.*

ANNO 1608.

5. Januarii JO. DE RADA, *Hispanus*, Arragonius, Taustensis, ex ordine Seraphico, Theol. Prof Salmantinus, Romæ Generalis Ultramontinorum Commissarius, inde Tanensis Archiepiscopus in regno Neapolitano, & designatus Episcopus Pactensis in Sicilia. Discussit *Controversias inter S. Thomam & Scotum.*

7. Jan. CHRISTOPHORUS GILLIUS sive ÆGIDIUS, *Lusitanus*, Brigantinus, Soc. Jesu, Theol. Doctor ejusdemque Interpres in Academia Conimbricensi & Eborensi, tum Romæ Censor, æt. 53. Socie. 38. Formavit *Commentariorum Theologicorum de Sacra doctrina & essentia atque virtute DEI libros II.*

18. Jan. JACOBUS COVETUS, *Gallus*, Theologus Parisiensis, æt. 62. Reliquit *Apologiam de Justificatione.*

28. Jan. HENRICUS HENRIQUEZ, junior, *Lusitanus*, Portuensis, S. J. Philos. & Theol. Cordulæ atque Salman-

manticæ interpres, & Studiorum Præfectus, æt. 72. Societ. 56. Ejus reperiuntur *Summa Theologiæ Moralis, tomis III*: *Opus de Clavibus Ecclesiæ*.

28. Jan. NICOLAUS DOBROCIESCIUS, *Polonus*, Cracoviensis, Nobilis, J. U. Doctor & Canonicus Sandamiriensis, æt. 49. Emisit *Tractatum de Decimis*: *Orationes ad Reges Stephanum Barthoræum, Sigismundum III. Maximilianum Austrium & Maciciovium Card. scriptas*.

30. Jan. JONAS JACOBI VENUSINUS, *Danus*, Avenensis, Philos. Magister, Pastor & Prof. Physices Hafniensis, deinde Eloq. & Histor. Professor, ac Scholæ Sorensis Rector. Publicavit *Dissert. de Historia*: *Disp. de comparanda Eloquentia*: *De quæstione Platonis; sitne mundus factus, an verò æternus?* *De Beatitudine Hominis* &c.

3. Febr. PLANTALEON CANDIDUS, *Germanus*, Austriacus, Verbi divini in diversis Bipontini Ducatûs locis Minister, deinde verò Ecclesiæ Pastor, & universi Ducatûs Superintendens, æt. 68. Exaravit *Tabulas Chronologicas*: *Austriacorum libros VI*: *De Gothicis per Hispaniam Regibus ex Teutonica gente oriundis*: *Libros V. de Ducibus Bohemiæ*: *De præparatione & consolatione Christi fidelium ad mortem Orationes funebres*: *Ex libris Mosis, Samuelis, Regum, Chronicorum & Jobi Orationes funebres*: *Epitomen rerum Belgicarum*: *Epitaphia antiqua & recentia*: *Relationem contra Pontificios*, *de S. Cœna*: *Speculum Pietatis*: *Elegias precationum ex Evangeliis Dominicalibus*: *Proverbia Salomonis carmine reddita* &c.

12. Martii JO. UNCHALIUS, *Ruthenus*, Leopolitanus, Artium Magister, Soc. Jesu Rhetor. Lector, æt. 61. Relig. 37. Scripsit Polonicè *Meditationes vitæ Christi & de B. Maria Virgine*: *Formam vitæ Christianæ*.

22. Mart. THEOPHILUS TURNOVIUS, *Bohemus*, Acoluthus & Diaconus Posnaniensis, deinde Rector Scholæ Cosminecensis & in Ecclesia ibidem Collaborator, postea Concionator Lutomirscianus, iterum Superintendens Posnaniensis, ac demum Præpositus Ostrorogensis, æt. 64. Typis impressa ab eo exstant Polonicè *Speculum Religionis Christianæ Historicum*: *Apologia ejus*: *Concio de Pharisæis*, & alia.

28. Mart. EMMANUEL VEGA, *Lusitanus*, Portalegrensis, S. J. Coadjutor spiritualis, æt. 74. Societ. 51. in Brasilia. Digessit *Catechismum*: *Dictionarium*: *Grammaticam* lingvâ Maramomisiorum.

22. Maji JO. BAPTISTA VILLALPANDO, *Hispanus*, Cordubensis, S. J. humaniorum literarum & Mathem. Lector æt. 56. Societ. 33. Elaboravit *Commentariorum in Ezechielem Prophetam Tomos III.* in lucem quoque protulit *Remigii Rhemensis in epistolas D. Pauli Tractatus*.

11. Junii FRANCISCUS MARIA TAURUSIUS, *Italus*, Politianus,

ex congregatione Oratoria S. R. E. Presbyter Cardinalis, æt. 82. Vertit Italicè *priora volumina Annalium Baronii.*

19. Junii ALBERICUS GENTILIS, *Italus*, Anconitanus, J. U. Doctor, primùm in Civitate Italiæ Asculo & alibi judex, postremò Prof. Oxoniensis, & Regis Hispaniæ Advocatus in Anglia perpetuus, æt. 58. Condidit *Lectiones Virgilianas: Tractatum de Nuptiis: De jure Belli: De Legationibus: De Verborum Significatione: De Linguarum mixtura: De Armis Romanorum: De Conjurationibus: De temporum præscriptionibus: De Libris juris Canonici: De bonis maternis & nuptiis secundis: De tempore nascendi: Libros II. Hispanicæ Advocationis: De Regalibus: De unione Regnorum Britanniæ* &c.

21. Jun. NICOLAUS OUDAERTIUS. *Belga*, Bruxellensis, JC. Canonicus & Officialis Mechliniensis. Struxit *Ephemerides Ecclesiasticas, seu fastos sacros: Carmina varia sparsim edita.*

9. Julii LUCAS BACHMEISTERUS, *Germanus*, Lunæburgensis, primò hypodidascalus Principis Daniæ, pòst Viduæ Reginæ ibidem Concionator Aulicus, inde Theol. D. Pastor, Superintendens & Prof. Rostochiensis æt. 78. Publicavit *Librum de ratione rectè & utiliter concionandi: Explicationem typorum V. T. adumbrantium Christum ejusque personam, Sacerdotium, Sacrificium & beneficia: Explicationem VII. Psalmorum Pœnitentiarium: Orationem de Jubilæo: Comment. in Threnos Jeremiæ: Historiæ Passionis, mortis & resurrectionis Christi explicationem* &c.

20. Julii PEREGRINUS PULLENIUS, *Belga*, Stralà-Geldriensis, Pastor Ruræmondenos. Scripsit *in Cantica Canticorum: in Apocalypsin* &c.

21. Julii JOH. ANGELUS, *Germanus*, Marpurgensis, primò Pastor Geraviensis, pòst Theol. Doctor & Superintendens Hasso-Darmstadinus, æt. 67. Reliquit *Conciones funebres* & fortè alia.

25. Julii JO. SANTZ, *Hispanus*, Valentinus, Carmelita, Theol. Doctor, hujus & Philos. Bibili in Aragonia Valentiæque Professor, ejusque Provinciæ Præfectus, æt. 57. Dedit *Fasciculum Sponsæ: Epistolas spirituales: aliaque opuscula* idiomate populari typis mandata.

8. Septembr. JO. MAJOR, *Belga*, Atrebas, S. J. Sacerdos. Edidit à se emendatum, exemplis ac notis auctum *Magnum Speculum Exemplorum* Anonymi.

12. Septembr. PETRUS DE ARRUBAL, *Hispanus*, Calaguritanus, S. J. Compluti, Salmantiæ & Romæ Theologiæ interpres, æt. 49. Soc. 29. Prodierunt ejus posthumi *Commentariorum ac Disputationum in primam partem D. Thomæ Tomi duo.*

17. Septembr. HENRICUS KINSCHOTIUS, *Belga*, Brabantinus, in Curia Brabantiæ Advocatus, æt.

67. A

67. A morte ejus exierunt *Responsa, sive Consilia juris: De Rescriptis Gratiæ, à Supremo Brabantiæ Senatu, nomine Ducis concedi solitis*, *tractatus VII.*

21. Septembr. MICHAEL BOSCHIUS, *Germanus*, Winsheimiensis Francus, Philos. Magister, Præceptor primùm Classicus, deinde Histor. & Græcæ lingvæ Professor Argentoratensis, æt. 72. Prelo submisit *Cebetis Thebani Tabulam cum argumentis singulorum capitum, Græcè & Latinè: Platonis pro Socrate defensionem Gr. & Lat: Orationem de Vellere aureo: Comœdias & Tragœdias Græco idiomate conscripsit, inque theatrum produxit.*

12. Octobr. VALENTINUS FORSTERUS, *Germanus*, Wittenbergensis, J. U. Doctor, ejusdemque Professor Marpurgensis, Heidelbergensis & Helmstadiensis primarius. Composuit *Libros III, de Historia juris Romani: Collegium Institutionum: Lib. IX. de Hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur: De jure Liberorum, quod in aliis rebus, præter successiones habent.*

19. Octobr. MARTINUS ANTONIUS DELRIO, *Belga*, Antverpiensis, Artium Magister, Supremi Concilii Brabantini Senator, & mox Regii exercitûs judex supremus, sive Auditor Generalis, Fiscoque regio Præfectus, pòst Soc. Jesu Presbyter, Philos. Prof. Duacensis, LL. Licentiatus, Theol. Doctor, inque Academiis, Græcensi & Salmanticensi S. Script. Professor, æt. 58. Publici juris fecit *Notas in Solini Polyhistorem: Conjecturas & notas in Claudiani opera: Adversaria in L. Annæi Senecæ Tragœdias: Miscellanea Scriptorum ad universum jus civile: Tomos III. Disquisitionum Magicarum: Opus Marianum: Vindicias Areopagiticas contra Jos. Scaligerum: De principiis & regulis juris: Comment. in Cantica Canticorum: in Threnos Jeremiæ: in Genesin: Adagia Sacra è V. T. Tomos III. de difficilioribus S. Scripturæ locis* &c.

26. Octobr. PHILIPPUS NICOLAI, *Germanus*, Mengringshusio-Waldecensis, primùm in patria, pòst Hardecensis, inde Coloniensis Augustanæ Confess. Ecclesiastes, tum Concionator Aulicus Waldecensis, porrò Theol. Doctor, & simul Unnæ in Westphalia Pastor, novissimè ad D. Catharinæ Antistes Hamburgensis, æt. 53. Inclaruit *Fundamentorum Calvinianæ Sectæ cum Veteribus Arianis & Nestorianis communium detectione: Responsô ad duos Ant. Sadeelis libellos de Cœna: Methodo controversiæ de Omnipræsentia Christi secundum naturam ejus humanam: Commentariô de Regno Christi: Defensione pro divinâ JEsu Christi gloria, contra Christophor. Ostorodum: Synopsi de omnipræsentia Christi: De Anti-Christo Romano: Theoriâ vitæ æternæ: Examine examinis Pieriani: De DEO & Religione Calvinianorum informatione* &c. Extant ejus opera Latina II. & Germanica IV. Tomis.

3. Nov.

3. Novembr. GUIL. WARFORDUS, *Anglus*, Bristoliensis, S. J. Sacerdos. æt. 53. Soc. 14. Scripsit Anglicè, sub nomine Georgii Douleji Sacerdotis, *Brevem Institutionem, præcipua Christianæ fidei mysteria complectentem: Methodum examinandi conscientiam pro Confessione Generali: Tractatum de Pœnitentia, & præparatione ad Sacramentum Confessionis.*

16. Novembr. MATTHIAS NIZOLIUS, *Borussus*, Thorunensis Scholæ patriæ Rector. Emisit *Orationes de rectæ institutionis, itemque de Studii Politici necessitate & utilitate: De civilis scientiæ cognitione cum juris studio necessariò conjungenda* &c.

20. Novembr. FERDINANDUS REBELLUS, *Lusitanus*, Jesuita Olissiponensis, Theol. Prof. Eborensis, ejusdemque Academiæ Cancellarius, Collegii quoque Portæensis Rector. Emisit *Tractatum de Obligationibus justitiæ.*

17. Decembr. PAULUS HOFFÆUS, *Germanus*, Bingensis Moguntinus, Jesuita, Embricæ, Coloniæ Romæ literarum Humaniorum & Divinarum Lector, Theol. Doctor Bononiensis, Viennæ Studiorum Rector, & Theol. interpres, deinde Collegii Ingolstadiensis & Monachiensis Rector, Visitator Germaniæ Superioris & Provinciæ Rhenanæ, demùm emeritus, æt. 85 Religionis 54. Prodire fecit, suppresso suô nomine, è Latino à se Germanicè redditum, *Catechismum Romanum:* sub nomine Theologorum Bavariæ, *De communione sub una tantùm specie:* Germanicè *Librum, quo Smidelinum & Spangenbergium* confutavit.

28. Decembr. GUILIELMUS MENNENS, *Belga*, Antverpianus, JC. Philos. ac Poëta. Evulgavit *Sacræ Philosophiæ, Naturæ & Artis admirabilium libros III.*

GEORGIUS BLACKWEL, *Anglus*, Midlesexiensis, Artium Magister, factus deinde Pontificius Archipresbyter Angliæ, & Notarius sedis Apostolicæ. Composuit *Tractatum contra Mendaciloquentiam & fraudulentam dissimulationem: Epistolas ad Anglos Pontificios.*

MICHAEL SCHÆFERUS, *Germanus*, Philos. Magister, Duci Würtenbergensi à concionibus & consiliis Ecclesiasticis. Struxit *Acropolim Christianæ Religionis: Tractatum de Unione personali, de Communicatione idiomatum, de S Cæna, de justificatione, de Peccato originis & origine Animæ; quorundam erroribus oppositum: Isagogen Compendii Theologici thematicam: Conc. de Ebrietate: V. Regulas pro Magistratu, VII. homiliis explicatas &c.*

MARTINUS CZECHOVICIUS, *Lithuanus*, primùm Vilnæ, deinde in Cujavia, & tandem Lublini Pastor, Socinianus. Exaravit *de Pædobatistarum origine, & de ea opinione, quâ infantes baptizandos esse in primo nativitatis eorum exortu creditur: Responsionem ad Palæologum pro Racoviensi.*

viensibus: Synopsin justificationis nostræ per Christum: De Auctoritate sacræ scripturæ: Resp. ad theses Franc. Davidis de non invocando Christo: Explicationem initii Evangelii Johannis &c.

HARTMANNUS HAMBERGERUS, *Helvetii*, Tigurinus, Decanus Ecclesiarum Capituli Wezikonensis. Transtulit *Procopii Gazæi Sophistæ commentarios Græcos in libros Mosis, Josuæ &c.*

DAVID HILCHEN, *Livonus*, Rigensis, primò in Patria Syndicus, pòst Regis Poloniæ Sigismundi III. Secretarius, & Notarius in Livonia terrestris Vendensis. Hujus est *Clipeus innocentiæ adversus Jacobum Godemannum: Oratio, quâ Commissariis Regiis, nomine Senatus Rigensis, respondet: Epistola gratulatoria ad Leonem Sapieha, Lithuaniæ Cancellarium &c.*

DIDACUS MASIUS, *Hispanus*, Valentinus, Dominicanus, Theol. Doctor, ejusdemque & Philos. Professor Salmantinus. Vulgavit *Commentaria in universam Aristotelis Dialecticam: in universam Philosophiam Aristotelis: Tractatum de Transcendentibus: De Elementis Libros VI. &c.*

SEBASTIANUS ACERNUS, *Polonus*, Consul & Prætor Lublinensis, æt. 57. Cecinit Polonicè *Nautam Dantiscarum, seu de navigationibus Polonorum: Marsupium Judæ, seu de vario fraudum & avaritiæ genere.* Versu autem Latinô *Victoriam Deorum: Roxolaniam &c.*

RAPHAEL SARMIENTUS, *Hispanus*, Ocaniensis, Ordinis Cisterciensium Generalis, Monachus, Hortensis. Edidit *Commentarium Conceptuum ad formandas Conciones totius anni ex D. Bernhardo selectum &c.*

SEBASTIANUS BRAVUS, *Hispanus*, Medinæ-campensis, in patria Prædicatorum sodalis, generalis sui ordinis Concionator, Caracensis Domus Præfectus. Formavit *Collectamen aurea sacræ scripturæ, ex D. Thoma contexta.*

ALVARUS LUPUS, *Lusitanus*, Brachaviensis, S. J. in Acad. Eborensi Humaniorum Literarum Lector, Collegii Portuensis Rector. æt. 57. Soc. 42. Reddidit Lusitanicè *Martyrologium Romanum: Historiam Provinciæ Lusitaniæ Societatis Jesu.*

JO. DE HOROSCO, sive OROSCIUS, *Hispanus*, Toletanus, Theol. Doctor, Canonicus Segoviensis & Archidiaconus de Cuellar, pòst apud Siculos Agrigentinæ Ecclesiæ, tandemque Accitanæ Præsul. Luci dedit *Emblemata moralia: Paradoxa Christiana, contra falsas mundi opiniones*, & alia.

ANNO 1609.

13. Januarii JO. BOCHIUS, *Belga*, Bruxellensis, in patria Secretarius. Composuit *Parodiam heroicam Psalmorum Davidicorum:* Narrationem

profe-

profectionis & inaugurationis Alberti & Isabellæ, Archiducum Austriæ: Panegyricam Alexandro, Parmæ Principi, receptâ Antverpiâ, Scriptam &c.

19. Jan. BALDUINUS PIETIUS, *Belga*, Patricius Gandensis, juris Civilis Antecessor Duacensis, ætatis 63. Reliquit *Tractatum elegantiorum juris quæstionum: De Pignoribus, & hypotheris: Responsa juris &c.*

21. Jan. JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER, *Gallus*, Agrinensis apud Nitiobriges, Principum Veronienſium Nepos, Eruditorum Phœnix dictus, æt. 68. Concinnavit *Commentarium in Virgilium: Notas in Catullum, Tibullum, Propertium: Castigationes in Manilium: Conjectanea in Varronem de re rustica, & notas in librum ejus de lingua Latina: Lectiones Ausonianas: Animadversiones in Senecæ Tragedias: Opus de emendatione Temporum: Notas & castigationes in Eusebii Chronicon: Cyclometrica elementa: Emendationes ad Theocritum, Moscum & Bionem: Elenchum Tribæresii Nic. Serrarii: Ephemerides: Notas in Tertullianum de Pallio: De Arte Critica: De re Nummaria: Poëmata: Epistolas: Opuscula varia &c.*

23. Januar. JO. SANDSBURY, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Vicarius Ecclesiæ S. Ægidii Oxoniensis, tandem Theol. Baccalaureus, æt. 33. struxit *Ilium in Italiam, sive insignia singulorum Collegiorum in Oxonia.*

— Febr. EBERHARDUS BORNHORSTIUS, *Germanus*, Bremensis, J. U. Doctor, primùm Genevæ, tum in patria Professor, demum ibidem Senator, tantâ memoriæ bonitate ut integras è Pandectis juris leges, paginas integras, imperturbatô prorsus ordine, recitare, absque libri inspectione potuerit. Ex Morbo Melancholiæ hypochondriacæ obiit in delirio. Reliquit *Disputationes aliquot juridicas.*

12. Martii GASPAR SANCHEZ, *Hispanus*, Navarrus, S. J. puerorum 42. annos informator, Rector domus Vergarensis, æt. 67. Soc. 49. scripsit *Libellum Ciceronianarum Phrasium: Thesaurum spiritualem Missæ.*

20. Martii ANTONIUS VELEZ sive VELLESIUS, *Lusitanus*, Portalegrensis, Jesuita, Eboræ studiorum Præfectus. Procudit *Comment. in Emmanuelis Alvari Grammaticam Latinam.*

23. Martii STEPHANUS BERNARDUS, *Gallus*, Divionensis, Advocatus in patria, pòst Orator in Comitiis Blesensibus, Senator Parlamenti, sigillorum regiorum custos, Præces Marsiliæ, postremò Prætor Catilonensis, æt. 56. Edidit Gallicè *Orationem ad Henricum III. Regem: Discursum de Civitatis Massiliensis reductione: Monitum ad Nobilitatem Burgundiæ, de statu Bleslasium resolutione &c.*

25. Mart. GERARDUS VOSSIUS, *Belga*, Borislonius, Eburo, Præpo-

sitùs

situs Tungrensis, Protonotarius Apostolicus, ac Theol. Doctor Romanus. Elaboravit *Rhetoricæ Artis methodum: Comment. in Somnium Scipionis:* Præterea *Chrysostomum: Theodoretum: Gregorium Thaumaturgum: Bernhardum* Scholiis variisque lectionibus illustratos emisit.

1. April. GULIELMUS OVERTON, *Anglus* Londinensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, & tandem Episcopus Coventriensis & Lichfeildiensis. Emisit *Conciones varias.*

4. April. CAROLUS CLUSIUS, *Gallus*, Atrebas, Medicinæ Doctor ejusdemque Prof. Lugduno-Batavus, æt. 84. Ejus extant *Aromatum & simplicium medicamentorum apud Indos nascentium historia: Stirpium & plantarum per Hispaniam observatarum Historia: Rariorum stirpium & plantarum per Pannoniam, Austriam & vicinas provincias observatorum historia: Antidotarium Florentinum: Tabula Chorographica Galliæ Narbonensis: Descriptio chorographica Galliæ Belgicæ &c.*

6. April. HORATIUS TURSELLINUS, *Italus*, Romanus, Jesuita, Seminarii Romani, Collegiorum Florentinæ & Lauretani Rector, tandem emeritus, æt. 54. Condidit *Epistolarum libros IV: De Vita S. Francisci Xaverii libros VI: De Particulis Latinæ Orationis: Nomenclatorem vocum Latinarum: Epitomen historiarum à mundo condito, libris X, Historiæ Lauretanæ lib. VIII.*

15. April. ABRAHAMUS GORLÆUS, *Belga*, Antverpiensis, Antiquarius. Collegit *Thesaurum Numismatum Familiarum Romanorum usque ad Augusti obitum: Dactyliothecam, seu Annulorum sigillarium promtuarium.*

16. April. FRANCISCUS CAPRALIS, *Lusitanus*, Covillanus, S. J. Philos. & Theol. interpres Goæ & toronum Magister, Collegiorum Goæ, Bazaini & Cocini Rector, inde in Japonia Vice-Provincialis, postea in Sinas delatus Macai & Cantoniæ Rector, tum Visitator & Provincialis totius Indiæ, ac demum Præpositus domus professæ Goanæ, æt. 81. Societ. 55. Scripsit *Annuas literas è Sinis & Japonia &c.*

22. April. ORGANTINUS SOLDUS, aliàs GNECCUS, *Italus*, Brixiensis, Jesuita & Missionarius ad Indos, æt. 79. Soc. 56. Reliquit *Epistolas varias ex Japonia ab anno 1577. usque ad 1588. &c.*

13. Maji GEORGIUS ROLLENHAGEN, *Germanus*, Bernoâ-Marchiacus, Phil. Magister, primùm Scholæ Halberstadiensis Rector, deinde Ecclesiastes & Rector Magdeburgensis, æt. 67. officii 42. Dedit *Pædiam, quô pactô Scholastica juventus sine tædio, sine multo labore, ad eruditionem manuduci possit: Comœdias: Poëmata.*

6. Junii ANDREAS GOLDBECK, *Germanus*, Werbensis, Marchiacus, J. U. Doctor, Scabinatus Elect. Lipsiæ Assessor, nec non Consiliarius Ducis Saxoniæ Aulicus, æt. 45.

Commentatus est *de jure Geradæ*: *De successione Geradæ Saxonicæ.*

1. Julii NICOLAUS SERARIUS, *Lotharingus*, Rámberuillanus, Metensis, S. J. Sacrarum literarum interpres Herbipolensis & Moguntinus, æt. 54. Soc. 37. Struxit *Prolegomena Biblica: Comment. in Josuam: in libros Regum & Paralipomenon: in judicum & Ruth: in Judith, Tobiam, Esther & Maccabæos: In Epistolas D. Pauli: in omnes epistolas Canonicas: Libros V. rerum Moguntinarum: Libros III. de Sectis judæorum, contra Scaligerum & Drusium &c.* Opuscula ejus tribus tomis prostant.

16. Jul. PETRUS SANCTIUS, *Hispanus*, Toletanus, Theol. D. & Acad. Complutensi Rector, Philosophiæ ibidem Lector & Concionator, tum Jesuita & Vallisoleti Theol. interpres, inde Rector Salmantinus, pòst Complutensis, denique Provinciæ Maxicanæ Præfectus, æt. 83. Relig. 51. Exaravit Hispanicè *de Regno DEI libros VIII.*

25. Julii BARTHOLOMÆUS KECKERMANNUS, *Prussus*, Danti-scanus, Phil. Magister, Professor primò Linguæ Hebrææ Heidelbergensis, post in patria Philos. Prof. & Theol. Licent. æt. 37. Celebrem fecerunt *Præcognitorum Logicorum Tractatus tres: Systema Logicum majus & minus: Systema Theologicum: Rhetorica Ecclesiastica: Systema Ethicæ: Politicæ; Oeconomiæ: Physicæ: Metaphysicæ: Astronomiæ: Geographiæ: Methodus formandorum studiorum: Gymnasium Logicum: De natura & proprietatibus Historiæ: Commentatio Nautica: De resolutione orationum Ciceronis &c.*

25. Jul. OBERTUS GIFANIUS, *Belga*, Buranus, ex Geldria, Prof. primùm Ethicæ & Polit. pòst etiam juris Argentoratensis, inde Altorphinus, tum Ingolstadiensis, tandem Cæsaris Rudolphi II. Consiliarius Augustalis & Referendarius, æt. 75. Pragæ. Elucubravit *Comment. in Ethicam & Politicam Aristotelis: Collectanea & Indicem in Lucretium: Observationes Latinæ linguæ: Comment. in Institutiones juris: Antinomias juris civilis & feudalis: Tractatum de Renunciationibus: Oeconomiam juris: Notas in corpus juris civilis: Lecturas Altorphinas &c.*

2. Augusti PETRUS ARTOMIUS, *Polonus*, Grodiscensis, Ecclesiastes Varsaviensis, inde Senior districtus Belsensis, porrò Thorunensis Pastor, æt. 57. Fecit linguâ populari *Thanatomachiam: Conciones: Precationes.*

26. Augusti MICHAEL RENNIGER, *Anglus*, Hantoniensis, Artium Magister, Archidiaconus Winteniensis, Rector de Crawley, novissimè Theol. Professor Oxoniensis, æt. 89. Vulgavit *Syntagma hortationum ad Jacobum Regem Angliæ: De Sacerdotum Conjugio: De Pii V. & Gregorii*

XIII. *fu-*

XIII. *furoribus*, *contra Elisabetham. Reginam Angliæ.*

8. Septembr. JO. MAGIRUS, *Germanus*, Confluentinus, Societ. Jesu Missionarius, Ecclesiastes Spirensis & Seminarii ibidem Rector, æt. 51. Societ. 28. Scripsit *Admonitionem in epistolarem disceptationem Jo. Magiri & Davidis Paræi.*

8. Septembr. HIEREMIAS VIETOR, *Germanus*, Marpurgensis Hassus, Theol. Doctor, Pastor Giessensis & Superintend. Darmstadinus, ætat. 53. Minist. 28. Publici juris fecit *Orationem de vita & obitu M. Jo. Angeli: Probationem, quod Calviniani non sint socii Augustanæ Confessionis: quod Papa non sit caput Ecclesiæ, nec Petri Successor: Homilias de Precatione: de fractione panis in S. Eucharistia: Articulum de Providentia DEI & æterna prædestinatione: Conciones L. in Apocalypsin D. Johannis: Funebres &c.*

14. Septemb. BALTHASAR SARTORIUS, *Germanus*, Oschatiô-Misnicus, Theol. Doctor ejusdemque Prof. Jenensis, tum Misenæ Antistes, tandem Lipsiæ consenuit. Extat ejus *Meditatio Passionis Christi: Quæstio; sit ne Anima hominis particula divinæ essentiæ?*

18. Sept. JO. MULHUSINUS, *Germanus*, Mulhusio-Thuringus, Jesuita, Theol. D. Philos. Prof. Moguntinus, deinde Collegii Trevirensis Rector. Formavit *Speculum miseriarum Davidis Paræi, cum Auctario: Disp. de Libero Arbitrio, contra Hæreticos.*

Obiit ANNO 1609

28. Sept. JO. ALPHONSUS CURIEL, *Hispanus*, Palentiolâ-Burgensis, Phil. Magister, Monachus Benedictinus, Canonicus Burgensis & Salmantinus, Theol. Professor, & tandem emeritus. Exierunt post ejus mortem *Lecturæ seu Quæstiones in D. Thomæ Aquinatis primam secundæ: Controversiæ in diversa loca S. Scripturæ.*

28. Sept. NICOLAUS TULDENUS, *Belga*, Silvæducensis nobilis, J. C. & in patria Judex. Emisit *Locos Communes parium & similium juris: Praxin rerum Civilium.*

7. Octobr. HENRICUS CUYCKIUS, *Belga*, Culenburgensis, Canonicus Regularis, Ethices Prof. Lovaniensis, pòst Theol. Doctor, Vicarius Generalis, Archiepiscopi Mechliniensis Decanus Ruræmundensis. Reliquit *Conciones XX. de sacrificio Missæ N. T. Libellum precationum Liturgicarum: Explicationem sacramenti Confirmationis: De Sacramento Pænitentiæ: Speculum Concubinariorum, Sacerdotum, Monachorum, Clericorum: VII. Panegyricas: Epistolas varias &c.*

19. Octobr. JACOBUS ARMINIUS, *Belga*, Veteraquinas Batavus, primò Pastor Amsterodamensis, inde Theol. Doctor & Prof. Leydensis, æt. 49. Edidit *Disp. XXIV. de diversis Christianæ Religionis capitibus: De genuino sensu capitis VII. Epistolæ ad Romanos: Analysin cap. III. ad Romanos: De Idololatria: De Prædestinatione: Orationes: Disputationes: Epistolas &c.*

30. Octobr. HIERONYMUS GONZALEZ, *Hispanus*, Calagurritanus, J. U. Doctor, in Curia Romana & Pontificio Rotæ Senatu Causarum Defensor, Presbyter & Clementis Papæ VIII. familiaris. Elucubravit *Comment. ad Regulam VIII. Cancellariæ de reservatione mensium, & alternativa Episcoporum.*

17. Novembr. FRANCISCUS GUTTIERREZ, *Hispanus*, Valentianus, S. J. Sacerdos, æt. 51. Soc. 31. Conscripsit *Comment. in X. priora Evangelii S. Matthæi capita.*

17. Nov. JOACHIMUS TANCKIUS, *Germanus*, Perlebergâ-Marchiacus, Poëta Laur. Med. Doctor, Anatom. & Chirurg. Prof. Lipsiensis, æt. 52. Reliquit *Disp. ex membro* 1. *libri Hippocratis* περὶ τῶν κεφαλῆ τρωμάτων: *De Chirurgia &c.*

21. Nov. FRIDERICUS BARTSCIUS, *Brussus*, Braunsbergensis, S. Jesu, Græcarum literarum Viennæ, Theologiæ Casuisticæ etiam Braunsbergæ & Posnaniæ Lector, Gedanensis postea Residentiæ, & Collegiorum Braunsbergensis & Vilnensis Rector, tum Poloniæ Lithuaniæq; Provincialis Præpositus, Theol. Doctor, demum Sigismundo III. Regi á sacris Confessionibus, æt. 60. Soc. 37. Emisit, sub nomine Friderici Brussi Theologi, *Responsionem, quâ refutat Orationem Andreæ Volani: Speculum Jesuitarum, contra Dan. Cramerum: Commentarios in Evangelia Adventus, & quæ sequuntur Dominicarum.* Et tacitô nomine, *Thesaurum spiritualem rerum ac documentorum variorum ad societatem Jesu pertinentium: Thesaurum precum, ex variis Auctoribus collectum.*

Obiit *ANNO 1609*

2. Decemb. JO. CLOBUTIUS, *Polonus*, Philos. Professor Cracoviensis. Congessit *Libellum de exercitio styli: Orationes.*

25. Decemb. MARTINUS WEINRICHIUS, *Germanus*, Vratislaviensis, Philos. Magister, Phys. & Eloqu. Professor in Gymnasio patrio, æt. 61. Composuit *Commentarium de ortu Monstrorum: Problemata Physica & Medica, selecta ex Jo. Baptistæ Montani scriptis: Librum de inundationum causis: De Ludificatione Dæmonum &c.* Ex Germanico quoque in Latinum transtulit *Joh. Cratonis à Crafftheim librum de vera præcavendi & curandi febrem pestilentem contagiosam ratione.*

JACOBUS MARCHANTIUS, *Belga*, Flander nobilis, J. C. Historicus & Poëta, æt. 72. Lusit, Elegiacô carmine, *de rebus gestis à Flandriæ Comitibus: De Flandriæ Principibus: De rebus Flandriæ Memorabilibus.*

PETRUS PAULUS DE RIBERA, *Hispanus*, Valentinus, Canonicus Regularis Salvatoris Lateranensis. Extant ab eo opera Italica *de jubilæo & indulgentiis: Chronicon Insulæ Tremitensis*, & alia.

ANDREAS CALAGIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Poëta Laureatus Cæsareus. Colligit *Miracula*

divinæ

Divina Biblicâ serie descripta: Epigrammatum centurias septem: Phrases, vocesque optimas Poëtarum authenticorum Latinorum.

THOMAS PYUS, *Anglus*, S. T. P. Collegii Mertonensis apud Oxonienses Socius. Foràs dedit *Epistolam ad Howsonum, contra novum ejus dogma, de divortiis Judæorum*, & alia idiomate Anglicanô.

HENRICUS RISIUS, *Germanus*, Wertheimensis Francus; Græcæ Lingvæ Prof. Altorphinus, cæcus, æt. 78. *Homeri omnia* ad ungvem recitavit.

CASPAR SCHWENCKENFELDIUS, *Germanus*, Greiffenbergensis Silesius, Med. Doctor & Physicus Gorlicensis. Prelo commisit *Theriotrophæum Silesiæ, in quo quadrupedum, reptilium, avium, piscium & insectorum natura, vis ac usus perstringitur, Thesaurum Pharmaceuticum: Descriptionem Thermarum Hirsbergensium: Stirpium & fossilium Silesiæ catalogum.*

ARNOLDUS HAVENSIUS, *Belga*, Silvæducensis, Nobilis, primùm Soc. Jesu, Theol. Doctor, Collegii Coloniensis Rector, pòst Carthusianus, Lovanii, Bruxellis, Leodici ac Gandavi Prior & Visitator, æt. 69. Formavit *Speculum crudelitatis hæreticæ, de crudelitate moribusque priscorum ac recentium Hæreticorum: De erectione novorum in Belgio Episcopatuum: De auctoritate SS. Patrum in decernendis Fidei dogmatibus &c.*

NICOLAUS RAPINUS, *Gallus*, Pictaviensis, è ministerio Henrici III. & IV. Regum Galliæ. Vulgavit *Carmina varia in unum volumen redacta.*

WILHELMUS HOLDERUS, *Germanus*, Marpacô-Wurtenburgicus, Phil. Magister, primò Ecclesiæ Stutgardianæ in Nosocomio, deinde Cathedralis Pastor, simulque Principis Consiliarius, & Consistorii Ecclesiastici Assessor, denique Abbas Maulbrunnensis, & Generalis Superintendens. Inter Scripta ejus eminent *Mus exenteratus: Admonitio de Theodori Bezæ adversus D. Pappum libello: Candor Calvinianus i. e. de pietate, fide, doctrina & modestia Theod. Bezæ admonitio altera: Cuculus Calvinisticus: Labyrinthi Sacramentarii Prodromus: Asinus Avis i. e. Metamorphosis Marci Beumleri: Ad Hieronymi Zanchii virulenta convitia Responsio* &c.

JO. VYTENBOGARDUS, *Belga*, Theolog. D. Prof. & Ecclesiastes Lugduno-Batavus, æt. 49. Scripsit *de officio Magistratus circa Sacra: Epistolam apologeticam: Respons. ad ea, quæ illi impegit Festus Hommius de controversiis Belgicis* &c.

OSWALDUS CROLLIUS, *Germanus*, Wetteravus Hassus. Adornavit *Basilicam Chymicam, de usu remediorum Chymicorum, è lumine Gratiæ & Naturæ depromptorum.*

ANDREAS SCHEPSIUS, *Bohemus*, Boleslaviensis, J. U. Doctor, Reip. Budissinæ Syndicus, & in Baronatu BiterstEiniano Cancellarius. Posterorum indulsit usibus, unà cum Treutlero, *Consiliorum sive Responsorum*

juris volumina duo: Tractavit Quæstionem; An Princeps legibus sit solutus?

FRANCISCUS HARDUINUS, *Belga*, Gandaviensis. Dedit *Odas & Elegias*.

ANNO 1610.

5. Jan. HENRICUS SAMERIUS, *Belga*, Luxemburgensis, S. J. Sacerdos, æt. 70. Societ. 50. Condidit *Chronologiam Sacram, ab orbe condito usque ad Christum natum.*

17. Jan. JO. THEODORICI MACHERENTINUS, *Belga*, Luxemburgensis, Jesuita, Presbyter & Lector Treviris, Coloniæ Spiræ, atque alibi, æt. 70. Relig. 47. Effecit *Catechismum & Praxin Catechisticam: Comment. in Salviani libros IV. de Ecclesiâ, adversus avaritiam.*

8. Januar. ANDREAS VOLANUS, *Polonus*, Secretarius Regius & Consiliarius Ducum Radziviliorum, æt. 80. Typis subjecit *Defensionem Cœnæ Domini, contra Scargam, S. J. & Franciscum Turrianum: Libros V. contra VII. Missæ, sacrificiique ejus columnas: Anabaptismum: Idololatriæ oppugnationem: De Libertate Politica sive Civili: Orationem funebrem in laudem Nicolai Radzivilii, Ducis: Epistolas aliquot adversus Samosaten: De Divina Trinitate: De Pœna Ecclesiæ* &c.

13. Jan. CONSTANTIUS PULCHARELLUS, *Italus*, Massalubrensis, S. J. æt. 41. Societ. 25. Struxit *Carminum libros quinque*; quibus adjecti, *Dialogus de vitiis Senectutis & Homericæ Iliadis libri duo*, è Græco in Latinum conversi.

22. Jan. LUDOVICUS CARRILLO, *Hispanus*, Cardubensis, Eques Jacobæi ordinis, ac Fontis-Magistri in Bæturia Commendatarius, deinde quatuor triremum in Hispania Præfectus, æt. 24. Varia ejus prodierunt posthuma, inter quæ *Ovidii libellus de Remedio Amoris*, Hispanicô carmine, & *Senecæ liber de brevitate vitæ*, prosâ oratione redditi.

15. Febr. FRANCISCUS ANTONIUS, *Lusitanus*, Olissiponensis, Jesuita, Romæ novitiorum Præfectus, Mariæ Imperatrici apud Germanos à concionibus & consiliis, æt. 75. Relig. 53. Illustravit *Catechismum Edmondi Augerii*. Scripsit etiam Hispanicè *Monita pro militibus: De SS. Missæ Sacrificio: De Sanctissimo Sacramento: De Agno benedicto: De Imaginibus & Reliquiis* &c.

22. Febr. POLYCARPUS LYSERUS, Sen. *Germanus*, Winendâ-Würtemburgicus, Ecclesiastes primùm Gelersdorffiensis, tum Theol. Doctor, mox Pastor, Theol. Prof. & Superintendens Wittebergensis, inde Coadjutor, pòst Superintend. Brunsvicensis, revocatus Wittebergam, ac demum Electoris Saxoniæ Concionator Aulicus primarius, æt. 58. Ministerii 36. Continuavit *Libros III. Harmoniæ Evangelicæ: Passionem Jesu Christi secundum IV. Evangelistas: Comment. in Genesin: Christianismum:*

Papismum: Calvinianismum: Triplicem explicationem Catecheseos Lutheri: De Exorcismo: Scholam Babylonicam: Colossum Babylonicum: Vindicias adversus fautores Nic. Crellii: Relationem de controversia Huberiana: Conciones de Prædestinatione &c.

6 Martii BENEDICTUS PEREYRA, seu PERERIUS, *Hispanus*, Valentinus, Soc Jesu Missionarius in Siciliam & Italiam, Rhetoricæ Romæ Lector, nec non Philos. & Theologiæ, æt. 75. Societ. 58. Inclaruit ex *Physicorum libris XV: Commentariorum in Danielem libris XVI: Theatro rerum creatarum: Libro de benedictionibus XII. Patriarcharum: De Magia & observatione somniorum libris III. Selectarum Dispp. in Sacram Scripturam tomis V.*

7. Mart. SIGFRIDUS CLOTZIUS, *Germanus*, Wetzlariensis, J. U. Doctor, Consiliarius & Cancellarius Hassiacus, æt. 58. Formavit *Apologiam de Reformatione Ecclesiarum in Hassia.*

9. Mart. NICOLAUS BOONARTIUS, *Belga*, Bruxellensis, S. J. Philos. Duaci, & Theol. Lovanii Professor, æt. 46. Soc. 27. Edi permisit *Orationem in Exequiis Serenissimæ Gregoriæ Maximilianæ &c. Apologiam pro B. Virgine Aspricollis.*

10. Martii JO. VOELLUS, *Burgundus*, Valmoncesotanus, Bisontinus, Soc. Jesu, Lugduni ac Dolæ Rector, æt. 67. Soc. 51. Typis vulgavit *Artificium componendi Epistolas: De*

Horologiis Sciothericis: De Oratore libros IV: Indicem in Breviarium Romanum.

5. April. JO. VALENTINUS NEYFFERUS, *Germanus*, Herrenbergensis, V. I. Doctor, primùm in illustri Collegio Feudalis, deinde in Acad. Tubingensi Pandectarum Professor, æt. 38. Reliquit *Dispp. de jure: De Nobilitate* &c.

17. April. ANDREAS SCHEFFER, *Germanus*, J. U. Doctor & Professor Lipsiensis. Collegit *Duas partes Quæstionum juris Practicabilium.*

20. Aprilis ISRAEL SPACHIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Medic. Doctor, Prof. & Canonicus Thomanus in patria, æt. 50. Hujus reperitur *Nomenclator Scriptorum Medicorum: Nomenclator Scriptorum Philosophicorum atque Philologicorum: Libri Gynæciorum, sive de Mulierum affectibus & morbis.*

20. April. ROBERTUS PERSONIUS, *Anglus*, Somersetensis, S. J. Sacerdos, Collegii Anglorum Romæ positi Rector, ætat. 64. Societ. 36. Multa suppresô nomine in publicum emisit, quorum de numero fuêre *Rationes, cur Catholici recusent adire Ecclesias Hæreticorum: Causa adventus sui in Messem Anglicanam: Censura in libros Charcki & Hammeri: Directorium hominis Christiani: De Peregrinatione liber: De tribus Angliæ Conversionibus: Contra Calendarium Jo. Foxii: Relatio Colloquii habiti inter Episcopum Eboricensem & Phil. Plessæum:*

Tractatus de Mitigatione erga Catholicos in Anglia: Defensio ejusdem contra Mortonum; Quæstiones de Sacris alienis non adeundis &c.

3. Maji LUDOVICUS SOTOMAJOR, *Lusitanus*, Olissiponensis, Dominicanus, Bibliorum Conimbricensium interpres primarius, tandem rude donatus, æt. 84. Elaboravit *Notas ad Canticum Canticorum: Comm. ad* 1. *&* 2. *Pauli Epist. ad Timotheum: in Ejusdem epistolam ad Titum: Commentarium in Jobum & Johannem.*

11. Maji MATTHÆUS RICCIUS, *Italus*, Maceratensis, nobilis, S. J. Missionarius ad Indos, æt. 58. Soc. 39. Scripsit lingvâ Sinicâ *Cosmographicas & Astrologicas præceptiones: Geographicam orbis descriptionem, cum commentariis: Priores VI. libros Elementorum Euclidis, cum notis Christ. Clavii: Arithmeticam practicam ejusdem: De Horologiis, Astrolabio, Sphæra: Comment. de Elementis: Catechismum: Tractatum de Amicitia: Comment. de Memoria: Paradoxa: Tractat. XXV. de rebus Ethicis: Calepinum Europæo-Sinicum* &c.

19. Maji THOMAS SANCHEZ, *Hispanus*, Cordubensis, Nobilis, Jesuita, æt. 60. Societ. 44. Struxit *Tomos III. de Sacramento Matrimonii: Operis moralis in præcepta Decalogi Volumina duo: Consiliorum Volumina II.*

14. Junii FLORENTIUS BOUCHORSTIUS, *Belga*, Leidanus nobilis, S. J. Sacerdos, Rhetor. Græcæ Lingvæ & Theol. moralis Lector, ætat. 73. Soc. 47. Delineavit carmine Elegiacô *Urbis Pictaviæ tumulum* (ab Hugonottis excitatum) *& ejus restitutionem.*

2. Julii RICHARDUS KNOLLES, *Anglus*, Northantoniensis, Artium Magister, Scholæ Sandvicensis moderator. Composuit *Historiam Turcicam: Hebrææ lingvæ Rudimenta.*

13. Julii JOH. PAPPUS, *Germanus*, Lindaviensis, primò Diaconus Richovillanus, mox Lingvæ Sanctæ Professor, simulquê Ecclesiastes, pòst Theol. Doctor ejusdemque Professor Argentoratensis, ac ibidem Conventus Ecclesiastici Præses, nec non Canonicus Thomanus, æt. 61. Ministerii 41. Inclaruit ex *Scholis Propheticis: Synodico libello: Disputationibus in Augustanam Confessionem & Formulam Concordiæ: Synopsi Biblicâ: Hypotyposi Doctrinæ Christianæ: Homiliis Academicis in Epistolas & Evangelia: Tractatibus contra Bellarminum: contra Sturmium: Epitome Historiæ Ecclesiasticæ: Descriptione omnium Regum & Prophetarum populi Judaici* &c.

16. Julii BALTHASAR BRUNNERUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Phil. & Med. Doctor, Poëseos primùm Professor Jenensis, deinde Principum Anhaltinorum Consiliarius & Archiater, æt. 70. Elucubravit *Tractat. de Scorbuto: Consilia Medica*, quæ post ejus obitum Laurentius Hoffmannus emisit. Chymicis operatio-

rationibus & Lapidis Philoſophici inveſtigatione intra 20. annos, amplius 16000. florenorum conſumpſiſſe dicitur.

18. Julii AMANDUS POLANUS, *Germanus*, Oppaviâ-Sileſius, Theol. Doctor & Profeſſor Baſilienſis, ætatis ſuæ 49. Condidit *Commentarium in Danielem: Analyſin Hoſeæ Prophetæ: Partitiones Theologicas: Logicam: Enarrationes aliquot vaticiniorum, de Chriſti nativitate, morte, reſurrectione & aſcenſu in cœlos: Theſes Bellarmino oppoſitas: Orationes de Jubilæo: De Morte Chriſti: De IV. Monarchiis* &c.

25. Julii CORNELIUS GROTIUS, *Belga*, Delpho-Batavus, J. U. Doctor, primùm Principis Auriaci Magiſter Libellorum, deinde Philoſ. & juris Profeſſor Leidenſis, æt. 66. Laudantur illius *Commentarii ad IV. libros Inſtitutionum juris Civilis: Ad primam partem Digeſtorum: Commentarii & Obſervationes Feudales: Tractatus de differentiis Feudorum à Feudis Hollandicis*, ſed Scripta hæc ſunt ἀνέκδοτα.

4. Auguſt. JO. MOSQUERA, *Hiſpanus*, Gallæcus, S. J. Vertit Hiſpanicè ex Italico *Relationem de adeptione Imperii paterni Principis Demetrii, Ducis Moſcoviæ.*

19. Auguſti GERARDUS TUNINGIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, J. U. Doctor, primò Advocatus Hagenſis, pòſt in patria juris Profeſſor, æt. 44. Contexuit *Apophthegmata*

Obiit ANNO 1610.

linguis aliquot: Commentarium ad IV. Digeſtorum libros.

23. Auguſti JOHANNES DEBELIUS, *Germanus*, Rhemdâ-Thuringus, Philoſ. Magiſter, primùm Notarius & Prof. Jenenſis, inde Græcæ & Hebraicæ Lingvæ Profeſſor tam Gandersheimenſis, quàm Helmſtadienſis, porrò Superintendens Ordruvienſis, demum Theologiæ Doctor ejusque Profeſſor & Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſor Jenenſis, æt. 60. officii 41. Emiſit *Dispp. de S. Cœnæ controverſiis. &c.*

11. Septembr. JACOBUS ZWINGERUS, *Helvetius*, Baſilienſis, Med. Doctor, Lingvæ Græcæ & Medicinæ in patria Academia Profeſſor, æt. 41. Struxit *Tabulas de Græcorum Dialectis: Examen principiorum Chymicorum: Phyſiologiam: Etymologicum Græcum magnum: Commentarium in Galeni librum de Definitionibus Medicis: Analyſin in Epiſtolas Pauli: Formulas precum* &c.

12. Septembr. ANDREAS CAPELLA, *Belga*, Valentinus, primò Jeſuitarum Sodalis, eosque inter Novitiorum Rector, & Apoſtolicus Romæ Pœnitentiarius, deinde Carthuſianus. per Cataloniam cùm Benedictinorum Clauſtralium, tum Canonicorum Regularium S. Auguſtini Cœnobiorum Viſitator, Abbas Monaſterii Portæ Cœli in Valentia urbe, & alibi, tandem Epiſcopus Urgeilenſis, quam 23. annos rexit. Publici juris fecit *Commentaria in Hieremiam*

Prophetam: Sermones Quadragesimales & Dominicales: Exercitia spiritualia: Colloquium interius cum Christo: De Passione Dominica.

20. Septembr. PETRUS DENAISIUS, *Germanus*, Argentoratensis, J. U. Doctor & Consiliarius Palatinus, Legatus ad Polonos & Anglos, demum Assessor Cameræ Spirensis, æt. 58. Ejus est *Jus Camerale: Tractatus de jure meriti Imperii: Dissertatio de idolo Hallensi contra Lipsium: Carmina* &c.

25. Octobr. HENRICUS TECTANDER, *Germanus*, Budissinâ-Lusatus, Phil. Magister, Pastor ad D. Ulrici Halensis. Reliquit *Symbolum Hiobi, ex cap. XIX. tribus homiliis explicatum.*

5. Decembris BARTHOLOMÆUS KLINGE, *Germanus*, Confluentinus, Phil. & juris Vtr. Doctor, Ducis Megapolitani Consiliarius, Legatus, & in Academia Rostochiensi per 51. annos Professor, ætat. 76. Dedit *Disputationes nonnullas juridicas.*

24. Decembr. OLIVERIUS HATTEMIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Medicus Lovaniensis, æt. 38. Idiomate patriô consignavit *justificationem, cur à Calvinistis defecerit, deque notis Catholicorum & novorum Evangelicorum: Apologiam contra deformatæ Religionis Ministros.*

IVARUS STUBÆUS, *Danus*, Artium Magister, Rector primùm Scholæ, deinde Hebrææ lingvæ Professor Hafniensis, Vulgavit *Disputationes*

VII. de Doctrina Christiana, ejusque libris, eorumque legitima interpretatione: Dispp. de libro Jobi: De Dicto Pauli Coloss. II, 8: De Orthographia orationis eruditæ & Latinæ: Theses Dialecticas & Rhetoricas.

LUDOLFUS A COLEN, *Germanus*, Hildesheimius Saxo, Mathematicus, æt. 71. Scripsit *de Circulo: De Usuris: Libros IV. variorum Problematum.* Ejus *Arithmetica fundamenta* Latinè transtulit Wilibrordus Smellius à Roien.

OLAUS MARTINI, *Svecus*, Nycopensis, Scholæ patriæ Rector, pòst Archiepiscopus Sveciæ. Ab eo est *Refutatio thesium Theodori Micronii: Collectanea veterum Doctorum de Persona Christi, & Cœna Dominica, opposita Collectaneis Regis Caroli: Concio de cavendis Pseudoprophetis: Conciones IV. Nundinales* &c.

NATHANAEL POWNOL, *Anglus*, Cantianus, Artium Magister, Ædis Christi apud Oxonienses Socius. Struxit Anglicè *Commentationes super Psalmorum Pœnitentialium primo: Officium Davidis quotidianum: Meletemata super sacro Presbyteri officio* &c.

JACOBUS ALBERICUS, *Italus*, Bergomas. Formavit *Compendium vitæ & miraculorum S. Nicolai de Tolentino: Catalogum illustrium scriptorum Venetorum.*

BALTHASAR MULLERUS, *Germanus*, Theologiæ Doctor & Superintendens Altenburgensis. Prelo submisit *Conciones Catecheticas: De S. Cœna,*

Cœna, quòd *Calviniani* τὸ ῥητὸν *non retineant*: *Historiam Passionalem*: *Homilias super Esaiæ LIII. & LXIII*: *Conc. de lotione pedum* &c.

HENRICUS PORSIUS, *Germanus*, Fridbergensis, JC. & Poëſ. Professor Viennensis, æt. 54. Congessit *Libros III. Itineris Byzantini*: *Poëmata*.

BENED. FILCHIUS, *Anglus*, ex Puritano factus Pontificius. Condidit *Tractatum de Voluntate DEI*: *Equitem Christianum*.

ANTONIUS RICCIARDUS, *Gallus*, Brescianus, Rhetor & Philosophus. Foràs dedit *Commentaria Symbolica*, *quibus explicantur arcana ad mysticam*, *naturalem & occultam rerum significationem attinentia* Italicè *Discursus de Angelo & Homine*: *Libram de præstantia Lingvæ*.

JOH. CRASBEQUIUS, *Belga*, Arſiotanus Brabantus, Theologiæ Baccalaureus Lovaniensis, Ordinis Cisterciensis Monachus in Cœnobio B. Mariæ Loci S. Bernardi ad Scaldim. *In Regulam S. Benedicti* commentatus est.

GOTHOFREDUS JUNGERMANNUS, *Germanus*, Lipsiensis. Prodiit ejus studiô *Herodotus*: *Julius Cæsar cum notis*. Transtulit Latinè *Longi Pastoralia*, *cum notis*. Extant etiam ejus *Epistolæ*.

LUDOVICUS DE CACEGAS, *Hispanus*, Lusitanus, Ordinis S. Dominici Chronographus, septuagenario major. Typis exscribi curavit *Historiam Dominicanorum*: *Genealogias Portugallorum*.

CHRISTOPHORUS FUHRER AB HAYMENDORFF, *Germanus*, Norimbergensis, Eques & in patria Duum-vir, æt. 69. Composuit *Itinerarium Orientale*.

HIERONYMUS DELLAMAS, *Hispanus*, Conchensis, Monachus, deinde Abbas Cisterciensis, Ecclesiastes Matritensis. Exaravit *Methodum Curationis Animarum*: *Dialogorum libros duos*: *Summam Ecclesiasticam*.

JO. DE LUNA, *Hispanus*, Toletanus, Dominicanus, Generalis ordinis sui Concionator. Emisit populari lingvâ *Sermones Quadragesimales*: *De Adventu*, *Nativitate*, *Circumsione Christi*.

JOHANNES BUSENREUTIUS, *Germanus*, Augustanus, Juris Utriusque Doctor, Reipublicæ Norimbergensis Consiliarius & Advocatus. Conscripsit *Historiam D. Nicolai*, carmine Elegiacô.

ANNO 1611.

3. Jan. MICHAEL HEMPELIUS, *Germanus*, Freibergensis Misnicus, Phil. Magister, Scholæ patriæ Rector, tandem emeritus, æt. 78. officii 45. Emisit *Psalmodiarum & Cantionum Ecclesiasticarum libros III*: *Precationum libros II*: *Analecta D. Hieronymi Welleri*: *Hædoporicum ad D. Heilandum*: *Libellum de Statu Reip. Freibergensis anni 1558*: *Descriptionem monumen-*

numentorum Saxoniæ Electoribus erectorum: Explicationem in Heptalogum Christi: In librum Sapientiæ Salomonis: Orationem de Scholis &c.

8. Jan. JO. PAPYRIUS MASSONIUS, *Gallus*, Segusianus, in Comitatu Foresiano, Advocatus in Regia & Senatu Parisiensis, nec non Francorum Historiographus, ætat. 67. Posterorum indulsit usibus *Libros IV. Annalium, quibus res gestæ Francorum explicantur: Notitiam Episcopatuum Galliæ: Gesta Episcoporum sive Pontificum Romanorum: De Fluviorum & Montium Nominibus: Elogia Imperatorum, Regum, Ducum, aliorumque Heroum & Literatorum: Justinianeos Cæsares: Gesta Collationis Carthagini habita: Elogia Ducum Sabaudiæ &c.*

10. Jan. PETRUS PISCATOR, *Germanus*, Hanoviâ-Rhenanus, primùm Ebrææ & Græcæ lingvæ Professor, deinde Theolog. Doctor ejusdemque Prof. Jenensis, æt. 39. Edidit *Dissert. de Persona Jesu Christi, adversus V. libros Rob. Bellarmini: De æterna Prædestinatione, adversus Sam. Huberum & Calvinistas: Comment. in Formulam Concordiæ: Orationem de Studiis Theologicis ritè instituendis: Articulum de Baptismo, conclusionibus CCLX. comprehensum.*

12. Jan. JO. MIRÆUS, *Belga*, Bruxellensis, Philosophiæ primùm Prof. Lovaniensis, deinde Rhetor. & Græcæ Lingvæ Professor Duacensis, pòst Theol. Doctor ac Pastor Bruxellensis, mox S. Gudelæ ibidem Canonicus, demum Episcopus Antverpiensis, æt. 51. Consignavit *Statuta Synodi Diœceseos suæ, cum præmissâ oratione ad Clerum: Beneficia ac miracula B. Virginis Aspricolle.*

13. Jan. JACOBUS MIDDENDORPIUS, *Belga*, Oldensaliensis, Transisalanus, J. U. Doctor & Theolog. Licentiatus, diversis in Academiis Philos. Professor, Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis Presbyter & Canonicus, ad D. Andreæ Decanus, atque Universitatis istius Procancellarius, nec non magnorum Principum Consiliarius, æt. 73. Extant ejus *Libri VIII. de Academiis orbis universi, earumque origine ac progressu: Originum Anchoretiearum Silva, sive de vita cœnobiali, ejusque origine, progressu ac natura: Historia Aristeæ, de Scripturæ Sacræ per LXX. Interpretes translatione, cum commentario: De officiis Scholasticis libri duo: Quæstiones juridicæ, Theologicæ & Politicæ Impp. Regum & Principum, cum eorum responsis.*

16. Februarii JODOCUS HONDIUS, *Belga*, Flander, Mathematicus, æt. 48. Illustravit *Atlantem æneis tabulis Cosmographicis.* Delineavit insuper *Orbis terrarum descriptionem Geographicam & Hydrographicam: Theatrum artis scribendi, varia summorum nostri seculi artificum exemplaria complectens: Italiæ hodiernæ descriptionem &c.*

25. Februar. MARTINUS DE FUNEZ, *Hispanus*, Vallisoletanus, S. J. Theol. Scholasticæ in Acad. Græcensi,

censi, & Moralis Mediolani interpres. æt. 51. Societ. 34. Ab ejus manu prodierunt *Disputationes de Deo uno: De vitiis & peccatis in genere: Speculum morale practicum, in quo continetur medulla casuum Conscientiæ Partibus tribus: Methodus practica utendi libro Thomæ de Kempis, de imitatione Christi.*

26. Februar. ANTONIUS POSSEVINUS, *Italus*, Mantuanus, Jesuita, Sacerdos Parisiis, Avenione, Bajonæ, Rothomagi, Dieppæ atque alibi, nomine Gregorii XIII. P. R. ad diversos Principes Legatus, æt. 78. Ferrariæ. Vulgavit *Librum de rebus ad Honorem pertinentibus: De SS. Sacrificio Missæ: Responsionem contra Petrum Viretum: Militem Christianum: Vitam S. Eleonoræ, Archiducis Austriæ: Causas & remedia Pestilentiæ: Epistolam de rebus Svecicis, Livonicis, Moscoviticis, Polonicis, Transilvanicis: Resp. Regi Septentrionali, qui in fide Catholica voluit institui: Scriptum Magno Duci Moscoviæ traditum: Moscoviam: Notas divini Verbi, adversus Dav. Chytræum: De Statu Ecclesiarum hodie in Græcia, Asia, Africa, Hungaria, Bohemia, contra eundem: De Atheismis Hæreticorum hujus seculi: judicium de IV. Scriptoribus Philippo la Nua, Jo. Bodino, Phil. Mornæo, & Nic. Machiavello: judicium de Augustana Confessione: Explicationem Evangeliorum totius anni*, sub nomine Nicolai Gallerii: *Epist. de Actis Apostolorum*, sub nomine Philosophi Tosæ:

Impugnavit Possevinus Machiavelli Principem qm nunquam vidit, [illegible] scripto suo [illegible] opere diviso in tres libros cum [illegible] libelli distincti in Cap. XXVI. annotante D. Jo. Fridr. Mayero in Biblioth. [illegible] Dissert. I. p. 6

Monita salutis, sub nomine Joh. Fontanæ: *Bibliothecam Selectam: Apparatum Sacrum*. de his confer D. Jo. Frid. Mayeri Bibliothecam Biblicam Diss. [illegible] haud leves in Apparatu S. Lucam Græca [illegible] Theologo Calvin. [illegible] Pontificijs etc.

20. Mart. JO. GEORGIUS GODELMANNUS, *Germanus*, Tuttlingâ ad Danubium, Philos. & Juris Utriusque Doctor, hujusque Professor Rostochiensis, deinde Electoris Sax. Consiliarius, Legatus, Nobilis & Com. Palat. Cæsareus, æt. 52. Foràs dedit *Tractatum de Magis Veneficis & Lamiis, deque his rectè cognoscendis & puniendis: Supplicationes: De jure Venandi &c.*

23. Mart. ABRAHAMUS ROGKENBACHIUS, *Germanus*, Zeapolitanus, Phil. & J. U. Doctor, Mathem. & Græcæ Lingvæ Ordinarius, Juris verò extraordinarius Professor Viadrinus, æt. 75. Struxit *Isagogen ad studium Geometriæ: Tractatum de Sole: Expositionem Calendarii novi Gregoriani: Tractatum de Cometis: Orationem de quæstione; utrum Contractus de jure Civili nullus etiam in conscientiis usus sit?* & alia.

1. Aprilis JO. FERSIUS, *Germanus*, Uratislaviensis, Philos. Medic. ac Theol. Doctor, in patria Canonicus, Protonotarius Pontificius. Composuit *Tractatum de Præfectura Prætorii Romani.*

26. April. RICHARDUS MULCASTER, *Anglus*, Westmorlandensis, Artium Magister, in Parochia S. Laurentii Powutney Archididascalus, posteà Scholæ D. Paulini apud Londinenses Rector. Typis commisit

misit *Orthographiam linguæ Anglicanæ: Positiones de pueris educandis*, idiomate vernaculô.

22. April. DIDACUS DE AVILA, *Hispanus*, Hispalensis, Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum in Gymnasiis Beacensi & Hispalensi Theologiæ Interpres, & Concionator primarius. Scripsisse dicitur *de Sacræ Scripturæ rebus* non minus quàm XLII. Volumina, quorum nullum vulgari permisit.

29. April. HENRICUS VELSTENIUS, *Germanus*, Lawensteiniô-Saxo, Phil. Magister & Moral. Professor Wittenbergensis, æt. 31. Reliquit *Centuriam Quæstionum Politicarum: Collegium Acroamaticum, seu Disputationes Physiologicas: Centuriam quæstionum Ethicarum &c.*

30. Maji JO. BUSÆUS, *Belga*, Noviomagensis, Soc. Jesu, literarum humaniorum & Philos. Lector, posteà Theol. Prof. Moguntiæ, æt. 64. Relig. 48. Edidit *Dispp. Theol. de jejunio & delectu ciborum: De Persona Christi: Pro Calendario Gregoriano: De Descensu Christi ad Inferos: Rosarium B. Virginis: Rosarii Hiperaspistem: Dispp. de Baptismo: Paradoxa 30. Casp. Schwencfeldii: Enchirid. piar. Meditationum in omnes Dominicas: Modum rectè meditandi de rebus divinis: Panarium: Viridarium Christianar. virtutum: De statibus hominum &c.* Annotationibus illustravit & edidit *Petri Blesensis: Jo. Trithemii Opera: Anasthasii historiam Pontificum: Luidiprandi Ticinensis opusculum, de vitis Pontificum: Hincmari Rhemensis Epistolas &c.*

18. Junii FRANCISCUS PARCOVIUS, *Germanus*, Rostochiensis Megapolitanus, Med. Doctor, primùm Mathematum, deinde & Medicinæ Professor Helmstadiensis, & Brunsvic. Principum Archiater, æt. 49. Scripsit *Disputationes varias*, e. gr. *De Angina &c.*

27. Julii MARTINUS MYLIUS, *Germanus*, Gorlicensis Silesius, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsar. & Gymnasii patrii Rector, æt. 69, Condidit *Hortum Philosophicum: Poëmata varia &c.*

31. Julii MARCUS BEUMLERUS, *Germanus*, Kirburgico-Tigurinus, Ecclesiastes primùm Alceæ in Archipalatinatu, pòst Tiguri Archidiaconus, tandem Græcæ Lingvæ & Theologiæ Professor. Composuit *Analysin Dialecticam in Ciceronis, Catonis Majoris Dialogum de senectute & amicitia: Comment. in Plutarchum de educatione Liberorum: Grammaticam Latinam: Analysin in Demosthenis orationes: Anti-Christum Romanum: Hypotyposin Theologiæ: Dispp. varias, ut de Persona Christi:* De Libro *Naturæ & Scripturæ*, ex *Psalmo XIX: De Scripturarum autoritate, perspicuitate & perfectione: Confessionis Helveticæ compendium &c.*

25. Augusti JACOBUS LECTIUS, *Gallus*, Genevensis, JC. & in patria Professor, æt. 53. Hujus ingenio debemus *Libb. II. Præscriptionum Theo-*

Theologicarum Codicis Fabriani τὰ πρῶτα κακόδοξα: *Tractatum de publicis judiciis: Ad Modestini de Pœnis librum I. Poëmata varia: Orationes de vita & obitu Æmilii Papiniani, Ant. Sadeelis &c.*

28. Auguſt. PHILIPPUS RUBENIUS, *Germanus*, Colonienſis, primùm Aſcanio Cardin. Columnæ à Bibliotheca, Epiſtolis & ſtudiis, deinde Reip. Antverpienſi à ſecretis, æt. 38. Concinnavit *Libros duos Electorum: Poëmata: B. Aſterii, Amaſeæ Epiſ.*, *Homilias V.* Latinas fecit.

13. Septembr. HIERONYMUS ROMAN. DE HIGUERA, *Hiſpanus*, Toletanus, S. J. Sacerdos, Th. Doctor & Philoſ. interpres Toleti, æt. 73. Soc. 48. Typis excudere dedit *Luitprandi Ticinenſis Chronicon, cum notis: Dypticon Toletanum, ſeu Tabulas Epiſcoporum ejusdem ſedis.*

25. Sept. PETRUS DE VALDERRAMA, *Hiſpanus*, Hiſpalenſis, Eremita Auguſtinianus, patriæ domus, nec non totius Bæticæ provinciæ Præfectus. Vulgavit *Exercitat. ſpirituales Feſtivales: Theatrum Religionis, ſive Orationes ſacras de omnibus ferè religioſorum ordinum Patriarchis, aliisque ſanctitate illuſtribus ſodalibus* Hiſpanicè.

27. Sept. PHILIPPUS MARBACHIUS, *Germanus*, Argentoratenſis, primùm Scholæ Græcenſis in Styria Rector, deinde Th. Doctor, hujusq; Prof. & Inſp. domûs Sapientiæ Heidelbergenſis, tum Claudifordiani Gymnaſii in Carinthia Rector, tandem in patria

Theol. Profeſſor, & Canonicus Thomanus, æt. 62. Adornavit *Refutationem Examinis M. Chriſtophori Irenæi: Apologiam Libri Concordiæ: Reſponſionem ad Chriſtoph. Pezelium, de S. Cœna Domini: Reſp. 1. & 2. ad Synopſin Grynæi: Diſp. Theol. de præcipuis doctrinæ chriſtianæ Controverſiis Eccleſiarum Aug. Confeſſ. cum Pontificiis: De præcipuis controverſiis cum Pontif. Enchiridio Fr. Coſteri oppoſitas: Orationem de origine & cauſis Hæreſium: Reſp. ad maledicum librum Fratrum Heidelbergenſium: Refutationem Excuſationis Bremenſium de Perſona Chriſti & S. Cœna: Diſp. de Bonis operibus: De Pœnitentia & Indulgentiis: De Cœna: De S. Cruce, deque uſu ac veneratione imaginum: De Veneratione Sanctorum & eorum Reliquiis: De Purgatorio: De Cœlibatu ſacerdotum: De Angelis* &c.

1. Octobr. PETRUS RIBADENEIRA, *Hiſpanus*, Taletanus, Soc. Jeſu, Legatus, deinde in Tuſcia & Sicilia Provincialis, Commiſſarius in Sicilia, in Suburbicis Viſitator, æt. 84. Societ. 71. Scripſit *Vitam S. Ignatii: Jacobi Laynez: Alphonſi Salmeronis: Fr. Borgiæ: Libros III. de Schiſmate Anglicano: De Principe Chriſtiano, adverſus Machiavellum: De vitiis Sanctorum Tomos II. Officia propria Sanctorum Eccleſiæ Toletanæ: De Inſtituto Societatis JEſu: Manuale orantium:* Emiſit *Libellum Alb. Magni de Virtutibus: D. Auguſtini Confesſionum, Meditationum, Soliloquiorum libros,*

Jo. Fried. Mayeri Biblioth. [illegible]

ut & Manualis: Composuit quoque *Tractatum de scriptoribus Societatis Jesu*: *Historiam Hispanicam Societatis Indicam & Sardicam.*

5. Octobr. GREGORIUS BERGMANNUS, *Germanus*, Annæbergensis Misnicus, primùm Ludi Portensis moderator, inde Phys. Prof. Wittebergensis, paulò pòst Poëtices, ac superato quadriennio, Græcæ & Latinæ Linguæ, simulque Eth. Prof. Lipsiensis, tandem Gymnasii Servestini Rector, æt. 73. Illustravit *Notis & Scholiis Virgilium*: *Horatium*: *Ovidium*: *Lucanum*: *Ciceronem*. Dedit insuper *Præcepta Rhetorica*: *Collectanea novarum quæstionum ad Erotemata Logica Philippi Melanchthonis*: *Paraphrasin Poëticam Psalmorum*: *Carmina &c.*

— Octobr. DANIEL HOFMANNUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Theol. Doctor, primùm Dialect. & Ethices, deinde Theol. Prof. Helmstadiensis, æt. 72. Wolffenbutteli. Ejus est *Libellus Apologeticus*: *respondens chartis Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, & horum Sacramentarios errores detegens atque refutans*: *Silva piarum Meditationum in usu SS. Cœnæ excolendarum*: *Quæstiones de Resp. de Cœna Domini*: *Apologia missa ad Theod. Bezam*: *Responsio ad trium quæstionum de S. Cœna explicationem Joh. Piscatoris*: *Officina Theologica*: *Scripta contra Jacobum Andreæ*: *De Exorcismo orthodoxa doctrina*: *Paraphrasis metrica Passionis Christi*: *Passio*

Obiit ANNO 1611.

Christi ex Psalmo XXII. Inusitatarum Prædicationum Reductio: *Disp. V. de Peccato Originis, quod non sit substantia*: *De Persona Christi*: *Resp. ad fundamenta Christoph. Pezelii, unde Sacramentarii sint cognoscendi*: *De usu Notionum Logicarum in Theologia Admonitio*: *Contra confessionem Theologorum Anhaltinorum &c.*

29. Octobr. CAROLUS IX. REX SVECIÆ, æt. 61. Ipse aggressus est scribere *Chronicon Regum Sveciæ à primo Rege ad sua usque tempora*, sermone populari: *Historiam vitæ propriæ rerumque à se gestarum*, rythmis Svecicis. Ejus quoque jussu, partim & operâ prodierunt *Argumenta quædam ex Patribus, Luthero & Philippo desumpta, de Unione Personali duarum Naturarum in Christo, & Sacramento Eucharistiæ, ex Anonymo versa in sermonem Svecicum*: *Ordinantia Ecclesiastica*: *Catechismus &c.*

29. Octobr. PAULUS PETRÆUS, *Germanus*, Rostochiensis, Philos. Magister, in patria Archidiaconus & Theologiæ Prof. æt. 49. Emisit *Disp. Theol. de DEO*: *De religiosa adoratione, seu vera invocatione*: *De objecto religiosæ invocationis, & potissimùm de invocando in piis precibus Christo Jesu θεανθρώπῳ*: *De Angelis bonis & malis &c.*

4. Novembr. ANTONIUS PEREZIUS, *Hispanus*, Cantaber, JC. Philippi Regis Hisp. Secretarius. Exaravit *Relationes*, quæ continent calamitosissima Autoris tempora: *Apho-*

Aphorismos: Epistolas, quarum una, *de conservanda Principis gratia &c.*

23. Nov. CORNELIUS SCHONÆUS, *Belga*, Gaudanus, Phil. Magister, Poëta, Scholæ Harlemensis moderator, æt. 71. Confecit *Comœdias sacras, Nehemiam, seu de restitutione Hierosolymæ: Tobæum: Saulum & Naaman, sub nomine Terentii Christiani: Carminum libellum: Grammaticam Latinæ Linguæ*, aliaque.

24. Novemb. ANTONIUS VALENTINUS, *Italus*, Patavinus, Soc. Jesu, variis in locis Rector, & Novitiorum magister, æt. 70. Societ. 55. Edidit tacitô suô nomine, *Meditationes de Passione Christi Domini.*

3. Decembr. MICHAEL WIRTHIUS, *Germanus*, Leobergensis Silesius, Phil. & J. U. Doctor, hujusque Prof. Lipsiensis, tum Ducum Saxoniæ Cancellarius, tandem judicii supremæ Curiæ Electoralis Assessor, & Facult. juridicæ in Acad. Lipsiensi Ordinarius, æt. 64. Reliquit *Orat. de amplitudine stirpis Witikindeæ Saxonicæ: De antiquitate & dignitate gentis Henetæ &c.*

13. Dec. THOMAS SCHALLER, *Germanus*, Salfeldensis, Pastor & Superintendens Meiningensis, æt. 78. Ministerii 54. dedit *Conciones funebres* & fortè alia.

25. Dec. PETRUS PANTINUS, *Belga*, Tiletanus Flander, primùm Græcæ Linguæ Prof. Toletanus, tum Decanus ad S. Gudilam Bruxellis, & Alberto, Belgarum Principi, à sacris, æt. 56. Extant ejus *Tractatus de dignitatibus & officiis Regni ac domus regiæ Gothorum: Versus varii:* Transtulit è Græco *Homilias IV. Athanasii, Amphilochii & Chrysostomi: Basilium de vita & martyrio B Theclæ, cum notis &c.*

25. Dec. CHRISTOPHORUS BUTELIUS, *Germanus*, Kyricensis Marchicus, primùm in Gymnasio Thorunensi, deinde Stetinensi Rector & Professor, pòst Pastor Stetini ad D. Nicolai, Theol. Doctor, & novissimè Superintendens Lubecensis designatus, æt. 41. Struxit *Enchiridion Philosophicum, compendiosè continens omnes ferè Philos. Aristotelicæ disciplinas & præcipuas controversias.*

27. Dec. JO. DE MARIETA, *Hispanus*, Victoriensis, Dominicanus. Publicavit *Historiam Ecclesiasticam gentis Hispanicæ: Vitam Francisci Ludov. Granatensis*, & alia populari linguâ.

JACOBUS A LOGENHAGEN, *Belga*, Antverpianus, Ordinis S. Salvatoris sive Brigittæ apud Teneræ mandanos Virginum Præfectus. Ab eo prostant *Annotationes in Epistolam Canonicam D. Jacobi: Comment. in Evangelium Lucæ.*

ALPHONSUS DE NARBONA, *Hispanus*, Toletanus, J. U. Doctor, inque patria Prof. æt. suæ 47. Formavit *Commentarium in tertiam partem novæ Recopulationis Legum Hispaniæ: Ad Legem XX. Tit. I. Lib. IV. ejusdem Compilationis.*

NICOLAUS MENIUS, *Germanus*, Marchiacus, Paſtor Cüſtrinenſis, æt. 70. Scripſit *de vera præſentia carnis Chriſti, contra diverſum ſentientes.*

FRIDERICUS CERUTUS, *Italus*, Philoſophus Veronenſis. Edidit *Paraphraſin in Juvenalem: Dialogos II. de Comœdia, & recta Adoleſcentulorum inſtitutione: Paraphraſin in Horatium: Notas in Perſium.*

JACOBUS KOLERUS, *Helvetii*, Tigurinus, Artium Magiſter, Eccleſiæ Elcovianæ Miniſter, vicinarumque Inſpector. Emiſit *Tractatum de Animæ propagatione: Conciones VI. de ultimo judicio.*

JO. HUGO A LINSCHOTTEN, *Belga*, Harlemenſis. Condidit *Librum de ſuis peregrinationibus, per Indiam Orientalem.*

RICHARDUS VITUS, *Anglus*, Baſingſtochiâ-Hantonenſis, Artium Magiſter, J. U. Doctor, Profeſſor regius Duacenſis, & Eccleſiæ D. Petri Canonicus, Conſiliarius, nec non Comes Palatinus. Contexuit *Hiſtoriarum libros V. ad Britanniam ſpectantes: Hiſtoricarum Britanniæ libros IV: Tractatum de Reliquiis & Veneratione Sanctorum &c.*

LEONHARDUS DOLDIUS, *Germanus*, Hagenoâ-Alſatus, Med. Doctor & Phyſicus Norimbergenſis, æt. 47. Ejus habentur *Epiſtolæ variæ Medicæ*, in Jo. Hornungi ciſta Medica.

PETRUS MATURUS, *Gallus*, Aruernus, S. J. Literarum humaniorum & Theol. moralis Lector, & Sacerdos, æt. 66. Societ. 47. Illuſtravit *Jo. Maldonati Commentarium in Evangelia Annotationibus: Antonini Archiepiſcopi Florentini Hiſtoriam aliorum Auctorum collatione* locupletavit: *Edmundi Campiani decem Rationes* Gallicas fecit.

MARSILIUS VASQUEZ, *Hiſpanus*, Toletanus, Theol. Doctor, Ordinis Ciſtercienſis Monachus, Prof. Florentinus & Ferrarienſis. *Commentatus eſt in Ariſtotelis Philoſophiam: In Ejusdem Ethicam: in ſummam D. Thomæ Aquinatis: Librum de Auxiliis &c.*

JO. LANTFORTIUS A TURNHOUT, *Belga*, Silvæducenſis, Scholæ in patria moderator, æt. 87. Scripſit *Præcepta Syntaxeos: Tomos IV. Epiſtolarum ſeu Thematum: Annotationes in diverſos Grammaticos, Oratores, Poëtas &c.*

JO. COPPEN, *Germanus*, Brizâ-Marchicus, J. U. Doctor, Conſiliarius Brandenburgicus, æt. 80. Inclaruit ex *Conſiliorum Tomis III. Obſervationibus juris Feudalis: Obſervationibus Practicis.*

JACOBUS COCUS, *Anglus*, Vectachalenſis, Rector Houghtonenſis. Formavit *juridicam trium Quæſtionum ad Majeſtatem pertinentium determinationem, in quibus Proceſſus judicialis, contra Henricum Garnetum inſtitutus, ex jure civili & canonico defenditur.*

LACTANTIUS MEDOLAGUS, *Italus*, Bergomas. Reliquit *Comment. in universam Aristotelis Philosophiam: in IV. libros sententiarum.*

JO. NIEMCHANIUS, *Bohemus*, Hunnobrodus, Concionator Bohemus, æt. 63. Extant ejus *Annotationes in Biblia Bohemica.*

HIERONYMUS TORRES, *Hispanus*, Catalaunus, S.J. Philoſ. Ariſtotelicæ interpres Romanus, inde Theol. Prof. Ingolſtadienſis, æt. 75. Soc. 60. Edidit *Confesſionem Auguſtinianam libris IV. ex D. Auguſtini operibus collectam: In caput I. Epiſtolæ Pauli ad Timotheum: contra Bidembachium: Confutationem Agendæ cujusdam Eccleſiaſtæ Lutherani.*

RADULPHUS BUCKLAND, *Anglus*, Somerſetenſis, Collegii Magdalenenſis apud Oxonienſes Socius. Ejus ſunt *Scintillæ Animæ inflammatæ, in VII. Pſalmos diſtributæ.* Anglicè vertit ex Latino in patrium Sermonem *Hiſtoriam Victoris de perſecutione Vandalica: Tomus Surii de vita Sanctorum.*

ALBERTUS THEOBOLCIUS, *Polonus*, Wiadcenſis, Soc. Jeſu, literarum humaniorum, deinde Græcæ & Latinæ Linguæ, demum Theol. Profeſſor, & Concionator, æt. 76. Soc. 51. Emiſit *diſputationem contra Arianos.*

GEORGIUS BLANDRATA, *Pedemontanus*, vel Sebaſianus, Medicus, Arianiſmi & Socianiſmi in Polonia & Tranſylvania diſſeminator. Vulgavit *Expoſitionem in priora capita epiſtolæ ad Coloſſenſis: in cap. 1. ad Ebræos: in cap. 1. Johannis.*

MARTINUS RULANDUS, *Germanus*, Lavinganus, Filius, Medic. Doctor, Poliater Ratisbonenſis, tum Medicus Cæſareus Pragenſis, æt. 41. Scripſit *Tractatum de perniciosæ Luis Hungaricæ tecmarſi & curatione: Hiſtoriam de aureo dente pueri in Sileſia: Problematum Medico-Phyſicorum libros II: Alexicarum Chymiatricum.*

ERICUS ERICI, *Finno*, Phil. Magiſter, Epiſcopus Aboenſis. Edidit idiomate patriô *Rituale Eccleſiaſticum: Explicationem Catechiſmi prolixiorem: Explicationem Evangeliorum Dominicalium.*

ANNO 1612.

21. Jan. FELIX BIEDEMBACHIUS, *Germanus*, Stutgardienſis, Theolog. Doctor, Conſiliarius Ducis Würtenbergici, Abbas Maulbrunnenſis, & Superintendens Generalis, æt. 48. Miniſterii 55. Celebritatem nominis obtinuit ex *Manuali Miniſtrorum Eccleſiæ: Promptuario Connubiali: Tractatu de cauſis Matrimonialibus: Promptuario Exequiali: Decadibus VII. concionum Pœnitentialium: Conſiliorum Theol. decadibus X: Informatorio pro ægrotis & Melancholicis.*

22. Jan. RICHARDUS HALLER, *Germanus*, Norimbergenſis, Societ. Jeſu, Philoſ. Lector, Collegii & Aca-

Academiæ Dilinganæ, nec non Collegii Ingolstadiensis Rector, deinde Margaretæ Austriacæ, Hisp. Reginæ, à Confessionibus, æt. 72. Soc. 41. Ejus est *Commentarius de Contritionis actibus crebrò eliciendis.*

25. Jan. AURELIUS STREITBERGERUS, *Germanus*, Naumburgensis, primùm Scholæ Wansidelensis Rector, pòst Diaconus Culmbacensis, inde Pastor Selbensis, demum Theologiæ Doctor & Superintendens in Curia Regnitiana Variscorum, ætat. 69. Reliquit *aliquot Homilias.*

29. Januar. THOMAS BODLEIUS, *Anglus*, Eques Auratus, Artium Magister, Græcæ Lingvæ & Physices Lector extraordinarius in Academia Oxoniensi, tum Legatus ad Danos, Germanos, Gallos, ad hæc Consiliarius Status Regis Britanniæ, ejusdemque in Belgio Residens, demum ex vita Aulica ad privatam transiens, Bibliothecæ publicæ Oxoniensis Fundator, æt, 68. Delineavit idiomate patriô *Vitæ suæ cursum.*

30. Jan. STEPHANUS GERLACHIUS, *Germanus*, Knitlingensis Wirtenbergicus, primùm Concionator Aulicus Legati Cæsarei ad Aulam Turcicam, deinde Theol. Doctor ejusdemque Professor & Superintendens Tubingensis, æt. 65. Continuavit *Anti-Danæum, in causâ S. Cœnæ Dominicæ, & Majestatis Christi hominis: Hyperaspidem Danæi: Epitomen Historiæ Ecclesiasticæ: Dissert. de Prophetis: De Adventu, Persona, Officio & Regno Messiæ: De Providentia DEI: De invocatione Sanctorum: De jejunio: De Electione contra Huberum: De Majestate divina Christi hominis contra Joann. Busæum: Tomum Dispp. Theologicarum &c.*

2. Febr. HIPPOLITUS A COLLIBUS, *Helvetius*, Tigurinus, Nobilis, J. U. Doctor & Prof. Heidelbergensis, inde Syndicus Basiliensis, pòst Cancellarius Anhaltinus, Legatus, tum Præses Curiæ & Consiliarius intimus Electoris Palatini, æt. 51. In posterorum usum confecit *Comm. ad Tit. ff. de diversis Regulis juris antiqui Consiliarium Principis: De Nobilitate: Palatinatum Aulicum: De incrementis Urbium: Harpocratem, sive de ratione silendi*, sine tamen suo nomine.

2. Febr. GUILIELMUS LAURENBERGIUS, *Germanus*, Sallingo-Bergensis prope Coloniam Agrippinam, Philos. & Medic. Doctor, Poliater, Mathem. ac Medic. Professor Rostochiensis, & Academiæ Senior, æt. 65. Inclaruit *Bothanotheca, sive modo conficiendi Herbarium vivum: Historicâ descriptione Ætitis, seu Lapidis Aquilæ: Dissertationibus de Curatione calculi vesicæ: De febris malignæ pedechialis essentia, causis & signis &c.*

6. Febr. CHRISTOPHORUS CLAVIUS, *Germanus*, Bambergensis, Soc. Jesu, 20. annis Romæ Mathem. Lector, æt. 75. Soc. 57. In ejus operibus continentur *Comment. in Euclidis*

dis Elementa Geometrica: in Spheram Theodosii: Tractatus Triangulorum: Geometria Practica: Arithmetica Practica: Algebra: Comment. in Spheram Jo. de sacro bosco: Astrolabium: Libri VIII. Gnomices: Fabrica & usus instrumenti Horologiorum: Horologiorum nova descriptio: Compendium scribendorum horologiorum: Notæ in novam horologiorum descriptionem: Romani Calendarii explicatio: Computus Ecclesiasticus: Novi Calendarii Rom. Apologia adversus Mich. Mästlinum: Appendix ad dictam Apologiam.

12. Febr. JOH. NELDELIUS, *Germanus*, Glogoviensis Silesius, Phil. Magister, primùm Oratoriæ, dein Log. & Ethic. Prof. Lipsiensis, æt. 58. Struxit *Pratum Logicum: Comment. in Titulum Digestorum, de Regulis juris antiqui: Schediasmata* & demum prodierunt ejus *Opuscula posthuma.*

16. Febr. GASPAR PETROWSKI, *Polonus*, Podlachiensis, Nobilis, Soc. Jesu, Hebraicæ & Græcæ Lingvæ, nec non Mathem. Theol. moralis & sacrarum literarum interpres, adhæc Episcopo Cracoviensi, Petro Tylicki, à confessionibus, æt. 60. Relig. 38. Emisit *Concilium Florentinum è Græco in Polonicum à se conversum.*

16. Martii MICHAEL NIEDERSTETTERUS, *Germanus*, Freibergensis, Philos. Magister, in patria Pastor ac Superintendens, inde Ecclesiastes Aulicus Dresdensis, æt. 50. Publi-

obiit ANNO 1612.

cavit *Conciones in Psalmos XXV. LXXII. XC. CXXXVII: Conciones IX. in obitum Christiani II. Electoris Saxoniæ: Disce Mori &c.*

28. Mart. HENRICUS FABRICIUS, *Germanus*, Tabermontanus, Bipontinus, Poëta Laur. Cæsar. Med. Doctor, in Gymnasio Hornbacensi Philos. Prof. & Rector, demum rude donatus, æt. 65. Formavit *Epigrammata: Orat. in obitum Hieronymi Tragi &c.*

30. Mart. JO. WOWERIUS, *Germanus*, Hamburgensis, primùm Frisiæ Comiti, deinde Principi Holsatiæ à Consiliis, nec non Arcis Gottorpianæ Præfectus, æt. 38. Elucubravit *Tractatum de Polymathia: Notas in Sidonium Apollinarem: in Petronium Arbitrum: in Q. Sept. Tertullianum: in Apulejum: Epistolarum centurias tres: Syntagma de Græca & Latina Bibliorum interpretatione: Libellum de Umbra &c.*

1. April. JUSTUS RABUS, *Polonus*, Cracoviensis, S. J. Lutetiæ primùm, mox Braunsbergæ, Vilnæ, Posnaniæ, Lublini, Claudiopoli 20. annos Rhetorices, Sacræ Scripturæ, Theolog. moralis & Controversiarum Lector, Missionarius quoque in Valachiam & Sveciam, Sigismundo III. Regi Polon. à concionibus & confessionibus, pòst Archiepiscopus Gnesnensis Confessarius, ad extremum Collegii Camenecensis Rector, ætat. 70. Societ. 43. Edidit Polonicè *Antidiatribam, seu Refutationem Diatribæ,*

quâ

Calvinianus quidam Minister Evangelicos cum Catholicis componens, pestifera dogmata spargebat in vulgus. Reddidit quoque Polonicè *Biblia Sacra.*

8. April. EMMANUEL METTERANUS, *Belga*, Antverpiensis, inter Mercatores Belgicos Consul, ætat. 77. Londini. Condidit sermone patriô *Historiam rerum potissimùm in Belgio gestarum.*

19. Maji JOACHIMUS ZEHNERUS, *Germanus*, Themarensis, Philosophiæ Magister, Diaconus primùm Meiningensis, inde Pastor Mülfeldensis, tum Decanus Stulensis, novissimè autem Theologiæ Doctor, Pastor Schleusingensis, & Superintendens Generalis Hennebergicus, æt. 47. Typis submisit *Adagia Sacra, sive Proverbia Scripturæ: Compendium Theologiæ: Explicationem Arboris Consanguinitatis & Affinitatis: Similitudines Biblicas: D. Patrum & Doctorum Ecclesiæ Paraphrases in Evangelia Dominicalia collectas: Conciones IV. de Navicula Petri, Salomonis, Cerva charissima & hinnulo gratissimo, Valle Lacrymarum & Nundinis Scholasticis: Explicationem Historiæ de Eliæ ascensione in cœlum: De usu & abusu Metallicorum: De incendiis: Tractatum de Orthographia, Prosodia, Etymologia & Syntaxi: De vita Jobi: Nomenclatorem Latino-Germanicum: Sententias insigniores: Pythagoræ fragmenta collecta, versa & notis illustrata.*

22. Maji MATTHIAS RUBINIUS, *Polonus*, Pastor diversis in locis, demum Poloniæ majoris Superintendens, æt. 46. Forás dedit *Versionem Polonicam Psalmorum Davidis in rythmos redactam, & melodiis Gallicis accommodatam.*

23. Maji JO. PEDROLO, *Hispanus*, Catalanus, Tarraconensis, Carmelita, Provinciæ suæ Præfectus, Philos. & Theol. interpres. Reliquit *Lecturas Logicales: Librum de potestate clavium.*

7. Junii GEORGIUS OBRECHTUS, *Germanus*, Argentoratensis, J. U. Doctor, ejusdemque in patria Professor, Comes Palatinus Cæsareus, æt. 66. Publici juris fecit *Topicam Legalem: Jus Feudale enucleatum: Titulos Codicis præcipuos, & foro inprimis accommadatos: Materiam defensionis necessariæ: Oeconomiam juris universi: juris Antithemata notis illustrata: Dispp. de Principiis belli: De formandis libellis, lites contestatione: De vulgata Feudi distinctione in hereditarium & ex pacto & providentia: De forma actionis & libelli: De jurisdictione, imperio & Foro competente: De Furto: De patrimonio mulierum: Theses Pignoratitias: Oeconomiam materiæ de Pignoribus: De rescindenda venditione: De Præscriptionibus: De Usucapionibus: Comment. de Probationibus: Exercitium Practicum, ex quo ordo & formulæ Judicii cognosci possunt: In IV. Libros Digestorum.*

29. Junii JOH. WESEMBECIUS, *Germanus*, Durlacensis, Theologiæ Doctor ejusdemque Professor & Ec-

clesiastes Tubingensis, inde Pastor & Superintendens Cöppingensis, ac tandem Past. ac Superint. Ulmensis, æt. 65. Prelo commisit *CIII. Homilias in Epistolam ad Romanos: Informatorium de Indulgentiis*, aliaque linguâ populari.

4. Augusti HUGO BROUGHTONUS, *Anglus*, Salopiensis, Theologus, æt. 63. Scripsit *Concentum Sacræ Scripturæ: Commentarium in Danielem: in Ecclesiasten: in Threnos Jeremiæ: in Apocalypsin: Tractatum Hebræum de Jubilæis: Responsum ad Epistolam Judæi expetentis cognitionem Fidei Christianorum: Tract. de Melchisedecho: Comm. in Orationem Dominicam: Orationem de V.T. converso recens Græcè, de Hebræo & N.T. contravertendo, in usum Helladis & Διασπορᾶς: Orat. Græcam contra Genevenses, de descensu ad inferos.*

13. Aug. JOACHIMUS GOBIUS, *Germanus*, J. U. Doctor & Reip. Glogoviensis Syndicus. Congessit *Syllabum Materiarum juris, quæ Institutionibus continentur.*

30. Augusti. FRANCISCUS PASIUS, *Italus*, Bononiensis, Soc. JEsu, Missionarius ad Indos, denique Provinciæ Sinicæ & Japonicæ Præpositus & Visitator, æt. 63. Societ. 40. Emisit Italicè *Annuas literas de Sinis* 1583. *Annuas literas ex Japonia* 1598. *&c.*

18. Sept. RUDOLPHUS MATMAN, *Helvetius*, Lucernensis, S. J. Eloq. 20. annos Lector, æt. 44. Relig. 26. Paravit *Tractatum de tribus Capellis, contra Josephum Scaligerum.*

20. Septemb. JO. DE SALAS, *Hispanus*, Gumielensis, S. J. Philosophiæ Compostellæ, Barcinone, Salmanticæ, Pintiæ ac Romæ Lector; Censor Librorum Romæ Generalis & Præpositus, æt. 59. Relig. 43. Posteris reliquit *Disputationum in Primam Secundæ D. Thomæ Tomos tres:* Prodierunt in lucem posthumi ejus *Tractatus V. in Secundum Secundæ D. Thomæ.*

20. Sept. JOH. LIPPIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Theol. Doctor, hujusque in patria Professor, æt. 27. Spiræ. Vulgavit *Metaphysicam: Philosophiam Synopticam: Canones in virtutum & bonarum artium studio observandos: Synopsin Musicæ novæ.*

26. Sept. NICOLAUS POLANDUS, *Germanus*, Theol. Doctor, primùm Pastor Aschensis, deinde Ægranus, porrò Superintendens Plavensis, ac demum Misnensis. Emisit *Concionem de bono comite in vitæ via, ex Psal. XXV. Aliam de Libero Arbitrio &c.*

27. Sept. MARTINUS FORNARIUS, *Italus*, Brundusinus, S. Jesu, 24. annos Patavii, Neapoli, Romæ humaniorum literarum Lector, æt. 66. Relig. 48. Formavit *Institutionem Confessariorum, de praxi Confessiones audiendi.*

27. Sept. PETRUS SCARGA, *Polonus*, Masoviensis, Nobilis, Præpositus

Rohatinensis, & Canonicus Leopoliensis, S. J. Sacerdos, Collegii Vilnensis Rector, & Provinciæ totius Vice-Provincialis, deinde Sigismundi III. Concionator Aulicus, æt. 77. Relig. 44. Multa scripsit tum Latinè, tum Polonicè, quæ seorsim priùs edita, demum IV. tomis comprehensa, prodierunt. Ex iis sunt: *Vitæ Selectæ Sanctorum: Annalium Ecclesiasticorum Cardin. Baronii Compendium: Postilla: Conciones de Sanctis: VII. columnæ, in quibus fundatur catholica fides de Sacramento Altaris: Pro S. Eucharistia libri III: Artes XII. Calvinistarum, contra Andr. Volanum: Conciones de VII. Sacramentis Ecclesiæ: Militarem devotionem: Triplicem confusionem Arianorum: Messiam novorum Arianorum: Areopagum &c.*

28. Septembr. JO. WEIDNERUS, *Germanus*, Med. Doctor & Physicus Sprottaviensis, æt. 73. Exaravit *Gnomologiam Biblicam: De Arte Chymica ejusque cultoribus.*

29. Septemb. ERNESTUS SOHNERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. & Med. Doctor, hujus & Phys. Prof. Altorphinus, æt. 39. Extant ejus *Dispp. & Orationes variæ: Comment. in Metaphysicam Aristotelis: Epistolæ quædam Medicæ.*

30. Septembr. ELIAS REUSNERUS, *Germanus*, Leorinus Silesius, Med. Licent. Professor Histor. & Poëseos Jenensis, æt. 67. Struxit *Genethliacum Romanum: Diarium Historicum: Genealogicum Catholicum: Isagogen Historiæ: Epistolas Turcicas: Comment. de vera annorum Mundi supputatione: Hortulum Historico-Politicum: Genealogiam Regum, Electorum, Ducum, &c. qui origines suas à Saxonum Rege Wedekindo deducunt: VII. illustres Quæstiones de Tempore Mundi conditi: donatione Constantini &c.*

8. Octobr. CAROLUS REGIUS, *Siculus*, Panormitanus, S. J. Concionator, Colleg. Panormitani & Messanensis Rector, Provinciæ Neapolitanæ & Romanæ Præfectus, æt. 72. Relig. 56. Ejus reperitur *Orator Christianus, de concionatore, concione, concionantis prudentia & industria.*

12. Octobr. AUGUSTINUS FABIUS, *Belga*, Leodiensis, Canonicus Regularis Tungrensis, Subprior & Rector Virginum in conventu Maseicano. Dedit *Antidotarium animæ, seu libellum piarum precationum.*

4. Novembr. NICOLAUS FABER, *Gallus*, Theologus Parisiensis, & Ludovici XIII. Regis Galliæ Consiliarius, æt. 68. Condidit *Annotationes in L. Annæum Senecam: Opuscula Historica.*

9. Novembr. GELLIUS SASCERIDES, *Danus*, Hafniensis, Med. Doctor, Capituli Lundinensis Canonicus, & Medicus Scaniæ ordinarius, deinde Academiæ Hafniensis Medic. Professor, æt. 50. Reliquit *Dispp. de Spiritibus & calido innato: De excretis & retentis: De Elementis: De Humoribus corporis humani: De partibus similaribus.*

9. Decembr. PAULUS JENISCH, *Germanus*, Annæbergensis, Philos. Magister, primùm Superintendens Eulenburgensis, deinde Concionator Aulicus Dresdensis. Emisit *Conciones X. de educatione Liberorum: VIII. de Angelis: II. de incendiis: I. de Messe: IV. Conc. de Nativitate CHristi: V. de novo Anno: XI. de Resurrectione Christi: X. de effusione Spiritus Sancti: III. in Psalmum LXXXVII: Conciones Nuptiales: Funebres: Thesaurum Animæ piè vivendi & moriendi: De IV. Novissimis: Orationes IV. de illustrium quarundam Personarum vita & factis &c.*

17. Decembr. VOLCKMARUS SCHERERUS, *Germanus*, Görgenthalensis, J. U. Doctor, Cancellarius Coburgensis, æt. 57. Vulgavit *Enunciata de Pacto Successionis affirmativo &c.*

27. Decembr. PETRUS DE LORCA, *Hispanus*, Bellomontanus, Monachus Cisterciensis, Theol. & Philos. Professor Complutensis, æt. 52. Struxit *Commentarios in omnes Partes Summæ Thomæ Aquinatis: De Notis Ecclesiæ &c.*

HENRICUS LAURENTII SPIEGELIUS, *Belga*, Amsterodamensis, Patricius, Poëta. Edidit *Chronicon vetus Hollandiæ, rythmis vernaculis compositum, auctore Æmilio Stoockio.*

JO. HUBERUS. *Germanus*, Herbipolensis, è Societ Jesu, Sacerdos, Collegiorum Braunsbergensis & Gedanensis Rector, æt. 54. Societ. 28.

Foras misit Germanicè *libellos de Cœna Calvinistica: De Cœna Lutherana: De eo, quòd Libri Sacri non omnes inveniantur: De Ecclesia: De judice Controversiarum: De Libero Arbitrio.*

MARSILIUS COGNATUS, *Italus*, Veronensis, Philos. & Medic. Prof. Patavienses & Romanus, ætat. 69. Imprimi curavit *Libellos de Salubritate aëris Romani: De humano partu: De ratione curandi flores: De Aqua Tiberina: De continentia invictu: De Exercitio: Libros IV. Variarum Lectionum &c.*

CHRISTOPHORUS DE FONSECA, *Hispanus*, Toletanus, Augustinianus, Provinciæ patriæ Præses, Concionator regius, æt. 71. Extant ab eo scripta: *Vita Christi IV. tomis: Amphitheatrum Amorum: Sermones &c.*

CHRISTOPHORUS HERMANNUS, *Germanus*, Kirchhemiâ-Svevus, Ecclesiastes Eslingensis, Theol. Doctor. Reliquit *Conciones X. de S. Cœna: De Pædobaptismo: Conciones XII. super cantum Ecclesiasticum,* Nun freut euch lieben Christen gemein: *De Peste &c.*

IACOBUS MAINOLDUS, *Italus*, Cremonensis, JC. Scripsit *de titulis Philippi Austrii, Regis Catholici.*

ELIAS BONVINIUS, *Germanus*, Vratislaviensis, Med. Doctor & in patria Practicus. Fecit *Librum de Theriaca.*

FRANCISCUS PENNA, *Hispanus*, Aragonius, judex causarum Pontificiarum Romanus, æt. 72. Com-

 posuit

posuit *Commentarium in Directorium inquisitorum à Nicolao Eimerico conscriptum: Vitam S. Raymundi de Pennaforte: De vita, miraculis & actis Canonizationis S. Didaci libros III: De forma procedendi contra Inquisitos de Heresi: Censuram in Arrestum Parlamentale Curiæ Criminalis Parisiensis: Decisiones sacræ Rotæ: De temporali Regno Christi &c.*

THOMAS HOLLAND, *Anglus*, Rector Exoniensis & Theol. Professor regius Oxoniensis. Publicavit *Sermonem ex Matth. XII. 42: Orationem, cùm Henricus Episcopus Sarisburiensis gradum Doctoris susciperet.*

VALENTINUS THILO, *Germanus*, Lignicensis Silesius, J. U. Doctor. Expressit *VI. Regum Daniæ & III. Ranzoviorum Icones elogiis illustratas: Joviani Musæi Heroës aliquot iconibus auctos.*

JACOBUS BONGARSIUS, *Gallus*, JC. Orator & Philologus, æt. 58. Concinnavit *Epistolas: Notas in Justinum: Historiæ Orientalis Tomos II.*

FRANCISCUS ULMUS, *Italus*, Brixiensis, Patricius Pictaviensis & Medicus. Edidit linguâ Italicâ *Volumen Consiliorum Medicorum: Poëmata: Exercitationem in circulationem sanguinis Harvejanam &c.*

ANNO 1613.

4. Januarii OSWALDUS SLEIDANUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. Magister, primùm ad D. Petri Diaconus, tum in æde D. Virginis Archidiaconus, hinc Pastor & tandem Superintendens Rostochiensis, æt. 60. Explicavit *Canticum Simeonis de arte moriendi.*

8. Jan. JO. GABRIEL BISCIOLA, *Italus*, Mutinensis, Societ. Jesu, aliquot collegiorum Præfectus, æt. 74. Societ. 57. Paravit *Epitomen X. Tomorum Annalium Cardinalis Baronii.* Vertit Italicè *Martyrologium Romanum.*

12. Jan. ALPHONSUS AVILA, *Hispanus*, Bellomontanus, S. J. Sacerdos, Collegiorum Segoviensis & Palentini Rector, æt. 66. Relig. 46. Post se reliquit *Tomos II. Concionum.*

12. Jan. BARTHOLOMÆUS RICCIUS, *Italus*, Castroficardensis, Jesuita, Rector & Magister Tironum Nolæ ac Romæ, tum Siciliæ Præpositus Provincialis, æt. 70. Relig. 46. Exaravit Italicô idiomate *Instructiones tres in partes distributas: De vita Jesu Christi ex Evangeliorum contextu: Triumphum Christi crucifixi: Monotesseron Evangelicum, scholiis & figuris Propheticis illustratum.*

3. Februarii JO. BAPTISTA A GLANO, *Belga*, Leodicensis, Theologiæ Doctor, Ordinis Eremitarum S. Augustini per Belgium Provincialis, Leodici, Tornaci, Dionanti, Antverpiæ & Bruxellæ Ecclesiastes. Ejus hæc sunt, pleraque idiomate patriô edita, *Historia Pontificum Romanorum: Oeconomia Christiana: De officio Puellarum:*

larum: Europa, seu de primariarum Europæ Provinciarum ritibus, ceremoniis & vestibus &c.

22. Febr. HIERONYMUS BRUNELLUS, *Italus*, Senensis, S. J. Græcæ Lingvæ & Hebraicæ in Romano Collegio Professor, ætat. 63. Societ. 48. Vertit ex Græco *Orationes aliquot S. Jo. Chrysostomi: Catenam in Ezechielem Prophetam.* Curavit edi *Hymnos Sinesii.*

2. Martii RUDOLPHUS SNELLIUS, *Belga*, Gudewatterâ-Hollandus, Phil. Magister, primò Græcæ Lingvæ & Oratoriæ Prof. Marpurgensis, pòst Hebrææ lingvæ & Mathem. Profess. Lugduno-Batavus, æt. 67. Conscripsit *Commentarium in Dialecticam P. Rami: Tractationem de praxi Logica: Ethicam: Snellio-Ramæum Philosophiæ Syntagma: Comment. in libellum Melanchthonis de Anima: Explicationes in Arithmeticam Petri Rami: Partitiones Physicas. Prælectiones in Geometriam P. Rami: Annotationes in Ethicam, Physicam & Sphæram Valerii: Comment. in Rhetoricam Thalæi &c.*

3. Mart. FRANC. DE AQUILAR TERRONES DEL CANNO, *Hispanus*, Iliturgitanus, Theol. D. & Prof. Beatiæ, Philippo II. Hisp. Regi à Concionibus, in Ecclesia Granatensi Sacr. literarum interpres Canonicus, deinde Tudensis, demum Legionensis Præsul. Formavit *Instructionem concionandi: Sermones Sacros.*

4. Mart. STANISLAUS GRODICIUS, *Polonus*, Posnaniensis, Nobilis, Soc. Jesu, Theol. Doctor, Vilnæ Theol. Professor, Pultoviæ, Jaroslaviæ, Posnaniæ, Cracoviæ Collegiorum Rector, æt. 72. Relig. 43. Emisit Polonicè *Conciones de usu Sacramenti Eucharistiæ, sub utrâque specie: De emendatione Calendarii Gregoriani Conciones II: Regulas Fidei Hæreticorum: Conc II. de Purgatorio: Trutinam Psychosophiæ, pro suis conc. de Purgatorio: Dialog. II. quòd hæretici non sint Evangelici* Latinè autem *Tomos VIII. Concionum Domin. & Festivalium: Conciones de probandis Spiritibus per Missionem ordinariam.*

15. Mart. JO. FERNANDEZ DE VELASCO, *Hispanus*, Magnus Castellæ Constabilis, Ducatus Mediolanensis Gubernator, Philippo III. Regi Catholico à Status Bellique consiliis, ejusdemque Archicamerarius, Præses Italicarum rerum Senatûs. Dedit lingvâ populari *Discursus duos*, quos Ericus Puteanus in Latium transtulit hôc tituló: *Vindiciæ Hispaniarum Tutelares: Orationem, quam habuit Romæ, nomine Philippi II. Regis Hispaniæ ad Sixtum V. Pontificem Romanum &c.*

22. Mart. QUIRINUS REUTER, *Germanus*, Mosbacensis Palatinus, primò Pædagogii, deinde Collegii, quod Heidelbergæ est, Sapientiæ Præceptor, posteà Pastor Spirensis, novissimè Theol. D. ejusq; Prof. & dicti collegii Ephorus Heidelbergæ, æt.

55. Extant ab eo typis vulgata, è quorum numero *Censura Catecheseos Heidelbergensis: Diatribe de Ubiquitate: Aphorismi Theologici: Comment. in Obadiam Prophetam: Oratio in obitum Joh. Casimiri: Notæ in Orationem Ciceronis pro Roscio &c.*

24. Mart. FRIDERICUS TAUBMANNUS, *Germanus*, Wonesatus Francus, Poëta Laur. Cæsareus, Poëseos & Humanitatis Professor Wittebergensis, æt. 48. Concinnavit *Dissert. de Latina Lingua: Epulum Musicum: Herculem Academicum: Schediasmata Poëtica: Comment. in Virgilium: Comment. in Plautum: Opera posthuma vorsa & prorsa &c.*

4. Aprilis MELCHIOR JUNIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. & J. U. Doctor, Advocatus Dicasterii Spirensis, inde juris in Acad. patria Professor, & collegii Thomani Canonicus, ætat. 41. Reliquit *Disputationem unam alteramve juridicam.*

9. April. JO. CASELIUS, *Germanus*, Göttingensis, Phil. & juris Doctor, Poëta Laureatus Cæsareus, Phil. & Eloqu. Professor Rostochiensis, & pòst Helmstadiensis, æt. 80. Elucubravit *Librum* πεϱοπολιτικὸν: *Notas in Cebetis Tabulam: in Phalereum, sive de Elocutione Librum: De Magistro dicendi: Orationem de Obedientia: Pro Arte Poëtica: Epistolas.*

14. April. OTHO A GRUNRAD, *Germanus*, Eques Misnicus, Ephorus Friderici IV. Palatini, Senatus Ecclesiastici Præses, tandemque emeritus, æt. 67. Ipsius curâ prodierunt varia, inter quæ *Catechesis Scholastica Germanica cum Analysi & Scholiis &c.*

17. April. PAULUS PRINCEPS, *Italus*, Neapolitanus, è Soc. Jesu, Spiritualis Coadjutor, æt. 53. Relig. 31. Edidit Italicè, suppressô nomine, *Tragœdiam de Angelo Custode: Praxin præcipuorum exercitiorum vitæ spiritualis: Thesaurum doctrinæ Christianæ.*

25. April. GERARDUS GONTHI, *Belga*, Leodiensis, S. J. literarum humaniorum, Græcæ Lingvæ & Hebraicæ, nec non Philosophiæ Lector, tum Concionator Moguntiæ, Fuldæ, Molshemii & alibi, æt. 41. Societ. 24. Condidit *Lexicon variarum vocum ex Patribus: Tres Lingvas, Latinam, Græcam, Hebraicam, commentariis* editis illustravit.

2. Maji JO. JODOCUS LUCIUS, *Germanus*, Heidelbergensis, Philos. & Medic. Doctor, inque patria Anatomices, Botanices & Physiologices Professor, æt. 37. *Disputationes* reliquit.

25. Maj. CONRADUS RITTERSHUSIUS, *Germanus*, Brunsvicensis, J. Utr. Doctor ejusdemque Professor Altorphinus, æt. 53. Ab ejus industria & ingenio habemus *Oppianum cum Latina interpretatione & lectionibus variis: Salviani Opera, cum commentariis: Partitiones juris Feudalis: Jus Justinianeum: Comment. in IV. Libros Institutionum: Comment. de diver-*

diversis regulis juris antiqui: Comment. in XII. Tabularum Leges: Libros VII. differentiarum juris Civilis & Canonici: Lectiones Sacras: Comment. in Epistolas Plinii: in Phædrum: De jure Asylorum: Consilia Altorphina: Comm. in Malchum: in Isiodorum Pelusiotam: in Güntherum: Speculum Principis civiliter boni: Orationes &c.

16. Junii LUDOVICUS DE ALCAZAR, *Hispanus*, Hispalensis, Nobilis, S. J. Presbyter, Theol. Prof. Cordubensis atque Hispalensis, æt. 60. Relig. 44. Edidit elaboratum opus annis prope 20. cui titulum fecit: *Vestigatio arcani sensus in Apocalypsi.* Accessit *Opusculum de Ponderibus & Mensuris.* Posthumum prodiit *Volumen alterum in eas V. T. partes, quas respicit Apocalypsis, nempe Cantica Canticorum: Psalmos complures, multa Danielis, aliorumque librorum capita libris V.* Accessit *Opusculum de malis Medicis.*

16. Jun. JACOBUS CHRISTMANNUS, *Germanus*, Johannisbergâ-Moguntinus, Hebr. & Arabiæ Lingvæ nec non Logicæ Prof. Heidelbergensis, æt. 59. Vertit & scholiis illustravit *Alfragani Arabis Chronologica & Astronomica Elementa.* Confecit ipse *Commentarium de ratione Calendarii Ægyptiaci, Arabici, Persici, Syriaci & Hebræi: Epistolam Chronologicam ad Justum Lipsium: Calendarium Palæstinum: Tractationem Geometricam de Quadratura Circuli: Observationes Solares: Computum Græcum de solennitate Paschatos: Nodum Gordium, ex doctrina Sinuum: Disp. de Anno, Mense & Die Passionis Dominicæ.*

28. Jun. JACOBUS RENECCIUS, *Germanus*, Tungermundensis, Phil. Magister, primùm Berolini, deinde Hamburgi ad D. Catharinæ Pastor. Ab eo repetiuntur hæc scripta; *Theologiæ libri II: Calvinianorum ortus, cursus & exitus: Clavis Sacræ Scripturæ: Artificium Oratorium: Artificium Disputandi: Panoplia sive armatura Theologica: Conc. XX. in Psalmum XC: Tres Quæstiones controversæ: Conc. III. de justi persona & fortuna: De triplici Ecclesiæ statu: Contagium Pestilentiæ & remedium spirituale: V. ac N. T. convenientia ac differentia &c.*

5. Julii BERNARDINUS ROSIGNOLIUS, *Italus*, Ulmetanus, S. J. variorum Collegiorum Præfectus, Provinciis Romanæ, Venetæ & Mediolanensis Præpositus Provincialis, æt. 66. Relig. 50. Scripsit *de Disciplina Christianæ perfectionis libros IV: De Actionibus Virtutis libros II:* Sub nomine Guilielmi Baldesani *Stimulum Virtutis: Historiam Thebæam.*

15. Jul. PHILIPPUS SVEVEZELIUS, *Belga*, Brugensis, Nobilis, Jesuita, Græcæ & Latinæ Lingvæ Lector, æt. 44. Relig. 25. E Græco transtulit *Anastasii Sinaitæ in Psalmum VI. Davidis explicationem:* Patriò autem sermone, suppresśô suô nomine, edidit *Rectam Viam ad pietatem.*

17. Jul.

17. Jul. BARTHOLOMÆUS PITISCUS, *Germanus*, Grunbergensis Silesius, Phil. Magister, Palatini Principis Informator, deinde Concionator Aulicus, Theol. Doctor & Professor Heidelbergensis, æt. 52. Elaboravit *Librum pro Ecclesiarum Anhaltinarum reformatione: De ortu fidei ex M. Luthero: Irenicum*, pòpuli sermone. Neque minus Latinè scripsit *Antirosarium*, *contra Jesuitam quendam Moguntinum: Synopsin Theologiæ methodicæ: Trigonometriam: Thesaurum Mathematicum &c.*

1. Augusti THOMAS TWYNE, *Anglus*, Cantuariensis, Artium Magister, Medicinæ Doctor, Comitis Dorsetensis Medicus, Astrologus item & Poëta, ætatis 70. Paravit *Calendaria, sive Ephemeridas annorum multorum: Sertum florum piorum, è S. scriptura collectum:* Vertit è Latino *Lamberti Danæi de Veneficis Dialogum: Ejusdem Naturalem Philosophiam Christianam: Henrici Bullingeri de Persecutione Ecclesiæ &c.*

5. Aug. MATTHIAS QUADRATUS, *Germanus*, Chalcographus ac Poëta, Eppingæ in Palatinatu ludimagister, æt. 55. Congessit *Sculptores compendium universi orbis, sive Geographicarum enarrationum libros VI: Librum de gloria Germanicæ Nationis: Librum aliquot itinerum.*

9. Aug. JO. DAVID, *Belga*, Cortracensis, Pastor primùm in patria, pòst Soc. Jesu, Collegiorum Cortracensis, Bruxellensis & Gandaviensis Rector, ætatis 67. Depinxit *Veridicum Christianum, seu de fidei Christianæ capitibus: Occasionis typum: Paradisum Sponsi & Sponsæ: Pancarpium Marianum: Labyrinthum Hæreticorum: Lapidem Lydium, seu hortulum deliciarum animæ ad perfectionem contendentis: Alvearium: Hæreticum Araneum: Salvos conductus: Respiraculum pro bulliente musto Novatorum: Excubias vigiles: Horologium Passionis: Præsidium adversus lapsum Tentationum: Exhortationem in professione: jubilum amantis Animæ &c.*

13. Aug. LAURENTIUS SCHEURLIUS, *Germanus*, Ulmensis Svevus, Phil. Magister, primùm Diaconus Phortzheimensis, deinde Concionator Aulicus Durlacensis, tum Pastor & Superintendens Crucinacensis in comitatu Spanheimensi, posteà Concionator Badensis & Generalis Marchionatus Superintendens, & ibidem Gymnasiii Inspector, novissimè Theol. Doctor, Professor, Pastor & Generalis Superintendens Helmstadiensis, æt. 55. Emisit *Imperatorum Turcicorum vitas: Concionem inauguralem cathedræ Ecclesiasticæ in templo D. Stephani: Disp. Theologicas: Cantiones funebres.*

22. Aug. DOMINICUS BAUDIUS, *Belga*, Flander, J. U. Doctor, primò Eloq. tum Histor. Professor Leydensis & Historiographus Batavus, æt. 53. Concinnavit *Libros III. de Judiciis belli Belgici: Monita Civilis Sapientiæ:*

entiæ: Orationes: Poëmata: Epistolas: Commentarium de Fænore.

8. Septembris GEORGIUS WIRTH, *Germanus*, Laubanus, Medicinæ Doctor, Caroli V. Rom. Imperatoris & Philippi Regis Hisp. Archiater, æt. 90. Struxit *Memoriale Biblicum, in Acta Apostolorum, Epistolas Pauli, Jacobi, Petri, Joh. & Judæ, ut & in Apocalypsin: Hortulum Animæ militantis.*

15. Sept. THOMAS OWERBURY, *Anglus*, Warwicensis, Eques Auratus, Artium Baccalaureus. Descripsit *varia Hominum ingenia: Tentamina quædam: Uxorem: Poëma: Observationes circa Germaniam inferiorem: Remedia Amoris.*

20. Sept. GUILIELMUS ESTIUS, *Belga*, Gorcomiensis Batavus, Theol. Doctor, regii Seminarii Duacensis Rector, ad D. Petri Præpositus, & Universitatis ibidem Cancellarius, æt. 72. Publici juris fecit *Comment. in omnes B. Pauli Epistolas: Historiam Martyrum Gorcomiensium: Comment. in IV. libros Petri Lombardi: Annotationes in præcipua ac difficiliora S. Scripturæ Loca: Orationes Theologicas.*

11. Octobris JO. HARMEN, *Anglus*, Neuburgensis, Theol. Doctor, Græcæ Lingvæ Prof. regius Oxoniensis, Academiæ Procurator, Gymnasiarcha, tandem Custos Wintoniensis. Operam impendit *in N. T. editione Vernacula ad Græcos fontes exigenda.* Præterea edidit *aliquot Homilias D. Chrysostomi cum versione Latina: Calvini conciones in Decalogum.*

30. Octobr. PROSPER FARINACCIUS, *Italus*, Romanus, J. U. Doctor, Advocatus & Procurator Fisci in patria, ætatis 69. Ejus supersunt *Consilia & variæ Decisiones: Praxis & Theorica Criminalis: Tractatus de Testibus: Variarum opinionum opus: De immunitate Ecclesiæ: De Furtis: De Hæresi: De falsitate & simulatione Contractus: Varia quæstionum: Decisiones novissimarum in IV. Tomos: Repertorium de Contractibus: De ultimis Voluntatibus: Fragmenta varia Criminalium.* Opera ejus omnia XIII. voluminibus comprehenduntur.

7. Novembris EDOARDUS BREREWOOD, *Anglus*, Cestriensis, Artium Magister, Astronomiæ Prof. in Collegio Greshamensi Londinensis. Vulgavit typis *Elementa Logicæ: Commentarium in Ethicam Aristotelis: Tract. de Sabbato: De Ponderibus & pretiis veterum Nummorum: Scrutinium Linguarum: Scrutinium Religionum.*

14. Novembr. JO. MULMANNUS, *Germanus*, Pegaviensis, primùm Ecclesiæ Naumburgensis Diaconus, inde Pastor Lauchensis, tum Theolog. Licentiatus, ejusdemque Professor & Archidiaconus Lipsiensis, æt. 41. Paravit *Nucleum Oeconomiæ Christianæ: Librum Vitæ, de Prædestinatione: Exercitium crucis, sive XL. Meditationes in Psalmum XC: Flagellum Melancholicum ex Psal. LXX. Epulum*

 cæleste,

cœleste, sive XII. Homilias de vita æterna: Responsum ad speculum Pœnitentiæ Calvinisticum: Disp. de Veritate & integritate Cœnæ Dominicæ: De Cœna Domini, pro Ægid. Hunnio, contra Joh. Piscatorem: Disp. Anti-Jesuiticas de Verbo DEI scripto: Conciones II. de universali judæorum conversione: Conc. Jubilæam &c.

16. Novembr. MICHAEL EISELINUS, *Germanus*, Theol. Doctor, tum Jesuita, Philos. & Theol. Prof. Dilingensis & Ingolstadiensis, ætat. 55. Relig 29. Reliquit *Disp. Theologicas de divina Gratia.*

17. Novembr. JOH. FORSTERUS, *Germanus*, Aurobachio - Variscus, Poëta Laur. Cæsareus, primò Ecclesiastes Sabbaticus Lipsiensis, deinde Rector Schnebergensis, porrò Pastor Cizensis, tum Theol. Doctor ejusdemque Prof. ac Pastor Wittenbergensis, tandem verò Pastor Islebiensis & Comitatus Mansfeldensis Superintendens Generalis, ætatis 37. Ejus est *Systema Problematum Theologicorum: Greiserus Calumniator & nugivendulus: Tractatus de Conciliis: Thesaurus Catecheticus: Comment. in Esaiam: Theatrum Christianæ juventutis: Homiliæ in Evangelia: in Passionem Christi: de Absolutione & Sacra Cœna: De Precatione: Diexodus Exodi, sive CXIV. Homiliæ in Exodum: Comment. in Jeremiam: Methodus ac formulæ Concionandi: Elogium Lutheri: Orationes variæ &c.*

29. Novembr. JOH. VOLCKIUS, *Germanus*, Dachaviensis Bavarus, S. J ætat. 69. Societ. 50. Scripsit Germanicè *De abominatione peccati: De sacra communione, ex Ludovico de Ponte: Vitam P. Gonsalvi Sylverii.*

10. Decembris CALEB. TRYGOPHORUS, *Germanus*, Philos. Magister, & Logices Prof. Gryphiswaldensis, obiit Cüstrini. Confecit *Synopsin Physicæ, Ethicæ & Dialecticæ: Orationes: Disputationes Physicas: Quæstionem: an Samuel verè excitatus fuerit ab ἐγγαστριμύθῳ &c.*

23. Decembr. POLIDORUS RIVA, *Italus*, Mediolanensis, Phil. & J. U. Doctor, Ticini, Pisæ atque Taurini Legum Interpres & Senator. Prodire in publicum jussit *Commentarios, quibus Canonicæ, Civilis, Feudales, Emphyteuticæ, Criminales, cæterarumque materiæ continentur: De Actis in mortis articulo: De nocturno tempore: Catonem Taurinensem: Observationes singulares in foro responsas.*

30. Decembr. CONRADUS GRASERUS, *Germanus*, Francus, Ecclesiastes, nec non Hebrææ Lingvæ & Historiarum Professor Thorunienfis in Borussia, ætatis 56. Extat ejus *Historia Anti-Christi magni: Plaga regia, seu explicatio Apocalypseos: Verba ultima de vero Messia: Oratio de Lingua sancta addiscenda: Comment. in Danielem: in Apocalypsin &c.*

DANIEL EREMITA, *Belga*, Antverpianus, Cosmo Medicæo, Duci Etruriæ à Secretis. Emisit *de Helvetiorum, Rhetorum, Sedonensium situ, Republica*

blica & moribus epistolam: *Relationem de itinere Germanico, quod Legatione magni Etruriæ Ducis ad Rudolphum II. Imp. peregit*: *Panegyricum de eodem Duce*; *Carmina.*

GUILIELMUS HAYSMANNUS, *Belga*, Lyranus, J. U. Licentiatus, Latinæ Lingvæ in Collegio Trilingvi Buslidiano Professor Lovaniensis, pòst Scholæ Dionantensis apud Eburones Rector. Reddidit Latinè ex Italico *Narrationes rerum Indicarum.*

MARTINUS NOSLERUS, *Germanus*, Philos. Magister, Elect. Brandenburg. Joh. Georgii & Joach. Friderici Concionator Aulicus & Confessionarius. Reliquit *Ideam dispositionum Evangelicarum*: *Tractatum de Salvandorum paucitate*: *Conciones funebres.*

JO. JANUSOVIUS, *Polonus*, Nobilis, Archidiaconus Sandecensis ac Solecensis Parochus, æt. 63. Reliquit *Statutum Latino-Polonicum de juribus, Libertatibus ac Consuetudinibus Regni*: *Orthographiam Polonicam*: *Ideam Reipublicæ*: *Artem moriendi*: *Rosarium B. Virginis Mariæ*: *De jejunio atque cibis vetitis librum*: *Jubilæum Cracoviæ celebratum &c.*

JO. WILLIAMS, *Britannus*, Wallus, Collegii omnium Animarum Oxoniæ Socius & Theologiæ Professor. Exaravit *de Christi justitia, & in regno spirituali Ecclesiæ Pastorum officio*: *De retardandis senectutis accidentibus*, & alia.

DIDACUS DE JEPES, *Hispanus*, Hieronymianus, Regis Hisp. Philippi II. Confessionarius, Præsul deinde Turiasonensis, æt. 83. Condidit *Historiam particularem de Persecutione*: *Vitam de Matre Teresa*, linguâ populari.

JO. URSINUS, *Polonus*, Leopoliensis, Gymnasii primùm patrii Rector, deinde Med. Doctor, Academiæ Zamoscianæ Professor & Cancellarius, Ecclesiæ ibidem Collegiatæ Canonicus, æt. 51. Conscripsit *Grammatices & Dialectices præcepta*: *Tractatus III. de Ossibus humani corporis.*

GUILIELMUS FEUGUERÆUS, *Gallus*, Rotomagus, Normannus, Theol. Professor in Academia Lugduno-Batavia. Effecit *Librum de Ecclesiæ perpetuitate & notis*: *Enchiridion Locorum Communium*: *Comment. in Bertrami Presbyteri de corpore & sanguine Domini librum*: *Thesauro August. Marlorati Locorum communium* ultimam manum imposuit.

BURCHARDUS LEEMANNUS, *Helvetius*, Tigurinus, Scholæ aliquandiu Schafhusianæ Rector, postea Ecclesiæ Tigurinæ tum in Abbatissana, tum Carolina æde Pastor, demum Antistes. Condidit *Institutionem Religionis Christianæ*: *Epigrammata in Rud. Leemanni Paraphrasin Psalterii.*

JO. BABTISTA GUARINUS, *Italus*, Philos. Moralis Prof. Ferrariensis, Alphonsi, Estensis Principis, Orator & Consiliarius, æt. 75. Ejus est

celebris illa *Tragœdia*, cui nomen *Pastor Fidus*. Scripsit & *Orationem de præstanda Paulo V. Pontificii pro Civitate Ferrariensi obedientia.*

JOSEPHUS BLANCH, *Hispanus*, Valentinus, Carmelita, Theol. Doctor, Philos. primarius in patria Professor. In vulgus dedit *Summularum Institutiones, quas Dialecticam vocant: Cursum Philosophicum, tribus voluminibus*, nempe *in universam Aristotelis Logicam, in VIII. libros Physicorum, in libros de Anima & de Generatione & corruptione.*

HIERONYMUS POVODOVIUS, *Polonus*, Nobilis, Canonicus & Archipresbyter Cracoviensis. Scripsit pro rudiorum informatione, *Catechismum Polonicum: Indicem Biblicum: Liturgiam: De Sacramento Eucharistiæ: De S. Casimiro: Precationes annuas: Sermones in obitum Regis Stephani*, vernaculè. Latinè verò *Instructionem Confessariorum: Doctrinam circa agonizantes: Manuale Sacramentorum: Frænum in Hæreticos: Sermones de sacerdotali dignitate: Disp. contra Arrianos &c.*

FRANCISCUS DE PORTES, *Hispanus*, Wallisbonæ Cistercienfium Cœnobii Monachus. Publicavit *Collectionem Privilegiorum Congregationis Hispanæ Ordinis Cisterciensis.*

ANNO 1614.

1. Januarii ROBERTUS COCUS, *Anglus*, Eboracensis, Artium Magister, Academiæ Oxoniensis Procurator, Ecclesiæ Leodiensis Vicarius. Ab ejus ingenio profluxit *Censura quorundam Scriptorum, quæ sub nominibus Sanctorum & veterum autorum à Pontificiis passim in eorum scriptis citari solent.*

14. Jan. JO. DE LA HAYE SERVIUS, *Belga*, Hanno, S. Jesu, Philos. & Theol. Prof. Lovaniensis pòst Duacensis, æt. 74. Soc. 49. Confecit *Quaternionem Evangelistarum, seu Evangelicæ Historiæ dispositionem: Apparatum Evangelicum: Triumphum veritatis ordinati Evangelii quadriga invecta.*

5. Februarii JACOBUS ERBERTUS, *Germanus*, Sprottaviensis Silesius, Phil. & Theol. Doctor, initio S. Linguæ, inde Ethices, tandem Theol. Professor, quartâ vice Rector Academiæ Viadrinæ, æt. 65. Habentur ab eo consignata *Electa Hebræa 750. è libro Mibhchar Happheninim: Historia juramentorum: Institutio intellectus cum elegantia: Carmina moralia Hebræa R. Chaii in Latinum versa: Christianalogia τετράγλωττος: Tractatus de literis Hebræorum servilibus.*

18. Febr. BURCHARDUS HARBARTUS, Conicio-*Borussus*, Th. D. ejusque Prof. primarius Lipsiensis, Canonicus Misnensis, æt. 68. Publicavit *Progymnasmata Aphthonii Græcè cum versione Latina, & methodica explicatione atque illustratione præceptorum.*

rum: Doctrinam de Conjugio: De Lege Divina: De Magistratu Politico: De DEO: De Purgatorio, spectris, peregrinationibus ad divorum statuas, & Sanctorum Reliquiis: De Smalcaldicæ Confessionis Articulis: De Collegiis Canonicorum & Monachorum, & de Papa: Homilias XX. Festivales.

27. Febr. REINERUS BACHOVIUS, *Germanus*, Coloniensis, primùm Mercator, deinde Senator, Scabinus ac Consul Lipsiensis, tum Ærarii Præfectus Heidelbergensis, æt. 69. Emisit *Catechesin Palatinatus, cum epitome vitæ Patrum & methodica narratione de Conciliis.*

28. Febr. DIDACUS NUNNO CABEZUDO, *Hispanus*, Villanonensis, Dominicanus, Theologiæ Professor in cænobiis hujus ordinis Trianensi, Placentino, Vallisoletano S. Pauli, & in Collegio Gregoriano Studiorum Præfectus Segoviensis, tandem emeritus. Dedit *Commentarium & Dispp. in tertiam partem S. Thomæ.*

9. Martii FRANCISCUS BONALDUS, *Gallus*, Mimatensis, Soc. Jesu, humaniorum literarum & Theologiæ Moralis Lector, Collegiorum Billomensis & Camberiensis Rector, Concionator, æt. 62. Soc. 41. Extant Gallicè ab eo conscripta *Stella mystica, quæ omnibus ad optatum æternæ Beatitudinis portum appellere desiderantibus ducatum præstet: Divina Ecclesiæ Oeconomia: Praxis Christiana, seu ratio benè vivendi: Speculum Sapientiæ divinæ.*

15. Mart. HENRICUS SMETIUS, *Belga*, Alostanus Flander, Nobilis, Med. Doctor, Archiater Palatinus, & Professor Heidelbergensis, æt. 77. Prelo submisit *Juvelia Sacra: Regum Judaicorum libros III: Susannæ librum: Juvenilia Miscella, de Medicinæ antiquitate & præstantia: Odarum librum: Prosodiam: Ephemerides.*

25. Mart. TOBIAS TILEMANNUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Philosophiæ Magister, Mathematum in patria Academia Professor, ætatis 28. Reliquit *Exercitationes Physiologicas: Historicas: De Eversione Rerumpublicarum &c.*

25. Mart. ROBERTUS HOVEDEN, *Anglus*, Cantionensis, Theologiæ Doctor, Archiepiscopi Cantuariensis Capellanus domesticus, & Academiæ Oxoniensis Vice-Cancellarius, ætat. 69. Condidit *Annalium partem priorem & posteriorem.*

21. Aprilis BARTHOLOMÆUS NASSERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philosophiæ Magister, primùm in patria Diaconus, deinde Pastor, demum Theologiæ Professor & Præpositus Capituli ibidem Thomani, æt. 54. Formavit *Conciones XIX. Pœnitentiales: XIV. Autumnales: XXIV. in Psalmos Pœnitentiales Davidicos: LXXXV. Funebres: Evangelicas & Passionales.*

25. April. PETRUS HIERONYMUS SANCHEZ DE LIZARACO, *Hispanus*, Aragonius, Pampilonensis,

Decanus & Canonicus Tu iasonensis, Theologiæ Doctor. Ejus est *Methodus generalis & admirabilis ad omnes sententias facilis, & citius addiscendas: Liber contra Avaritiam.*

3. Maji LAURENTIUS TUPPIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Philosophiæ & Juris utriusque Doctor, Advocatus primùm Spirensis, inde Professor Argentoratensis, Canonicus item Capituli Thomani, æt. 86. Delineavit *Gravamina, quare Electores, Principes & Ordines Imperii Augustanam Confessionem amplexi, Concilium Tridentinum neque agnoscere, neque adire voluerint.*

13. Maj. MARQUARDUS FREHERUS, *Germanus*, Augustanus, Patricius, JC. primò Codicis Professor Heidelbergensis, deinde Vicarius Præsidis Curiæ Archi-Palatinæ & Legatus, æt. 50. Elucubravit *Tractatum de Fama publica: De Gloria & Infamia: Origines Palatinas: Res gestas Friderici I. Electoris Palatini: Sigismundi Imperatoris Bella: De legitima tutela curaque Electorali: De Testamentaria tutela: Germanicarum rerum Scriptores: De re monetaria veterum Romanorum & hodierni apud Germanos imperii: Constantini Imperatoris Byzantini numismatis argentei expositionem: De donatione Constantini: Orationes: Poëmata &c.*

30. Maj. FERDINANDUS CRENDELIUS, *Germanus*, Monacensis, S. J. Coadjutor spiritualis, æt. 57. Societ. 38. Vertit ex Italico in Latinum *Descriptionem Floris Granadillæ, quæ Passio Christi passim dicitur: Epigrammata Latina.*

Obiit ANNO 1614.

30. Maji JACOBUS SUAREZ, A S. MARIA, *Hispanus*, Lusitanus, Ulissiponensis, Ordinis S. Francisci, Henrici IV. Galliarum Regis Concionator, & demum Episcopus Sagiensis, æt. 62. Confecit *Cosmopœiam in duo priora capita Geneseos: Conciones XXIII. in prima tria Apocalypseos capita: Sermones VI. pro diebus Dominicis Adventus ac Festa Conceptionis B. Virginis & Nativitatis Domini: Conc. VIII. Solennitatis Corporis Christi: Thesaurum Quadragesimalem.*

30. Maji ALBERTUS LEONINUS A CROENEWOUDE, *Belga*, Ultrajectinus, Nobilis, Juris Doctor & Mathematicus. Commentatus est *de vera quantitate Anni Tropici: De ratione constituendi Annum civilem. In doctrinam præcessionis Æquinoctiorum & obliquitatis Zodiaci: Contra Genethliacos: Comœdiam moralem de reducenda Pace.*

10. Junii THOMAS FRANZIUS, *Germanus*, Mag eburgensis, J. U. Doctor, & Prof. Wittenbergensis, in e Frisiæ Orientalis Cancellarius, novissimè in patria Syndicus, ætat. 51. Emisit *Commentarium in Pandectas: XIV. Dispp. Feudales.*

13. Jun. MARCUS VELSERUS, *Germanus*, Augustanus Patricius, in patria Consul, Septem-Vir, & tandem Duum-Vir, æt. 56. Celebritatem

nomi-

nominis obtinuit ex *Commentario Rerum Augustanarum: Annalibus Bojorum: Opere Inscriptionum vetustarum: Synopsi Conciliorum VII. Oecumenicorum: Historiâ Apollonii Tyrii: Eugippi: de S. Severino: Vitâ D. Vlrici: Commentario in Eutropium: Philonis opusculis &c.*

17. Jun. GUILIELMUS BATHÆUS, *Hibernus*, Dublinensis, Jesuita, æt. 50. Societ. 18. Extat ejus *Janua Lingvarum, seu Modus, quô aditus ad omnes linguas intelligendas patefit*: Hispanicè, sub nomine Petri Maurique, *Apparatus ad administrandum Sacramentum Pœnitentiæ*: Anglicè & Latinè, suppressô nomine. *Institutio Methodica de præcipuis Christianæ Fidei mysteriis.*

20. Jun. SEBASTIANUS HEISSIUS, *Germanus*, Augustanus, S. J. ætatis 43. Religionis 23. Scripsit *de vera Christi in terris Ecclesia, deque proprietatibus ac notis: De triumphante in Cœlis Ecclesia: De cultu & invocatione Sanctorum: Dialogos de S. Eucharistia: Aphorismorum doctrinæ Jesuiticæ declarationem Apologeticam: Volumen Acatholicorum 20 Articulorum Augustanæ Confessionis castigatum: Purgatorium Lutheranorum.*

1. Julii ISAACUS CASAUBONUS, *Gallus*, primò Professor Genevensis, post Lutetiæ Parisiorum Bibliothecarius regius, tandem Regis Britanniæ Consiliarius, æt. 55. Londini. Famam latè sparsit variis ingenii monumentis, inter quæ *Commentarius ad Lib. 1. Historiarum Polybii: Notæ ad Augustæ Historia Scriptores: Annotationes ad Athenæi Deipnosophistarum Libros XV: Versio & Notæ ad Diogenem Laertium de Vitis Philosophorum: Comment. in Æneam Tacticum, de toleranda obsidione: Emendationes & Comment. in Strabonem: Animadversiones in Suetonium: Exercitationes XVI. de rebus Sacris & Ecclesiasticis ad Annales Baronii: Comment ad Persii Satyras: Versio & notæ ad Theophrasti characteres morum: Lectiones in Theocritum: De Satyrica Poësi Græcorum & Romanorum libri duo: Diatriba ad Dionis Chrysostomi Orationes: Epistolarum Volumen &c.*

4. Julii JO. MAGIRUS, *Germanus*, Backnangâ-Würrtenbergicus, Philos. Magister, Diaconus Stutgardianus, tum Decanus & Vicinarum Ecclesiarum Superintendens, pòst Pastor & Superint. Vayhingensis, inde Superintendens Generalis & Abbas Maulbrunnensis, demùm Præpositus Stutgardianus, æt. 77. Ministerii 55. Luci dedit *Admonitionem pro Georgii Hanefeldii Viatorio Calvinistico: Scriptum contra Symbolum fidei Pagisticæ: Responsum ad Phil. Mornæi Præfationem ad eos, qui Ecclesiam Romanam sectantur: Refutationem ad responsum alicujus studiosi Theologiæ Calvinianæ: Disceptationem epistolicam cum Davide Paræo, de autoritate Sacrarum literarum, & de absoluta Ecclesiæ infallibilitate: Responsum contra D. Mar-*

Marxen Heidelbergensem, de Sacramentis & Persona Christi &c.

19. Julii JOHANNES ERASMI SKOMAGERUS, *Danus*, Phil. Magister, primùm Pædagogicus, dein Mathematicus, & tandem Physicus Professor Hafniensis. Reliquit *Commentarium in Ciceronis Orationem pro Archia: Brevem Instructionem ad addiscendam Linguam Latinam: Differt. de Divinationibus: Theses de Corde: De Pulmone: De Traduce Animæ humanæ: De Materia & qualitate Cœli: De Calore.*

22. Julii FRANCISCUS DE CUNIGA, *Hispanus*, Cantaber, Nobilis, Soc. Jesu, Philosophiæ Compostellæ & Theologiæ Salmantiæ interpres, æt. 43. Soc. 23. Prodiit ejus posthumus *Tractatus de SS. Trinitate in Primam partem Summæ S. Thomæ.*

26. Julii CORNELIUS DE BYE, *Belga*, Hagensis Batavus, Ordinis Eremit. S. Augustini in Belgio Vicarius Generalis Theologiæ Doctor, apud Indos & Americanos Evangelii Propagator, apud Hispanos & Italos Sacerdos, æt. 74. Relig. 55. Scripsit nonnulla *Linguâ Ottomiticâ ad conversionem infidelium maximè facientia.*

28. Julii FELIX PLATERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Medicinæ Doctor, Poliater, & per 56. annos in patria Professor, æt. 78. Posteris concessit *Tractatum de corporis humani structura, sive fabrica & usu: Praxeos Tractatus III: Observationum libros III: De Mulierum partibus generationi dicatis Tabellas cum iconibus: Librum de Febribus: De Functionum læsionibus Libros II. Tract. de Doloribus: De Vitiis, quæ corpori accidunt, libros III. &c.*

17. Augusti JOSEPHUS LAUTENBACHIUS, *Germanus*, Hanawilâ-Alsatus, Phil. & Med. Doctor, primùm Physicus Fridbergensis, pòst Medicinæ Professor primarius Giessensis, æt. 45. Edi curavit *Consilia Medicinalia præstantissimorum Italiæ Medicorum, & seorsim Antonii Mar. Venusti, de gravissimis humani corporis malis curandis: Jo. Langii Comment. in Libellum Aristotelis de Mundi fabrica &c.*

22. Aug. FERREOLUS LOCRINUS, *Belga*, Sampaulinus, ad D. Nicolai Parochus Atrebatensis, ætatis 45. Emisit *Mariam Augustam in VII. libros, distributam, Chronico & notis illustratam: Chronicon Belgicum: Historiam Comitum ac Comitatus S. Pauli: De Nobilitate & Virginum Præfectura.* Gallicè *Epigrammata: Anagrammata: Chronologica: Tractatum de Atrebatensis Civitatis Scriptoribus.*

11. Sept. JACOBUS ERNDIUS, AB HÆMSTEDE, *Belga*, Delphis-Batavus, Eques, Ductor Equitum Cataphractorum. Lusit *Poëm.* ex quibus *Liber Nugarum: Belli Flandrici libri duo: Senatus convivalis: Mars exul &c.* Scripsit & *Libellum de Saltationibus veterum: Chronicon Zelandiæ.*

13. Septembr. SAMUEL LOYAERTS, *Belga*, Attenhovius, Brabantus, Phil. Prof.

Prof. in Gymnasio Castrensi, ad D. Michaëlis ibidem Pastor & demum Theol. Doctor. Prostant ejus *Conciones sive Enodationes Evangeliorum: Comment. in Canticum Canticorum.*

21. Septembr. ANTONIUS D' AVEROULT, *Belga*, Atrebatensis, S. J. ætatis 61. Religionis 14. Emisit Gallicè *Catechismum Historicum, seu flores exemplorum ex SS. Patribus, & Ecclesiastica Historia, Tomis II.* collegit præterea varias Litanias & preces, quas inscripsit: *Pii gemitus Catholicorum: Remedia spiritualia contra pestem.*

5. Octobr. JACOBUS BAIUS, *Belga*, Athensis, Hannonus, Phil. & Theol. Doctor, Catech. Prof. regius & Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Decanus Lovaniensis. Struxit *Institutionum Christianæ Religionis libros IV: De venerabili Eucharistiæ Sacramento, & Sacrificio Missæ libros III: Orationem in adventum Alberti & Isabellæ Principum.*

11. Octobr. FABIUS PACIUS, *Italus*, Vicentinus Nobilis, Phil. & Medic. Doctor, Poëta & Prof. Patavinus. æt. 66. Vulgavit *Comment. in VII. libros Galeni de Methodo.*

1. Decembr. FERDINANDUS DE CARDEVACQUE, *Belga*, Atrebas, Nobilis, Consul in patria, ætatis 42. Adornavit *Historiam Comitum Artesiæ: Historiam Episcoporum Tomacensium.* Gallicô etiam rythmô Librum reliquit, cui titulus: *Amor divinus.*

16. Decembr. VINCENTIUS REGIUS, *Siculus*, Panormitânus, Jesuita, Collegiorum Montis Regalis, Messanæ, Panormi, & hîc etiam Professorum Domus Rector, ætatis 70. Religionis 56. Forâs dedit *Theses de Sanctissima Trinitate: Evangelicarum dilucidationum libros VIII: Enchiridion Evangelicorum libris VIII.*

27. Decembr. MAXIMILIANUS VRIENTIUS, *Belga*, Zandenburgus, Reipubl. Gandensis Secretarius, æt. 53. Scripsit *de Flandriæ & Brabantiæ Urbibus: Carminum Sacrorum libros II: Epigrammatum & Anagrammatum libros IX: Elegiarum Librum singularem.*

JO. REINOLDUS, *Anglus*, Tuddyngtonâ-Bedfordiensis, juris Baccalaureus & Poëta. Contexuit librum, cui titulum fecit; *Distincha clasfis Epigrammatum, sive Carminum inscriptorum centuriæ duæ.*

WOLFGANGUS CORVINUS, *Germanus*, Westenfeldensis Francus, Med. Licentiatus, Dialectices pôst Physices Prof. Lipsiensis, ætatis 51. Struxit *Orat. de necessaria ac grata temporum anni vicissitudine &c.*

BONAVENTURA VULCANIUS, *Belga*, Brugis Flander, Græcæ Lingvæ Professor Lugduno-Batavus, æt. 77. Prodierunt ab eo *Cyrilli Alexandrini Patriarchæ liber adversus Anthropomorphitas, Græcè & Latinè: Ejusdem de Adoratione in spiritu & veritate libri XVII.* quos ille primus vertit: *Arrianus de rebus gestis Alexandri Magni, Græcè & Latinè: Callimachi*

Hymni & Epigrammata, cum Moschi ac Bionis Idylliis, Latinis versibus & scholiis illustrata: Constantinus Porphyrogeneta de Thematibus orientalibus, Gr. & Lat. cum notis: De lingua Getica sive Gothica commentarius: Glossaria Latino-Græca cum notis: Apuleji Opera innumeris locis correcta &c.

ALEXANDER GUAGNINUS, *Polonus*, Comes Palatii Lateranensis, Eques Auratus, & militum præfectus in bellis Livonicis, Moldavicis & Moschoviticis, ætatis 66. Cracoviæ. Elucubravit Latinè *Chronicon Polonicum*, quod postea Martinus Pascovius in linguam ei vernaculam transtulit.

HIEROMYMUS GRACIAN, A MATRE DEI cognominatus, *Hispanus*, Pinciensis, Philosophiæ Magister, Carmelita, Petro Decæ, Cardinali & Hisp. Protectori à consiliis Theologicis, æt. 70. Varia congessit linguâ populari, ex quibus *Tractatus de Missa: De Confessione: De Perfectione religiosa: De miserrimo captivitatis statu: De una Religione: De Peccatis, quæ falsò nomine virtutum nobis imponunt: De devota Peregrinatione: De divino Amore: De Arte moriendi &c.*

JO. HENNEMANNUS REYSINGHIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Medicinæ Doctor, Rudolphi II. Imp. Rom. Archiater. Ejus est *Idea Loimodes, in qua salubres ac certissimæ Luis pestiferæ contagio præservandi curandique rationes suggeruntur.*

LUDOVICUS ISTELLA, *Belga*, Valentinus, Ordinis Prædicatorum, primarius Bibliorum in patria Interpres, Sacri Palatii Magister. Concinnavit *Commentaria in sacram Genesin & Exodum.*

BARTHOLOMÆUS PATROCCIUS, *Polonus*, Masoviensis, Poëta, æt. 61. Formavit *Hortum regale, seu de moribus Heroum: De Armis seu insignibus Nobilitatis tam Polonæ, quàm Bohemicæ, tomos II: Vitas Gnesnensium Archiepiscoporum: Noctes Torunenses: Conversionem Mariæ Magdalenæ: Concilium Animalium, seu Fabulas morales: Apophtegmata: Epigrammata & Epithalamia.*

BARTHOLOMÆUS SCHULTETUS, *Germanus*, Mathematicus Gorlicensis, æt. 74. Reliquit *Calendarium Ecclesiasticum & Horoscopium perpetuum: Misniæ & Lusatiæ Chorographiam: Diarium humanitatis Christi: De origine & curatione Pestis: Prognosticon perpetuum: Gnom. de solariis &c.*

LAURENTIUS DE ZAMORA, *Hispanus*, Hortensis, ordinis Cisterciensis, Theol. Doctor & Concionator Complutensis. Paravit *Monarchiam mysticam Ecclesiæ: De Perfectionibus & Attributis divinæ Essentiæ librum: De Prærogativis & excellentiis, quibus DEus caput visibile Ecclesiæ exornavit, Tomum: Comment. in Canticum Canticorum: Concionum de Sanctis Tomos*

mos III: Saguntini belli librum: Apologiam pro literis humanoribus &c.

MATTHIAS HUBNERUS, Germanus, Anclamâ-Pomeranus, J. Utr. Doctor, ejusdemque Prof. Altorphinus, nec non Reip. Norimbergensis Consiliarius. Reliquit *Disputationes in Institutiones juris.*

PETRUS MALDONADO, *Hispanus*, Hispalensis, Nobilis, Augustinianus, ætatis 38. Publici juris fecit *Lectiones sacras in I. Canonicam D. Johannis epistolam Commentarium in Davidis Psalm. XXVII. &c.*

HENRICUS FARNESIUS, *Leodicensis*, J.C. Scripsit *Duas appendices ad Ambrosium Calepinum: Dyphtheram Jovis: Librum de perfecto Principe: Epitomen orbis &c.*

ALBERTUS LEWIUS, JC. & Mathematicus. Struxit *Theoriam Motuum cælestium, secundum Copernici sententiam: Isagogen ad Astronomiam, Geographiam & Horologiographiam.*

ANNO 1615.

31. Januarii CLAUDIUS AQUAVIVA, *Italus*, Neapolitanus, Filius Ducis Atrii, Pio V. Pont. Max. à Cubiculo, S. J. primùm Provinciæ Neapolitanæ, deinde Romanæ Præfectus, tum Præpositus Generalis, æt. 72. Societ. 34. Emisit *Epistolas: Directorium exercitorum spiritualium: Rationem atque institutionem studiorum Societatis Jesu: Meditationes in Psalmum XLV. & CXVIII.*

4. Febr. JACOBUS SEIDELIUS, *Germanus*, Olariâ-Silesius, Phil. & Med. Doctor, primùm Poliater Anclamensis, deinde Physicus Gryphiswaldensis, æt. 68. Exire jussit *Consultationes Medicas.*

4. Febr. JO. BAPTISTA PORTA, *Italus*, Neapolitanus, Mathematicus in patria, æt. 70. Composuit *Libros XX. Magiæ Naturalis: Phytognomicam: Physiognomiæ cælestis libros VI: De furtivis Literarum notis librum: De Destillationibus libros IX: De Aëris transmutationibus libros IV: Elementorum curvilineorum libros III: Pomarium.*

22. Febr. THOMAS ROGERS, *Anglus*, Cestriensis, Artium Magister, Archiepiscopo Cantuariensi à Sacris, nec non Rector Horningerensis. Prelo submisit *Articulorum fidei Ecclesiæ Anglicanæ dilucidationem: Symbolum Anglicanum: Dialogum Historicum de Anti-Christo, & cultu Pontificio &c.*

8. Mart. ANTONIUS RUVIO, *Hispanus*, Rodensis, Jesuita, Mexici novæ Hispaniæ Philos. & Theologiæ, deinde pariter Compluti Prof. æt. 67. Contexuit *Commentarios in universam Aristotelis Logicam: Horum commentariorum Compendium: Comment. in VIII. libros Aristotelis de Physico auditu: Comm. de ortu & interitu, seu de Generatione & Corruptione rerum naturalium: Comment. in libros de Anima: in Libb. de Cœlo &*

& Mundo. Omnia quinque Voluminibus prodierunt.

14. April. SEBASTIANUS BARRADIUS, *Lusitanus*, Vlysſiponenſis, Nobilis, S. J. Rhetoricæ, Philoſophiæ ac demum ſacrarum literarum interpres tum Conimbricæ, tum Eboræ, nec non Concionator, æt. 73. Societ. 57. Compoſuit *Commentarium in Concordiam, & Hiſtoriam Evangelicam, Tomis IV: Itinerarium filiorum Iſrael ex Ægypto in terram repromiſſionis, libris X.*

2. Maji FRANCISCUS BUSSERETUS, *Belga*, Montenſis, Artium Magiſter, Philoſ. Prof. Lovanienſis, pòſt J. U. Doctor, Canonicus & Decanus Cameracenſis, tum Epiſcopus Namurcenſis, tandemque Archiepiſcopus & Dux Cameracenſis. Reliquit *Hiſtoriam Religioſæ cujusdam Montibus Hannoniæ à Satana obſeſſæ: Statuta & decreta Synodalia Diœceſis Namurcenſis.*

4. Maji ADRIANUS ROMANUS, *Belga*, Lovanienſis, Eques Auratus, Medicus Cæſareus, tum Medicinæ & Mathematum Profeſſor Herbipolitanus, demum Canonicus & Mathem. Profeſſor Zamoſcianus in Polonia, ætatis ſuæ 54. Condidit *Vranographiam de Cœlorum numero & ordine: Methodum Polygonorum: Speculum Mathematicum: Ideam Matheſeos univerſæ, de Mathematicæ natura, præſtantia & uſu: Matheſin Polemicam: Theatrum urbium: Supputationem Eccleſiaſticam: Theoriam Ventorum: Apologiam pro Archimede: Exercitationes Cyclicas: Pyrotechniam, ſive de ignis feſtivis, jocoſis & artificialibus: Canones Triangulorum Sphæricorum & rectangulorum: Arithmeticæ IV. Inſtrumenta: Mathematicæ Analyſeos triumphum &c.*

14. Maji ODO MALCOTIUS, *Belga*, Bruxellenſis, S. J. Mathem. & Linguæ Sanctæ Prof. Romanus, æt. 43. Relig. 25. Edi permiſit, ſuppreſſo tamen Auctoris nomine, *Aſtrolabiorum, ſeu utriusque Planiſphærii univerſalis & particularis uſum: Mathematica Problemata: Libros VII. Geometriæ Practicæ.*

18. Maji ANDREAS SCHONÆUS, *Germanus*, Glogovienſis Sileſius, J. U. & Theol. Doctor, hujus Prof. & Procancellarius Academiæ Cracovienſis, nec non Eccleſiæ Decanus, æt. 63. Ingenium ejus elucet ex *Orationibus: Carminibus*, & *Libello*, cui titulus; *Nihil & omnia.*

23. Maji MARTINUS LASCIUS, *Polonus*, Calisſenſis, S. J. Sacerdos, Colleg. Lublinienſis & Leopolitani Rector, tum Reſidentiæ Torunienſis Superior, pòſt Præpoſitus domus Profeſſæ Cracovienſis, æt. 64. Soc. 44. Plura ſtruxit opuſcula Polonicè, inter quæ ſunt *Summarium Catholicæ Veritatis: Examen Matthiæ Roſenſieteri: Judicium Catholicum, contra Dan. Mikolaiewski: Miſſio Lutheri & Zwinglii: Meſſias Arianorum novorum, ſecundum Alcoranum Turcicum &c.*

1. Junii AMBROSIUS REUDENIUS, *Germanus*, Croitsisiô-Misnicus Th. Doctor, primùm Dialect. & Rhetor. tum Hebr. Linguæ, demum Theol. Prof. Jenensis, æt. 72. Inclaruit ex *Catechesi Theologica*: *Isagoge Biblica*: *Oeconomia V. & N. Testamenti*: *Sciagraphiâ loci de Pœnitentia*: *Analysi in Epistolas Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatos & Ephesios*: *Grammatica Hebræa*: *Prosodia*: *Libello de Philosophia*: *Disputationibus variis*.

1. Jul. MARTINUS MARSTALLERUS, *Germanus*, Pomeranus, J.U. Doctor, Comes Palatinus, Ducis Pomer. Consiliarius, æt. 55. Emisit *Tabulas Chronologicas Principum Pomeraniæ*.

15. Augusti. CORNELIUS COLUMBANUS URANXIUS, *Belga*, Teneræ mondanus, Theol. Licent. & Prof. in Tongerloensi Norbertinorum Cænobio, tum Canonicus ac Pænitentiarius Gandavensis, Ordinis Benedictioni Monachus, Prior & Abbas, æt. 84. Confecit *Malleum Calvinistarum, de vera & reali corporis Christi in Eucharistia præsentia*. Germanicè autem *Consultationem Animarum in Purgatorio*: *De Eucharistiæ sacramento*: *Colloquia de variis miraculis S. Mariæ*: *De Vita & laudibus ejusdem*.

19. Aug. STEPHANUS PASQUIERUS, *Gallus*, Consiliarius regius, & Advocatus Generalis in Curia Rationum Parisiensi, æt. 87. Multa ingenii monumenta Gallicâ & Latinâ linguâ posteritati reliquit, ex quibus *Institutio Principis*: *Discursus de Amore*: *Considerationes Gallicæ*: *Epistolæ*: *Relatio de Jesuitarum secta, eorum origine, statutis & ordine &c.*

10. Sept. ANTONIUS HOSKINUS, *Anglus*, Herefordiensis, Jesuita, Missionis Anglicanæ Vice-præfectus, æt. 47. Relig. 22. Scripsit Anglicè, præfixis literis H. I. *Contra juramentum fidelitatis, Catholicis Angliæ à Rege proponendum*. Transtulit ex Latino in Anglicum, præscriptis literis F. B. *Thomam de Kempis de imit. Christi*: *Epitomen Christianæ perfectionis*. Ex Gallico in Anglicum convertit *Apologias Henrici IV. & Ludovici XIII. Regum Galliæ pro Societate Jesu factas*.

15. Octobr. HUBERTUS AUDEIANTIUS, *Belga*, Brugensis, Theol. Doctor, in patria ad D. Domatianum Canonicus & Pœnitentiarius, æt. 41. Supersunt ejus *Notæ in Prudentium*: *Carmina*.

31. Octobr. DIDACUS LOPEZ DE MESSA, *Hispanus*, Zafrensis, S. J. Collegiorum Mexicani, Angelopolitani, Guaxaquensi, Pasquarensi & Vallisoletani Rector, tum Domus Professæ Mexicanæ Præpositus, demum Ecclesiæ Angelopolitanæ Præsul, ætatis 71. Religionis 53. Evulgavit *Mensam spiritualium ciborum, pro Concionatoribus*.

1. Novembr. ABRAHAMUS SUARINUS, *Germanus*, Sceudicensis Martisburgensis, Ecclesiarum pri-

mùm in patria, deinde Delicensium Ephorus, tum Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Generalis Altenburgensis, æt. 52. Elaboravit *Conciones XXVI. de Diluvio: Fasciculum Viventium, seu Conciones funebres: Encænia Schenckenbergensia: Orationes IV. de invocatione, jejunio, scholis & lapsu Angelorum: De beata mortis hora: Conciones VIII. de tentationibus in morte & peste suboriri solitis: Conciones in quasdam Cantiones Ecclesiasticas: Anagrammata &c.*

23. Novembr. SETHUS CALVISIUS, *Germanus*, Gorschlebiô-Thuringus, primùm in illustri Schola Portensi per 12. annos Cantor, deinde Lipsiæ chori Musici director, & Scholæ Senatoriæ Thomanæ collega, Astronomus & Chronologus percelebris, æt. 60. Struxit *Opus Chronologicum: Elenchum Calendarii Gregoriani: Enchiridion Lexici Latino-Germanici: Thesaurum Latini sermonis: Biciniorum libros II: Mesopæiam, sive de Melodiæ condendæ ratione: Musicæ artis Præcepta: Exercitationem Musicam de præcipuis in arte Musica quæstionibus: Harmoniam Cantionum Ecclesiasticarum.*

30. Novembr. GODOFREDUS SOPINGIUS, *Belga*, Theologus & Philologus, æt. 42. Formavit *Apologeticam Responsionem ad libellum Anonymum, qui vocatur Bona Fides Sibrandi Luberti: Christianam & modestam declarationem &c.*

2. Decembr. CHRISTOPHORUS DE CASTRO, *Hispanus*, Ocaniensis, Jesuita, Sacrarum literarum Compluti & Salmanticæ interpres, Rector item Collegii Toletani, æt. 65. In lucem protraxit *Historiam DEIparæ Virginis Mariæ: Comment. in Jeremiæ Prophetias, Lamentationes & Baruch lib. VI: Commentarium in XII. Prophetas.*

20. Decembr. ABRAHAMUS LANGIUS, *Germanus*, Dresdensis, Philosophiæ Magister, Diaconus & Concionator Aulicus Altenburgensis, tum Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Generalis Vinariensis, æt. 50. Foràs dedit sermone populari *Explicationem Catechismi D. Lutheri: Conciones VII. in Psalm. LXXIV: Conciones II. de Electione & Condemnatione: Conciones II. de Tempestatibus: VI. de juramentis: Explicationem Psalmi LXIV: Responsum ad IV. quæstiones de Salute: Responsum Lutheranum ad Anhaltinorum Calvinianorum defensionem de imaginibus abolendis: Contra Avaritiam.*

28. Decembr. LUDOVICUS GRAVIUS, *Germanus*, Heidelbergensis, Medicinæ Doctor, & in Patria Professor, nec non Archiater Palatinus, ætatis 68. Consignavit Germanicè *librum de Peste: Theses de Peste: Epistolam de Camphoræ qualitatibus: De Acidulis Schwalbacensibus.*

CAROLUS BASGAPE, *Italus*, Mediolanensis. Condidit *Libros de Metropoli Mediolanensi: De vita & gestis Caroli Cardinalis: De Ecclesia Novariensi:*

ensi: De Concordia Evangelistarum: De choreis &c.

DAVID SCHRAM, *Germanus*, Norlingensis, Ephorus Alumnorum Augustanus, æt. 56. Struxit *Grammaticam Hebræam: Lexicon Mauritanicum: Lexicon Americanum: Librum de Evangelio S. Matthæi: Consensum Catholicum: Leges philosophandi: Ethicam: Physicam: Dialecticam &c* Sub nomine Christophori Agricolæ *Anti-Pistorium.*

MELCHIOR DE LA CERDA, *Hispanus*, Siguntinus, Soc. Jesu, 41. annos Hispali & Cordubæ Eloquentiæ Lector, æt. 65. Relig. 45. Concinnavit *Apparatum Latini Sermonis: Usum & Exercitationem Demonstrationis: Campum Eloquentiæ, duobus voluminibus: Relationes & Discursus varios.*

MARTINUS PRÆTORIUS, *Germanus*, Svidnicensis Silesius, Medicinæ Doctor & in S. Nicolai Collegio apud Magdeburg. Canonicus. Struxit *Poëmatum libros V: Opusculum de administrando Principatu: Marchiados libros II. sive Electores & Marchiones Brandenburgicos carmine Heroicô conscriptos &c.*

NICOLAUS DE PASSERIBUS, *Italus*, Genuensis, JC. Patavinus, æt. 30. Ab eo habentur *Libri VI. de Scriptura Privata: Libri III. de verbis Enunciativis: Conciliatio cunctarum Legum corporis juris civilis reverà & in speciem discordantium: Comment. in libros Institutionum &c.*

THEODORUS CANTERUS, *Ultrajectinus*, in patria Senator, ætatis suæ 72. Posteritati profuit *Lectionibus variis: Notis in Arnobium: Syntagmate de ratione emendandi Græcos Autores &c.*

PETRUS FABER, *Gallus*, Arvernus, Hebrææ Lingvæ Professor Rupellæ, ibidemque Collegii Præses, octogenario major. Scripsit *Commentarios in libros Academicos Ciceronis & Orat. pro Cæcinna.*

HUBERTUS CLERICUS, *Belga*, Insulensis, Presbyter, & in D. Petri Sacellanus, æt. 84. Edidit *Poësin Sacram, in qua sunt Psalmi Davidis Pœnitentiales carmine redditi, Elegiæ, Epitaphia: Commentarium in Ovidii Epistolas.*

MARTINUS CHRISTOPHORUS, *Gallus*, Turonensis, Soc. Jesu Sacerdos, Humaniorum literarum & Philosophiæ Lector, æt. 49. Relig. 25. Paravit *Libellum de Controversiis: Consultationem de Fide ac Religione capessenda Leonardi Lessii*, vertit Gallicè; ut & *Vitam S. Francisc. Xaverii*, ex Latino Tursellini.

JO. SANCHEZ SEDENNO, *Hispanus*, Dominicanus Monasterii Salmanticensis, Theol. Prof. Compostellæ. Emisit *Quæstiones in universam Aristotelis Logicam.*

ÆGIDIUS ROMANUS, *Belga*, Lovaniensis, Episcopi Herbipolensis Archiater, & Med. ibidem Professor, postea Sacerdos & Canonicus,

tum

tum Regis Poloniæ Mathematicus & Eques Auratus, æt. 54. Moguntiæ.

Scripsit *de Formatione corporis humani in utero.*

ANNO 1616.

6. Januar. ADAMUS THEODORUS SIBERUS, *Germanus*, Grimensis, J. U. Doctor, primùm Scholæ patriæ Collega, inde Poëtices, tum Græcæ Lingvæ ac postremò Eloquent. Professor Wittebergensis, ætatis 53. cælebs. Publici juris fecit *Commentarium in Partitionem Ciceronis Oratoriam de Elocutione: Orationes, Præfationes, Dissertationes, Epistolas & Carmina, duobus voluminibus: Institutionem Rhetoricam & Epistolicam.*

28. Jan. MELCHIOR ECCARDUS, *Germanus*, Chemnicensis Silesius, Philos. Magister, & Ducatus Silesiensis Superintendens. Emisit *Libellum precatorium: XXXVII. Conciones in Psalmos Pœnitentiales.*

12. Febr. JO. DRUSIUS, *Belga*, Aldenardensis Flander, Hebrææ lingvæ Professor primùm Oxoniensis, inde Lugduno-Batavus, demum Franekeranus, æt. 65. Inclaruit *Grammaticâ Hebraicâ: Commentario ad voces Hebraicas N. Testamenti: Observationum sacrarum libris XII: Animadversionum libris II: Annotationibus in Estheram: Comment. & versione Historiæ Ruth: Miscellaneis sacrarum Locutionum: Parallelis Sacris locorum V. & N. Test: Proverbiis sacris: Tractatum de nomine DEI Elohim: De Hæsidæis: De nomine DEI proprio: De tribus sectis Judæorum: Comm. in Sulpitium Severum: Comm. ad loca difficiliora Pentateuchi, Josuæ, Judicum & Samuelis: Comm. in XII. Prophetas minores: Annotationibus in Coheleth: Novâ versione & scholiis in Jobum &c.*

14. Febr. MELCHIOR GERLACHIUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Scholæ Budisfinensis, pòst Zittaviensis Rector, æt. 54. Adornavit *Analysin Catechismi D. Lutheri: Orationes II. de Sole & Luna: Orationem de incendio Zittaviensi, anno* 1608.

21. Februar. ALPHONSUS RODRIGUEZ, *Hispanus*, Pincianus, S. J. Sacerdos, Tironum in Collegio Salmantino Magister, deinde Rector Collegii Montis Regalis, tum Vallisoleti Domus Professæ Præfectus &c. ætatis 90. Religionis 70. Reliquit *Exercitium de Perfectione & Virtutibus Christianis, partibus tribus.* Ex Hispanico prodiit Latinè, Italicè, Gallicè, Germanicè, Belgicè, Anglicè & Bohemicè. Opera ejus apud omnes, qui Asceticis delectantur, in pretio sunt.

2. Mart. MATTHIAS LOBELIUS, *Belga*, Insulanus, Medicus, Archiater Auriacus, tum Practicus Antverpiensis & Delphius, æt. 78. Dedit publicæ luci *Animadversiones in officinam Pharmaceuticam Guil: Rondeletii: Balsami, Opobalsami, Carpobalsami & Xylobalsami explanationem:*

nem: Plantarum seu stirpium histori-am &c.

17. April. PHILIPPUS HEILBRUNNERUS, *Germanus*, Lauffâ-Wurtenbergicus, Theol. Doctor, Prof. & Pastor Lavinganus, æt. 70. Concinnavit *Synopsin variorum hujus temporis errorum, circa doctrinam de S. Cœna & de Peccato: Librum de innocentia D. Lutheri, contra Jesuitas: Esaiæ, Jeremiæ, Ezechielis & Danielis vaticinia in LL. CC. Theologicos digesta, & Quæstionibus illustrata: XII. Minorum Prophetarum vaticinia simili ratione illustrata: Theses & Anti-theses de Apostasia Romanensium à Fide Apostolica & Catholica: De iniquis Pontificiorum censuris in Augustanam Confessionem: Refutationem Catechismi Heidelbergensis de S. Cœna: Speculum Anti-Jesuiticum: Disp. Theol. de S. Scriptura &c. Locos Communes in utramque Epistolam ad Timotheum: in Epist. ad Titum.*

12. Maj. URBANUS Birnebaum, dictus PIERIUS, *Germanus*, Suetensis Marchita, Phil. & Theol. Doctor, hujusque Prof. Viadrinus, pôst Pastor Brandeburgensis, inde Custrinensis, tum Superintendens & Aulæ Concionator Dresdensis, porrò Prof. Pastor & Superintendens Wittenbergensis, iterum Past. Arenbergensis & novissimè Superintendens Bremensis, ex Lutherano Reformatus, æt. 70. Formavit *Typum Doctrinæ de Persona & officio Christi: Repetitionem Doctrinæ de P. & O. Christi: Defensionem orthodoxæ Confessionis, contra collationem Aug. Confessionis cum illa institutam à B. Menzero: Orationem περὶ τῆς ἀνθρωπογενεσίας Christianæ: Examen Concionis funebris Crellianæ: Formulas precum: Confessionem publicam &c.*

1. Jun. JO. WOLFFIUS, *Germanus*, Tabermontanus, Bipontinus, Med. Doctor, inque Academia Marpurgensi Professor & Archiater Hassiacus, ætatis 79. Composuit *Exercitationes Semeioticas: Epistolam de Aqua Vitæ Juniperina: De Acidulis Wildungensibus, earumque Muneris, natura, viribus ac usu Explicationem.*

7. Jun. WOLFGANGUS MAMPHRASIUS, *Germanus*, Wurcensis, Theol. Doctor, in patria Pastor & Superintendens Generalis Misenensis, æt. 59. Edidit *Methodum de Fide, Sacramentis & Adiaphoris: Erotemata Christianæ Concordiæ & in IV. Articulos Visitatorios Electoratus Saxoniæ: De Statibus Controversis Helmstadii inter Dan. Hoffmannum & 4. Philosophos agitatis: Praxin Theologicam, seu Panopliam & militiam Christianam: Methodos duas, unam de sacramentis, contra Tropologiam Sacramentariam, alteram de Diaphoris, contra Carolstadianos: Refutationem supplicis libelli ad Silesios: Disp. de Abstractivis Locutionibus in Articulo de Persona Christi: De Philosophiæ usu & abusu: De discrimine Legis & Evangelii: De discrimine V. & N. Test. De dicto Christi Luc. VI. mutuo dan-*

tes, nihil inde sperantes: Conciones varias.

11. Jun. JO. WANCKELIUS, *Germanus*, Kembergensis Saxo, Philos. Magister, Histor. Prof. Wittenbergensis, ætatis 62. Prodidit ejus *Hyperaspistes Prisciani vapulantis contra Joh. Rhenium: Mellificii Historici supplementum: Disp. de Ahasvero Estheræ Marito: Precationes & Cantiones sacras.* Ex lingua Castellana in Latinum traduxit *Antonii de Guevara Horologium Principum,* notisque illustravit.

12. Jun. JOSEPHUS ALDERETUS, *Hispanus*, Malacitanus, J. U. Doctor, Ecclesiæ Cordubensis Canonicus, tum S. J. Collegii Granatensis Rector, ætatis 56. Religionis 16. Scripsit *Juris Allegationem pro Regularium exemptione: Libros III. de Religiosa disciplina tuenda.*

18. Jun. THOMAS BULSON, *Anglus*, Wintoniensis, in patria primùm Archididascalus, deinde Custos seu Gardianus, pòst Theol. Professor & Episcopus Wigorniensis, demum Wintoniensis. Scripsit *de perpetuo Ecclesiæ Christianæ moderamine: De plena generis humani per mortem Christi redemptione: De Christianæ subjectionis & rebellionis neutiquam Christianæ differentia: De Christi Passione & discensum ad inferos.*

2. Jul. BERNARDINUS REALINUS, *Italus*, Carpensis, Nobilis, S. Jesu, Legum Doctor, collegii Neapolitani Confessarius, & spiritualium rerum Præfectus, æt. 86. Relig. 52. Extant ejus *Commentarii in Epithalamium Pelei, & Thetidos Catullianum, & Annotationum in varios Auctores Sylva* (quâ Janus Gruterus, suo Thesauro Critico inseruit) *Comment. in Catullianas nuptias, & in Elegias Cornelii Galli: Opuscula solutâ & vinctâ numeris oratione,* Italicè, Græcè in *Latinum Sermonem conversa: Comm. in Crispum Salustium de conjuratione Catilinæ: Carminum lib. II. Aristophanis Plutus in Latinum conversus & notis illustratus: Notæ in omnia opera Platonis: Opuscula de Legibus: De Somno, vigilia & insomnio: Epistolæ: Epigrammata &c.*

6. Jul. PHILIPPUS GALLUS, sive HAHN, *Germanus*, Halensis Saxo, primùm in patria Ecclesiastes, pòst Theol. Doctor & Pastor Magdeburgensis primarius, æt. 59. Struxit *Postillam Apostolicam: Postillam Propheticam: Agenda Ecclesiastica: Montem Thuris & Myrrhæ: Conciones de Peste, ex II. Sam. XXIV. Homilias XXX. in Prophetam Jonam: Speculum Viduarum: Speculum Nuptiale: Conciones funebres: Pœnitentiales &c.*

6. Augusti BERNARDUS GERBRANDUS FURMERIUS, *Belga*, Leovardiensis Frisius, JC. & Historicus. Scripsit *Apologiam pro Antiquitate Frisiæ, adversus Ubbonem Emmium: Annalium Priscorum libros IV.*

7. Aug. SCIPIO GENTILIS, *Italus*, Anconitanus, Nobilis, J. U. Doctor, ejusdemque Professor Altorphinus, &

& Consiliarius Reipublicæ Norinbergensis, æt. 53. Ex variis ingenii sui monumentis, utpote *Tractatibus de jure publico Populi Romani: De Donationibus inter Virum & Uxorem: De Conjurationibus: De Alimentis: De Jurisdictione: De jure Belli: De concurrentibus Actionibus: De Legationibus: De Erroribus Testamentorum: De Solennitatibus juris: Commentario in Apologiam Apuleji: Parergis ad Pandectas: Comm. in Epistolam D. Pauli ad Philemonem: Paraphrasi Epicâ in Psalmum XXV. Davidis: Orationibus & Disputationibus variis*, longè celeberrimus.

17. Aug. TOBIAS BAURMEISTERUS, *Germanus*, Cochstadiô-Halberstadiensis, JCtus, Comes Palatinus Cæsareus, Episcopatus Halberstadiensis & Quedlimburgensis Cancellarius, sæpe Legatus, æt. suæ 63. Condidit *Tractatum de Jurisdictione: De Republica.*

21. Aug. CHRISTOPHORUS MEURERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. & Med. Doctor, ejusdemque Facult. Senior, ac Mathes. in patria Professor, æt. 58. Vulgavit *Orationem de Anatomia: Differt. de Carbunculo contagioso: De Phthisi seu Tabe: De Præfocatione uteri: De Iride: De fluxu & refluxu maris: De Galaxia &c. Arithmeticæ & Geometriæ Analysin.*

Aug. ANTONIUS FAYUS, *Gallus*, Dunensis, Theol. Doctor Genevensis. Edidit *Commentaria in Ecclesiasten: In Epistolam ad Romanos: in priorem ad Titum: in Psalmum XLIX. & LXXVII.*

12. Sept. JACOBUS SCHOPPERUS, *Germanus*, Biberacensis, primò Hornbaci in Palatinatu Bipontino Theol. Professor, pòst Theol. Doctor, Prof. ac Collegii Sapientiæ Inspector Heidelbergensis, tum Concionator Aulicus Onoldinus, ac demum Theol. Professor primarius, Pastor & Academiæ Altorphinæ Rector, æt. 71. Luci dedit *Comment. in Jonam: Tractatum de Arte Concionandi: Acta Oecumenici Consilii super Controversia de Cœna: Orationes de Academiarum Encomio, de Noricæ Gentis veteri idololatria, & de Propheta Daniele: Defensionem supplicis libelli, nomine Aug. Confessionis sociorum, ad Senatum Coloniensem, contra Melch. Braunium: De XII. gemmis, in pectorali Aaronis: De LXX. Hebdomadibus Danielis: Historiam Germaniæ &c.*

14. Septemb. MICHAEL COLETUS, *Germanus*, Leobergâ-Silesius, primùm Cantor Thorunensis, tum scholæ Dantiscanæ Conrector, demum Pastor & Prof. ibidem, æt. 72. Stylo pugnavit *contra D. Jacobum Fabricium, & Jacobum Adami, Calvini-sequas Dantiscanos.*

21. Septembr. PETRUS DE LEDESMA, *Hispanus*, Dominicanus, Theol. cùm in cœnobiis Segoviensi & Abulensi, tum Salmantino Gymnasio Interpres. Ab eo prodierunt *Tractatus de divina perfectione, infinitate & ma-*

gnitudine: De perfectione actus essendi creati: De magno Matrimonii Sacramento: De divinæ Gratiæ Auxiliis, ad Esaiæ XXVI. &c.

27. Sept. LEONHARDUS HUTTERUS, *Germanus*, Ulmensis Svevus, Phil. & Theol. Doctor, ejusdemque Prof. primarius. & tum Academiæ Wittenbergensis Rector, ætat. 53. Egregiè de Ecclesia orthodoxa meruit tam voce, quàm scriptis, utpote *Analysi Augustanæ Confessionis: Refutatione duorum librorum Rob. Bellarmini de Missa: Disputationibus pro Formula Concordiæ: De Verbo DEI scripto & Traditionibus non scriptis: Tractatione pro Majestate humanæ naturæ Christi, contra Sadeelem: Triumpho de Regno Pontificio: De injustissimo Pontificis Romani in Ecclesia dominatu: Compendio Locorum Theologicorum: De S. Scriptura, contra Jesuitas, & de Persona Christi, contra Calvinistas: Homiliis Academicis in historiam Passionalem: Concordiâ concorde, contra Rob. Hospinianum: Irenico, de Synodo & unione Evangelicorum: Explicatione Epistolæ ad Galatas: Formulis Concionandi: Epitome Biblica: Calvinistâ Aulicô Politicô*, aliisque.

10. Octobr. HENRICUS AIRAY, *Anglus*, Westmorlandensis, Collegii Reginensis Oxoniæ Præpositus, Theol. Doctor & Professor, æt. 57. Reliquit *Lecturas super epistola D. Pauli ad Philippenses: contra reverentiam vulgo usitatam ad nomen Jesu &c.*

6. Novembr. JO. GONTERIUS, *Italus*, Taurinensis, S. J. Collegii Biterrensis Rector, in præcipuis Galliæ civitatibus Concionator, ætat. 54. Relig. 32. Edidit Gallicè, sub nomine Philothei Baccalaurei Parisiensis, *Tractatus aliquot in Ministrum du Moulin: Lapidem Lydium, seu veram methodum educendi ab errore deceptos prætextu Reformationis: Veram rationem terminandi Controversias de Religione: Declarationem errorum nostri temporis: De judice controversiarum: Epistolas varias &c.*

14. Novembr. BERNARDUS PRÆTORIUS, *Germanus*, Jesburgô-Hassus, Comes Palat. Cæsareus, Poëta Laureatus, Reip. Norimbergensis Syndicus & Bibliothecarius, æt. 49. Ejus est *Anagrammatum Apophoreta: Satyra de Clausula, Besolas manos, quid significet apud Hispanos: Oratio in obitum D. Henrici Kellneri.*

21. Novembr. RICHARDUS FIELD, *Anglus*, Cantianus, Artium Magister, in Ecclesia Wintoniensi, indeque in Lincolmiensi Legum Municipalium Londini hospitio Prælector, tandem Theol. Prof. Reginæ Elisabethæ, nec non Jacobi Regià Sacris, Præbendarius Windlesorianus, Decanus Glocestriensis, & Rector de Burcleere, æt. 55. Formavit *de Ecclesia libros V.*

23. Novemb. PROSPER ALPINUS, *Italus*, Vincentinus, Phil. & Med. Doctor, primò Rector Vicarius, mox Syndicus, tum Medicinæ Prof. Patavinus, æt. 63. Typis submisit

de Medicina Ægyptiorum libros IV: De Medicina methodica libros XIII: De Plantis Ægypti librum: De Balsamo Dialogum: De Rhapontico Thracico libellum: De Plantis exoticis libros II: De præsagienda vita & morte ægrotantium lib. VII. &c.

27. Nov. JO. SMITH, *Anglus*, Warwicensis, Collegii D. Joh. Baptistæ Socius, tum Theol. Prælector, demum Ecclesiæ de Claverinus Rector, æt. 53. Publicavit *Doctrinam precandi, contra eos, qui pro omnibus precari fas esse negant: Expositionem Symboli*, Anglicè, & alia.

5. Decembr. MARCUS ANTONIUS PEREGRINUS, *Italus*, Vicentinus, Eques Patavinus, Senatus Veneti Consultor, juris Pontificii ibidem Prof. primarius, æt. 86. Elucubravit *de juribus & privilegiis libros VII: Tractatum de Fidei commissis: Consiliorum juridicorum Volumina VI: Decisiones Patavinas: Tractatum de Pactis & Conventibus: De judiciaria materia: De ordinaria & delegata jurisdictione: Additiones ad Bartolum: De Possessione & proprietate: De Probationum substitutionibus, legitimationibus & capacitate Monasterii.*

7. Decembr. JO. CRUGERUS, *Germanus*, Berolinensis Marchicus, Theol. Doctor, & ad D. Jacobi Pastor Stetinensis, æt. 32. Ministerii 4. Typis exscribi curavit *Heptalogium Christi: Vaticinium seculare doctrinæ Lutheranæ: Hortum Virtutum, sive Collegium Politicum: Speculum Philosophiæ Naturalis, Dispp. Logicas ad Organon Aristotelis: Controversiarum Theologicarum Theses varias, Lojolitis & Calvinianis oppositas: Meditationes sacras & Commentarium in aliquot capita Geneseos: Clavem Rerumpublicarum, sive disquisitionum Ethico-Politicarum Centuriam.*

10. Decembr. DIDACUS DE COUTO, *Hispanus*, Vlissiponensis, Miles, Archivi regii Goensis Custos, Chronographus regius, ætatis 74. Condidit *Historiam Indicam: Decades de Asia: De rebus Æthiopicis commentarium.*

12. Decembr. HENRICUS PARRY, *Anglus*, Wiltoniensis, Artium Magister, Græcæ primùm Lingvæ in collegio Corporis Christi Oxoniæ Prælector, deinde Theol. Doctor, Reginæ Elisabetæ à sacris, Decanus posteà Cestriensis, tum Glocestriensis, tandem Episcopus Wigorniensis, ætat. 55. Confecit *Concionem de Regno DEI, in Matth. VI, 33. de Victoria Christiana*: Vertit quoque ex Anglicano in Latinum *Summam Colloquii Jo. Rainoldi cum Jo. Harto, de capite & fide Ecclesiæ*: E Latino in Anglicum *Zachariæ Ursini Catechismum.*

ANDREAS LIBAVIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, primùm Histor. & Poëf. Prof. Jenensis, inde Gymnasiarcha & Poliater Rotenburgo-Tuberanus, postremò primus Casimiriani Lycei Director Coburgensis. Posteris tradidit *Commentarios Alchemiæ: Libros III. Chymicarum Epistolarum:*

Partes IV. Singularium: Praxin Alchymiæ: Contemplationem de universitate & originibus rerum conditarum: Tractatum de Colloquio Ratisbonensi, contra Gretserum: Alchymiam triumphantem, contra Riolanum: Commentationum Metallicarum libros IV: Artem probandi mineralia, libris II: De Analogia Philosophorum, contra Goclenium: De impostura ungventi armarii, & de cruentatione cadaverum, præsente occisore: Dialecticæ emendatæ libros II: Defensionem pro Aristotele contra Ramistas: Dialogos Logicos: Poëmata: Neo-Paracelsica &c.

FRANCISCUS GOETHALSIUS, aliàs PANAGATHUS, *Belga*, Brugensis, JC. in patria Advocatus & in Academia Lovaniensi Professor regius. Ab eo leguntur *Tractatus de felici & infelici Republica: De Dominii distinctione: Carmen de D. Virgine.*

FRANCISCUS DE PISA, *Hispanus*, Toletanus, Pontificii juris Doctor, Theol. & Philos. in patria Acadamia Decanus, Canonicus Segoviensis, in S. Catharinæ collegio Sodalis, & Muzarabum major Sacellanus, æt. 83. Evulgavit *Historiam de Toledo: Commentarium in Aristotelis libros de Anima: Manuale ad Sacramenta Ecclesiæ ministranda: Officium S. Dominici Silensis &c.*

THOMAS DRAXUS, *Anglus*, Varvicensis. Consignavit *Pandectas V. & N. Testamenti: Tubam extremi judicii: Clavem cœli, sive Commentarium in epistolam ad Romanos.* Transtulit quoque *Perkinsii Opera* in lingvam Latinam.

JO. URSINUS, *Germanus*, Thuringus, Marleshusanus, Phil. Magister, primùm Scholæ Wittenbergensis, inde Iglanensis in Moravia, tum Meseriensis, ac demum Sèrvestanæ Rector, æt. 71. officii 43. Condidit *Carmina varia.*

GABRIEL ACOSTA, *Hispanus*, Theol. Doctor, inque Academia Conimbricensi sacrarum literarum interpres emeritus. Struxit *Commentaria in Ruth: In Threnos Jeremiæ: In Jonam & Malachiam: In Genesin, de benedictionibus Patriarcharum.*

NATHANIEL TILESIUS, *Germanus*, Kirschbergensis Silesius, Poëta Laur. Cæsareus, Phil. Magister, in Baronatu & oppido Melicensi Pastor ac Superintendens. Imprimi curavit *Homilias XVI. in Adventum Christi: XXX. in ejusdem Natalem: XVIII. in Passionem Domini: XVIII. in Resurrectionem: XIV. in Ascensionem Christi: XIX. Conciones Pentecostales: Evangeliorum Anniversariorum Analysin: Informatorium pro calamitosis & moribundis: Concionum Nuptialium Tomos IV: Conciones funebres &c.*

THOMAS STARKE, *Anglus*, Lincolniensis, Ecclesiæ Bletchleiensis Minister, Theol. Doctor, Archidiaconus Stovensis. Elucubravit Libellum, cui titulus; *Fraterna exhortatio ad unitatem, sive conformitatem ad Ecclesiæ Anglicanæ ritus: Conscientiæ gravatæ levamen: Catechismum cum*

precum

precum formulis: Conciones varias &c.

ANDREAS CLUDIUS, *Germanus*, J. U. Doct. Pandectar. ac Codicum Professor Helmstadiensis. Famam meruit *commentario de condictione indebiti: De condictione certi: De condictione causâ datâ, non secutâ: Librô rerum quotidianarum de materia Possessionis: De jure sequestrationis &c.*

ADAMUS ROMERIUS, *Polonus*, Stenzicâ-Vistulanus, Phil. & Theol. Doctor, hujusque Professor Cracoviensis, post ad D. Nicolai Præfectus. Paravit *Commentarios in Ciceronis Orationes: Librum de informando Oratore: Comm. in Linacri Grammaticam.*

PETRUS JARRICUS, *Gallus*, Tolosas, S. J. Phil. & Theol. Moralis in Acad. Burdegalensi Professor, æt. 51. Scripsit *Thesaurum rerum Indicarum Tom. III.*

HIERONYMUS MEGISTERUS, *Germanus*, Stutgardiensis, variis in locis, & postremò Lintzii ad Danubium vixit. Ejus reperitur *Chronicon Carinthiæ: Theatrum Cæsareum Historico-Politicum: Paradisus deliciarum, vel descriptio Urbis Venetæ: Deliciæ ordinum Equestrium: Septentrio Novantiqua: Heroum Austriæ Theatridion: Deliciæ Neapolitanæ: Iter Orientale: De Lingua Turcica &c.*

CAROLUS GALLUS, *Belga*, Arnheimius Gelder, Ecclesiastes primùm Daventriensis, deinde Hammonensis in Marchia, denique Theologiæ Professor Leidensis, æt. 86. Exaravit *Commentarium in Apocalypsin:* Germanicè *contra errores Anabaptistarum.*

JO. PRÆTORIUS, *Germanus*, Joachimico - Vallensis, Mathematum Professor Altorphinus, ætatis 79. Reliquit *Instrumenta Mathematica & MSS.*

ADRIANUS ROMANUS, *Belga*, Lovaniensis, Mathem in nova Zamoscii urbe apud Polonos Professor. In lucem misit *Theatrum mundi, sive præcipuarum orbis urbium descriptionem: Mathesin Polemicam: Ideam Mathematicam: Exercitationes Cyclicas &c.*

GUILIELMUS BALLONIUS, *Gallus*, Parisiensis, Med. Doctor & in patria Physicus, Decanus & antiquioris ibidem Scholæ Magister, æt. 78. Publici juris fecit *Commentarium in Libellum Theophrasti de Vertigine: Lib. de Convulsionibus: Librum Definitionum Medicarum: De Virginum & Mulierum Morbis: Epidemiorum & Ephemeridum libros duos; Opuscula Medica de Arthritide, de Calculo & de Urinarum hypostasi: Consilia Medicinalia.*

BALTHASAR HAGELIUS, *Germanus*, Bavarus, Murnaviensis, S. J. Græcæ, Hebraicæ & Latinæ Linguarum, nec non Philos. & Theol. Professor Ingolstadii, æt. 65. Scripsit, sub nomine Danielis Paradini, linguâ Germanicâ, *Medicamen seu Antidotum spirituale contra hæreseos venenum: Reformationem Brixinensem*

fem: Et Germanicè *Formas reformatas conficiendi literas Censuales.*

HIERNOYMUS HORNSCHUCHIUS, *Germanus*, Medicinæ Doctor

& Practicus Lipsiensis. Adornavit ὀρθοτυπογραφίαν *vel instructionem Typographicam.*

ANNO 1617.

16. Jan. PETRUS CORNELISSONIUS BOCKENBERGIUS, *Belga*, Goudanus Batavus, Hollandiæ & Zelandiæ Historiographus, æt. 68. Publicavit *Catalogum, Genealogiam & Historiam Regulorum Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ: Catalogum & historiam Episcoporum Ultrajectensium & Antistitum Egmondanorum: Historiam & Genealogiam Brederodiorum: Historiam & Genealogiam Egmondanorum & Wassenariorum.*

27. Jan. GEORGIUS WEINRICHIUS, *Germanus*, Hirschbergensis, Phil. & Theol. Doctor, Professor & Superintendens Lipsiensis, æt. 63. Concinnavit *Commentaria in omnes Pauli Apostoli Epistolas: Tractatum de Throno Christi: Expositionem Evangeliorum & Epistolarum Dominicalium: Concionum funebrium Tomos V: Martyrologium Sanctorum: De miraculosâ resuscitatione Lazari conciones XXVIII: De transfiguratione Christi in monte Taboris, conciones X: De Visione Ezechielis conc. VII: De Angelis conc. II: Informationem de immortalitate Animæ: Conciones Catecheticas: Jubilæas: Disput. de S. Scripturæ origine & auctore &c.*

20. Febr. PHILIPPUS NUMANNUS, *Belga*, Reipublicæ Bruxellensis Secretarius. Ejus est *Descriptio Spectaculorum & Ludorum in adventu Principis Ernesti Austriaci: Panegyricus in adventum Principum Alberti & Isabellæ in civitatem Bruxellensem: Poëmata varia.*

27. Febr. BERNARDUS DE BRITO, *Hispanus*, Lamecensis, ordinis Cisterciensis, Theol. Doctor Conimbricensis, Philippi III. Hisp. Regis Historiographus, æt. 84. Publicavit *Monarchiam Lusitaniæ: Geographiam Lusitaniæ: Chronicon Cisterciensium: Elogia Regum Portugalliæ: &c.*

11. Mart. ROBERTUS ABBOT, *Anglus*, Guilfordiâ Surriensis Artium Magister, Concionator Wigormiensis, hinc Rector Bringhamensis, Theol. Doctor, Collegii Balliolensis Oxoniæ Præfectus, Theol. Prof. regius, ac demum Episcopus Sarisburiensis, æt. 58. Condidit *Antilogiam adversus Apologiam Andr. Eudemon Johannis, Jesuitæ, pro Henr. Garnetio, proditore: Exercitationes de potestate regia, contra Bellarminum & Suarezium: Exercitat. de Gratia & Perseverantia Sanctorum: Animadversionem in Richardi Thomasini Diatribam de Amissione & Intercisione Justificatio-*

ficationis & Gratiæ: Demonstrationem Antichristi contra Pontificios &c

15. Mart. THEODORUS MARCILIUS, *Belga*, Arnheimensis Gelder, Eloq. Professor regius Lutetiæ Parisiorum. Dedit *Orationes de Strena: Notas in A. Persii Satyras: Lectiones in Hor. Flaccum: Comm. in Martialem: Aphorismos in Catullum: Notas in Svetonii Titum Vespasianum: In A. Gellii Noctes Atticas: Commentar. in XII. Leges Tabularum: Interpretationem in Justiniani lib. IV. Institutionum.*

20. Mart. FRANCISCUS AQUILLONIUS, *Belga*, Bruxellensis, Jesuita, Philos. in Acad. Duacensi, & Theol. Antverpiæ Professor, ibidemque Rector, æt. 51. Relig. 31. Scripsit *Opticorum libros VI.*

25. Mart. EDOARDUS HOBIUS, *Anglus*, Bercheriensis, Artium Magister, Comitiorum Senior, Eques Auratus, & Regi Britanniæ à secretiori cubiculo. Exaravit *Epistolam ad Theoph. Hyggons, qui ex Anglicana Ecclesia ad Pontificios transierat: Responsum ad Romano-Catholicum J. R. contra Purgatorium.*

29. Mart. FRANCISCUS TIDICÆUS, *Borussus*, Dantiscanus Phil. & Med. Doct. Physicus ordinarius & Prof. Thoruniensis. Typis submisit *Humanitatis Horizon, sive conformatam hominis cum mundo commentationem: De sapientiæ disciplinâ orationem: In Jatromastigas, de recto usu Medicinæ: Ethicam.*

8. April. JO. SWERTIUS, *Belga*, Diestensis, Carthusianus Coloniensis. In Epitomen redegit *Lud. Granatensis Conciones de Tempore & Sanctis.* Ex *Luc. Pinello & Henr. Cuyckio* collegit *Meditationes de 7. Passionis Dominicæ mysteriis.*

16. April. FRANCISCUS BUNNY, *Anglus*, Buckinghamiensis, Artium Magister, Comiti Bedfordiensi à Sacris, Ecclesiæ Dunelmensis Præbendarius, Archidiaconus Northumbriensis, Rector Rytoniensis, ætatis 74. Paravit *Responsum ad libellum quendam Pontificium, cui titulus; Petitio ad Episcopos &c. Decalogi explicationem: Conciones varias: Enarrationem in Joëlis Prophetiam.*

21. April. ANDREAS OSIANDER, junior, *Germanus*, Blaubeurâ Wurtenbergicus, primùm Diaconus Uracensis, deinde Pastor Gigligensis, tum Concionator Aulicus Wurtenbergicus, pòst hæc Theol. Doctor, Abbas Adelbergensis & Superintendens Generalis, postremò Præpositus Tubingensis, & Academiæ Cancellarius, ætatis 55. Ministerii 38. Prostant ab eo *Biblia cum observationibus: Assertiones de Conciliis: Disputationes in librum Concordiæ: Papa non Papa: Responsa ad Analysin Gregorii de Valentia de Ecclesia: Precationes sacræ: Informatio ad Cœnam Sacram accedentium &c.*

26. April TIBURTIUS RUHELIUS, *Germanus*, Wittenbergensis, J. U. Doctor, Advocatus Curiæ Electora-

lis, Facult. Juridicæ in Academia Patria Adjunctus, nec non Scabinus & Senator, ætatis 37. Emisit in publicum *Collegium Institutionum Juris: Fasciculum Criminalium*, & alia.

7. Maji JACOBUS AUGUSTUS THUANUS, *Gallus*, Parisiensis, Regi Galliæ à Consiliis, & Parlamenti Parisiensis Præses, æt. 64. Condidit *Historiam rerum per totum orbem gestarum ab anno* 1545 *usque ad annum* 1608. *libris* 138. Extant ejusdem *Hieracosophion, sive de re accipitraria libri III: Constantia Jobi: Ecclesiastes: Threni Jeremiæ &c.*

9. Maji BERNARDINUS SEMPERVIVUS, *Italus*, Veronensis, S. J. Rhorices Lector, æt. 30. Effecit *de Poëtica libros III: Tragœdias*: Post obitum ejus excusus est liber posthumus, inscriptus *Lusus Poëtici Academici Sempervivi*.

11. Maj. REGNERUS SIXTINUS, *Belga*, Frisius, J. U. Doctor & Prof. primarius Marpurgensis. Elaboravit *Tractatum de Regalibus: Exegesin Juris Feudalis*.

12. Maj. ANDREAS SARTORIUS, *Germanus*, Bregâ-Silesius, J. U. Doctor ejusque Professor Viadrinus, Electoris Brandenburgici & aliorum Principum Consiliarius, ætat. 55. Reliquit *Orationem auspicalem de Jurisprudentiæ Laudibus*, & fortè alia.

15. Maj. GREGORIUS ROSEFFIUS, *Germanus*, Bojus, Landishutanus, S. J. Sacerdos ultra quinquaginta annos in Cathedrali Ecclesia Augustana, Rector item & Provincialis, ætatis 85. Scripsit Germanicè, sub nomine Christophori Roseti, *Responsionem contra monita Osiandri, de falsa Jesuitarum practica: Regulam & declarationem contra eadem monita: Apologiam pro S. J. contra Osiandrum: Iter Legatorum Japoniorum ad Gregorium XIII. Pontificem summum.*

16. Maj. NICOLAUS MONTMORENCÆIUS, *Belga*, Comes Stegr'æ, vulgò Esterres in Flandria, Baro Haveskercæ, Toparcha Vendegii, Pameliæ, Principum Belgii Ærarii supremus Præfectus. Ab eo reperitur *Flos Campi, in quo exercitia & meditationes quotidianæ: Manna absconditum: Diurnale Pietatis: Manuale Principis: Corona spiritualis: Flos Amoris &c.*

23. Maj. BARTHOLOMÆUS COPPENIUS, *Germanus*, Rostochiensis, primùm Moderator Collegii Sapientiæ, deinde Hebrææ Lingvæ Professor Heidelbergensis, hinc Rector Scholæ Neostadiensis, novissimè Th. Doctor & Prof. Heidelbergensis, æt. 52. Foràs dedit *Oecumenii Exegesin in VII. Epistolas Catholicas: Orat. in obitum Gr. Bersmanni*: Post obitum prodierunt *Notæ in Psalmorum sacrorum librum*.

2. Jun. CHRISTOPHORUS BROWERUS, *Belga*, Arnhemiensis Gelder, S. J. Philos. Lector Trevirensis, postea Fuldensis Collegii Rector, æt. 58. Relig. 37. Evulgavit *Venantium Fortunatum à se notis illustratum: Araba-*

Arabani Mauri Poëmata cum notis: Antiquitatum Fuldensium libros IV: Sidera illustrium & sanctorum virorum, qui Germaniam rebus gestis ornârunt: Antiquitates Annalium Trevirensium.

17. Jun. HIERONYMUS XAVERIUS, *Hispanus*, Navarrus, Jesuita, Missionarius ad Indos, Rector Bazaini & Cochini, Novitiorum Magister, & Domus Professæ Goanæ Præpositus. Scripsit Persicâ lingvâ & Latinâ *Librum de mysteriis Fidei Christianæ, inscriptum Fons vitæ: Compendium seu Summam ejusdem operis: De vita, miraculis, doctrina Jesu Christi: Vitas Apostolorum: Martyrum Historias, resque gestas Sanctorum: Directorium Regum ad Regni gubernationem: Literas ex India & ex Mogore: Historiam Christi, & historiam S. Petri.*

1. Aug. PETRUS PAVIUS, *Belga*, Amsterodamensis, Med. Doctor & Prof. primùm Rostochiensis, deinde Leidensis, ætat. 54. Reliquit *Notas in Galenum de cibis boni & mali succi: Dissert. de exercitiis, lacticiniis & bellariis: Descriptionem & usum Horti publici Academiæ Lugduno-Batavæ: Primitias Anatomicas de humani corporis ossibus: Succenturiatum Anatomicum: Tractatum de Peste &c.*

3. Aug. TOBIAS TANDLERUS, *Germanus*, Dresdensis, Phil. & Med. Doctor, Poëta Laur. Cæsar. primùm Mathem. deinde Medicinæ & Mathem. Prof. Wittenbergensis, ætat. 46. Composuit *Dissertationes Physico-Medicas: De Spectris: De Fascino: De Melancholia: De Melancholicorum vaticiniis: De Noctisurgio: Decadem Quæstionum Chirurgicarum &c.*

7. Aug. VINCENTIUS CANTARENUS, *Venetus*, Orat. & Histor. Professor Patavinus, ætatis 40. Condidit *Commentarium de re frumentaria Romanorum, contra Lipsium: Comment. de stipendio militari Romanorum: Orationes: Varias Lectiones.*

27. Aug. MICHAEL VAN DER HAGHEN, *Belga*, Antverpiensis. Lusit *Poëmata.*

30. Aug. JO. JACOBUS GRYNÆUS, *Helvetius*, Bernensis, Theol. Doctor, Pastor & Ecclesiarum Roetelensium Inspector, tum Theol. Professor & Pastor tam Basiliensis, quàm Heidelbergensis, ætatis 77. Ejus est *Epitome Bibliorum: Σκιαγραφία Theologiæ: Character Christianorum: Enarratio aliquot Psalmorum & Prophetarum: Explanatio Evangelii secundum Matthæum: Exegesis Epistolæ ad Romanos, ad Colossenses, ad Hebræos, 1. & 2 Johannis: Chronologia Historiæ Evangelicæ: Irenæi Opera cum notis &c.*

10. Sept. CHRISTOPHORUS HELVICUS, *Germanus*, Sprendlingensis, Theol. Doctor, ejus ac Hebrææ Lingvæ Professor Giessensis, æt. 36. Texuit *Grammaticam Latinam: Dissert. de IV. summis imperiis: De LXX. septimanis Propheticis: Elenchum Judæorum de Messiæ adventu & persona: Institutionem Hebrææ linguæ: De Chal-*

daicis Bibliorum Paraphrastibus: De ratione conficiendi Græca carmina: Systema controversiarum Theologicarum: Theatrum Historicum: Synopsin Historiæ universalis: Elementa Hebraica & Chaldaica: Lexicon Hebræum Didacticum: Colloquia: Vindicationem Locorum V. T. à corruptelis Pontificiorum, Calvinianorum, Photinianorum, Judæorum &c.

17. Sept. LAMBERTUS VAN DER BURCH, *Belga*, Machliniensis, Eques, Canonicus & Decanus ad D. Virginem Ultraiecti, æt. 75. Prelo commisit *Historiam Ducum ac Principum Sabaudiæ libris II: Historiam Comitum Flandriæ tomis IV: Preces rythmicas Latinas ad D. Virginem: Vitam Guidonis Comitis Flandriæ.*

25. Sept. FRANCISCUS SUAREZ, *Hispanus*, Granatensis, S. J. Theol. Doctor, hujus & Philos. Prof. Segoviensis, Pincianus, Romanus, Complutensis, Salmanticus & Conimbricensis, æt. 70. Relig. 54. Plurima ingenii sui monumenta posteris tradidit, ex quibus *Disputationum Metaphysicarum Volumina duo: Commentarium ac Dispp. in Summam Theologiæ D. Thomæ Aquinatis volumina XIX: Defensio Fidei Catholicæ & Apostolicæ adversus Anglicanæ Sectæ errores &c.* Opera ejus universa Tomos XXIII. constituunt.

4. Octobr. FRANCISCUS SCOTTUS, *Belga*, Antverpianus, Canonicus Norbertinus, primùm in Borsbeeck, juxta Antverpiam, deinde in Neero-

ckerseel, juxta Lovaniam Parochus, æt. 38. Publicavit *Thesaurum exemplorum, sententiarumque IV. centuriis distinctum.*

8. Octobr. JO. TAUFRERUS, *Germanus*, Labacensis Carniolanus, Phil. & Theol Doctor, hujus Prof. Argentoratensis, æt. 30. Emisit *Dispp. Theologicas Apologeticas, oppositas Jo. Piscatoris responsioni ad disputationem contra absolutum Reprobationis decretum: Explicationem dicti 1. Joh. I, 7: Assertionem de unione duarum Naturarum in Christo &c.*

30. Octobr. JO. GONZALEZ DE LOSADA, *Hispanus*, Austuriensis, S. J. plurium collegiorum in Castellana Provincia Rector, æt. 50. Relig. 30. Edidit Hispanicè *Catechismum puerorum: De Statu Animarum Purgatorii, & modo eas juvandi: De Sancto Missæ Sacrificio: De SS. Sacramento & spirituali communione: De modo audiendi Sacrum cum fructu: De modo recitandi horas Canonicas.*

31. Octobr ALPHONSUS RODRIGUEZ, *Hispanus*, Segoviensis, S. J. Majoricæ in Balearibus janitor, æt. 87. Scripsisse dicitur *Coronam & Litanias Deiparæ Virginis: Officium purissimæ & immaculatæ ejus conceptionis.* Hispanicè autem longè plura.

30. Novembr. ALBERTUS GRAWERUS, *Germanus*, Mesecoviâ-Marchicus, initió Rector Islebiensis, inde Decanus Mansfeldiensis, tum Phil. & Theol Doctor hujusque Prof. Jenensis, demum Superint. Gener-

Vina-

Vinarienſis, æt. 43. Celebritatem nominis conſecutus eſt ex *Propugnaculo Anti-Paræano*: *Abſurdis Calviniſticis*: *Harmoniâ Calvinianorum & Photinianorum*: *Libello pro una Veritate*: *Bello Calvini & Chriſti Anti-Lubino*: *Expoſitione Prophetæ Michææ*: *Diſſertationibus contra Chriſtophorum Oſterodum & Fauſt. Socinum, Photinianos*: *Prælectionibus in Auguſtanam Confeſſionem*: *Polemicâ Sacra*: *Centuriâ Quæſtionum Theologicarum*: *Diſputationibus Anti-Jeſuiticis &c.*

30. Decembr. FRANCISCUS ESCIVA, *Hiſpanus*, Valentinus, Nobilis, Jeſuita, Theol. Doctor inque patria Canonicus, Collegii Cæſaraugûſtani Rector, æt. 87. Relig. 47. Exaravit *de IV. Noviſſimis diſcurſus*: *Vitam Jo. de Ribera, Patriarchæ Antiocheni*: *Diſcurſus de Obligationibus Status uniuscujusque ſecundum quas judicabitur.*

— Decembr. THOMAS CORYATE, *Anglus*, Somerſetenſis, Aulæ Gloceſtrienſis Convictor, æt. 41. Librum paravit, cujus titulus: *Coriati cruda*, Anglicè. Superſunt etiam ejus *Epiſtolæ Americâ transmiſſæ.*

FRIDERICUS A SANDE, *Belga*, Conſul Arnhemienſis, deinde Geldriæ & Zutphaniæ Senator, necnon Advocatus Fiſci, poſtremò Hagæ Comitis ad Ordinum Conſeſſum evocatus, æt. 40. Luci aſſeruit *Comment. in Geldriæ & Zutphaniæ Conſvetudines Feudales*: *Commentationem de Effectucatione.*

BERNARDINUS BALDUS, *Italus*, Urbinas, Abbas Gnaſtallanus, æt. 62. Scripſit *Opus de tormentis bellicis*: *De Dictionibus Vitruvianis*: *Hiſtoriam univerſi terrarum orbis regionum*: *Paradoxa Mathematica*: *Novam deſcriptionem Templi Ezechielis*: *Comment. in Paraphraſin Chaldæam Onchalis*: *De Firmamento & Aquis*: *Hiſtoriam Jobi notis illuſtratam*: *Comment in Mechanica Ariſtotelis*: *In Evangelium Matthæi notas &c.*

JO. UFFELIUS, *Belga*, Bruxellenſis Patricius, J. U. Doctor & Advocatus Antverpienſis. Formavit *Notas in Didaci Cavarruviæ varias Reſolutiones*: *Conſultationem Connubialem.*

JO. DE CHAPEAVILLE, *Belga*, Eburo, Theol. Licent. Lovanienſis ibidemque ad S. Gerdrudem Profeſſor, Canonicus & Archidiaconus in S. Lamberti, ac Vicarius Leodicenſis. Publici Juris fecit *Tractatum de prima & vera origine feſtivitatis SS. corporis & ſanguinis Domini*: *Epiſcoporum & rerum Leodicenſium ſcriptores varios, notis & cenſuris illuſtratos*: *Vitam & miracula S. Perpetui Epiſcopi Trajectenſis*: *Tractatum de caſibus reſervandis.*

JO. PITSEUS, *Anglus*, Aultanâ-Hantonenſis, Collegii novi apud Oxonienſes Socius, demum Decanus Liverdunenſis in Lotharingiâ. Contexuit *de Legibus Tract. Theologicum. De Beatitudine*: *De illuſtrib. Angliæ Scriptoribus.*

PETRUS HORNIGIUS, *Germanus*, Cygneus, Philos. Magister, scholæ patriæ Con-Rector, demum Rector, æt. 53. Reliquit *Orationem de Cycnea*, & fortè nonnulla alia.

BASILIUS DE MOLINA, *Hispanus*, Monachus Hortensis, Theol. Doctor & Professor Ferrariensis. Extat ejus *Liber de Immunitate Ecclesiastica*.

PHILIPPUS MASSINIUS, *Italus*, Perusianus, Eques Auratus, JC. Anconæ, Pisæ atque Bononiæ juris interpres. Condidit *Commentaria in II. Cod. partem de bonorum possessionibus: De jure accrescendi: De Substitutionibus: Selectarum juris distinctionum Centuriam: Comment. in partem I. Infortiati: Comment. de dividuis & individuis Stipulationibus: De Verborum Obligationibus: Ad tit. de edendo.*

RENATUS CHESNEAU, *Gallus*, Aurelianensis, Soc. Jesu Sacerdos, æt. 51. Edidit Gallicè *Historiam translationis sacri corporis Henrici Martyris Româ Montes Hannoniæ advecti* Transtulit ex Latino Gallicè *Petri Crombecii de studio Perfectionis lib. II: Roberti Cardinalis Bellarmini de Ascensu mentis in Deum: Jac. Alvarez de Paz tract. de mortificatione externâ.*

JO. ANTONIUS MAGINUS, *Italus*, Patavinus, Mathematicus. Reliquit *Comment in libros III. Hippocratis de diebus Criticis: Librum de legitimo Astrologiæ usu in Medicina: Tabulas secundorum mobilium: Comment. & Tabulas in Geographiam Ptolomæi.*

JO. DE CARTHAGENA, *Hispanus*, ex Societatis Jesu Presbytero Franciscanus regularis observantiæ, Theologiæ Prof. S. Petri montis aurei in Cænobio Transiberino. Struxit *Propugnaculum Catholicum, de jure belli Romani Pontificis adversus Ecclesiæ jura violantes: Pro Ecclesiastica libertate & potestate tuenda, adversus injustas Venetorum Leges: Dispp. & Homilias de universis Christianæ Religionis arcanis: Praxim Orationis mentalis: Dispp. in lib. IV. Sententiarum: De Antiquitate Ordinis Carmelitarum.*

PHILIPPUS DE CULMERON, *Hispanus*, Valentinus, Nobilis, ordinis S. Mariæ de Mercede Captivorum Sodalis, Valentinæ Provinciæ Præfectus generalis, inde Jaccensis in Aragonia Episcopus. Confecit *Exercitia spiritualia: Constitutiones Sacrarum DEO Virginum &c.*

ANNO 1618.

10. Jan. JO. MICHAEL BEUTHERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. & J. U. Doctor, Advocatus tam in Patria, quàm apud Haganoenses, inde Pandectarum & Codicis Prof. nec non Canonicus ad D. Thomam Argentorati, æt. 53. Paravit *Tractatum de Appellationibus. Consultationibus de jure Prælationis, inter concurrentes Creditores: Disp. VII. Feudales: De Deposito: De Anno jubilæo: De Feriis &c.*

21. Jan.

21. Jan. CHRISTOPHORUS CRAMSCIUS, *Polonus*, Ecclesiastes Lublinensis, inde Opoliensis, & tandem Laszcoviensis. Extare dicuntur ejus Scripta Polonica, ut *Postilla, sive Homiliæ super Evangelia Dominicalia, Festorum Textus, & Epistolas Dominicales: Catechesis. cum hymnis Ecclesiasticis Precationes: Ritualis liber sive forma Ministerii & ordinis Ecclesiastici &c.*

1. Febr. DETHARDUS HORSTIUS, *Belga*, Nordâ Frisius, J. U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, Professor Helmstadiensis, ac demum Advocatus Wittenbergensis, æt. 72. Congessit *Synopsin Pandectarum: De jure Feudali: Jurisprudentiam Tribonianeam.*

5. Febr. FLAMINIUS GASTO, *Germanus*, Glogoviensis Silesius, Med. Doctor, Ducis Lignicensis ac Bergensis Consiliarius & Archiater, nec non Guranæ Reip. Physicus ordin. æt. 47. Reliquit *Scriptum de Peste.*

16. Mart. GOTHOFREDUS ANTONII, *Germanus*. Freundenbergâ-Westphalus, J. Utr. Doctor, Landgravii Hassiæ Consiliarius, LL. Prof. primarius, & Academiæ Giessensis, æt. 47. Paravit *Disp. XV. Feudales: Anti-Vultejanas IV: Adversaria in plerasque Andreæ Gailii Practicabiles observationes: Conclusiones de Restitutione in integrum: Disp. de Fæminarum in Feudis successione & exclusione: De potestate Imperatoris legibus soluta: De Actionibus &c.*

20. Mart. JO. MOLTHERUS, *Germanus*, Battimontanus Hassus, Theologiæ Doctor, hujus & Hebraicæ Lingvæ Prof. Marpurgensis. Confecit *Malleum obstinationis Judaicæ: Methodum erigendorum thematum cælicorum: Theologica, Chronologica, Judaica, i. e. judæorum fabulas de Messia: Disp. XXI. Theologicas, ut de Peccato tum Angelorum, tum Hominum: De Lege divina: De Arbitrio Hominis, ejusque libertate & viribus &c.*

26. Mart. JO. BRIDGES, *Anglus*, Theol. Prof. ex Aula Pembrochiensi Cantabrigiæ, Decanus Sarisburiensis, Cheritonæ, Broughtonæ & Brightwelliæ Parochus, tandem Episcopus Oxoniensis. Dedit *Novum Testam. versibus hexametris redditum: Sermonem de dilectione DEI*, aliaque lingva populari.

31. Mart. PETRUS CORNEIO DE PEDROSA, *Hispanus*, Salmanticensis, Carmelita, in Acad. patria Doctor, Theol. & Phil. Prof. Provinciæ Castellanæ Præfectus, æt. 52. Extant ab eo *diversarum materiarum Salmanticæ prælectarum Tomus: In tertiam partem S. Thomæ commentaria: De immaculata Virginis Mariæ conceptione opus.*

16. April. EMMERANUS WELSER, *Germanus*, Stulfeldensis, Salisburgensis, S. J. Coadjutor Spiritualis, Missionarius in Bohemiam, æt. 59. Soc. 36. Monachii. Prelo commisit libellos Germanicè impressos, ex

quibus

quibus sunt *Index viæ ad Fidem Catholicam: Stella matutina: Penuarium Catholicum.*

19. April. THOMAS BASTARD, *Anglus*, Blanckfordiâ-Dorsetensis, Artium Magister, Suffolciæ Comiti à Sacris, Vicarius de Beer-Regis & Rector Parochialis de Amoux. Contexuit *Conciones X: Poëma, Magna Britannia inscriptum: Epigrammata varia.*

21. April. HIERONYMUS RIPALDA, *Hispanus*, Tiruelensis in Aragonia, S. J. Theol. Lector & Sacerdos Complutensis, pluribus etiam in locis Superior, ætat. 84. Societ. 70. Foràs ab eo missus lingvâ populari *Libellus doctrinæ Christianæ: Colloquium suave peccatoris cum Deo: Liber de contemptu Mundi.*

4. Jun. JO. GRYPHIANDER, *Belga*, Oldenburgio-Frisius, Poës. Prof. Jenensis, & J. U. Doctor. Habentur ejus *Oeconomiæ Legalis Libri: Tractatus de Insulis: De Weichbildis sive Colossis Rulandinis urbium quarundam Saxonicarum: Velitationes Politico-Juridicæ VI: Collegium Politicum: Phœnix Poëtarum carminibus celebratus, & commentario illustratus.*

24. Jun. SIMON PETREIUS, *Gallus*, Parisiensis, Medicus in patria, ætat. 80. Post se reliquit *Consilia Medica, de facilitando Partu: De Hysterica suffocatione: De Melancholia hypochondriaca: De fluxione in Pulmones: De Renum abscessu: De Tumoribus, qui speciem Strumæ καρκινώδης præ se ferebant: Historiam Anastomoseon vasorum cordis in Embryo: Censuram in admonitionem Andreæ Laurentii.*

6. Jul. RICHARDUS MOKET, *Anglus*, Dorcetensis, Custos Collegii Omnium Animarum, & Theologiæ Professor Oxoniensis, Abbato, Archiepiscopo Cantuariensi à sacris domesticis, æt. 40. In lucem Latinitate donata emisit *Liturgiam Ecclesiæ Anglicanæ: Catechismum: Articulos XXXIX. Fidei: Librum de ordinatione Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum: Doctrinæ capita.* Opus à se idiomate Latinô compositum *de Politia Ecclesiæ Anglicanæ.*

26. Jul. MARTINUS SMIGLETIUS, *Roxolanus*, Leopolitanus, Jesuita, Theol. Doctor, hujus & Philos. in Acad. Vilnensi Professor, Præfectus quoque Collegiorum Pultoviensis, Posnaniensis, Calissiensis, & Domus Professæ Cracoviensis, æt. 56. Relig. 38. Scripsit Polonicè *De æterna Christi divinitate, contra Arianos: Disp. Novogrodensem, contra eosdem: De Usura, & tribus præcipuis contractibus: Absurda Pseudo-Synodi Torunensis: De uno visibili capite Ecclesiæ DEI.* Latinè verò *De Zachariæ pro Christi divinitate illustri testimonio, adversus F. Socinum: Nodum Gordium, seu de vocatione Ministrorum: Nova monstra novi Arianismi: De divina Verbi incarnati natura, contra novos Arianos: Refutationem vanæ dissolutionis Nodi Gordii, de vocatione Ministrorum, contra Jo. Volkelium:*

De erroribus novorum Arianorum lib. II. contra Valent. Smalcium: Resp. ad refutationem errorum Smalcio objectorum: De Baptismo, adversus Hier. Moscorovium, Arianum: De ordinatione sacerdotum, contra Jacobum Zaborovium, Calvinianum: De Notis Ministrorum, contra eundem: Vanam sine Viribus iram Ministrorum Evangelicorum: Refutationem Epicherematis, Missionem Evangelicorum Ministrorum propugnantis: Selectarum Disp. in Organum Aristotelis Tom. II.

5. Sept. JACOBUS PERRONIUS, *Gallus*, S.R.E. Cardinalis, Archiepiscopus Senonum, Galliarum & Germaniæ Primas, magnus Franciæ Eleemosynarius. ætatis 63. Prostant *Perroniana, sive Excerpta ex ore ejus. Examen libri S. du Plessis contra Missam: Excerptum ex dict. Replic. c.* 18. *de collatione Ecclesiæ Catholicæ Veteris cum Romana*, & alia sermone populari.

1. Octobr. LUDOVICUS HAVENREUTERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. & Med. Doctor, inque patria Academia Professor, Capituli ibidem Thomani Præpositus, nec non Physicus ordinarius, æt. 70. Publici juris fecit *Orationem de Arte Medica: Comment. in Lib. Aristotelis de Anima: Pharetra sagittifera & vexillum Raphaëliticum: Analysin libri I. poster. Analyticorum Aristotelis: Synopsin Philosophiæ: Compendium Physicæ: Adagia Classica: Analysin libri V. Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, de justitia & jure: Civitatem Platonicam: Aphorismos Physicos: Disp. de Meteoris: De Elementis: De Epilepsia &c.*

2. Octobr. IGNATIUS BALSAMUS, *Italus*, Apulus, Soc. Jesu, Phil. & Theol. tam Neapoli, quàm Romæ & Turnone in Gallia Lector, Avenione & Tolosæ novitiorum præfectus, demum Lemovicensis Rector, æt. 75. relig. 57. Edidit Gallicè *Instructionem de perfectione religiosa: de vera rectè orandi & meditandi methodo*, & Asutica quædam alia, quæ & Gallicô & Belgicô sermone leguntur.

29. Octobr. GUALTERUS RAULÆUS, *Anglus*, Devoniensis, Eques Auratus, Artium Baccalaureus, Regii Satellitii Capitaneus, & quinque Portuum Gardianus. Hic Indiæ Occidentalis partem, Virginiam, detexit. Typis subjecit *Sanctius Principum Concilium, sive Tractatum, qui administrandi Regni artem continet. Gujanæ descriptionem: Observationes in artem Nauticam, aliaque in mare spectantia; Apologiam pro sua expeditione Gujanensi: Monita Filio suo posterisque scripta: Prærogativam Parlamentorum in Anglia: Orbis terrarum historiam.*

6. Novembr. JACOBUS HEILBRONNERUS, *Germanus*, Eberdingensis Würtenbergicus, Ecclesiastes primùm in Austria, deinde Concionator Aulicus Bipontinus, pòst Theol. Doctor & Superintendens Starcken-

burgensis, mox Superintendens Generalis Ambergensis, porró Concionator Aulicus Neoburgensis, demum Consiliarius Würtenbergicus, Superintendens Generalis & Abbas Bebenhusensis, ætatis suæ 70. Ministerii 45. Celebritatem nominis obtinuit ex variis scriptis, utpote *Tractatu de Papatu Acatholico: Synopsi doctrinæ Calvinianæ: Schwenckfeldio-Calvinismo: Anti-Tannero: Carnificina Esaitica: Dæmonomania Pistoriana Magica: Flagellatione Jesuiticâ: Tractatibus aliquot contra Zachariam Ursinum: Jacobum Kellerum: Sam. Huberum: Jo. Bapt. Ficklerum, polemicis: Ad Exules propter Religionem: Concionibus de jubilæo: Antidoto in Dæmonomaniam &c.*

22. Novembr. ADRIANUS HOFSTADIUS, *Belga*, Lovaniensis, Ordinis Minorum Sacerdos, Theolog. Prof. tam Lovaniensis, quàm Coloniensis. A morte ejus prodierunt *Sermones XLIX. Eucharistici.*

26. Novembr. DIDACUS ALVAREZ, *Hispanus*, Granatensis, Soc. Jesu, Theol. Moralis & Scholasticæ interpres, Domus Professæ Præpositus Hispali, æt. 62. Societ. 39. Edidit sub nomine Melchioris Zambrano Clerici Hispalen. Opusculum hac inscriptione: *Decisio Casuum occurrentium in articulo mortis circa Sacramenta.*

6. Decembr. THOMAS ODOENUS, *Anglus*, Hamptoniensis, Soc. Jesu, Rhetor. & Philos. tam Lutetiæ Parisiorum, quàm Turnoni Professor, studiorumque ibidem Præfectus, dehinc Romæ in Anglorum collegio Confessarius & Minister, post hæc Rector & Anglicanæ missionis Præfectus, æt. 62. Relig. 40. Reddidit è Gallico Anglicè, tacitô suô nomine, *defensionem PP. Societatis Jesu super corde Henrici IV. Regis Galliæ: Responsionem ad Anti-Cottonum: Epistolam Cardin. Perronii ad J S. Casaubonum.*

AGESILAUS MARESCOTTUS, *Italus*, Patricius Bononiensis, Pauli V. Pont. Romani Cubicularius, æt. 41. Condidit *Syntagmation de Personis & Larvis, earumque apud veteres usu & origine.*

RICHARDUS STANIHURST, *Anglus*, Dublinio-Hibernus, Nobilis, Artium Baccalaureus. Formavit *Harmoniam seu Catenam Dialecticam in Porphyrianas Constitutiones: De rebus in Hibernia gestis libros IV: Descriptionem Hiberniæ: Hebdomadam Marianam & Eucharisticam: Præmunitionem pro futura concertatione cum Jacobo Usserio: Primos IV. libros Æneidum Virgilii* Anglicè reddidit.

HENRICUS COSTERIUS, *Belga*, Bruxellensis, Protonotarius Apostolicus, ad D. Virginem Antverpiæ, pòst Canonicus & Scholasticus ad S. Gudilam Bruxellis. Dedit *Modum orandi Deum: Preces in Vitam B. Virginis Mariæ.*

JO. HOECKELHOVENIUS, *Germanus*, Vratislaviensis, Phil. Magister, &

& Scholæ patriæ Magdalenææ Moderator. Publicavit *Practicorum libros III. sive Philos. Moralem in libros III. digestam: Systema Logicum, versu heroicô, positum, solutâ oratione expositum.*

PAULUS TOSSANUS, *Gallus*, Argimontanus, propè Aureliam, primùm Scholæ Daventricensis Rector, tum Theol. Doctor & Ecclesiæ Gallicæ Francothalensis Minister, demum Theolog. Professor Heidelbergensis ætatis 46. Vulgavit *Enchiridion Locorum Communium: Indicem & notas in S. Biblia: Apologiam pro notis suis Biblicis: Phraseologiam Terentianam: De Senectute: Prima renascentis Scholæ Daventriensis incunabula: Apologiam pro Nic. Hegio, adversus Jacobum Heckhem, Jesuitam: Recapitulationem Examinis Theologorum Würtenbergensium: Vitam Danielis Tossani, parentis sui: Acta Colloquii inter Legatum Regis Britanniæ, & D. Matth. Hoen, Dresdæ habiti: Concordantias in Versionem Tremellii: Promptuarium ex Aug. Marlorato &c.*

DIDACUS DE PANTOIA, *Hispanus*, Toletanus, S. J. Missionarius, in Japoniam, æt. 47. Scripsit lingvâ populari *Narrationem de rebus Sinensibus.* Lingvâ etiam Sinicâ *VII. Victorias, septem Virtutum contra totidem vitia capitalia opposita: Explicationem 12. Articulorum Symboli fidei &c.*

REGNERUS VITELLIUS, *Belga*, Ziriziæus, Zelandus, in patria Gymnasiarcha. Ex Italico Latinam auctioremque fecit *Ludov. Guicciardini Belgium: Guilh. Camdeni Britanniam in Epitomen* contraxit, tabulisque chorographicis illustravit.

ANDREAS LAURENTIUS, *Gallus*, Monspeliensis, Med. D. & P. P. Regis Galliæ Archiater, æt. 87. Commentatus est *de Strumarum natura & curatione: Historiam Anatomicam humani corporis: Annotationes in artem parvam Galeni: Tractatum de Catarrho: Consilia Medica: Libros III. de Crisibus: Libros II. de Melancholia: Librum de Visus nobilitate & conservandi modo: De Senectute: De morbo Articulari: De Lepra: De Lue Venerea.*

DIDACUS GONZALEZ HOLGUINUS, *Hispanus*, S. J. Sacerdos in India Occidentali, variorum collegiorum Rector, æt. 67. Relig. 47. Edidit *Grammaticam lingvæ Quichuæ: Vocabularium ejusdem lingvæ: Privilegia Indis concessa.*

ROBERTUS ABBATIUS, Episcopus Salisburiensis. Formavit *Demonstrationem Anti-Christi contra Bellarminum: Antilogiam adversus Apologiam Andr. Eudæmonis: Animadversiones in Thompsoni Diatribam de amissione & intercisione justificationis & gratiæ &c.*

MELCHIOR ALCIATUS, *Italus*, JC. Exaravit *Librum de acquirenda possessione: De novi operis nunciatione: In Cæs. Constitutiones Status Mediolanensis &c.*

JEREMIAS SENGIUS, *Germanus*, Nördlingensis Svevus, Med. Doctor, moxque Reipublicæ Rotenburgensis

Tuber-Physicus, æt. 65. Reliquit *Epistolas quasdam Medicas*, quæ extant in cista Medica Jo. Hornungi.

ANNO 1619.

7. Jan. ALBERTUS ROZCISZEWSKI, *Polonus*, Masovita, Plocensis, Soc. Jesu, literarum humaniorum, Philos. & Theol. Lector, Lublinensis Collegii Rector, nec non Posnaniæ, Lublini, Cracoviæ Concionator, æt. 62. Emisit partim alienô, partim suppresô suô nomine Opuscula nonnulla, uti *contra venenatum libellum Ministri cujusdam Calviniani, qui contendebat Pontificem Maximum à Dæmone missum: Disp. de Ecclesia haud inutilem esse, contra Faustum Sarinum Arianum &c.*

10. Jan. JO. DECKERIUS, *Belga*, Haesbrouckanus, Jesuita, primùm Philos. Duaci, tum ibidem & Lovanii Theol. Professor, inde Græcii Academiæ illius Cancellarius, mox Olumucensis collegii Rector, demumque Græcium remigravit, æt. 59. relig. 41. Composuit *Orationem panegyricam in exequiis Mariæ Annæ, Archiducis Austriæ: Theoremata de Anno ortus ac mortis Domini: Tabulam Chronographicam à capta per Pompejum Jerosolyma, usque ad deletam à Tito urbem: Theologicarum Dissertationum Tom. III. &c.*

4. Febr. HANNIBAL GUASCUS, *Italus*, Nobilis Alexandrinus. Struxit *Volumen variorum Poëmatum: Epistolas diversas Tomis tribus &c.*

6. Febr. NICOLAUS SUSIUS, *Belga*, Brugensis, Soc. Jesu, Rhetorices diversis in locis Lector, æt. 47. Societ. 27. Prodire fecit *Limam Ciceronianam, sive de Stylo librum: Disceptationem quodlibeticam de pulchritudine B. Virginis Mariæ: Elegias Marianas, Anacreonteos lusus, Pendularia, Drama Comicum:* Illi quoque tribuitur, quæ Hermanni Langeveltii nomen præfert, *Vita Martini Antonii del Rio S. J.*

13. Febr. LAURENTIUS BOIERUS, *Suecus*, Stockolmensis, Poëta Laur. Soc. Jesu, Rhetor. & humaniorum literarum Cracoviæ Lector, postea quoque Mathesin & Controversias de fide ibidem docuit, tum Coadjutor spiritualis, ætat. 57. Relig. 32. Scripsit multa versu, sed ea aut suppresô nomine aut alienô vulgavit. Extant inter alia ejus Poëmata, *Carolo-Machia lib. III. seu Victoria, auspiciis Sigismundi III. Regis Pol. de Carolo Sudermanniæ duce, anno 1605. in Livonia relata: Pompa Casimiriana, i. e. celebritas, quâ imago S. Casimiri ex Urbe Vilnæ illata est.*

15. Febr. JOH. INGOLSTETERUS, *Germanus*, Norimbergensis, primùm Pro-Rector Scholæ Ambergensis, pôst Med. Doctor, & ibidem Physicus, æt. 56. In publicum emisit *Isago-*

Isagogen Rhetoricam Aristotelis: Responsionem de aureo dente pueri Silesii, ad judicium Mart. Rulandi, Medi Ratisbonensis: Dissertationem de Natura occultorum & prodigiosorum ad Jo. Horstium. Theologica quoque Scripta edidit sub nomine *Angeli Politiani*.

19. Febr. FRANCISCUS LUCAS, *Belga*, Brugensis, Theol. Licentiatus, Ecclesiæ Audomaropolitanæ Decanus. Foràs dedit *Notationes in Biblia Sacra: Itinerarium Jesu Christi ex IV. Evangeliis: Commentaria in Evangelia Tomis IV: De usu Chaldaicæ Bibliorum Paraphraseos: Confessariorum instructionem: Conciones & orationes varias.*

15. Mart. JO. DE MACHAULT, *Gallus*, Parisiensis, Soc. Jesu, Rhetorices in patria Professor, postea Collegii Rhotomagensis Rector, tum Concionator Archiducis Austriæ, Alberti, porrò Theolog. Doctor, tam Collegii Mussipontani, quàm Claromontani Parisiis Rector, æt. 58. Societ. 37. Edidit Latinè, sub nomine Jo. Galli JC. *Notationes in Historiam Jo. Thuani.*

15. Mart. ARNOLDUS AB ISCA, *Belga*, Brabantinus, Ordinis Minorum Guarduanus Lovaniensis. Exaravit Vernaculè *Sermones V. de modo salubriter in Christum credendo: Officium B. Mariæ.*

25. Mart. OSWALDUS HILLIGERUS, *Germanus*, Freibergâ-Misnicus, J. U. Doctor & Prof. Jenensis, æt. 46. *Donellum enucleatum, sive Hugonis Donelli commentarios de jure civili in compendium redactos*, duabus partibus complexus est.

30. Mart. HENRICUS SOMMALIUS, *Belga*, Dionantensis, Soc. Jes. Sacerdos, Collegii Duacensis Rector, æt. 85. Relig. 68. Edidit ad veteres membranas emendata *Thomæ de Kempis Opera: B. Anselmi de excellentia B. M. Virginis: Ejusdem Similitudinum librum & Epistolas: Jo. Trithemii Comment. in Regulam S. Benedicti: D. Augustini Confessionum libros XIII: Ejusdem Meditationes, Soliloquia, Manuale: Alberti Magni Paradisum animæ: D. Anselmi Tractatum de XIV. dotibus Beatorum: Th. de Kempis libri IV. de Imitatione Christi.* Collegit ex SS. Patrum Scriptis & vulgavit *Fasciculum divini Amoris atque Devotionis.*

7. April. NICOLAUS BERTRAMUS, *Germanus*, Mühlingensis Saxo, Rector primùm Barbyensis, deinde Pastor Islebiensis, æt. 56. Reliquit *Conciones funebres.*

23. Maji HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE, *Italus*, Thuscus, Eques D. Marci, Med. Doctor, inque Gymnasio Patavino Anatom. & Chirurgiæ Professor, ætatis suæ 82. Propter continuum aloës rosatæ ab ipso inventæ usum, tam longam & sanam vitam vixisse creditus. Concinnavit *Tractatum de formato Fœtu: De Venarum ostiolis: De Locutione & ejus instrumentis: De Loquela Brutorum: De*

Visione, Voce & Auditu: De motu locali animalium: De Musculi artificio & ossium dearticulationibus: De respiratione & ejus argumentis: De Gula, Ventriculo, & Intestinis: De Gangræna & Sphaceto: De formatione ovi & pulli: Opera Chirurgica: Opera Physico-Anatomica: Consilia Medica.

15. Jun. FRANCISCUS ALBERTINUS, *Italus*, Catanzariensis, Jesuita, Philos. & Theol. Professor Neapolitanus, æt. 53. Relig. 41. Habentur ab eo *Corollariorum Theologicorum ex principiis Philosophicis deductorum Tomi duo: Apparatus Angelicus cum* Diurnali *aureo Angeli Tutelaris.* Italicè *Tractatus de S. Angelo Custode*, & quædam alia.

20. Jul. VIRGILIUS PINGITZERUS, *Germanus*, Holensis Svevus, J. Utr. Doctor, Professor primùm Jenensis, deinde Helmstadiensis, tum JOHANNIS, ducis Saxoniæ, Ephorus, tandem Præses Consistorii, & Ordinarius Facultatis Juridicæ Jenensis, ætatis 78. Formavit *Consiliorum juridicorum Decadem: Quæstiones Saxonicas illustres: De Pace Religionis anno MDLV. condita: De Legatorum & Fidei Commissorum materia: Declamationes de Vita Baldi de Ubaldis, & de præcipuis utilitatibus Institutionum Justin. Imperatoris &c.*

26. Aug. PETRUS DE FLORES, *Hispanus*, Lorancanus, S. J. Coadjutor Temporalis, æt. 64. Relig. 45. Scripsit *Methodum Artis scribendi.*

28. Sept. ANGELUS GRILLUS, *Italus*, Patricius Genuensis, Monachus Cassinensis de S. Benedicto. Lusit *Poëmata varia.*

24. Sept. JOACHIMUS BAECXIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Presbyter. Vernaculô sermone publicavit *Interpretem, sive Advocatum omnium sincerorum Catholicorum: Catholicorum pravorum τὸ Quare: Bannum omnium Hæreticorum, Politicorum & perversorum Catholicorum: Scopas Conscientiæ*, Gallicè.

29. Sept. JANUS LERNUTIUS, *Belga*, Brugis Flandrorum, Nobilis, Patriæ Scabinus. Dedit vinctâ numeris oratione *Ocellos, Basia, Elegias: Funus Lipsianum: Idyllia Sacra: Præloquia encomiastica ordinibus Flandriæ &c.*

5. Octobr. CONRADUS SCHLUSSELBURGIUS, *Germanus*, Altendorffio-Saxo, Phil. Mag. primùm Ecclesiastes Regiomontanus, pòst Rhetor Prof. Rostochiensis, inde Pastor Antverpianus, tum Gadebuschiensis, mox Vismariensis, porrò Superintendens Ratzenburgensis, ac demum Theol. Doctor, Pastor, Prof. & Superintendens Stralsundensis, æt. 77. Ex *Catalogis Hæreticorum: Theologiæ Calvinistarum libris IV: Proba Sacramentarii Spiritus: Refutatione Libri Interim dicti, de Pace Religionis & Tractatu Passaviensi: Studio posthumo, sive Epistolarum Clariss. Virorum volumine: Blasphemiâ Anabaptistarum: Explicatione Evangeliorum & Epistolarum: Scriptis polemicis contra Christopho.*

sophorum Pelargum: Collyrio Jesuitico: Concionibus de officio Magistratus: &c. celeberrimus.

5. Octobr. JOH. GEORGIUS SIGWARDUS, *Germanus*, Theol. Doctor & Prof. Tubingensis, æt. 64. Concinnavit *Admonitionem de Irenico Dav. Parei: Dispp. XXIII. de omnibus ferè Christianæ Religionis Articulis: Dispp. pro Augustana Confessione: Resp. ad orationem Dav. Parei, de Pace & Unione Ecclesiarum Evangelicarum: Prælectiones in Exodi cap. XXXII: Manuale Doctrinæ Christianæ: Discursum de Regimine Ecclesiastico: Homilias VI. de Incarnatione: Orat. de speciali vocatione Abrahami: Conciones XIV. de S. Cœna: Conc. XX. in 1. Corinth. XV: in Orationem Dominicam: De Grandine & Tempestatibus: De Fame, bello & peste: de variis Religionum certaminibus: Dispp. de Ecclesia in his terris militante &c.*

18. Octobr. PETRUS GUDELINUS, *Belga*, Hannonus Patricius, J. Utr. Doctor, Advocatus Mechliniensis, deinde Prof. Lovaniensis, æt. 70. Tradidit posteris *Commentarium de jure novissimo: De jure Feudorum: De jure Pacis: Syntagma Regularum juris: Prælectiones ad Tit. Digest. de Hæreditatis petitione, de rei vindicatione, de usufructu, de Servitutibus: Comment. de Testamentis: Elucidationes ad Instituta &c.*

19. Octobr. SAMUEL DANYEL, *Anglus*, Somersetensis, Annæ Reginæ ab interiori cubiculo, ætat. 57.

Exaravit Anglicè *Epistolas ad varios Magnates: Carmina varia ad Deliam: Tragœdias: Bellum civile inter familias Eboracensem & Lancastriensem libris VIII: Historiam Anglicanam*, & alia.

22. Octobr. MATTHIAS HAFENREFFERUS, *Germanus*, Würtenbergicus, primùm Pastor Eninganus, deinde Concionator Aulicus & Consistorii Assessor Stutgardiensis, tum Theol. Doctor, ejusdemque Professor, Academiæ Tubingensis Cancellarius & Præpositus, ætat. 58. *Locis Theologicis: Templô Ezechielis, sive in IX. postrema Prophetæ capita commentariô: Revelatione Punctorum: Commentariis in Prophetas Nahum & Habacuc: Candelabrô aureô, de officio Magistratus: Variis Concionibus, Orationibus & Disputationibus Theologicis*, se Ecclesiæ commendavit.

22. Octobr. PHILIPPUS MONCÆUS, *Gallus*, Parisiensis, Theol. Doctor, S. J. Philos. Lector, ætat. 50. Relig. 31. Reliquit *Dispp. Theologicas in aliquot selectas D. Thomæ Quæstiones.*

4. Novembr. PETRUS DE FONSECA, *Hispanus*, Lusitanus, Ordinis S. Johannis Hierosolymitani, Romæ munus gerens Assistentis, & Olissipone Præpositus domus S. Rochi & Provinciæ totius Visitator. Composuit *Commentarium in Isagogen Porphyrii: Dialecticam libris VIII: Metaphysicam Aristotelis ex Græca lin-*

gua in Latinam translatam, atque commentariis illustratam.

11. Novembr. LEOPOLDUS HACKELMANNNUS, *Germanus*, Statensis Saxo, J. U. Doctor, ejusque Professor primùm Jenensis, deinde Consiliarius Ducis Saxoniæ in Aula Halensi, ac demum Prof. Lipsiensis & Canonicus Martisburgensis, æt. 56. Enucleavit *Selectiores Quæstiones ex jure Pontificio Canonico: Disputationes Feudales: In Libros Pandectarum &c.*

17. Novembr. BERNARDUS BAUHUSIUS, *Belga*, Antverpiensis, S. Jesu Sacerdos Lovaniensis, ætatis 44. Relig. 28. Evulgavit *Libros IX. Epigrammatum: Pergulam spiritualis melodiæ, sive librum piarum cantionum.*

5. Decembr. HELVICUS GARTHIUS, *Germanus*, Alsfeldensis Hassus, Theol. Doctor, Ecclesiæ primùm Offatiensis, deinde Fribergensis Superintendens, novissimè Templi Servatoris Germanici in urbe Pragensi Antistes, & Consistorii Assessor, æt. 40. Publico bono consignavit *Theologiæ Jesuitarum præcipua capita: Comment. in Prophetam Habacuc: Librum de invocatione Sanctorum, adversus Becanum: De judice Controversiarum fidei & religionis Christianæ, contra eundem: De Articulis controversis inter Lutheranos & Calvinianos: De Reformatione in Hassia: De Colloquio Pragensi: Conc. funebres: Dispp. Theolog. &c.*

6. Decembr. FRANCISCUS COSTERUS, *Belga*, Mechlinensis, Soc. Jesu Doctor, Phil. & Theol. Professor Coloniensis, pòst Provinciæ Rhenanæ, ac deinde Belgicæ Præfectus, æt. 88. Societ. 67. Congessit Latinè *Enchiridion Controversiarum nostri temporis de Religione: Apologiam pro eo, contra Franc. Gomarum: Librum de Ecclesia, contra eundem: Christianarum Institutionum libros III: Meditationes 50. de vita & laudibus D. Mariæ. Meditationes 50. de Historia Dominicæ Passionis: Lib. de IV. Novissimis: Exercitium Christianæ pietatis: Declarationem fidei, contra Hæreticos Hollandos: Resp. ad Lucæ Osiandri refutationem VIII. Catholicarum propositionum:* Belgicè *Conciones in Evangelia Dominicalia: Super Epistolis Dominicalibus: In omnia festa totius anni: Catechismum duplicem: Clypeum Catholicorum: Thesaurum precum: Compendiosam veteris orthodoxæ fidei demonstrationem: Apologiam Catholicam: Lapidem Lydium Apostolicæ Successionis: Tract. de Indulgentiis: Myrothecium: Thesaurum Concionum in singulos Quadragesimæ dies: Epistolas varias &c.*

STANISLAUS SOLOCOVIUS, *Polonus*, Canonicus Cracoviensis, Phil. Magister, S. Floriani Cleperdiæ Præpositus, Regis Stephani Concionator Aulicus. Reliquit *Libros III. de veræ & falsæ Ecclesiæ discrimine: Partitiones Ecclesiasticas: Quæstorem, seu de Parsimonia & Frugalitate: Notas in Evangelium Matthæi, Marci & Lucæ &c.*

LUDOVICUS FERRERIUS, *Hispanus*, Murcianus, S. J. Coadjutor Spiritualis, æt. 62. Transtulit ex Latina in Hispanicam linguam *Fr. Costeri libellum Sodalitatis B. Virginis Mariæ: Ejusdem Meditationes de eadem B. Virgine, & de Passione Christi.* De suo scripsit *Tract. de Oratione & Meditatione: Devotionem de actu Contritionis.*

HENRICUS FARNESIUS, *Belga*, Leodicensis, J. U. Doctor, & Artis Oratoriæ Interpres Regius Ticini apud Insubres: Condidit *Libellum de imitatione Ciceronis, seu de scribendarum Epistolarum ratione: De Verborum splendore & delectu: Appendices duas ad Ambrosii Calepini Dictionarium: De simulacro Reip. sive de imaginibus Politicæ & Oeconomicæ Virtutis libros IV: De antiqua Principis institutione libros III: De Cognitione sui & de ostentis: Hastam Palladis: Epitomen orbis terrarum.*

GUIL. COOPER, *Scotus*, Edenburgensis, Episcopus Gallovidiensis. Ejus habetur *Commentarius in Psalmum CIX: In Cap. VIII. ad Romanos: In Apocalypsin: Expositio in Psalmum LI.*

PANCRATIUS CASTRICOMIUS, *Belga*, Alcmarinus, JC. Syndicus Gröningensis. Dedit luci *Expositionem appellationum Insularum, rupium, breviorum &c. quæ passim extare in maritimis locis noscuntur.*

ANTONIUS DE MOLINA, *Hispanus*, de Villa nova infantum, Eremita Salmanticensis, Theol. Lector Sorianæ Domus Præfectus, deinde Monachus Carthusianus. Formavit *Instructionem Sacerdotum* (qui liber plus quam vicies editus, & ex Hispanico translatus Latinè, Gallicè, Anglicè & Italicè hodiè prostat) *Exercitia spiritualia.*

SEBASTIANUS GONZALEZ, *Lusitanus*, Bracharensis, S. J. Rector Tirocinii & Præpositus Provincialis, Magister Novitiorum Eboræ, & Præpositus Domus Professorum Goæ, ætat. 63. Societ. 45. Consignavit *Historiam Virorum illustrium, qui Religiosis per Indiam Orientalem floruerunt: De præclarè à S. J. in India Orientali gestis Tomos III.*

JO. BRASSICA, *Belga*, Roterodamensis. Scripsit *Saturnalia: Libellum Facetiarum: Poëmata.*

THOMAS STEPH. DE BUSTEN, *Anglus*, Salisburiensis, S. J. Missionarius ad Indos, æt. 70. Paravit *Grammaticam Linguæ Canarinæ: Doctrinam Christianam:* Linguâ Indicâ opus magnum, cui *Purana* titulus est, *de Fidei mysteriis.*

JO. AMBROSIUS WELTHERUS, *Germanus*, Isennacensis Thuringus, S. J. Missionarius ad Livonos, ætat. 72. Relig. 51. *Libellos aliquot pro Concionatoribus & Confessariis in Linguam Esthonicam transtulit.*

FRANCISCUS BROGNONIUS, *Italus*, Veronensis, Medicus. Concinnavit *Anatomica & Chirurgica.*

STEPHANUS DAOIZ, *Navarrus*, Pampilonensis, Nobilis, Collegii S. Clementis Rector Pononiæ, & Canonicus Doctoralis patriæ Cathedralis Ecclesiæ. Formavit *Indicem juris civilis tam Textus, quàm Glossæ: Indicem juris Pontificii.*

JO. ASSUM, *Germanus*, Superintendens & Concionator Aulicus per 37. annos Hoenloienfis. Prodire fecit *Conciones IX. de æneo ferpente in deserto exaltato: VII. de Sacra Cœna: LXIII. de Daniele Aulico: V. de nuptiis Isaaci & Rebeccæ: III. de Benedictione Ecclesiastica: XI. de cerva matutina: Speculum cognitionis divinæ & Christi: Speculum Hominis ante & post lapsum: Conciones ex Psalmo XLIX. de Turca: De Præsentia Dei: Conc. III. de novo Anno &c.*

MARTINUS STEPHANUS, *Hispanus*, Calaguritanus, S. J. Rector Residentiæ Navalcarnensis, Collegiorum Seguritani & Toletani, æt. 64. Edidit in lucem *Epitomen Apparatus & Fabricæ Templi Salomonis*, Hispanicè.

ANNO 1620.

3. Jan. JACOBUS JANIDLOVIUS, *Polonus*, Bodzentinus, Cracoviensis, Phil. & juris Doctor, æt. 49. Formavit *Processum judicialem: Librum de ratione studii.*

4. Jan. JO. BEATUS HELIUS, *Helvetius*, primùm Dialect. & Orat. Prof. deinde Ecclesiastes, demum Scholæ Basiliensis Rector. Struxit *Bibliothecam commentariorum in Ciceronis Orationes.*

9. Jan. MARCUS HASSÆUS, *Germanus*, Havelberga - Marchiacus, Phil. Magister, primùm Professor Pædagogicus, deinde Phil. Moralis, demum Lingvæ Hebrææ Rostochiensis, bis emeritus; æt. 71. Ab eo habetur *Paraphrasis Psalmorum Epica: Libri V. Psalmorum Davidis carmine Sapphicô.*

13. Jan. ROBERTUS GUELLIN, *Gallus*, Carnutensis, Theol. Doctor in Universitate Cadomensi, æt. 45. Elaboravit *Tractatum de imaginibus: De cultu Sanctorum: De observatione dierum Festorum: Institutiones Linguæ Sanctæ*, & alia.

17. Jan. JACOBUS ALVAREZ DE PAZ, *Hispanus*, Toletanus, Soc. Jesu, Limæ Philos. ac Theol. interpres, Quitensis Collegii Rector, æt. 60. Scripsit *de Vita spirituali, ejusque perfectione Libros IX: Hujus operis compendium: De exterminatione mali & promotione boni lib. V: De Inquisitione Pacis, sive studio Orationis libros V: De vita religiosè instituenda, sive de quotidiana virtutum exercitatione: Meditationes tripartitas: De humilitate: De virtutum adeptione.*

19. Jan. GASPER SAWICKI, *Lithuanus*, Vilnensis, Nobilis, Jesuita, Theol. Prof. in Acad. patria, tum Novitiorum instituendorum Præfectus Cracoviæ, Domus Professæ ibidem Rector, nec non Concionator, æt. 68.

æt. 68. Soc. 44. Emisit, sub nomine Gasp. Cichochi Canonici, Latinè *Anatomiam Concilii editi de stabilienda pace Poloniæ Jesuitis pulsis*. Polonicè verò, sub nomine Lunouski, *Dialogum Cursoris & Nautæ*. Sub nomine Jo. Golubski, *Replicam rumorum Posnaniensium ab Hæretico Ministro per Prussiam sparsorum: Triplicam contra duplicam Ministri Toruniensis: Mirabilem Concordiam Evangelicorum inter se*. Addidit ex Latino Polonicè *Bellarmini Opuscula de Ascensione mentis in Deum, & de æterna felicitate Sanctorum*.

21. Mart. GULIELMUS TOOKER, *Anglus*, Exoniensis, Archidiaconus Barnstadiensis, Canonicus Sarisburiensis, Theol. Doctor & Elisabetæ Reginæ à Sacris, pòst quoque Decanus Lichfeldensis, & demum Episcopus Glocestrensis. Typis submisit *Certamen cum Martino Becano: Tract. de Ecclesiæ structura & Ecclesiasticorum Beneficiis: De charismate, sive dono sanationis &c.*

26. Mart. HERMANNUS KIRCHNERUS, *Germanus*, Hirsfeldensis Hassus, J. U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, Poëf. Histor. & Orator. Professor Marpurgensis. Variis inclaruit scriptis, utpote *De fatalibus Academiarum dissipationibus & ruinis: De Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus Germaniæ, qui Doctores & Magistri in Academia publicè promoti: Anagrammatismorum Centuria: Regno convivali: Synopsi Philosophiæ Practicæ: De Germaniæ perlustrationibus, omnibus peregrinationibus anteferenda: Libro de Republica: Superioris ævi Impp. Regum, Electorum, Ducum ac Principum curriculis: Orationibus XXXVI. duobus voluminibus comprehensis &c.*

29. Mart. BERNARDINUS ZANONIUS, *Italus*, S. J. Coadjutor Spiritualis totos 40. annos Genuæ à Confessionibus, æt. 87. Relig. 57. Dedit *Stimulum Peccatoris ex consideratione divinorum beneficiorum: Rosarium B. V. cum meditationibus: Tractatum de Eucharistia: De Sacra Communione: Vitam Christi & B. Virginis rhythmis expressam &c.*

30. Mart. LAURENTIUS MASELLUS, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Sacerdos & Theol. Moralis Lector, æt. 71. Scripsit Italicè *Volumen de Vita B. V. Matris DEI: De Vita Josephi, Sponsi ipsius: Tract. de Eucharistiæ Sacramento.*

28. Mart. HAIO A NESSA, *Belga*, Frisius, J. U. Doctor, hujusque Professor Rostochiensis, nec non Ducis Megapolensis Consiliarius & Legatus, ætatis 57. Tractavit *de Regni statu: De Regiminis Forma: De Religionis purioris vindiciis: De Judiciorum Tribunalibus rectè instituendis: De Litium prolixis telis præcidendis &c.*

7. April. ANGELUS ROCCA, *Romanus*, Camertus, Augustinianus, Theol. Doctor, Præfectus Sacrarii Apostolici, ac demum Episcopus

[illegible] ad annum 1605 [illegible] Bibliotheca Vaticana et Theologica [illegible] Bibliotheca [illegible] l. p. 8, 9

Tagastensis, ætatis 75. Elucubravit *Bibliothecam Vaticanam: Bibliothecam Theologicam & Scripturalem: Comment. de SS. Christi corpore: Comment. de Canonizatione Sanctorum: Scholia in S. Gregorii M. Imagines: Oraculum de auspicata salute, urbi Venetæ divinitus redditâ: Comment. de Nuce: Expositionem in Orationem Dominicam: Comm. de Tribulationibus: De Patientia: De Cometis: Opusculum de Præsentationis Deiparæ in Templo historia: Chronohistoriam de Apostolico Sacrario: Comment. de particula ex pretioso & vivifico ligno S. Crucis Salvatoris desumptâ: De Sacra Romani Pontificis communione Missam solenniter celebrantis: Observationes in VI. libros Elegantiarum Laur. Vallæ: Observ. de Lingua Latina: Bibliothecam Angelicam: Comm. de Campanis: Interpretationem obscurarum vocum, quæ apud Gregorium M. leguntur: Opusculum de Mendaciis, ac deliramentis Poëtarum, & Philosophorum per S. scripturam patefactis: De Sacris Ritibus, variarum Lectionum Ecclesiasticarum Opusculum: Speculum humanæ vitæ climactericum: Comm. de SS. Apostolorum Petri & Pauli prælatione: De Romani Pontificis Nominibus ac muneribus: De ejusdem Potestate spirituali ac temporali: De Confessione Sacramentali: Notas in N. T.* & alia complura.

16. April. JACOBUS GORDONUS HUNTLÆUS, *Scotus*, è sangvine regio ortus, S. J. Theol. Doctor,

Philos. & Theol. nec non Lingvæ Sanctæ Prof. Mussiponti, Lutetiæ, Burdigalæ, Nuncius Apostolicus in Hispania, Vice-Provincialis in Aquitania, in Anglia & Scotia Missionarius, ætatis 77. Societatis 57. Edidit *Controversiarum Christianæ Fidei Epitomen, partibus tribus.*

6. Maji PETRUS GEORGIUS ODESCHALCUS, *Italus*, Patricius Comensis, J. Utr. Doctor, & Latinæ Lingvæ Lector, demum Episcopus Vigeranus. Scripsit *De cultu B. Virginis Mariæ: Orationem funebrem in obitum Margaretæ de Austria, Reginæ Hispaniæ: Collectanea varia &c.*

12. Maji MATTHÆUS HOFSTETER, *Germanus*, Lansbergâ-Bavarus, Italicæ Lingvæ Prof. Giessensis. Ex Hispanica & Italica in Germanicam transtulit *Nobilissimum Solis Equitem, de vitæ humanæ peregrinatione.*

2. Jun. AUGUSTINUS TORNIELLUS, *Italus*, Patricius Novariensis, Congregationis Ordinis S. Pauli Præpositus. Condidit *Annales sacros & profanos.*

14. Junii JO. BUDDEN, *Anglus*, Dorsetensis, Artium Magister, in Collegio Magdalenensi Oxoniæ Prælector, juris Civilis Doctor & Prof. ac tandem Aulæ Lateportensis Principalis. Dedit, præter alia, *Statuta Bibliothecæ Bodlejanæ: Vitam Gulielmi Patteni & Jo. Mortoni.*

13. Jul. MICHAEL PICCARTUS, *Germanus*, Norimbergensis Francus, primùm

primùm Logices, deinde Poëf. & Metaph. Profeſſor Altorphinus, æt. 47. Quantus Vir fuerit, docent ſcripta ejus ſequentia; *Iſagoge in Lectionem Ariſtotelis: Periculorum Criticorum liber: Obſervationum Hiſtorico-Politicarum decades XII: Comment. in Organon Ariſtotelem: Orationes Academicæ variæ: Comment. in Politicos libb. Ariſtotelis: Diſputationes* magnô numerô & ἀκριβείᾳ conſcriptæ, & alia.

25. Jul. JO. FREYRE, *Luſitanus*, Vlyſſiponenſis, S. J. Rhetor. Prælector Conimbricenſis, pòſt & Theologiæ interpres, æt. 38. Reliquit *Comment. in VII. priora capita libri judicum: Vitam Franc. Suarez.*

8. Aug. JO. SCHEPPERUS, *Belga*, Gandavienſis, Joanni Fernandæo Velaſco Regnorum Caſtellæ & Legionis Comiti-Stabuli à Sacris & eleemoſynis. Conſcripſit *Panegyricum* eidem *Comiti-Stabuli.* Reddidit quoque, idiomate Belgicô, *Erici Puteani Laudationem juventutis Belgicæ, & ejusdem Comum.*

12. Aug. HENRICUS PETRÆUS, *Germanus*, Smalcaldianus, Medic. Doctor & Prof. Marpurgenſis, æt. 31. Extant ab eo *Agoniſmata Medica Marpurgenſia, dogmata juxta & Hermetica: Aſſertiones & quæſtiones de genuina Febris Hungariæ natura & cura: Noſologia Harmonica, dogmatica & Hermetica: Medicina univerſalis:* λόγος ἐγκωμιαστικὸς, *ſtudii Anatomici laudes & utilitates varias complectens: Enchiridion Chirurgicum &c.*

6. Sept. CLAUDIUS LANGUETUS, *Gallus*, Cabilonenſis, J. U. Licentiatus, inque patria Advocatus. Scripſit populari ſermone, *de rebus controverſis, adverſus Theophilum Caſſegranium, Calviniſtam: Carmina Latina in Bern. Durandum.*

19. Sept. NICOLAUS PONTOSIUS, *Gallus*, Burgundus, Med. Doctor, & Phyſicus Cabilonenſis, ætat. 46. Suppreſsô nomine ſuô emiſit *Poëmata.*

4. Octobr. ERTMANNUS TOLGSDORF, *Pruſſus*, S. J. Miſſionarius in Livoniam, æt. 70. relig. 39. Wendæ. Congeſſit Lingvâ Letticâ, *Catechiſmos: Nomenclatores: Conciones: Hymnos & Antiphonas Eccleſiæ.*

27. Octobr. GUILIELMUS BAILLIUS, *Gallus*, Nobilis Velaunus, S. J. Sacerdos & Eloq. Profeſſor, æt. 63. relig. 43. Formavit *Compendium Controverſiarum noſtri temporis circa Religionem: Tract. de Arte Grammatica Græcorum: De accentibus & de Syllabarum quantitate Græcorum: De Græcorum Dialectis.*

7. Novembr. RICHARDUS KILBYE, *Anglus*, Radcliviâ-Leiceſtrienſis, Rector Collegii apud Oxonienſes Lincolnienſis, pòſt Theol. Prof. ac tandem Hebrææ Lingvæ Prælector publicus. Illuſtravit *Librum Exodi Commentariô: Sacrum Codicem Trans-*

latione: Locum 1. Corinth. XV, 55. seqq. sermone populari &c.

21. Novembr. MAXIMILIANUS VIGNACURTIUS, *Belga*, Patricius Atrebacensis, & Palatinus regius. Dedit *Δεήνωσιν in res Belgicas: De causis, calamitatibus & remediis tumultuum Belgicorum: Justa Justi Lipsii Manibus, & varia carmina sparsim edita.*

2. Decembr. JO. SIGLICIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Med. Doctor & Professor Lipsiensis, æt. 44. Reliquit *Dispp. de Febre maligna, aliisque materiis Medicis.*

7. Decembr. ANDREAS SCHNEIDER, *Germanus*, Phil. Magister, & ad D. Thomæ Archidiaconus Lipsiensis, æt. 66. Minist. 38. Edidit *Homilias in Joëlem*, & fortè alia.

8. Decembr. BERNARDINUS STEPHONIUS, *Italus*, Sabinus, S. J. Eloq. Lector Romæ & Neapoli, eodem, quô natus, die denatus est, æt. 60. Relig. 40. Luci concessit *Crispum, Tragœdiam: Flaviam, Tragœdiam: Orationes in laudem B. Agnetis Politianæ Virginis: In funere Flaminii Delphini: De Spiritus Sancti adventu: De Passione Domini:* Prodierunt quoque ejus *Carmina posthuma* & quædam alia.

30. Decembr. JO. SCHELHAMMERUS, *Germanus*, Weirâ-Thuringus, Ecclesiæ primùm Walhausensis, inde Quedlinburgensis Pastor, pòst Superintendens Grupenhagensis, tum Goslariensis, novissimè Antistes Hamburgensis, æt. 81. Ministerii 55. Famam nominis promeruit publicis ingenii sui monumentis, ex quibus populari lingvâ exstat *Postilla Evangelica Valentini Weigelii refutata: Homiliæ in Psalmum XCI: Aurifodina Biblica: Adhortatiò ad Pœnitentiam agendam.*

MICHAEL WALPOLUS, *Anglus*, Norfolciensis, S. J. Sociorum per Angliam Superior, & Vice-Præfectus ejusdem Missionis in Hispania, æt. 50. Societ. 27. Scripsit Anglicè, tacitô suô nomine, *Tractatum de subjectione Principum DEO & Ecclesiæ: De Anti-Christo, contra Georg. Donnæum: Admonitionem ad Catholicos Angliæ:* Transtulit ex Latino Anglicè *Boëtii libros de Consolatione Philosophiæ.* Ex Hispanico, *Vitam S. Ignatii.*

CHRISTOPH. HENSCHERUS, *Germanus*, Monsterbergensis Silesius, J. U. Doctor, in Rep. Vratislaviensi Syndicus, inque Ducatu Procancellarius. Elaborávit *Tractationem methodicam de Privilegiis.*

MICHAEL BARTHOL. SALON, *Hispanus*, Valentinus, Eremita, Provinciæ Aragoniensis Præfectus, Theol. in Gymnasio patrio Lector, æt. 82. Publici juris fecit *Tract. de justitia, in Secundam Secundæ S. Thomæ Aquinatis*, & alia sermone populari.

SABBATINUS DE URSIS, *Italus*, Lupiensis, Neapolitanus, S. J. Missionarius in Sinas, ibidemque Superior,

rior, æt. 46. Macai. Emisit *Commentar. de Sinensium fastorum erroribus: De Machinis Hydraulicis: De Gnomonica: De Analemmate.*

VALENTINUS ARITHMÆUS, *Germanus*, Lignitio-Silesius, Phil. & J. U. Doctor, Professor Poëseos Viadrinus, æt. 60. Paravit *Periculum Oratorium: Epistolicum: Poëticum: Enucleationem Arboris Consangvinitatis: Pericula tria Quæstionum Controversarum ex Institutionibus juris: Orationem contra* Αὐτοχειρίαν: *Mausolæa Londini structa: Orationem, An Magistratui concessa sit relaxatio Pœnarum &c.*

INNOCENTIUS A S. ANDREA, *Navarrus*, Trafallensis, Carmelita excalceatus. Scripsit *III. Tractatus de Oratione mentali: De Mortificatione: De Homine interiori.*

PRUDENTIUS DE SANDOVAL, *Hispanus*, Pinciensis, Ordinis Benedictinorum, Theol. Magister, Regis Catholici Historiographus, Episcopus primùm Tudensis, pòst Pampilonensis. Exaravit *Chronicon de Regibus Hispaniæ: De institutione Virginum & contemptu mundi: De Vita & factis Caroli V. Imp. Rom. &c.*

Obiit ANNO 1620.

MARIUS A CALASIO, *Italus*, Samnis, Hebrææ Lingvæ Doctor, æt. 70. Reliquit *Tomos IV. Concordantiarum Hebraicarum.*

FRIDERICUS PETRI, *Germanus*, Philosophiæ Magister, Ecclesiæ Brunsvicensis Coadjutor. Paravit *Responsionem ad Scriptum, quod Theologi Biemenses contra Collectores Apologiæ Formulæ Concordiæ publicàrunt: Calvinianorum Nestorianismum in dogmate de Persona Christi: Tractatum; Num Fides possit supra cœlos evolare, & illic carnem Christi apprehendere: De Oculo & Modo Visionis: Resp. pro Mart. Chemnitii libro de Unione hypostatica & communione idiomatum, contra Lamb. Danæum: Evangelia anniversaria:* Germanicè *de Usura illicita: Dicta Selecta & Proverbia: Censuram Canonicam de Statu Canonicorum.*

ANNO 1621.

5. Jan. JO. GILLIM, *Anglus*, Herefordiensis, Artium Baccalaureus, Fecialium Londinensium Sodalis, æt. 56. Scripsit *Artis Caduceatoriæ sive Heraldicæ explicationem.*

17. Jan. JO. MARQUEZ, *Hispanus*, Matritensis, Eremita, Theologiæ Professor Salmantinus, Ecclesiastes Regis Hisp. Aulicus, Rerum fidei censor, cœnobii Salmantici Prior, æt. 56. Extat ejus liber, *de Gubernatore Christiano*, Hispanicè, Gallicè & Italicè. Scripsit quoque *in Psalmum CXXV. & CXXXVI. &c.*

18. Jan. BERNARDUS DURANDUS, *Gallus*, Cabilonensis, Burgundus, in Patria Advocatus. Edidit idiomate vulgari *Privilegia Cabilonensium: Actionem forensem pro Cabilonensibus, adversus urbem S. Johannis de Lodona.*

21. Jan. JO. LAMPADIUS, *Germanus*, Brunopolitanus, Philosophiæ Magister, primùm Scholæ tam patriæ, quàm Solquetanæ Rector, pòst Histor. Prof. Heidelbergensis, inde Theol. ac Histor. Professor, nec non ad D. Stephani Pastor Bremensis, æt. 52. Sequentes ab eo editi sunt libri, *Mellificium Historicum*: *Bertramus h. e. perpetuus, orthodoxæ Ecclesiæ, de verbis S. Cœnæ, consensus, notis illustratus*: *Triumphus Christi*: *Disputionum de Conciliis Decades IV*: *Prodromus Concordiæ Evangelicæ*: *Censura Ubiquitatis*: *Dispp. de Persona Christi.*

23. Jan. GEORGIUS EBERHARDUS, *Germanus*, Bavarus, Monacensis, J. S. Theol. Prof. & Academiæ Dilinganæ Cancellarius, Collegii Ratisbonensis deinde Rector, tum Ferdinando, Coadjutori Coloniensi, à Confessionibus, æt. 65. Composuit *Tractatum de Voluntate Dei*: *Disp. de SS. Trinitatis mysterio*: *De Angelis.*

19. Febr. WENCESLAUS STEPHANUS THERMENUS, *Polonus*, Pastor & Consistorii Assessor Pragensis, ætatis 56. Prodire fecit *Commentarium super XII. Prophetas minores*: *Methodum S. Scripturæ &c.*

19. Febr. HENRICUS SAVILIUS, *Anglus*, Eques Auratus, Elisabethæ Reginæ à studiis, Collegii Mertonensis apud Oxonienses Custos, & Ætonensis Præpositus, ætat. 81. Concinnavit *commentarium de militia Romana*: *Prælectiones in Elementa Euclidis*: *Versionem & notas in lib. IV. Historiarum Taciti & Vitam Agricolæ.*

2. Mart. RUDOLPHUS GOCLENIUS, Junior, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Phil. & Med. Doctor, Phys. & Mathem. Prof. Marpurgensis. Foràs dedit *Uranoscopiam*, *Chiroscopiam*, *Metoposcopiam & Ophthalmoscopiam*: *Geometriam, Astronomicam & Geographicam*: *Specillum naturalis radiaturæ sive opticæ*: *Physiognomica & Chiromantica specimina*: *Tract. de magnetica vulneris curatione*: *Defensionem hujus curationis &c.*

3. Mart. HENRICUS SEDULIUS, *Germanus*, Clivius, Ordinis Minorum in Belgio Minister Provincialis. Contexuit *Comment. de Præscriptionibus Hæreticorum*: *Apologeticum adversus Alcoranum Hæreticorum*: *Comm. in Vitam S. Francisci*: *Notas in Bonaventuræ speculum disciplinæ &c.*

14. Mart. MARTINUS BENCKENDORFFIUS, *Germanus*, Stoltquellensis Marchicus, Phil. & J. U. Doctor, Codicis in Acad. Francofurtana Professor, nec non Consiliarius Electoris Brandenburgici, æt. 76. Typis submisit *Dissertationes de jure Venandi*: *Tractatum de Jure Mulierum*: *Notas in Seraph. de Seraphinis tractatum de juramenti Privilegiis*: *Disp. juridicas &c.*

26. Mart. DOMINICUS TUSCHUS, *Italus*, Mutinensis, S. R. E. Cardinalis.

nalis. Condidit *Practicarum Conclusionum juris Volumina IIX: Selecta de jure Statuum in Imperio Romano.*

30. Mart. JO. KLING, *Anglus*, Buckinghamiensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Elisabetæ & Jacobo, Britanniæ Reg. à Sacris, Archidiaconus Notinghamiensis, ædis deinde istius Decanus, tandem Episcopus Londinensis, æt. 62. Edidit *Prælectiones in Jonam: Conciones varias.*

21. April. THOMAS SAGITTARIUS, *Germanus*, Stendaliâ-Marchicus, Phil. & J. U. Doctor, primò Græcæ Lingvæ, deinde Log. & Metaph. Prof. Jenensis, pòst Scholæ Elisabetanæ Rector & reliquarum Inspector Vratislaviensis, ætat. 44. Vulgavit *Horatium Christianum: Horat. Prophanum: Axiomatum Logicorum Centurias VII: Templum Virtutis, seu Exercitationes Ethicas: Parnassum Rationis, seu Exercit. Dialecticas: Physicam Aristotelico-Scalijeream: Metaphysicam Aristotelico-Scalijeream: Axiomatum Metaph. Censurias IV: Lipsium Proteum, ex antro Neptuni protractum, & claro Soli expositum: Institutionem Epistolicam: Disp. Politicas: Justiniani Imp. Institutionum lib. IV. in axiomata seu regulas juris resolutos: Consilium de LL. CC. in studiis constituendis & colligendis: Disp. & Orationes varias.*

11. Maji JO. ARNDIUS, *Germanus*, Ballenstadiô-Anhaltinus, primùm in patria Ecclesiastes, inde ad D. Nicolai Quedlimburgensis, pòst ad D. Martini Brunsvicensis, tum ad D. Andreæ Pastor Islebiensis, novissimè Superintendens Generalis Luneburgensis & Antistes Cellensis, ætatis 66. Ministerii 39. Inclaruit *Christianismo genuino: Tractatu de Unione credentium cum Christo Ecclesiæ capite: Medicinâ Animæ contra Pestem: Expositione Psalmorum Davidis: Evangeliorum Dominicalium & Festivorum: Catechismi: Repetitione Apologeticâ Unionis credentium cum Christo: Horto Paradisiaco: Informatorio Biblico: De X. plagis Ægyptiacis Concionibus &c.*

13. Maj. RAYMUNDUS MINDERER, *Germanus*, Augustanus, Imp. Matthiæ & Maximiliani Principis Bojorum Archiater, Reip. Patriæ Physicus primarius. Confecit *Medicinam militarem: Librum de Pestilentia: Aloëdarium Marocostinum: Threnodiam Medicam, sive planctum Medicinæ lugentis: Disquisitiones de Chalcantho sive Vitriolo, ejusque qualitate, virtute ac viribus.*

29. Maj. PETRUS ALDOBRANDINUS, *Italus*, Episcopus Sabinensis, S. R. E. Cardinalis, Archiep. Ravennates Camerarius & Legatus. Edi curavit *Ordines, Constitutiones, Decreta Civitatis & Ducatus Ferrariensis: Apophthegmata de perfecto Principe.*

2. Jun. EILHARDUS LUBINUS, *Germanus*, Westerstedâ-Ammerlandus,

dus, primùm Poëſeos, deinde Theologiæ Prof. & Doctor Roſtochienſis, ætatis 56. officii 25. Condidit *Clavem Græcæ linguæ: Paraphraſin in Horatium: In Juvenalis & Perſii Satyras: Phoſphorum de prima cauſa & natura mali: Antiquarium: Florilegium, ſive veterum Poëtarum Epigrammata Græco-Latino: Facem Poëticam, ſive res geſtas Deorum Gentilium: Carmina Anacreontis cum notis: Apologeticum contra A. Gr: Epiſtolas veterum Græcorum: Declamationes Satyricas in hujus ſeculi maledicos: Monoteſſaron ſ. hiſtoriam Evangelicam de Chriſto Jeſu, ex IV. Evangeliſtis, III. linguis: Commentarium in Epiſtolas Pauli majores: Exercitationes Theol. in minores omnes S. Apoſtolorum Epiſtolas: N. T. Græco-Latino-Germanicum &c.*

3. Jun. JO. GAELIUS, *Belga*, Harlemius, Batavus, JC. æt. 46. Struxit *Tractatum de Teſtamentis & jure Codicillorum: Refutatiunculam Epiſtolæ Juſti Lipſii de Induciis Belgicis.*

23. Jun. J. SCHROEDERUS, *Germanus*, Treiſenſis Haſſus, Phil. Magiſter, primùm Eccleſiaſtes Lauterbacenſis, inde Superintendens Swinfurtenſis, demum ad D. Laurentii Antiſtes Norimbergenſis, ætatis ſuæ 49. Miniſterii 22. In Eccleſiæ commodum publicavit *Thronum Chriſti Regalem: Sceptrum regale Chriſti: Tractat. de principio Theologiæ, & judice ſupremo controverſiarum Theologicarum: De Neſtorianiſmo & Eutychianiſmo: De Communicatione Proprii:*

Obiit ANNO 1621.

Enchiridion Theologicum: Pugillum aſceticum: Apodixin Theol. de Imaginibus: De donis increatis & infinitis à Filio DEI cum aſſumpta humana natura per unionem realiter communicatis: De Sanctis Defunctis honorandis, non invocandis: In cap. IX. ad Romanos: De orali corporis Chriſti in S. Cœna communicatione & de reali idiomatum communicatione in doctrina de Perſona Chriſti: Catechetica, ſeu Chriſtianæ doctrinæ Erotemata: Decadem theorematum de Sacra Scriptura: Meditationem Mortis: Explicationem Articuli, de Seſſione ad dextram DEI: Conciones de S. Cœna &c.

11. Aug. JO. NICOLAUS STUPANUS, *Helvetius*, Rhœtus, Medic. Doctor, primùm Oratoriæ & Organicæ, mox Theor. Med. Profeſſor Baſilienſis, æt. 79. Edidit *Medicinam Theoreticam: Diſpenſatorium Medicum.*

12. Aug. JO. BARCLAIUS, *Lotharingus*, Muſſipontanus, Regis Angliæ Cubicularius, Nobilis & Legatus, æt. 39. Romæ. Eruditorum manibus teritur ejus *Argenis: Satyricon: Apologia pro Euphormione: Icon Animorum: Parænesis ad Sectarios Angliæ: Poëmatum libri duo: Pietas pro Regibus & parente.*

20. Aug. RICHARDUS MEREDITH, *Anglus*, Bathonienſis, Decanus Wellenſis, & demum Theol. Profeſſor Oxonienſis. Scripſit *Varia Theologica*, eaque inter *Conciones in Mich. VI, 3. 4. 5.*

17. Sept.

17. Sept. ROBERTUS BELLARMINUS, *Italus*, Politianus, S. Jesu, Collegii Romani Rector, pòst Provinciæ Neapolitanæ Præpositus, tum Sacræ Inquisitioni à consiliis, inque Collegio Pœnitentiario Rector, demum S. R. E. Cardinalis, ætatis 79. Famam latè sparsit editis *Controversiarum Christianæ Fidei Tomis IV: Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis: De Officio Principis Christiani: De Indulgentiis & Jubilæo: De Verbo DEI scripto & non scripto: De Translatione Imperii Romani à Græcis ad Francos: De Potestate temporali summi Pontificis in rebus temporalibus: Explanatione in Psalmos: Explicatione Symboli Apostolici: Institutionibus Lingvæ Hebraicæ: Lib. de Gemitu Columbæ: De VII. verbis à Christo in cruce prolatis: De Arte bene moriendi: De Ascensione mentis in Deum: De æternâ felicitate Sanctorum: De exemptione Clericorum &c.* Opera ejus omnia VII. Tomis cum supplemento comprehenduntur.

— Octobr. GASPAR DE ZAMORA, *Hispanus*, Hispalensis, S. J. Coadjutor spiritualis, æt. 75. Formavit *Concordantias Sacrorum Bibliorum.*

7. Octobr. LUDOVICUS DE MONTESINOS, *Hispanus*, Toletanus, Theol. Doctor, hujus & Philos. Professor Complutensis, æt. 68. Exaravit *Commentarium in Primam Secundæ S. Thomæ*, & alia populari sermone.

20. Octobr. DANIEL CHAMIERUS,

Gallus, Delphinas, Theologus insignis, Pastor Montalbanensis, obiit in obsidione, cùm in vallo obambularet, globo ictus. Struxit is *Panstratiæ Catholicæ, sive controversiarum de Religione, adversus Pontificios, Tomos V: De Oecumenico Pontifice libros VI: Epistolas Jesuiticas.*

21. Octobr. JOH. PETRUS SWELLINGUS, *Belga*, Daventriensis, sacris Organis Amsterodami ad S. Nicolai Præfectus. Edidit *Opus Psalmorum Davidicorum vocibus IV. V. VI. VII. & VIII. modulatorum, aliaque artis Musicæ specimina.*

4. Decembr. ANDREAS WILLETUS, *Anglus*, Eliensis, Theol. Doctor, æt. 59. Excelluit plurimis ingenii sui monumentis, ex quibus *Commentaria Hexapla in Genesin: In Exodum In Leviticum: In libros Samuelis: In Danielem: In Epistolam Pauli ad Romanos: In Epistolam Judæ: Synopsis Papismi: Sermo in Psalmum 45, 10. 11: De Gratia: De Nuptiis Salomonis &c.*

4. Decembr. FRANCISCUS AGRICOLA, *Belga*, Lonensis, Juliacensis, primùm Rodingensis, pòst Sittardiensis Pastor & Canonicus, Conciliique Susterensis Archipresbyter. Posteris dedit *Commentarium de Verbo DEI scripto & non scripto: De Lectione S. Scripturæ, ejusque interpretibus orthodoxis: De Lectione horarum Canonicarum: De æterno & vero DEO, nec non indubitato Christo & Messiæ Christianorum libros III: Demonstrationum*

num Evangelicarum libb. IV: Tractatum de Privilegiis & Signis veræ Ecclesiæ: De cultu & veneratione Divorum: De SS. Reliquiis: De abominabili Statu Concubinariorum impœnitentium: Confutationem Anabaptistarum: Speculum Biblicum: Speculum Pœnitentiæ: De Primatu D. Petri Apostoli &c.

9. Decembr. JACOBUS DE CODT, *Belga*, Iprensis, Flander, S. J. Ipris & Silvæducis Rector, ætat. suæ 49. Soc. 29. Formavit *Orationes & Poëmata omnis generis: De Jubal & Tubalcaim: De aureo Vellere: De Jubilæo carmina.*

17. Decembr. CORNELIUS MARTINI, *Belga*, Antverpiensis, Phil. & Theol. Doctor, Logices Professor Helmstadiensis, æt. 54. officii 30. Elucubravit *Libros V. Commentarii Logici contra Ramistas: Tractatum de Analysi Logica: Comment. in Apuleji librum περὶ ἑρμηνείας: Commentationem de doctrina Metaphysices: Compendium Theologiæ: Ethicam: Responsum ad Joh. Olearium: Malleum impietatis Hofmannianæ: Resp. ad vexatam Quæstionem Balth. Meisneri: Scriptum de Statibus controversis inter D. Hoffmannum & IV. Philosophos &c.*

26. Decembr. ADRIANUS SCRIECKIUS, *Belga*, Rodornius, Brugensis, Prætor Cassetanus, Stegrensis, Basseanus ac Locrensis, deinde Reip. Iprensi ac Principibus Belgicis à consiliis. Emisit *Origines Celticas ac Belgicas libris XXII: Europam redivivam libris V: Adversaria.*

PAULUS V. PONT. MAX. *Italus*, Romanus, antea dictus CAMILLUS BURGHESIUS, anno Pontificatus sui XVI. Jussu ejus prodière *Epistolæ: Rituale Romanum.*

BENEDICTUS PETRI LEUCHOVIUS, *Suecus*, Uplandus, Phil. Magister, Theol. Professor Upsaliensis, pòst Pastor Holmensis. In lucem misit *Orationem de Symbolo Gustavi Adolphi Regis: Disp. in Locos Theologicos: Conciones sacras: Centurias aliquot Anagrammatum in plerosque doctos clarosque suâ ætate viros &c.*

DIDACUS A JESU, olim SALABLANCA, *Hispanus*, Pincianus, Carmelita, Concionator & Prof. Complutensis. Scripsit *Commentaria in universam Aristotelis Logicam: Annotationes in opera Jo. de la Cruz.*

FRANCISCUS MASON, *Anglus*, Archidiaconus Norfolciensis. Condidit *Vindicias pro Ecclesia Anglicana, de consecratione & ordinatione Episcoporum: Sermones ex II. Sam. XII, 13: ex I. Corinth. XIV, 40. &c.*

JO. DAUTHIUS, *Germanus*, Ochsenfurto Francus, J. U. Doctor, primùm Syndicus & Consiliarius Brunsvicensis, deinde Professor Juris Wittenbergensis, demum Reip. Magdeburgensis Consiliarius, æt. 77. Extat ab eo *Tractatus de Appellatione à Cæsare malè informato ad melius informandum: Præceptorium de X. Præceptis Decalogi: De Pactis Renunciativis & Dispositivis: Doctrina Methodica de Testamentis: De Resurrectione*

Mor-

Mortuorum: De Civitatibus Imperii liberis &c.

JO. MOERMANNUS, *Belga*, Rector Scholæ Marianæ Antverpiensis, æt. 65. Edidit *Grammaticam Linguæ Latinæ: Apologos Creaturarum carmine.*

RICHARDUS CAREVIUS, *Anglus*, Cornubiensis, Nobilis, Ædis Christi apud Oxonienses Commensalis. Librum contexuit, cui nomen fecit *Cornubiæ Descriptionum*, Anglicè & Italicè. Scripsit quoque *Ingeniorum humanorum examen.*

LUDOVICUS DE SANLLORENTE, *Hispanus*, Cordubensis, Portionarius Ecclesiæ Hispalensis & Antiquarius. Ejus est *Idatii, Lemicensis Episcopi, continuatio ad Chronica S. Hieronymi: Vita B. Attonis Pacensis, Episcopi Pistoriensis.*

PETRUS STEVARTIUS, *Belga*, Leodicensis, Theol. Doctor. & Prof. nec non Cancellarius Academiæ Ingolstadiensis, ad D. Lamberti Leodici Canonicus, ad D. Dionysii Præpositus, & Episcopi Vicarius, æt. 75. Exaravit *Commentaria in Epistolas Pauli & Jacobi: Apologiam pro Societate Jesu: Orationem de Colloquio Ratisbonensi: Notas in libros IV. Manuelis Calecæ adversus Græcorum errores &c.*

PETRUS GUALDUS, *Italus*, Vincentinus, JC. & Theologus Patavinus. Dedit vitam *Jo. Vincentii Pinelli.*

HENRICUS JACOB, *Anglus*, Cantianus, Artium Magister, Aulæ B. Mariæ apud Oxonienses commensalis, æt. 60. Scripsit Anglicè, præter alia, *Defensionem Ecclesiarum & Ministerii Anglicani, contra Franciscum Johnson: Institutionem divinam veræ, visibilis & materialis Christi Ecclesiæ: Defensionem Tractatus de Passione & victoria Christi in opere Redemptionis nostræ.*

MARTINUS HAMCONIUS, *Belga*, Folleganus, Frisius, Prætor Lemmeranus, deinde Quæstor Venhusanus, æt. 70. Vulgavit *Certamen Catholicum cum Calvinistis: Frisiam, seu de viris rebusque Frisiæ illustribus lib. II: Theatrum Regum, Pontificum & Principum Frisiæ: Anagrammata: Chronologica*, & quædam alia.

ANTONIUS DE JEPES, *Hispanus*, Toletanus, Monachus Benedictinus congregationis Hispanæ, Chronologus. Emisit *Historiam generalem de Ordine S. Benedicti, centuriis VII.*

ANDREAS WIDMARIUS, *Germanus*, Hildesiâ-Saxo, Philosophus & Orator, Scholæ Bremensis Rector. Prelo submisit *Dialogum de vera & legitima ratione pronunciandi: De duplici verborum Scriptura & forma: De quantitate Syllabarum apud Latinos: Anti problemata Logica ad quorundam Logicorum Dialecticam Problematicam.*

PETRUS MATTHÆUS, *Gallus*, Sequanus, Historiographus Regius, ac Consiliarius, æt. 55. Divulgavit *Res gestas Henrici IV. Regis Galliæ: Historiam belli, inter Reges Franciæ, Franciscum I. Henricum II. Franciscum II. Carolum IX. Henricum III. &* Henri-

Henricum IV. & Hispanicam Domum usque ad excessum Philippi II. Regis Hisp. gesti: Genealogiam Domus Barboniæ à Pharamondo usque ad Henricum IV: Vitam Ludovici XI. Galliæ Regis &c.

GEVERHARDUS ELMENHORSTIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Polyhistor inclutus. Hujus operâ prodiit *Liber Commentarius ad Minutii Felicis Octavium : Observationes ad Arnobii libros VII. adversus Gentes, & in eundem collectanea variarum Lectionum: Gennadius Massiliensis, & Martialis Episc. Lemovicensis Epistolæ: Apulejus cum notis: Cebetis Tabula cum notis Caselii: Theodulphi, Episc. Aurelianensis, Parænesis ad judices &c.*

JO. JESSENIUS A JESSEN, *Bohemus*, Med. Doctor, Academiæ Pragensis Cancellarius & Legatus. Post cladem Bohemorum acceptam, supplicio affectus est, æt. 55. Reliquit *Institutiones Chirurgicas: Historiam Anatomiæ: Tractatum de Ossibus: Judicium de sanguinis venâ sectâ demisso: Speculum Urinarum: Tract. II. de Generatione & vitæ humanæ Periodis: Consilium adversus Pestem: Zoroastrem, seu Philosophiam de universo &c.*

THOMAS SCHALLERUS, *Germanus*, Pastor, Superintendens & Consistorii Assessor Meinungensis. Emisit *Conciones Funebres.*

WENCESLAUS BUDOVITZ, *Bohemus*, Baro, Pragæ capite truncatus. In literas retulit *Synopsin Historicam, typicam & mysticam: Circulum Horologii solaris & lunaris.*

JOH. WOLFGANGUS WALDUNGUS, *Germanus*, Philos. Magister, & Physices Prof. Altorphinus, æt. suæ 67. Confecit *Lagographiam, seu de natura Leporum, deque utilitate in re Medica: Orationes de Hominis perfectione: De Anima Hominis: Disputationum Physicarum Decades.*

JACOBUS ZABOROVIUS, *Polonus*, Seceminensis, Ecclesiæ Kotscoviensis in Polonia Minister. Paravit *Responsionem ad Nodum Gordium Martini Smiglecii, Jesuitæ, de Vocatione Ministrorum: Vindicationem contra eundem, de Missione Sacerdotum in Ecclesia Romana: Ignem cum Aqua* i. e. *Tractatum de Unione, cur illa cum Arianis sive Socinianis iniri nequeat.*

NICOLAUS ELLAIN, *Gallus*, Med. Doct. Parisiensis Medicus, æt. 87. Reliquit *Tractatum de Peste, ejusque præcavendæ modo.*

THOMAS HARRIOTUS, *Anglus*, Mathematicus, æt. 60. Dedit *Artis Analyticæ praxin ad æquationes Algebraicas resolvendas.*

ANNO 1622.

4. Jan. JO. FABER, *Belga*, Omalio-Leodicensis, JC. & Advocatus, æt. 82. Collegit *Volumina Consiliorum: Tract. de Senatusconsultis: De officio Proconsulis, Quæstoris &c.*

5. Febr. MARTINUS BOHEMUS, *Germa-*

Germanus, Laubensis, Lusatius, primùm in Schola patria Baccalaureus, deinde Diaconus, ac demum Pastor primarius, æt. 65. Formavit *Speculum Passionis Christi: Contemplationem Hominis Theologicam: Mannam, sive Cibum Spiritualem: Calendarium Ecclesiasticum: Militem Christianum: Gemitum Creaturarum: Comœdias Sacras: Preces rythmicas in Evangelia Dominicalia & Festivalia: Conciones IV. de Annonæ caritate, Bello, Peste & Fame: De Aqua ex Petra: Speculum Pœnitentiæ.*

8. Febr. MATTHÆUS KONECZNIUS, *Hungarus*, Ecclesiarum Bohemiæ, Moraviæ, & majoris Poloniæ Superintendens, æt. 52. Ejus est *Ecclesiastes domesticus, sive Ratio cultus divini cum familia celebrandi: Theatrum divinum, seu Contemplatio rerum à DEO creatarum: Liber de Officiis Christianis ex Scriptura conformatus: Veritas triumphans, sive Apologia contra scriptum calumniosum Sturmii iteratum*, Bohemicè.

14. Febr. SIGISMUNDUS SCHILLINGIUS, *Germanus*, Franckensteinâ-Silesius, Phil. & Med. Doctor, Professor Therapeuticus Lipsiensis, æt. 46. Emisit *Disputationes de Gonorrhæa: De Sanguine &c.*

19. Febr. ARNOLDUS BOECOP, *Belga*, Zutphaniensis, Nobilis, Soc. Jesu, æt. 36. Scripsit *Epistolarem Quæstionem de nomine Hubertus, & aliis ejusdem terminationis: Dialogum de vera Justi Lipsii Religione Catholica.*

19. Febr. GEORGIUS STAMPELIUS, *Germanus*, Nova-Stoltquellâ-Marchiacus, primùm Scholæ Patriæ Pro-Rector, mox Rector, tum Canonicus Magdeburgicus, porrò Phil. & Hebr. Lingvæ Prof. Viadrinus, inde ad D. Petri Pastor ac Superintendens Lubecensis, æt. 61. Confecit *Tabulas Cosmographicas: Tabulas Rhetoricas: Historiam Scholasticam: Vaticinium Jacobi de Schilo: Hypotyposin Theologiæ: Delineationem Chronologicam: Psalmorum Pœnitentialium explanationem: Conciones Catecheticas: De Loco Jerem. XXIII, 5. 6. & XXXIII, 14. 16: De Theologiæ principio & ordine: In Psalm. XCI. CXXXI. &c.*

24. Febr. NICOLAUS KMICIC, *Roxolanus*, Vitepscensis, Nobilis, S. J. æt. 21. Vilnæ. Sub alienô nomine edidit *Josephatidos libros III, seu Martyrium B. Josephati Kuncewicz, Archiepiscopi Polocensis, carmine Heroico: Panegyricum D. Georgio Tyszkiewicz, Episcopo Samogitiæ, dicatum: Dithyrambum.*

2. Mart. JOH. BECHTOLDUS, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. & Theol. Doctor, in patria Ecclesiastes, mox Theol. Prof. & Conventus Ecclesiastici Præses, & Capituli ibidem Thomani Canonicus, æt. 62. Reliquit *Disp. Theologicas & Conciones.*

17. Mart. FRANCISCUS SCHOTTUS, *Belga*, Antverpiensis, Nobilis, Consul & Senator in patria, æt. 74.

Congessit *Itinerarium Italiæ: Germaniæ: Galliæ: Hispaniæ.*

21. Mart. NICOLAUS ARNAVA, *Hispanus*, Segoviensis, S. J. variorum Collegiorum Rector, Missionum Indicarum Visitator, Tironum Magister, Provincialis, æt. 65. Relig. 46. Mexici. Scripsit Hispanicè, quod post Italicè redditum, *Compendium Meditationum Ludovici de Ponte: Conferentias, seu Collationes Spirituales Tom. III: Praxim exercitiorum spiritualium Ignatii:* Transtulit ex Latino Hispanicè *Thomæ de Kempis de contemptu Mundi, seu imitatione Christi libros IV.*

5. April. VINCENTIUS FILLIUCIUS, *Italus*, Senensis, S. J. in Collegio Romano Phil. & Mathemat. Professor, post ibidem Pœnitentiarius & Responsor ad Quæstiones Conscientiæ, æt. 56. Soc. 38. Paravit *Moralium Quæstionum de Christianis officiis Tom. II: De Statu Clericorum quinque Tractatus: Compendium sacrarum Moralium quæstionum: Instructionem pro Confessionibus excipiendis.*

14. April. ANTONIUS LE GAUDIER, *Gallus*, Castro-Theodoricianus, Jesuita, S. Scripturæ interpres, & Collegii Lodiensis Rector, inde Theol. Moralis Prof. Mussipontanus, demum Tironum Magister Parisiensis, æt. 50. Relig. 33. Scripsit *Asceticos tractatus* his titulis *De SS. Christi JEsu DEI & Hominis Amore: De vera Christi imitatione: De DEI*

Præsentia: Praxis meditandi: De Natura & Statibus Perfectionis.

4. Maji JOSIAS MACHURELLUS, *Gallus*, Cabilonensis, Magistrorum Chirurgicorum in patria Præpositus, æt. 61. Composuit *de Amicitia Tractatum: Carmina Gallica.*

5. Maji HENRICUS BOETHIUS, *Germanus*, Steinberâ-Luneburgensis, primùm Scholæ Martinianæ apud Halberstadienses, deinde Riddageshusanæ Moderator, postea Phil: Magister, tum Græcæ Linguæ, mox, & Hebrææ, demum quoque Theol. Professor, hujusque Doctor Helmstadiensis, nec non Ecclesiarum inter Diesterum & Leinam, atque etiam in Comitatu Hoiensi Inspector Generalis æt. 71. Concinnavit *Homilias VII. super Esaiæ IX. de Nativitate Christi: De Religione vera, falsa, Pagana, Mahumedana, Judaica, Pontificia: De Resurrectione; utrum ea, virtute meritorum & Resurrectionis Christi, utrum ex causa quadam alia, futura?*

5. Maji LAURENTIUS NICOLAI NORVEGUS, *Norvegus*, Theol. Doctor, S. J. Sacerdos in Belgio, Austria, Moravia, Bohemia, Svecia, Dania, æt. 84. Relig. 59. Vilnæ. Scripsit *Confessionem Christianam de Via Domini, quam Populus Christianus in Regnis Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ plus annis 600. confessus est.* Ipsi quoque tribuitur à nonnullis, quæ sine nomine Auctoris prodiit *De Reformatione Religionis Christianæ*

per

per Ministros Evangelicos introducta, deliberatio à Studiosis & Norvegis proposita Professoribus Acad. Haffniensis d. 1. Octobr. 1602.

15. Maji PETRUS PLANCIUS, *Belga*, ultra quadraginta annos Pastor Amsterodamensis. Ei adscribitur *Globus sive emendatus typus orbis Terrarum.*

20. Maji GISBERTUS SCHEVICHANUS, *Belga*, Arnhemius, Gelder, S. J. Theol. Doctor, Collegiorum Græcii in Styria & Confluentiæ ad Rhenum Rector, deinde tum Herbipoli, tum Moguntiæ Præfectus, æt. suæ 64. relig. 47. Scripsit *de SS. Trinitate libros XII: De Ecclesiasticorum vita, moribus officiis libros III.*

23. Maji JO. BELTRAN DE GUEVARA, *Hispanus*, Pacensis Nobilis, Canonicus Abulensis, Doctor & Cancellarius Pincianus, mox Regii patrimonii Senator, post Archiepiscopus Salernitanus, tum in patria Præsul, Præfectus itidem Senatus Neapolitani, ac denique Compostellæ Metropolita, æt. 81. Excudi fecit *Propugnaculum Ecclesiasticæ libertatis, adversus leges Venetiis latas: Pro jure Philippi Regis II. Catholici ad Successionem regni Portugalliæ: Discursum de principio Monarchiæ in Sicilia, adversus Card. Baronium.*

12. Junii SIMON WYSOCKI, *Rhutenus*, seu Roxolanus, Nobilis, S. J. Sacerdos, Catharinæ, Johannis Regis Sveciæ conjugis, Concionator Aulicus, deinde Romæ Pænitentiarius, æt. 79. Societ. 55. Reddidit Polonicè *Hieron. Plati de Bono Status Religiosi libros III: Dominici Plati Discursus de Passione Domini: Lucæ Pinelli de perfectione religiosa libb. IV: Ejusdem de Sacra Eucharistia: Jo. Busæi Enchiridion Meditationum &c.*

15. Junii DAVID PAREUS, *Bohemus*, Francosteinensis, Pastor primùm Schlettenbacensis, deinde Pædagogii Heidelbergensis Collega, tum Pastor Hembacensis, mox Ogensheimensis, iterum Winzingensis, pòst in Collegio Sapientiæ, & demum in Acad. Heidelbergensi Theol. Professor, hujusque Doctor, nec non Consiliarius Ecclesiasticus Palatinus, æt. 73. Evulgavit *Notas in Ethicam & Organon Aristotelis: Explicationem de amissione Gratiæ & Statu peccati, contra Rob. Bellarminum: De Autoritate sacræ Scripturæ: De Potestate Ecclesiastica & civili: Paratitla Parthenica: Collegii Theol. Partes duas: Thesaurum Biblicum: Calvinum orthodoxum: Notas in Problema Theologicum: Comment. in Genesin: In Prophetam Hoseæ: Notas breviores in Prophetiam Joelis & Haggai: In Prophet. Amos: Commentarium in Evangelium S. Matthæi: In Epistolas Pauli, Jacobi, Petri, Judæ & Johannis: Adversaria in Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomion: In librum Josuæ: Judicum: Samuelis: Regum: Chronicorum: Esdræ: Nehemiæ: Esther: Librum Jobi: Psalmos Davidis: Proverbia & Ecclesiasten: Ad-*

versaria in Prophetas: Prologomena in Libros Apocryphos: Adversaria in N. Testamentum: Methodum Ubiquitariæ controversiæ.

18. Jun. JO. RANDAL, *Anglus*, Missendonâ-Buckinghamensis, Collegii Lincolniensis apud Oxon. Socius, Theol. Baccalaureus, Pastor Ecclesiæ S. Andreæ de Hubbarto. Emisit *Tractatum de Deo & Christo: De Sacramentis: Sermones complures*, & sermone populari alia.

26. Jun. PAULUS VALLIUS, *Italus*, Romanus, S. J. Philos. & Theol. in Collegio Romano Professor, æt. 61. relig. 40. Commentatus est *in Aristotelis Logicam Tomis II.*

12. Julii ANTONIUS VASCONCELLIUS, *Lusitanus*, Olysiponensis, Jesuita, primùm Humaniorum literarum, deinde Philosophiæ interpres, Eboræ & Conimbricæ studiorum Præfectus, tum Collegiorum Portuensis, Pharensis, Portalegrensis, Eborensis Rector, & Visitator Collegiorum in Insulis, æt. 67. relig. 52. Struxit *Summa capita Actorum Regum Lusitaniæ: Descriptionem Regni Lusitanici: Philippi III. Regis Catholici expeditionem Lusitanicam: Tractatum de Angelo Custode: Relationem Persecutionis Japonicæ annis* 1588. & 1589.

31. Julii SALOMON SCHWEIGGER, *Germanus*, Sulcensis Wurtenbergicus, primùm Legato Cæsareo ad Imperatorem Turcicum à Sacris Concionibus, deinde per 17. annos ad D. Virginis Pastor Norimbergensis. Construxit *Itinerarium Orientale*. *Alcoranum* etiam in Germanicam Linguam transtulit.

5. Augusti TOBIAS SPECCERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Theol. Doctor, ad D. Nicolai Pastor, Hebr. Linguæ & Theol. Professor in patria, æt. 59. Reliquit *Orationem de vera JEsu Christi Ecclesia & Pontificia Romana opposita: Conciones &c.*

7. Aug. JUSTUS MEIERUS, *Belga*, Noviomago-Flander, Phil. & J. U. Doctor, hujusque Professor Argentoratensis, nec non Canonicus ibidem Thomanus, æt. 56. Imprimi curavit *Collegium Argentoratense: Disp. Apologeticas pro juris civilis dignitate & veritate tuenda: De quæstione; sintne Protestantes jure Cæsareô Hæretici, & ultimo supplicio afficiendi? De Hypotheca mulieris: De Transactione &c.*

20. Aug. RAPHAEL EGLINUS, Iconio-*Helvetius*, Ecclesiæ & Scholæ Tigurinæ Minister, pòst Theol. Doct. & Professor Marpurgensis. Extant ab eo publicatæ *Disp. IV. de Cæna Domini & fædere Gratiæ: Genealogia Jesu Christi, ex regia Davidis stirpe: Nucleus enucleatus Apocalyptici Mysterii: Apocalypsis Dominicæ Epilysis: Prophetia halieutica, verè nova ad Danielis & Apocalypseos calculum chronographicum: Oratio de Spirituali Ecclesiæ ædificatione: Assertio de Peccato in Spiritum Sanctum. Epharmosis universi divina, Physicis Hieroglyphica*

conjungens: Explicatio divini Propositi de divina Prædestinatione: Icon Prophetiæ Halieuticæ, sive Conjecturæ de III. Piscibus marinis prodigiosis, characteribus ad latera insignitis: Theses de Scripturæ sacræ plenitudine, auctoritate, perspicuitate, translatione: De gratuita Electorum Salute & justa reproborum damnatione: De Creatione: De Peccato Originali & libero Arbitrio: De incarnatione Filii Dei.

6. Sept. JO. BALTHASAR BAUMBACHIUS, *Germanus*, Græcæ & Hebrææ Linguæ Professor Heidelbergensis. Foràs dedit *dissertationem de Libro Psalmorum: Tractatus IV. de trium Linguarum Orientalium, Hebrææ, Chaldeæ & Syræ, antiquitate, necessitate ac utilitate: De Appellationibus Dei, quæ in Scriptis Rabbinorum occurrunt: De Urim & Thumim, & Bath. Kol: De Modo disputandi cum Judæis: Epitaphium in Barthol. Coppenium &c.*

7. Sept. DIONYSIUS GOTHOFREDUS, *Gallus*, Lutetiâ-Parisianus, J. U. Doctor, hujusque primò Professor Genevensis, inde Curiæ Parlamentariæ in patria Consiliarius extraordinarius, tum juris Prof. Argentoratensis, & demum Heidelbergensis, æt. 73. Publicæ luci exposuit *Corpus Juris Civilis cum notis: Consvetudines Civitatum & Provinciarum Galliæ, cum notis: Fragmenta XII. Tabularum suis nunc primum tabulis restituta: Statuta regni Galliæ: De Titulis Electoralibus: De Jure Paganorum: Synopsin Statutorum Municipalium ad Pandectas: Opuscula juris varia: Notas in IV. lib. Institutionum: Notas in M. T. Ciceronem: Ad Varronem, Festum & Nonium &c.*

13. Sept. PETRUS ÆGIDIUS, seu GIL, *Hispanus*, Catalanus, Tarracensis, Soc. Jesu, Provinciæ Aragoniæ Præfectus, Theol. Prof. Barcinonensis, & Fidei Censor, æt. 72. relig. 49. Emisit linguâ Catalanicâ, *Modum adjuvandi moribundos: Memorabile Mandatorum & Animadversionum ad Parochos & Confessarios: De Vestigalibus & eorum jure in Cataloniæ principatu: Officium Sanctorum Episcopatus Barcinonensis & Vigellensis.* Transtulit præterea in eandem linguam *Thomæ de Kempis libros IV. de imitatione Christi.*

23. Sept. CASPARUS PFAFRADIUS, *Germanus*, Lenepo-Westphalus, Theol. Doctor & Prof. Helmstadiensis, æt. 90. Scripsit *De vera Christi Ecclesia: De libero servoque Arbitrio Hominis naturali, quæstionem inter Lutherum & Erasmum agitatam: De Prædicationibus Sacramentalibus &c.*

26. Sept. LUDOVICUS DE TENA, *Bæticus*, Accitanus Theol. Doctor & Prof. Complutensis, Sacerdos Toletanus, Galliarum Reginæ ab Eleemosynis, Episcopus demum Dertusanus. Hujus est *Isagoge in totam Scripturam: Comment. & Disp. in Epistolam D. Pauli ad Hebræos: In*

Jonam & Habacuc Prophetas: Quodliberica Quæstiones variæ.

29. Sept. CONRADUS VORSTIUS, *Germanus*, Coloniensis, Theol. Doctor, primùm Pastor & Prof. Steinfurtensis, pòst vocatus Theol. Prof. Leidensis, æt. 53. Tonningæ. Composuit *Ideam Theologiæ: Disp. de variis Theologiæ locis: Apologiam pro Ecclesiis orthodoxis, contra Jesuitas: Respons. ad Articulos Anglicos: Parasceven ad amicam collationem cum Jo. Piscatore: Duplicationem: Examen Tractatus Piscatoris de divina Prædestinatione: Anti-Pistorium: De causis deserendi Romani Papatus: Anti-Bellarminum contractum: Tract. Theologicum de Deo: Exegesin apologeticam, pro eodem tractatu: Prodromum adversus criminationes Fratrum quorundam: Resp. plenius ad easdem: Catalogum errorum D. Sibrandi Lubberti: Parænesin ad eundem: Scholia Alexicaca ad ejusdem de Prædestinatione: Resp. ad Matthæi Sladi disceptationem Scholasticam: Apologiam contra Festum Hommium: In N.T.&c.*

11. Octobr. CONRADUS VETTER, *Germanus*, Suevus, Engensis, Soc. Jesu Sacerdos Ratisbonæ, æt. 76. Relig. 46. Scripsit *de Missæ sacrificio: De morte & Passione Christi: Resp. ad Andr. Schmidelini libellum expostulatorium: Valete omnium Hæresiarcharum: Colloquium duorum Prædicantium: Lutherum innocentem: De casto Luthero: Confractione Speculi Jesuitici: Refutationem contra Heilbrunnerum: Palinodiam: Antiquam pietatem Catholicam:* Vertit quoque in Germanicum *Martyrologium Romanum: X. Rationes Edmungi Campiani: Vitas S. Ignatii & Fr. Borgiæ: Historias de Monasteriis Monialium S. Benedicti Rigæ, & S. Claræ Norimbergæ: Purgatorium Lutheranorum: M. Becani Tract. de Concionibus Calvinistarum: Jac. Gretseri de Ecclesiasticis Processionibus libros II. De voluntaria flagellorum cruce lib. III: Apologiam pro libris de disciplinis: Murices Catholicæ & Germanicæ antiquitatis: Relationem de Jesuitarum studiis abstrusioribus: Furias Prædicantium Augustanorum: Lixivium pro abluendo malesano capite Anonymi, cordem Henrici IV. Regis Galliæ in Jesuitas conferentis: De Mortificatione lib. III: Castigationem libelli adversus Card. Bellarminum confecti: Adami Tanneri amuletum Castrense: Hier. Drexelii Horologium Angeli tutelaris: Petri Canisii Catechismum Rythmo: Jo. Trithemii cursum: Jo. Reihingi muros civitatis sanctæ Jerusalem &c.*

13. Octobr. CLEMENS EDMONDUS, *Anglus*, Shrawardinâ-Salopiensis, Artium Magister, Rememorator Londinensis, Magister libellorum supplicum, armorum Brilliæ lustrator, Eques Auratus, & in sacro Regis Jacobi Concilio ab Epistolis, æt. 58. Paravit *Observationes in Jul. Cæsaris commentarios.*

20. Octobr. CORNELIUS LANCILOTTUS, *Belga*, Mechliniensis, Ordi-

Ordinis Eremitarum Augustini, Theol. Doctor, Conventus non unius Rector, totiusque ordinis per Belgium Prior Provincialis, æt. 48. Condidit *Pancarpium Augustinianum: Vitam D. Augustini: Nectar & Antidotum, ex operibus D. Augustini collectum &c.*

25. Octobr. JODOCUS COCCIUS, *Germanus*, Trevirensis, S. J. primùm in Academia Trevirensi Philosophiæ, deinde in Molshemiensi Collegio Theol. Professor, Doctor, & primus Academiæ Cancellarius, tum Archiduci Leopoldo à Confessionibus sacris, & ad Cæsarem Legatus, æt. 41. Edidit *Parallelon Bibliacum, Visionum Joannis Apoc. 1. & Dan. 10: Disp. de arcano SS. Scripturæ sensu: De vero & falso Anti-Christo: De Missæ sacrificio: Sanctorum Alsatiæ historiam.* Et sub nomine Academiæ Molshemensis, *Theologicarum Thesium libros III: Dagobertum Regem, Argentinensis Episcopatus Fundatorem, notis illustratum: Panegyricum.*

4. Novembr. JO. SWETNAMUS, aliàs NICOLSONUS, *Anglus*, Northamtoniensis, S. J. Pænitentiarius, æt. 43. Scripsit Anglicè, præscriptis literis I. S. *Peregrinationem S. Mariæ Magdalenæ ad Paradisum: Paradisum voluptatis super Litanias Lauretanas.* Transtulit etiam ex Hispanico Anglicè *Antonii Molinæ tractatum de oratione mentali: Franc. Arias exhortationem ad profectum spiritualem, & Dialogum de Contritione.*

25. Novembr. PETRUS FABRICIUS, *Polonus*, S. J. Collegiorum totis ferè 20. annis Pultoviensis, Jaroslaviensis & Calisiensis, domus item utriusque tum probationis, tum Professorum Cracoviæ Rector, tum quoque in Residentia Toruniensi supremus, demum Provinciæ Poloniæ Præpositus Provincialis, æt. 71. relig. 52. Transtulit in linguam Polonicam *Lucæ Pinelli Meditationes de Eucharistia: Thomæ de Kempis lib. IV. de Imitatione Christi: Rob. Bellarmini Tract. de Gemitu Columbæ, & de septem Verbis à Christo in cruce prolatis.*

26. Novembr. JO. A FUCHT, *Belga*, Antverpius, Brabantinus, Phil. Magister, primùm Pastor in æde D. Jacobi Hildesiensis, inde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Helmstadiensis, æt. 54. ipsô natali suô. Emisit *Paschasii Ratberti Testimonia SS. Patrum de genuino Eucharistiæ intellectu usuque: Sancti Augustini sententias ex omnibus ejus operibus à S. Prospero excerptas: Compendium Synodorum.*

4. Decembr. VALENTINUS SMALCIUS, *Germanus*, Gothâ-Thuringus, primò Rector Smiglæ, deinde Pastor Racoviæ, post Lublini, & tandem rursus Racoviæ, Photinianus, æt. 50. Scripsit *de Divinitate Jesu Christi: Catechesin Racoviensem: Brevem Instructionem Religionis Christianæ: Animadversiones in Petri Scargæ librum, cui titulus; Pudefactio Arianorum Racoviæ: Librum*

Psalmorum Davidis & Hymnorum à Smalcio potissimum compositum: Brevem explicationem initii Evangelii Johannis: Defensionem Anonymi (Fausti Socini) *de Ecclesia & missione Ministrorum: Resp. ad librum Smiglecii, Jesuitæ: Refutationem disputationes A. Gr. de Spiritu Sancto: Resp. ad librum Ravensbergeri: Refutationem thesium Schopperi de SS. Unitate divinæ essentiæ, & in eadem SS. Personarum Trinitate: Refutationem thesium Wolf. Fr. de præcipuis Religionis Christianæ capitibus: Parænesin ad Isaacum Casaubonum, sub nomine Andreæ Reuchlini: Tract. de Ecclesia & missione Ministrorum: Versionem N. Testamenti è Græco in Polonicum &c.*

4. Decembr. JO. WALTERIUS VIRINGUS, *Belga*, Lovaniensis, S. J. Sacerdos, humaniorum literarum & Theologiæ Lector, æt. 52. Relig. 33. Scripsit Latinè *de triplici Cœna Christi, Agni, Vulgari, Eucharistica*; Vernaculè autem *adversus Jo. Walesium.*

11. Decembr. JO. WAGNERUS, *Germanus*, Oldenburgensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Susatensis Con-Rector, deinde Concionator Aulicus Coloniensis, tum Pastor Jeverlandensis, postea Mindensis, denique Brunsvicensis, ibidemque Superintendens, æt. 63. Ministerii 38. Ejus est *Pannacæa Spiritualis, sive parva Biblia: Postilla de Tempore & Sanctis: Conc. funebres: Supplicium Achanis ex Jos. VII. 19. &c.*

obiit ANNO 1622.

13. Dec. AUGUSTINUS DE QUIROS, *Hispanus*, Illitargitanus, Nobilis, Societatis Jesu Sacerdos, Humanitatis & Theol. Professor, Collegii Beatiani, Granatensis ac provinciæ Bæticæ Præfectus, Censor S. inquisitionis apud Hispalenses, Granatensis & Cordubenses judices, æt. 56. Societ. 40. Condidit *Commentarios exegeticos literales in postremum Canticum Mosis, in Esaiæ caput XXXVIII. & Canticum Ezechiæ: In Prophetas Nahum & Malachiam: In Epistolas S. Pauli ad Ephesios & ad Colossenses: In epist. Catholicas Jacobi & Judæ.* Hispanicè *Discursum contra affectatores antiquarum & obsoletarum vocum.*

19. Dec. BENEDICTUS JUSTINIANUS, *Italus*, Genuensis, S. J. Eloquentiæ Prof. Romanus, deinde Theol. Tolosanus in Gallia, Messanus in Sicilia & Romanus in Italia, nec non Sacerdos in præcipuis Italiæ civitatibus, Collegii Romani, & bis Pænitentiariæ ad Vaticanum Rector, & Pontificis summi Theologus atque Ecclesiastes. æt. 72. relig. 55. Edidit in lucem *Explanationes in omnes Epistolas S. Pauli Tomis II: Explanationes in omnes Epist. Catholicas: Apologiam pro libertate Ecclesiastica ad Gallo-Francos: Orationem de Passione Domini: Aliam in funere Innocentii IX. Pont. Maximi.*

22. Dec. EDUARDUS DAUSONUS, *Anglus*, Londinensis, Jesuita, æt. 46. Paravit, Anglicè *Methodum meditandi practi-*

practicam. Transtulit ex Hispanico *Petri Ribademicæ* in Anglicum *Vitas multorum Sanctorum.*

22. Dec. JULIUS MAZARINUS, *Siculus*, Panormitanus, S. J. Philos. Lector Panormi, & Theol. Parisiis, tum Collegiorum Genuensis & Ferrariensis Rector, Domus Professæ Panormitanæ Præpositus, æt. 78. relig. 64. Ejus reperitur *In Psalmum Davidis L. Discursus Centum: Super Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto Discursus: Colossus Babylonicus Tomis II: Instructio Concionatorum: Sermonum Tomi IV. super sermone Domini in monte.*

26. Dec. FRANCISCUS SALESIUS, *Italus*, Episcopus & Princeps Genevensis, Auctor Ordinis Visitationis, ab Alexandro VII. Sanctis Romanorum communibus adjectus. Confecit *Philothecam seu Introductionem ad vitam devotam*, (libellum Gallicè consignatum, in varias deinde linguas, Latinam, Belgicam, Hispanicam & Germanicam translatum) *Ideam boni regiminis: Tractatum amoris divini: Thesaurum spiritualem: Modum concionandi: Nomen devotè vivendi &c.*

MELCHIOR ADAMUS, *Germanus*, Grotkoviensis Silesius, Philos. Magister, illustris apud Heidelbergensis Pædagogii Rector. Congessit *Vitas Germanorum Theologorum: Jurisconsultorum: Medicorum Philosophorum: Decades duas continentes Vitas Theologorum exterorum principum: Apographum monumentorum Heidelbergensium: Notas in Orationem Julii Cæsaris Scaligeri pro M. T. Cicerone, contra Ciceronianum Erasmi: Parodias & Metaphrases Horatianas.*

ANTONIUS BASSOLIUS, *Lotharingus*, Tullensis, S. J. æt. 30. *Dionysii Alex. Periegesin* notis illustravit.

NICOL. BYFELD, *Anglus*, Strotfordiensis, Collegii primùm Exoniensis Oxoniæ Socius, deinde Ecclesiæ Cestrensis Pastor, pòst Rector Isleworthianus in comitatum Midlesexiæ. Extant ab eo idiomate vernaculô varia, inter quæ *Expositio epistolæ ad Colossenses: Comment. in* 1. *Petr.* 2. & 3. &c.

CHILIAM A GOLDSTEIN, *Germanus*, Nobilis Marchiacus, Dominus in Passendorffium, Consiliarius Saxon. & Consistorii Hennebergici Præses. Elaboravit *Enchiridion Processus: Practicam Processus.*

PAULUS JOSEPHUS DE ARRIAGA, *Hispanus*, Cantaber, Vergarensis, S. J. inter Indos Arequipæ & regiæ urbis Collegiis præfectus, æt, 60. Societ. 45. periit naufragio, & reliquit *Rhetoris Christiani Partes VII: Directorium spirituale: Tractatum de Extirpatione Idololatriæ, & de mediis ad conversionem Indorum aptissimis: Librum exercitiorum spiritualium.*

THOMAS MERMANNUS, *Germanus*, Coloniensis, Med. Doctor, Ducum Bavariæ Archiater, æt. suæ 63. Typis subjecit *Consultationes ac Responsiones Medicas.*

PAULUS SANSONIUS, *Italus*, Mediolanensis, Ordinis S. Antonii, Theol. & Phil. Doctor, sacræ Inquisitionis Præfectus Patavinus. Dedit *Comentaria in Aristotelem & universam Theologiam.*

NICOLAUS COEFFETEAU, *Italus*, Cenomanensis, Vicarius Generalis ordinis Dominicani, æt. 49. Stilo pugnavit *contra Jacobum, Angliæ Regem: Contra Ph. Mornæum de Eucharistia: contra Marcum Antonium de Dominis de S. Monarchia Ecclesiæ.* Traduxit *Florum*, & scripsit *Historiam Romanam.*

GEORGIUS RAGUSEUS, *Italus*, Medicus & Philosophus Patavinus. Elaboravit *Disp. Peripateticas: Tractatum adversus Cremoninum de formis Elementorum: Libros II. Epistolarum Mathematicarum.*

PETRUS DE SPINA, *Helvetius*, Basiliensis, Med. Doctor, in patria primùm Practicus & Senator, inde Electoris Heidelbergensis Friderici IV. Medicus intimus, tandem in eadem Universitate Med. Prof. primarius, æt. 59. Edidit *Hier. Mercurialis lib. V. Medicinæ Practicæ.*

ANNO 1623.

10. Jan. NICOLAUS SIEGFRIDUS, *Germanus*, Melissâ-Hennebergensis, Phil. Magister, Ecclesiastes primùm Hildesiensis, deinde Pastor & Superint. Wismariensis, æt. 62. Emisit *Conciones aliquot sacras*, è quibus est *via regni cælorum, de falsis Prophetis.*

14. Jan. JOACHIMUS STEPHANI, *Germanus*, Pyriziô-Pomeranus, Phil. & J.U. Doctor, primò Mathes. pòst Juris Professor Gryphiswaldensis, nec non Principum Pomeranorum Consiliarius. Commentatus est *de jurisdictionibus Græcorum, Judæorum & Ecclesiasticorum: De Sponsoribus & Solutionibus: De Arte juris: Expositionem Novellarum Constitutionum Justiniani: Institutiones juris Canonici: Tractatum de Conciliis & Synagogis: Demonstrationes Politicas.*

25. Jan. LEONHARDUS LESSIUS, *Belga*, Brechtano-Brabantinus, Soc. Jesu, primò Duaci Philos. pòst Lovanii Theol. Professor & Studiorum Præfectus, æt. 69. Relig. 51. In doctorum versantur manibus ab eo scripti *Libri IV. de justitia & jure: Dissert. de Montibus Pietatis: De Perfectionibus moribusque divinis libri XIV: De Gratia efficaci, decretis divinis, libertate Arbitrii & Præscientia Dei condititionata: De Prædestinatione & Reprobatione Angelorum & Hominum: De Summo Bono & æterna Beatitudine Hominis libri IV: De Providentia Numinis & animi immortalitate libri II. adversus Atheos & Politicos: De Fide capessendâ: De Anti-Christo & ejus Præcursoribus: De Statu vitæ deligendo & Religionis ingressu: De vera ratione valetudinis bonæ.* Sub alieno nomine prodiit ejus

Discus-

Discussio decreti magni Concilii Lateranensis: De Beatitudine: De Actibus humanis: De Incarnatione Verbi: De Sacramentis & censuris: Prælectiones Theologicæ posthumæ, cum variorum casuum resolutionibus: XL. Considerationes de L. Nominibus Dei.

26. Januarii JO. OLEARIUS, *Germanus*, Vesaliâ-Clivensis, Theol. Doctor, hujus & Hebr. Linguæ Prof. Helmstadiensis, hinc Pastor ac Superint. Halensis, æt. 77. Ministerii 42. Luci dedit publicæ *Disputationum Theologicarum Partes duas: Institutionem Principis Christiani, ex Agapeti tabula: Orationes varias: Jonam Prophetam cum Annotationibus: Depulsionem Criminationum pagellæ Cerbestanæ: De Exorcismo contra Amlingum.* Germanicè *de Imperio Turcico: Designationem plus quam* 200. *errorum Calvinianorum: Monitum pro Abominatione Calvinistarum: Conciones diversas &c.*

13. Febr. NICOLAUS FULLERUS, *Anglus*, Southamptoniensis, primùm Episcopatus Wintoniensis Secretarius, deinde in Collegio D. Joh. Baptistæ Tutor, Artium Magister, Ecclesiæ Aldingtonensis Rector, Canonicus Sarisburiensis, & Walthoniæ Rector, æt. 66. Famam obtinuit ex *Miscellaneorum sacrorum Theol. libris VI: Apologia contra Jo. Drusium.*

17. Febr. JO. MARIANA, *Hispanus*, Talabricensis, Toletanus, S. J. Romæ, in Sicilia ac Parisiis sacrarum literarum & Theol. Scholasticæ Prof. æt. 90. Extant ejus *Historiæ de rebus Hispaniæ libri XX: De Rege & Regis institutione libri III: De Ponderibus & Mensuris: De Adventu B. Jacobi Apostoli in Hispaniam: De editione vulgata SS. Bibliorum: De Spectaculis: De Monetæ mutatione: De die & anno mortis Christi: De annis Arabum cum nostris annis comparatis: De Morte & immortalitate libri III: Scholia in V. & N. Testamentum.* Notis illustravit *Lucæ Tridentis Episcopi de altera vita fideique controversiis.* In epitomen redegit *Photii Bibliothecam.*

19. Febr. JOSEPHUS CRESWELLUS, *Anglus*, Londinensis, S. J. Collegii Anglorum Romæ Rector & Vice-Præfectus Anglicanæ Missionis in Hispania, ac demum Vice-Præfectus in Belgio, æt. 65. relig. 40. Scripsit Latinè *De Vita beata.* Anglicè, sub nomine Jo. Pernii, *contra edictum Reginæ Elisabethæ adversus Catholicos.* Et tacitô nomine, Latinè *Exemplar literarum missarum è Germania ad D. Guil. Cecilium: Meditationes inter recitandum Rosarium &c.*

1. Martii HIERONYMUS BUCCAFERREUS, *Italus*, Bononiensis, JC. primùm in Gymnasio patrio Institutionum Professor, deinde Decurio, tum in sanctæ Inquisitionis Collegio Consiliarius, æt. 71. Libros fœcundi ingenii partus reliquit plures, è quibus lucem adspexit *Volumen è Consiliis* 1400. *selectum.*

1. Mart. FRANCISCUS DE MENDOZA, *Hispanus*, Marchio de Guadaleste & Aragoniæ Almirantus, commendatarius de Valdepennas in Calatravæ militia, regius Oeconomus & Alberti Austriaci Archiæconomus, militarium ejus copiarum Præfectus, Legatus, & postremò Ecclesiæ Segustinæ Antistes. Confecit *Genealogiam Virginis Deiparæ: Relationem Legationis suæ ad Cæsarem, Archiduces Austriæ & Regem Poloniæ.*

8. Mart. THOMAS SAILLIUS, *Belga*, Bruxellensis, Canonicus Furnensis in Flandria, tum Atrebatensis, postea S. J. & Alexandro Farnesio, Parmæ Duci, à Confessionibus, postremò Collegii Bruxellensis Rector, æt. 70. relig. 43. Vulgavit Latinè *Litanias vitæ & passionis Domini: Narrationem expeditionis Belgicæ Archiducis Alberti ad Ambianum: Collectas à se variorum funebres laudationes: Thesaurum precum.* Gallicè *Instructionem & praxim militis Christiani: Testamentariam Dispositionem & Codicillos:* Flandricè *Catholicum veridicum: Resp. ad quæstiones controversas inter Catholicos & Hæreticos: Excitatorium è somno ad Hæreticos: Apologiam pro excitatorio adversus Abrah. Costerum*, sub nomine Adriani Vanloo: *Domum Conscientiæ de modis & remediis rectè vivendi & moriendi &c.*

10. Mart. JO. FAVOUR, *Anglus*, Southamptoniensis, J. U. Doctor, Vicarius Parochialis Hallifaxiæ in agro Eboracensi, Pacis Justitiarius, Med. Prof. Oxoniensis & Chirurgus. Composuit librum, cui titulus; *Antiquitas de Novitate triumphum ducens.*

14. Mart. VALERIUS REGINALDUS, *Burgundo*-Sequanus, Usiensis, S. J. Burdigalæ Philos. Lector, deinde quoque Mussiponti ac Parisiis, postea Molæ Theol. Moralis interpres, æt. 80. relig. 50. Scripsit *Praxim fori Pænitentialis ad Directionem Confessarii Tom. II: De Prudentia & cæteris in Confessario requisitis: Tract. de officio Pænitentis in usu Sacramenti Pænitentiæ: Compendiariam praxim difficiliorum Casuum Conscientiæ: Instructionem ad usum Sacramenti Pænitentiæ.*

27. Mart. MICHAEL ROETENBECK, *Germanus*, Norimbergensis, Med. Doctor, inque patria Physicus, æt. 55. Collegit *Epitaphia, quæ Normbergæ extant in templis & Cœmiteriis.*

29. Mart. SCÆVOLA SAMMARTHANUS, *Gallus*, Julioducensis, Nobilis, primùm Quæstor, pòst Prætor urbicus & Capitaneus, tum Ærarii Præfectus, & Præses Pictaviensis, sæpius Legatus regius, æt. 87. officii 45. Paravit *Libros III. de Pædotrophias, sive de modo infantes ex ubere nutriendi: Humanæ Vitæ Zodiacum: Lib. III. de Re accipitraria: Galliam Christianam: Elogia Gallorum illustrium: Historiam Genealogicam domus Franciæ: Poëmata varia.*

2. April. MICHAEL WOLFIUS, *Germanus*, Ratisbonâ-Bavarus, Phil. Magister, primò Mathematum, de-

inde Physices, ac tandem Logices Prof. Jenensis, æt. 39. Struxit *Disp. varias*, ex quibus sunt *de Cælo: De Contactu, actione, passione & missione: De prima corporum mixtorum forma, videlicet Meteoris: De Fossilium duriorum specie prima, vid. Metallis: De Loco: De Elementis: Orationem de Veritate &c.*

12. April. ANSALDUS CEBA, *Italus*, Genuensis, Patricius, æt. 58. Condidit opera sermone populari varia, uti *Poëmata de Regina Esther: De Lazaro mendico: De Furio Camillo: Tragædias tres: Volumen variorum carminum: Exercitia Academica: Dialogum de Oratione Panegyrica: Dialogum de Poëmate Heroico: De Republica: Primordium historiæ Romanæ: Commentar. in Theophrasti Characteres Morales: Duo Volumina Epistolarum ad Familiares*, & alia.

30. April. JO. GEVARTIUS, *Belga*, Turnholtius, Bruxellensis, Canonicus & Officialis Antverpiensis, æt. 60. Meditabatur *de Ducibus Brabantiæ opus.*

6. Maji BENEDICTUS ÆGIDIUS, sive GIL, *Lusitanus*, JC. & Advocatus in urbe Olisiponensi. Protulit *Commentaria in L. de justitia & jure, sive de universa Contractuum materia: Comment. ad L. I. C. de Sacrosanctis Ecclesiis: Tractatum de jure & privilegiis Honestatis: Directorium Advocatorum: Hortulum Animæ: Relectionem in L. Titii, si non nupserit D. de cond. & dem. &c.*

Obiit ANNO 1623.

6. Maji WOLFGANGUS WERTHERUS MULPHORTIUS, *Germanus*, Rohdâ-Thuringus, J. U. Doctor & Prof. Jenensis, æt. 48. Scripsit *de Reconventione: De Solutionibus: De Fide jussionibus &c.*

7. Maji JOH. SPRINT, *Anglus*, Phil. Magister, Vicarius de Thornburii, Parochus Londinensis. Dedit *summam Christianæ Religionis in modum Catechismi: Usum necessarium Christiani Sabbati, sive diei Dominici &c.*

19. Maji JO. FABER, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. Magister, Theol. Licentiatus, hujusque in patria Professor & Ecclesiastes, æt. 56. Elaboravit *Orationem, qualis fuerit nuper, ac multis retro seculis Christianismi Status, quæque irrepserint in Ecclesiam Superstitiones, quæ vitia, qui abusus, & quid tandem in doctrina Ecclesiastica sit emendatum atque correctum?* & fortè alia.

26. Maji JO. BAPTISTA IMPERIALIS, *Italus*, Vincentinus, Phil. & Medicus Patavinus, æt. 54. *Alexandrum Massariam ab Horatii Augenii objectis vindicavit*, aliaque emisit publica luce dignissima, *ut Exoticarum Exercitationum Libros duos.*

10. Junii MICHAEL COYSSARDUS, *Gallus*, Arvernus, Bessanus, S. J. Oratoriæ Prof. Parisiensis, Collegiorum Lugdunensis, Turnoniensis, Aniciensis, Bisuntini & Viendensis in Delphinatu Rector, denique Vice-Provincialis Præpositus, æt. 76. relig. 62. Edidit, ut rem literari-

am amplificaret, *Thesaurum Virgilii in LL. CC. digestum*: *Tabulas Figurarum & Vitiorum Orationis, Virgilianis exemplis illustratas*: *Comment. in M. Tullii Partitiones*: *Litanias Lauretanas*. Præterea Gallicis versibus complexus est *Catechismum totamque doctrinam Christianam libris III*: Scripsit & *Epistolam de utilitate & fructu canendi res pias*. *Nicotii Dictionarium Gallico-Latinum* infinitis propè dictionibus locupletavit. Denique reddidit Gallicè ex Italico libellos plurimos, nec non permulta Japonica.

15. Junii JACOBUS DE SOMERE, *Belga*, Gandavensis, Reip patriæ Syndicus. Lusit *Poëmata varia*.

21. Jun. JO. POSSELIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. Magister, primùm Rector Flensburgensis in Holsatia, pòst in Acad. patria Græcæ Linguæ Professor, ac demum Philos. Facultatis Senior, Scholæque ibidem Senatoriæ Rector, æt. 58. Dedit *Familiarium Colloquiorum libellum Græcè & Latinè &c.*

15. Augusti CHRISTOPH. HUNNICHIUS, *Germanus*, Philos. Magister, Gymnasii Stetinensis Rector, æt. 56. muneris 17. Scripsit *Dissertationem de Situ, quiete, figura & magnitudine globi terrestris*, & fortè alia.

17. August. HENRICUS LEUCHTERUS, *Germanus*, Theol. Doctor & Superintendens Hasso-Darmstadinus, æt. 65. Enucleavit *Alcoranum*

obiit ANNO 1623.

Mahometicum: *Relationem historicam de Fœderibus, quorum fit mentio in sacra scriptura*: *Demonstrationem, Lutherum nunquam ad partes Zwinglianorum in doctrina de S. Cœna accessisse*: *Informatorium de partibus in matrimonio observandis*: *Libros III. Epigrammatum*: *Conciones in Prophetam Haggæum*: *Explicationem Prophetæ Obadiæ*: *Speculum Vitæ æternæ*: *Antiquam Hassorum Fidem Christianam & veram*: *Conc. de Ascensu Christi in Cœlum*: *Discursum de Prodigiis quibusdam in cœlo & terra visis*: *Clericum maritum*: *Comm. in Ecclesiasten Salomonis*: *Conc. de ineffabili gratia Dei*: *De Academiis &c.*

25. Aug GEORGIUS MAUR, *Germanus*, Rainensis, Bojus, S. J. 24. annos Augustæ Vindelicorum Sacerdos, æt. 58. relig. 40. Formavit *Institutiones Linguæ Hebraicæ*. Vertit ex Latino Græcè *Evangelia & Epistolas Dominic*: *Fasciculum sacrarum Litaniarum*: *Thomæ à Kempis de Imitatione Christi libros IV*: *Vitam B. Ignatii*: Hebraicè etiam vertit *Catechismum &c.*

6. Septembr. TIBERIUS GAMBARUTUS, *Italus*, Patricius Alexandrinus, J. U. Doctor, nonnullis Cardinalibus à Secretis, æt. 52. Concinnavit *Discursus & Observationes Politicas Tomis II*: *Orationes de Margareta Austriaca*: *De Adventu Cardinalis Alexandrini, Pii V. Nepotis, in patria*: *Poëmata varia*: *Discursus varios &c.*

19. Sept.

19. Sept. TIMÆUS FABER, *Belga*, Leovardiâ Frisus, J. U. D. & Professor Franekeranus, æt. 45. Edidit *Librum Annotationum Juris: Disputationes ad lib. IV. Institutionum Juris Justinianei.*

23. Sept. HERMANNUS BOSENDORFF, *Germanus*, Monasteriensis Westphalus, S. J. literarum humaniorum & Philos. Lector, nec non Ecclesiastes, deinde Collegii Monasteriensis Rector, & subinde Moguntini, Theol. Doctor, æt. 57. relig. 35. Vulgavit alienô nomine *Apodixes tres blasphemiarum Ecclesiæ Calvinisticæ, circa tres primos Symboli Catholici articulos, adversus Conr. Vorstium: Apodixim, Calvinistas non esse Lutheranorum Fratres, adversus eundem: Detectos errores, errorum Pontificiorum, circa primos articulos Symboli à Conr. Vorstio disputationi appensorum:* Sub nomine Hermetis Pistorii, *Stellulam Catholicæ orthodoxæque Fidei, contra Jac. Reneccium: Thesaurum Sponsarum pro Virginibus Deo devotis.*

27. Sept. FRONTO DUCÆUS, *Gallus*, Burdegalensis, Jesuita, Artium Magister, primùm Eloquentiæ, deinde sacrarum literarum Professor, æt. 66. relig. 47. Emisit Gallicè *Inventarium errorum, contradictionum & falsarum citationum Philippi Mornæi: Refutationem responsionis Ph. Mornæi:* Tacitô suô nomine, *Collectanea in Clementem Alexandrinum: Antonii Melissæ Abbatis Sermonum & Locorum Communium libros duos, cum Annotationibus: Notas Amæbæas ad Sanctum Paulinum: Gregorii II. P. M. duas epistolas ad Leonem Isauricum: Gregorii Nazianzeni Opera Græco-Latina: Greg. Nysseni opera Græco-Latina cum Scholiis: Zonaram in Canones Apostolorum Græcè & Latinè: Basilii M. opera Gr. Latina cum notis: Canones S. Apostolorum, Conciliorum Generalium & Provincialium: Jo. Chrysostomi Opera Græcè & Latinè: Nicephori Callisti Xanthapuli Ecclesiastæ Historiæ libros XVIII. Gr. & Latinè cum notis: Bibliothecam Græcorum Patrum.*

13. Octobr. DIDACUS DAZA, *Hispanus*, Carpentanus, S. J. Sacerdos, Philos. Compluti, & Moralis Theologiæ Placentiæ interpres, deinde Principi Franc. Borgiæ à Confessionibus in regno Peruano, æt. 44. Societ. 24. Edita est, post ejus mortem, *Exegetica juxta & Parænetica Commentatio in Epistolam S. Jacobi Apostoli.*

18. Octobr. GREGORIUS VASARHELI, *Hungarus*, Transiluanus, Soc. Jesu Coadjutor Spiritualis, Missionarius ad Turcas Rector Albæ Juliæ, æt. 62. Relig. 39. Publicavit Hungaricè à se translatum *Catechismum Petri Canisii, additis controversiis nostri temporis, cum certis quibusdam meditationibus Evangeliorum Dominicalium: Thomæ à Kempis libros IV. de Imitatione Christi.*

9. Nov. GULIELMUS CAMDENUS, *Anglus*, Londinensis, primùm Scholæ Westmonasteriensis Hypodidascalus & Gymnasiarcha, deinde in Fecialium Collegium adscitus & Clarentius factus est, ac demum Oxoniæ in Collegio Chelsciano Hist. Professor, æt. 74. Concinnavit libros, quorum hi sunt tituli; *Britannia sive Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ & Insularum adjacentium descriptio: Reliquiæ Britannicæ: Inscriptiones monumentales Regum, Reginarum, Nobilium & aliorum in Ecclesia B. Petri Westmonasteriensis sepultorum: Rerum Anglicarum & Hibernicarum Annales, regnante Elisabethâ: Grammatica Græca: De ratione & methodo legendi Historias. Elogia Anglorum: Actio in Henricum Carnetum Jesuitam, & cæteros proditores.*

11. Nov. PHILIPPUS MORNÆUS, PLESSIACI Dominus, *Gallus*, Nobilis, Præfectus Salmuriensis, ætat. 74. Condidit *Mysterium iniquitatis: Librum de Eucharistia: De Veritate Religionis Christianæ: Admonitionem de Messia ad Judæos: Tractatum de Ecclesia: Discursus & meditationes Christianas.*

24. Decembr. MICHAEL COIGNETUS, *Belga*, Antverpianus, Alberti, Belgii Principis, Mathematicus. Composuit *Epitomen theatri Orteliani: Instructionem de Arte navigandi: Arithmeticam: Geometriam: Astronomiam: Librum de Cambiis.*

30. Dec. THOMAS MORUS, *Anglus*,

Cantabrigiensis, Soc. Jesu, æt. 37. relig. 12. Transtulit ex Anglico Latinè *Guil. Warfordi Institutionem de præcipuis fidei nostræ mysteriis: Jo. Floydi Dialogum inscriptum DEus & Rex.*

31. Dec. JO. PELECYUS, *Germanus*, Suevus, Ulmensis, S. J. Philos. & Theol. Professor, Romanus, deinde Domus Oetingensis Præfectus, nec non Ecclesiastes variis in locis, æt. 78. Soc. 57. Monachii. Prelo subjecit *Libros V. de infinita gravitate peccati mortalis: Lib. II. de humanorum Affectuum morborumque cura: Lib. II. de mortifero linguæ humanæ veneno, ejusque præsenti remedio: Libros III. de officio hominis religiosi: Disp. varias, e. g. de originali hominis justitia & injustitia: De Sacramentis novæ legis: De SS. Eucharistiæ Sacramento & sacrificio: De Fidei Virtute: De B. Mariæ Virginis vita: De Ecclesia militante in terris: De Deo, qua is ex creaturis à nobis cognoscitur: De justificatione: De caritate: De Spe.*

HENRICUS LAVATERUS, *Helvetius*, Tigurinus, Med. Doctor, Physices in patria Professor, & Collegii Carolini Præpositus. Adornavit *Epitomen Philosophiæ Naturalis: Disputationem de Terræ motu: Defensionem Medicorum Galenicorum, adversus Angelum Salam.*

THEODORUS SITZMANNUS, *Germanus*, Thuringus, JC. & Poëta. Effecit *Notas ad Salvianum: Commentarium in Rutilii Itinerarium: Carmina.*

PHILIP-

PHILIPPUS CLUVERIUS, *Borussus*, Gedanensis, Civis Lugduno-Batavus, Geographus celebris, æt. 43. Dedit luci *Commentarium de tribus Rheni alveis & ostiis: Germaniam antiquam: Siciliam antiquam: Italiam antiquam: Introductionem in universam Geographiam: Disquisitionem de Francis & Francia.*

JO. PUTEANUS, *Gallus*, Vasco, Cimontius, ordinis Eremitarum S. Augustini, Theol. Professor regius Tolosæ. Scripsit *Commentaria in Summam D. Thomæ: Tractatum de Pontifice Romano.*

JO. AUDOENUS, vulgò OWENUS, *Britannus*, Caernarvaniensis, LL. Baccalaureus, & Ludi Trylegiensis moderator. Concinnavit *Epigrammatum libros III.*

GEORGIUS VALENT. WINTHER, *Borussus*, J. Utr. Doctor, Nobilis, Comes Palatinus, diversorum Ducum Pomeraniæ Consiliarius Aulicus. Struxit *Parthenium litigiosum, sive libros III. de litigiosis nostri seculi malitiis, & de remediis abbreviandarum litium.* Vocavit se quoque Venturam de Valentiis JC. Veronensem.

MATTHIAS ZUBERUS, *Germanus*, Neoburgô-Palatinus. Reliquit *Carmina duobus voluminibus expressa.*

JOHANNES GRASSÆUS, aliàs CHORTALASSÆUS, *Germanus*, Pomeranus, J. U. Doctor, primùm Urbis Stralsundensis Syndicus, postea Ernesti, Archiepiscopi & Electoris Coloniensis Consiliarius, demum privatam in Livonia degens vitam, & Rigæ, ut conjicio, obiens. Hic *Lapidis Philosophici possessor* creditur ævô nostrô decantatissimus. Struxit *Arcam apertam Arcani artificiosissimi, de summis naturæ mysteriis*, vulgò den grossen und kleinen Bauren. In Rusticum hunc minorem commentaria scripsit Germanicè Joh. Walchius, Schorndorffensis.

ANNO 1624.

5. Jan. JO. DELRIO, *Belga*, Brugensis, Flander, JC. Protonotarius Apostolicus, primùm Officialis & Archidiaconus, pòst Ecclesiæ Cathedralis Decanus Antverpiensis ac Episcopi Vicarius. Formavit *Expositionem in VII. Psalmos Pœnitentiales: in Psalmum CXVIII: Orationem in funere Jo. Miræi.*

11. Jan. CYRUS TYARDÆUS, *Gallus*, Cabilonensis, primùm Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis, deinceps Episcopus, tum etiam Senator honorarius Divionensis, ac Comes Consistorialis. Edidit Latinè *Pastorale, ad usum Diœcesis Cabilonensis accommodatum: Instructionem ad Parochos & Vicarios ad pronum faciendum:* Gallicè *Officia propria Sanctorum Diœcesis Cabilonensis.*

22. Jan. PAULUS RYSTIUS, *Belga*, Antverpianus, ordinis S. Dominici. Emisit *de Monomachia Serpentis & Hominis libros III.*

24. Jan. MARTINUS BECANUS, *Belga*, Hilvarenbecâ-Brabantus, Soc. Jesu Phil. & Theolog. Herbipoli, Moguntiæ & Viennæ Professor, tum Ferdinando II. Cæsari à Confessionibus, æt. 63. Relig. 41. Opuscula congessit varia, inter quæ reperiuntur *Manuale Controversiarum: Refutatio Apologiæ Jacobi, Angliæ Regis: Refutatio Torturi torti contra Sacellanum Regis Angliæ: De Potestate Regis & Pontificis, contra Lancellottum Andream: Duellum cum Gul. Tooker de Primatu Regis Angliæ: Enchiridion variarum Disputationum contra Calvinistas: Aphorismi Calvinistici: De circulo Calvinistico, contra Pareum: De judice Controversiarum fidei ac religionis: De Rep. Ecclesiastica libri IV. contra Marcum Anton de Dominis: Tract. scholasticus de libero Arbitrio: De triplici sacrificio lib. III: De Invocatione Sanctorum: Theologiæ scholasticæ Partes III: Epistolæ variæ: Tractatus de jure & justitia: Analogia V. & N. Testamenti: De Statu Animarum post hanc vitam: De Censuris Ecclesiasticis: De Resurrectione.*

29. Jan. JACOBUS WERENBERGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, in patria ad D. Mariæ Magdalenæ Pastor, & Gymnasii ibidem Professor. Condidit *Vindicias D. Lutheri: Dissertationes in Dialecticam Phil. Melanchthonis: Fasciculum Exercitationum Logicarum: Systema Metaphysicæ: Enchiridion, Nomenclaturam & Gnomologiam Metaphysices: Coronam Anni Evangelicam sive VI. Meditationes super singula Evangelia Dominicalia.*

Obiit ANNO 1624.

7. Febr. LUCAS BECMANNUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, Electoris Saxoniæ aliorumque Imperii Principum Consiliarius, Professor Wittenbergensis, ac Consistorii ibidem tam Ecclesiastici, quàm secularis Assessor, æt. 54. Reliquit *Disputationes juridicas, ut de Laudemiis &c.*

7. Febr. CUNRADUS ASLACUS, *Norwegus*, Bergensis, Phil. Magister, primum Latinæ, deinde Græcæ & Hebr. Linguarum Prof. demum etiam Theol. Doctor ejusdemque Professor primarius Hafniensis, æt. 60. Typis exscribi curavit *Tractatum de natura cæli triplicis: Physicam & Ethicam Moralem: Tabulam chronologicam: Grammaticam Hebræam: De dicendi & disserendi ratione libros III: Orationum & sacrarum Homiliarum Decadem: Dissert. de Immanuele: Disp. varias.*

14. Febr. JULIUS CÆSAR LAGALLA, *Italus*, Lucanus, Comes Palatinus, Protonotarius Apostolicus, Phil. & Medicinæ Professor Romanus, æt. 53. Concinnavit *Libros III. de Immortalitate Animarum: De Phænomenis in orbe Lunæ: De Luce & lumine: De Sympathia & Antipathia rerum: Paraphrasim in Aristotelis libros de insomniis, & divinatione per somnum: Tractatum de Cometis: De Cœlo animato: Orationes varias de Sanctissima Triade: De laudibus Leonis*

nis decimi: De laudibus Philosophiæ &c.

17. Febr. LUDOVICUS DE LA PUENTE sive DE PONTE, *Hispanus*, Pincianus, Societatis Jesu, Theol. Professor & Sacerdos, æt. 70. Societ. 50. Scripsit *Meditationes de præcipuis fidei mysteriis*: hæ ex Hispanica versæ sunt in linguam Gallicam, Belgicam, Latinam & Anglicam,) *Ducem spiritualem*, *de Oratione, meditatione & contemplatione: De mortificatione, Heroicis actionibus, sive operibus, quæ illas omnes comitantur: De Christiana Hominis perfectione: Expositionem moralem & mysticam in Canticum Canticorum: Directorium Spirituale, seu de recto Sacramentorum usu.*

19. Febr. ERASMUS A CHOKIER, cognomento DE SURLET. *Belga*, Leodiensis, J. C. æt. 48. Ejus est *Tractatus de jurisdictione ordinarii in exemptos, & horum ab ordinarii exemptione, duobus tomis: Tract. de Advocatiis Feudalibus.*

24. Febr: HENRICUS ECKARDUS, *Germanus*, Wetteranus Hassus, Theol. Doctor, primùm Superintendens Wildungensis, inde Concionator Aulicus Kirchbergensis, tum Pastor Sigenensis in Ducatu Schwartzburgico, porrò Theol. Prof. Giessensis. iterum Superintendens Francohusanus, ac tandem Generalis Superint. Altenburgensis, æt. 41. Minist. 23. Inclaruit doctissimis scriptis, *de Architectis turris Babylonicæ: Papa Pharisaizante: Refutatione novæ & inauditæ opinionis, de meritoria causa justificationis nostræ, contra Jo. Piscatorem: Fasciculo Controversiarum Theologicarum: Analysi Epistolæ Canonicæ D. Johannis: Compendio Theologiæ Patrum: Tractatu de descensu Christi ad inferos: De ordine Ecclesiastico & Politico: Pandectis Controversiarum Religionis: Dilucidatione controversiarum Theol. de Pœnitentia: Isagoge in Catechismum D. Lutheri: Scopis dissolutis Nicolai Arnoldi: Explicatione Capitis XII. Exodi: Tract. de obedientia Christi: De præcipuis Theologiæ Calvinistarum erroribus. Concionibus X. de Misericordia Dei: Homiliis Festivalibus: Jubilæis: Funebribus: in totum Psalterium Davidis: Dispp. Theologicis quàm plurimis.*

24. Febr. PAULUS LAURENTIUS, *Germanus*: Schönburgensis, Phil. Magister, primùm Rector Scholæ Halberstadiensis, inde Ecclesiastes Plaviensis. mox Superint. Olsnicensis tum Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Dresdensis, nec non Consiliarius Electoris Saxoniæ Ecclesiasticus, novissimè Pastor & Superintendens Misnensis. æt. 70. Minist. 40. Elaboravit *Explicationem Symboli Athanasii: Homilias in Jonam: in Psalmos Pœnitentiales: In Passionem Christi: in Libros Samuelis: in Jubilæum Evangelicum: in Prophetam Amos: Conc. IV. in Esaiæ LIII. Orationes duas de Comparatione D. Martini Lutheri cum Propheta Elia &c.*

28. Febr. JO. AFFELMANNUS, *Germanus*, Susato-Westphalus, Theol. Doctor, ejusdemq; Prof. Rostochiensis, æt. 36. Extant egregia ejus monumenta literaria, utpote *Censura Censuræ Lampadianæ, de Omnipræsentia Christi: Phosphorus verè Catholici, de via Papatus, & via regia ad Ecclesiam verè Catholicam & Apostolicam, contra Petrum Parzmannum: Conflictus Anti-Jesuitici tres: Anatome fætus Jesuitarum Paterbornensium de invocatione Sanctorum: Disputationum Theologicarum Tomus Singularis: Examen Concionis Rhuelianæ de S. Cœna: Cicadæ Calvinianæ, ex Apoc. IX. &c.*

6. Mart. JO. PINCIERUS, *Germanus*, Wetteranus, Hassus, Phil. Magister, & Phys. Prof. Marpurgensis. Adornavit *Paraphrasin Poëticam in Catechesin Palatinam: Scholam Herbornensem: Otium Marpurgense, quô fabrica corporis humani carmine describitur: Parerga Otii Marpurgensis, seu Philologiam: Libros IV. variarum Meditationum cum appendice carminum & cantionum: Ænigmatum libros tres &c.*

1. April. VIRGINIUS CÆSARINUS, *Italus*, Romanus, Nobilis, Urbani VIII. Pontificis Romani Cubiculo Præfectus, æt. 29. Struxit *Satyram de quorundam nobilium inscitia: Poëma de Bohemica Maximiliani Bojorum ducis victoria: De laudibus Jsabellæ Gesualdæ*, & alia quædam *Poëmata*.

3. April. BARTHOL. DE ESCOBAR, *Hispanus*, Hispalensis, nobilis, Soc. Jesu, Missionarius ad Jndos. & Sacerdos, æt. 63. Relig. 45. Edidit in lucem *Conciones Quadragesimales, & de Adventu: De Christi Testamento & Codicillo: De Festis Domini: Super omnes B. Virginis festivitates: Sermones de Historiis Sacræ Scripturæ &c.*

13. Aprilis. ERNESTUS COTHMANNUS, *Germanus*, Lemgoviâ-Westphalus, J. U. Doctor, Professor Rostochiensis, Consiliarius ac demum Cancellarius Megapolitanus, æt. 67. Posterorum indulsit usibus *Responsa juris, sive Consilia quinque tomis comprehensa: Institutiones Imperiales ad Compendium redactas: Disputationes juris Civilis: Commentarium in lib. I. Codicis Justiniani: Meditationes pias de remediis adversus calamitates, pressuras atque calumnias* &c.

13. Aprilis GULIELMUS BISSHOP, *Anglus*, Warwicensis, Nobilis, Collegii Lincolniensis apud Oxonienses Socius Presbyter deinde Romanus, Doctor Sorbonicus Parisiensis, tandem Episcopus Chalcedonensis, æt. 71. Scripsit *Reformationem Catholici deformati per Guilielmum Perkersum*, & alia Sermone populari.

17. April. MATTHIAS CUNO, *Germanus*, Viadrinus, J. U. Doctor, Electoris Brandenburgici Consiliarius, inq; Patria Academia Professor, tandem emeritus, æt. 73. Professionis 42. Reliquit *Tractatum de Regalibus: Librum de Pactis: Disp. juridicas* &c.

30. April. JO. HULDRICUS WOLFIUS, *Helvetius*, Tigurinus, Comitatus Kiburgici Administrator, tum Prætor,

Prætor, inde Conſul & Quæſtor, æt. 65. *Pſalterium Davidis ex optimis Translationibus* rhythmicè reddidit.

1. Maji. LUDOVICUS BALLESTER, *Hiſpanus*, Valentinus, Soc. Jeſu, in collegio patrio multos annos ſacræ linguæ & Sacrarum literarum interpres tum Domus Tarraconenſis præfectus, æt. 82. Relig. 60. Formavit *Onomatographiam, ſeu deſcriptionem nominum varii & peregrini idiomatis, quæ in Latina Vulgata editione Sacrorum Bibliorum occurrunt: Hierologiam, ſive de ſacro Sermone lib. IV. de ſubſtantia Divina, corporea inanimata, vegetativa, ſenſitiva.*

7. Junii. JOSEPHUS BLANCANUS, *Italus*, Bononienſis. S. J. Mathem. in Gymnaſio Parmenſi & alibi ad 20. annos Profeſſor, æt. 58. Relig, 32. Prelo ſubjecit *Ariſtotelis loca Mathematica, ex univerſis ejus Operibus collecta & explicata: Diſſertationem de Mathematicarum natura, & clarorum Mathematicorum Chronologia: Sphæram mundi, ſeu Coſmographiam demonſtrativam: Introductionem ad Geographiam: Apparatum ad Mathem. ſtudium: Echometriam, ſeu traditionem Geometricam de Echo: Inſtrumentum ad horologia deſcribenda.*

22. Junii. PHILIPPUS CAMERARIUS, *Germanus*, Norinbergenſis, J. C. & Reip. patriæ Conſiliarius, æt. 87. Concinnavit *Horarum ſubciſivarum, ſive Meditationum Hiſtoricarum centurias tres: Horas Naturales.*

23. Junii. FRUCTUOSUS DE S. JOANNE, *Luſitanus*, Algarbienſis, Canonicus regularis in Monaſterio S. Crucis Conimbricenſis. Dedit Tractatum *de Ritibus & Computo Eccleſiaſtico: Comment. in Rhetoricam Ciceronis: In Artem Poëticam Horatii: Hiſtoriam variarum rerum ſui temporis.*

17. Julii. GEORGIUS AMENDE, *Germanus*, Dreſdenſis, Soc. Jeſu Sacerdos, & demum Ferdinando II. Imperatori à concionibus aulicis, æt. 52. Relig. 26. Formavit Germanicè librum, cui titulus: *Triplex Funiculus ſeu Tract. III. de Fidei controverſiis: Tres interrogationes de Eccleſia Dei & Sacra communione ſub utraque ſpecie.*

23. Julii. QUIRINUS CUBACHIUS, *Germanus*, Thuringus, IC. Hiſtoriarum & Poëſeos Prof. Jenenſis, æt. 35. Condidit *Brocardicum: Juriſprudentiam Germano-publicam: Diſpp. Juſtinianeas* &c.

6. Auguſt. HYPPOLITA DE JESU, aliàs DE ROCABERTI, *Hiſpana*, Barcinonenſis, Sanctimonialis Cænobii Angelorum Ordinis S. Dominici, fæmina doctiſſima, æt. 73. Formavit *Tres tractatus Spirituales, de Pœnitentia: De Timore Dei: De Meditatione.*

7. Auguſti. MATTHIAS UNTZERUS, *Germanus*, Patricius Halenſis, Phil. & Med. Doctor, inq; patria Phyſicus, æt. 43. Compoſuit *Phyſiologiam Salis: Tractatus de Sulphure: Librum de Hydrargyri natura: Florilegium Medico-Chymicum de Nephritide, ſeu Renum calculo: Tract. de Epilepſia: Antidotarium Peſtilentiale:*

Κάτοπ]ρον λοιμῶδες *seu de Lue pestifera libros III.*

29. Augusti. LUDOVICUS WOVERIUS, *Belga*, Antverpianus, æt. 16. Madriti. Extat ejus *Apobaterion, sive itineris sui in Hispaniam narratio: Piorum Jamborum Mnemosynon.*

25. Sept. JOSEPHUS RAGUSA, *Siculus*, Julianus, S J. Philos. Parisiis & Theol. Patavii, Mesianæ & Panormi Professor, & novitiorum Rector, æt. 63. relig. 49. Foràs dedit *Commentariorum ac disquisitionum in tertiam partem S. Thomæ tomos duos.*

9. Octobr. COSMAS MAGALLIANUS, *Lusitanus*, Bracharensis, Jesuita, Rhetoricus Prælector, Studiorum Præfectus, & Sacræ Scripturæ interpres Conimbricensis æt. 73. Societ. 37. Scripsit *Sylvam Auctorum ad puerorum institutionem selectorum: Comment. in Canticum I. Moysis: Operis Hierarchici, sive de Ecclesiastico Principatu lib. III: Comm. in Epistolas ad Timotheum & Titum: In Historiam Josuæ: In Cantica Moysis & benedictiones Patriarcharum libros IV: In historiam Judicum* &c.

14. Octobr. JO. GRIVELLUS, Dominus DE PERRIGNY, FONTAINE &c. *Burgundus*, Eques, J.C. in suprema Burgundiæ Curia Consiliarius, Belgarum Principibus à Consiliis secretioribus, Libellorum item supplicum Magister, ac Præses, æt. 64. Prodire fecit *Decisiones Senatus Dolani.*

22. Octobr. ÆLIUS EVERARDUS VORSTIUS, *Belga*, Ruremundanus, Med. Doctor & Prof. Lugduno Batavus, æt. 59. Ejus superest *Comment. de Annulorum Origine: Orationes funebres* &c.

24. Octobr. ABRAH. SCULTETUS, *Germanus*, Grunebergensis Silesius, Phil. & Theol. Doctor, hujusq; Professor Heidelbergensis, nec non Electori Palatino Friderico V. à Consiliis Ecclesiasticis ac Concionibus sacris, demum Pastor Emdanus, æt. 59. Inter scripta ejus habentur *Ideæ Concionum in Psalmos: Observationes Grammaticæ, Histor. Logicæ & Theol. in historiam Jesu Christi: Exercitationes Sacræ in Evangeliorum loca difficiliora: Ideæ Concionum in Epistolam ad Hebræos: Annales Ecclesiasticæ: Postilla Evangelica: Postilla Psalmica: Ideæ concionum in Esaiam: Axiomata concionandi practica: Tractatio Logico-Theol. de Precatione: Observationes in Epistolam ad Timotheum* &c.

31. Octobr. NICOL. VAN DER HOOCH sive AB ALTO, *Belga*, Harlemensis Batavus, J. U. Doctor & Advocatus Mechlinensis. Emisit *singularia juris, seu Doctorum dicta memorabilia.*

1. Novembr. MILO SMITH, *Anglus*, Herefordiensis, Artium Magister. Ædis Christi Capellanus Oxoniensis, Canonicus Herefordiensis, Theol. Doctor ac demum Episcopus Glocestriensis, æt. 70. Reliquit *Sermones varios.*

9. Nov. BASILIUS SATLER, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Theologiæ

logiæ Doctor, primùm Pastor ac Professor Helmstadiensis, inde Concionator Aulicus & Ducatus Guelphici Superintendens, ætatis 75. Ministerii 55. Videns ex se natos liberos, nepotes ac pronepotes 99. Edidit *Responsionem ad Quæstionem de manducatione corporis & sanguinis Christi, quæ fide tantùm fit: Medullam Davidicam ex Tomis Lutheri: De Majestate Christi: De Sacra Scriptura: De Prædestinatione &c.*

13. Nov. THOMAS ERPENIUS, *Belga*, Gorcomo-Batavus, Philos. Magister, Ling. Arabicæ & cæterarum Orientalium in Acad. Leydensi Professor, æt. 40. Exaravit *Grammaticam Arabicam: Annotat. in Lexicon Arabicum Franc. Raphelengii: Proverbiorum Arabicorum centurias II. cum interpretatione & scholiis: Novum Testamentum Arabicum: Historiam Josephi, ex Alcorano Arabicè, cum triplici versione & notis: Canones de literatura EVI apud Arabes natura & permutatione: Rudimenta lingvæ Arabicæ: Versionem & notas ad Arabicam paraphrasin in Evang. Johannis: Pentateuchum Mosis Arabicè: Historiam Saracenicam: Psalmos Davidis Syriacè: Arcanum Punctationis revelatum: Grammaticam Chaldæam & Syram: Tract. de peregrinatione Gallica utiliter instituenda: Præcepta de lingva Græcorum communi: Orationes III. de lingvarum Ebrææ atque Arabicæ dignitate &c.*

18. Nov. JACOBUS BOEHME, *Germanus*, Seidenburgensis Silesius, Sutor Görlicensis, qui se Teutonicum Philosophum appellat. Scripta ejus fanatica plurima sunt, Germanicè exarata, utpote *Via ad Christum: Clavis. Tabula principiorum: Dialogus: Triplex hominis Vita: Porta divini conspectus: Mysterium mysteriorum: Explicatio Testamenti Christi: Duo libelli de S. Baptismo: Epistola Consolatoria de 4. complexionibus: Aurora: De Signatura rerum: Josephus redivivus: Explicatio Apocalypseos &c.*

24. Nov. RICHARDUS CRAKANTHORPIUS, *Anglus*, Stricklandiâ-Westmorlandensis, Th. Doct. Regis Jacobi Capellanus ordinarius, & tandem Rector Blacknotlejensis. Paravit *Justiniani Imper. contra Card. Baron. defensionem; Introductionem Metaphysicam: Logicam: Ecclesiæ Anglicanæ defensionem contra Marc. Ant. de Dominis: Tract. de Concilio Oecumenico V. Constantinopolitano: Conciones nonnullas &c.*

24. Nov. BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Germanus*, Brandenburgensis Marchicus, J. U. Doctor, Comitis Reinsteinensis primùm Cancellarius, deinde professor juris Wittenbergensis, demum Electoris Sax. Consiliarius, nec non supremi Dicasterii Dresdensis Assessor, æt. 59. Reliquit *Disputationes aliquot juridicas.*

5. Decembr. CASPARUS BAUHINUS, *Helvetius*, Basiliensis, Med. Doctor, primò Græcæ Lingvæ, pòst

Anatom. & Botanicæ, ac demum Med. Practicæ in Academia patria Professor, nec non Principis Würtenbergici Archiater, æt. 65. Posterorum concessit usibus *Phytopinacem seu descriptionem Plantarum ab Herbariis nostro seculo descriptarum: Institutiones Anatomicas: Theatrum Anatomicum: Pinacem theatri Botanici, sive Indicem in Theophrasti Dioscoridis opera: De Partibus Simularibus: De Lapide Bezaar: De Hermaphroditis: Methodum medendi: De Compositione medicamentorum &c.*

ANTONIUS FABER, *Gallus*, Sebusianus, Eques, Baro de Perogres, Præses Senatus Sabaudici, ætat. 67. Struxit *Conjecturarum libros XX: De erroribus Pragmaticorum & Interpretum juris Civilis tomos IV: Codicem Fabrianum Definitionum in Senatu Sabaudiæ tractatarum: De variis debitorum nummariorum solutionibus: Rationalia in Pandectas: Jurisprudentiam Papinianam ad ordinem Institutionum Imperialium reformatam: Quæstiones Laudemiales: Consultationem de Montis ferrati Ducatu, contra Ducem Mantuæ, pro Sebaudo: De Religione regenda in Republica.*

MAXIMILIANUS WITTEBORT *Belga*, Montensis, J. U. Doctor Lovaniensis: inde Concilii Hannoniensis Assessor. Scripsit *Panegyricum de Assumptione B. Virginis Mariæ: Orationem funebrem in obitum Petri Gudelini, JC. &c.*

BALTHASAR EXNERUS, *Germanus*, Hirschbergensis Silesius, Poëta Laur. Cæsareus, in Gymnasio Schonaichiano Histor. Professor. Hujus studiô prodiit *Anchora utriusque vitæ, in symbolum; Spero meliora: Libellus de ludo Schacciæ: Valerius Maximus Christianus: Flores ex C. Plinii Scriptis.*

MILESIUS WINDSORE, *Anglus*, Hantoniensis, Collegii apud Oxonienses corporis Christi Socius, Artium Baccalaureus, æt. 82. Publicavit *Academiarum in Europa Catalogum: Conciones varias de Acad. Oxoniensi & ejus rebus.*

JO. ZYGROVIUS, *Polonus*, Pastor Paniovicensis in Podolia, inde in Lithuania ad sacrum munus vocatus, ætatis 50. Exaravit Polonicè *Comparationem fidei Catholicæ in oriente & occidente, olim & nunc, in Ecclesia Evangelica: Demonstrationem legitimæ missionis Ministrorum Evangelicorum: Tobiam, sive doctrinæ Oeconomicæ piæ meditationes, preces & cantiones: Catholicum reformatum &c.*

JO. GROSSIUS, *Helvetius*, ad D. Leonhardi Pastor Basiliensis, ætatis 46. Edidit *Chronicon Basiliense.*

ANNO 1625.

11. Jan. SIBRANDUS LUBBERTUS, *Belga*, Theol. Doctor & Prof. Franekeranus, ætatis suæ 69. Scripsit *de principiis Christianorum dogmatum libros*

bros VII: De Jesu Christo Servatore libros IV. contra Faustum Socinum: De Conciliis libb. V: Comment. in Catechesin Palatino-Belgicam: ad Errores Conradi Vorstii XCIX. commentarium: De Ecclesia libros VI: Responsionem ad pietatem Hugonis Grotii: De Papa Romano libb. X: Replicationem & defensionem Jac. Gretseri &c.

17. Jan. JULIUS NIGRONIUS, *Italus*. Genuensis, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Prof. Mediolani, Collegiorum Veronensis, Cremonensis & Genuensis Rector; Domus Professæ Genuensis & Mediolanensis Præpositus, æt. 71. relig. 53. Evulgavit Latinè *XXV. Orationes: Regulas Communes Soc. Jesu commentariis asceticis illustratas: Tractatus asceticos XVII: Dissert. moralem de librorum amatoriorum lectione, junioribus maximè vitanda: Dissert. de Caliga veterum: De S. Ignatio & B. Cajetano.* Italicè *Orat. in laudem Cardin. Borromæi: De recta gubernatione Reipublicæ.* Sub nomine Anagrammatico Lucii Horingii, *Dissert. de Aula, & Aulicismi fuga.* Sub nomine Pamphili Landi, *Emblemata Academiæ Parthemiæ collegii Soc. Jesu, cum explicatione.*

29. Jan. JACOBUS GRETSERUS, *Germanus*, Marckdorfensis, Acronianus, primùm Græcæ Lingvæ, deinde Philos. ac demum Theol. Professor Ingolstadiensis, ætat. 63. Relig. 48 Varia elaboravit opera, quæ sunt *de Sancta Cruce Tomi III: De Sacris Peregrinationibus libri IV: De Ecclesiasticis Processionibus libri II: De voluntaria flagellorum seu disciplinarum cruce libri tres: Pro libris de disciplinis Apologetici libri III: Historia ordinis Jesuitici correcta & refutata: Apologia pro vita Ignatii: De modo agendi Jesuitarum libri II: De jure & more prohibendi libros noxios libri II: Labyrinthus Cretico-Hunnianus: Exercitationum Theol. libri sex: Quis sit Controversiarum Fidei judex, & quæ norma? Considerationum de libertate & immunitate Ecclesiastica libri III: Controversiarum Rob. Bellarmini defensio tomis II: Murices Catholicæ & Germanicæ Antiquitates: Agonisticum spirituale de Disciplinis: Vespertilio hæretico-politicus: Relatio de Jesuitarum studiis abstrusioribus: Furiæ Prædicantium: Lutherus Academicus: Basilicon Doron: Lixivium: Pedilavium: Commentar. de Imperatorum, Regum ac Principum Christianorum in Sedem Apostolicam munificentia: Summula casuum Conscientiæ: De funere Christiano: De festis libri II: Gratiæ Dan. Cramero per solutæ: Parænesis ad A. Conf. Academicos: Volumen Epistolarum: Prædicans Heavtontimorumenos: Mysta Salmutiensis: De Benedictionibus & Maledictionibus &c.* Vertit quoque ex Græco, & Græcè Latinéque edidit *Greg. Nysseni Comment. in Psalmos*, & multa alia.

9. Febr. PETRUS METOSCITA, *Cyprius*, Maronita, Soc. Jesu, Arabicæ Lingvæ Prof. Romanus, ætat.

55. Formavit *Institutiones linguæ Arabicæ.*

12. Febr. PAULUS BENIUS, *Italus*, Eugubinus, Eloqv. Professor Patavinus. Publici juris fecit *Commentarios in Aristotelis Poëticam & Rhetoricam: Disputationes de Annalibus Baronii: Comment. in libros VI. primos Æneidum Virgilii: In Sallustium: Decades III. in Timæum Platonis: De Historia libros IV: Orationes: Dispp. de Auxiliis: De Comædia*, & alia multa.

6. Mart. JO. HAURÆUS, *Belga*, Gandaviensis, JC. & in patria Consul, æt. 74. Struxit *Arcem virtutis, sive Satyram de vera animi tranquillitate.*

26. Mart. JACOBUS VI. Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ REX, æt. 68. Scripsit Δῶρον βασιλικὸν *ad Filium: Dæmonologiæ libros III: Jus liberæ Monarchiæ: De Abusu Tobaci: Orationes & Meditationes varias*, quæ uno prostant volumine.

26. Mart. JO. BAPTISTA MARINUS; *Italus*, Neapolitanus, Eques SS. Lazari & Mauritii, Poëtarum sui ævi princeps, æt. 56. Prelo subjecit *Panegyricum Carolo Emanueli, Sabaudiæ Duci, dicatum: Lyram, sive amores Pastorum Piscatorumque cantilenas: Heroum encomia: Funebres Amicorum: Lusus pios & sacras odas: Adonidem &c.*

28. Mart. JO. HENRICUS HULDRICUS, *Helvetius*, Tigurinus, Ecclesiastes primùm Genevæ, pòst Bremæ: tandem in patria ad Spir. Sanctum. Dedit *Disp. de Hæreticis & contumacibus Ecclesiarum turbatoribus: De Sanctorum Invocatione: Carmina Latina & Græca.*

29. Mart. ANTONIUS DE HERRERA TORDESILLAS, *Hispanus*, Cuellarensis, primùm Duci Mantuano à secretis, deinde Regum Hisp. Archichronographus Indicus & Castellensis, æt. 76. Lingvâ emisit vernaculâ *Historiam generalem de India occidentali: De Mundo: De Portugallia. De Anglia: De Francia &c.* Transtulit ex Latino *Annales Cornelii Taciti:* Ex Italico *Johannis Boteri libros X. de illustrium statu, & lib. III. de origine, excellentia & augendi ratione civitatum: Thomæ Mivadoi Historiam de bello contra Turcos & Persas &c.*

5. April. BASILIUS DE FARIA, *Hispanus*, Olissiponensis, Cartusianus Nobilis, Cantor Ecclesiæ Eborensis, æt. 66. Composuit *Artem brevem linguæ Latinæ. Vitam S. Brunonis: De Ceremoniis Missæ &c.*

5. April. ANDREAS DE SOTO, *Hispanus*, ex S. Facundi Castella, Elisabethæ Claræ Eugeniæ, Hispaniarum Infanti, à Confessionibus, æt. 72. Publicavit populari sermone *Contemplationes de Christo crucifixo: Paraphrasin in Lamentationes Jeremiæ: De congregatione Pænitentum: Paraphrasin in Psalmum XVIII. & CXXI.*

7. April. ADRIANUS SPIGELIUS, *Belga*, Bruxellensis, Eques D. Marci, Medicinæ, Anatomicæ & Chirurgiæ Professor Patavinus, ætatis 47. Extant ejus *libri IV. de Semicertiana: Libri X. de humani corporis fabrica: Anatomia: Liber de Arthritide: De formato Fœtu: Isagoges in rem Herbariam: Consultatio de Lithotomia: Liber de Lumbrico lato.* Opera ejus junctim edita sunt.

20. April. PAULUS BELLONIUS, *Italus*, Nobilis & JC. Commentatus est *de Testamentis ordinandis: De potestate eorum, quæ in continente fiunt, vel ex intervallo, libris II: Orationes diversas.*

26. Maj. JACOBUS DYCK, *Belga*, Ruræmundanus, S. J. literarum humaniorum Lector, Adjutor Spiritualis, & Collegii Trajectensis Rector, æt. 50. Vertit ex Italico Flandricè *Exercitia interna virtutum Blasii de Palma: Auctarium Caroli Musart ad eundem librum: Exercitia spiritualia ad dignè communicandum.* Ex Hispanico Latinè *Praxim & declarationem exercitiorum spiritualium S. Ignatii, auctore Ludovico de Palma.*

19. Jun. MELCHIOR SEBIZIUS, Senior, *Germanus*, Falckenbergâ-Silesius, Med. Doctor, primùm Poliater Haganoamensis, deinde Physicus & Professor Argentoratensis, Collegii ibidem Thomani Canonicus, demum rude donatus, æt. 86. Reliquit *Herbarium: Libros XV. de*

Obiit ANNO 1625.

Agricultura: Theophrasti de Sudoribus & vertigine tract. Græc-Latinè.

2. Jul. SIMON KERCKHOVIUS, *Belga*, Gandavensis, in æde primaria S. Bavonis Curio ac Canonicus. Ab eo reperiuntur *Elogia sacra: Bredæ invicto Hisp. Regi restituta*, aliaque Poëmata sparsim emissa.

15. Jul. SAMUEL DAMBROVIUS, *Polonus*, Pastor Posnaniensis, deinde Vilnensis in Lithuania, ætat. 48. Evulgavit *Postillam Polonicam: Conciones funebres: Medicinam spiritualem hominis Christiani in morbo &c.*

19. Jul. HIERONYMUS MOSCOROVIUS, *Polonus*, Eques, ex prosapia Ducum Slesiorum de Svidua, Ecclesiæ Czarcovianæ fundator, ad Comitia Regni ex equestri ordine sæpius delegatus. Scripsit *contra Jo. Petricium, Ministrum Evangelicum: Sublationem pudefactionis, contra Petrum Scargam S. J: Refutationem libri Smiglecii de Baptismo &c.*

25. Jul. EDOARDUS CHALONER, *Anglus*, Buckinghamiensis, Theol. Doctor, Prof. & Sacellanus regius Oxoniensis, ætat. 34. Dedit *XII. Conciones*, Anglicè: *Differt. de autoritate, universitate & visibilitate Ecclesiæ.*

26. Jul. JOHANNES PISCATOR, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, Theol. Professor primùm in patria, deinde ad Calvini partes accedens, tum alibi, tum Theol. ac Philos. Professor Herbornensis, æt. 80. Composuit *Commentarium*

in V. & N. Testamentum: Analysin Paradoxorum Ciceronis: Notas in Catechismum Heidelbergensem: Exulem Christianum ad patientiam reliquasque virtutes informatum: Resp. ad Parasceven Conradi Vorstii de Prædestinatione: Responsionem ad Apologeticum Petri Bertii: Thesium Theologicarum Volumina duo: Quæstiones in Pentateuchum: Aphorismos doctrinæ Christianæ: Exegesin, sive explicationem Aphorismorum doctrinæ Christianæ: De causa meritoria nostræ cum Deo justificationis: Notas ad Petrum Baronem de Prædestinatione: Admonitionem de Exercitationibus Heizonis Buscherii: Refutationem quorundam Sophismatum Hannii in libro ejus de Sacramentis: Responsionem ad Elenchos H. Buscherii: Animadversiones in Dialécticam P. Rami: Analysin Librorum Ciceronis de Officiis &c.

30. Jul. JACOBUS JANSONIUS, *Belga*, Amstelodamus, Theol. Doctor & Prof. ordinarius, Collegii S. Augustini ad Leidam fluvium à se erecti primus Præses, & Ecclesiæ collegiatæ D. Petri Decanus Lovaniensis, æt. 78. Fecit *Instructionem Catholici Ecclesiastæ: In sacræ Missæ Canonem: De Sacrificiis: Comment. in Cantica Canticorum: Expositionem in Psalmos Davidicos: In Jobum: Enarrationem Passionis Dominicæ: Expos. in Evangelium Johannis &c.*

9. Aug. FRANCISCUS ROMANUS, *Siculus*, Mamertinus, Societ. Jesu, Rhetor. humaniorum literarum, Philos. & Theol. interpres. Scripsit Latinè *de Sacro Ecclesiaste libros tres.*

Obiit ANNO 1625.

12. August. MAXIMILIANUS SCHMIDT, *Germanus*, Brigantinus, Constantiensis, S. J. Human. Philos. & Theol. Lector, ætat. 35. Herbipoli. Prodire fecit *Mariam victricem: Hyperduliam Marianam: Libellos carminum: Thesium Philosophicarum centurias aliquot: Pancarpium Sapientiæ: Septizonium Philosophicum: Veritatum Peripateticarum Pentadecadem Physicam.*

14. Aug. GEORGIUS TYSKEVICIUS, *Polonus*, Podlachus, ex vetustissima Moduidorum familia, quæ Serenissimam Jagelloniam per Russiæ duces attingit, S. J. Philosoph. Calissii Lector, Vilnæ deinde Theol. Doctor renunciatus, tum Posnaniæ Theol. Scholasticæ, & Lublini Theol. Moralis Professor, exinde Thorunii, Calissii & Posnaniæ Rector, Cracoviæ quoque ad D. Petri Superior, & demum Poloniæ Provincialis, ætat. 54. Relig. 32. Paravit *Responsionem ad libellum Anonymi Thoruniensis inscriptum; Patrocinium veritatis literarum Thorunensium: Vindicias doctrinæ Soc. Jesu à calumniis Patroni Thorunensium Anonymi: Theologiam Antilogicam Lutheranorum & Calvinistarum: De Perfectione Christiana.*

15. Aug. THEOPHILUS BERNARDINUS, *Gallus*, Sedanensis, Soc. Jesu Coadjutor spiritualis, Casuum conscientiæ & Controversiarum interpres, æt. 56. relig. 34. Emisit Galli-

Gallicè *Cynosuram Christianam*, *seu methodum ad rectè instituendam deliberationem de statu vitæ deligendo: De virtutum acquisitione:* Tacitô suô nomine, *Praxim bonarum intentionum.* Latinè autem *de Religiosæ perseverantiæ præsidiis libros XI: Institutionem vitæ, sive de optimo vitæ statu certam deliberandi viam.*

24. Aug. FRIDERICUS BLANCKENBURGIUS, *Germanus*, Thuringus, Phil. Magister, primùm Diaconus Buxovillanus, deinde Pastor Herdensis in Comitatu Hanoico, postremò Hebr. Lingvæ Professor & Ecclesiastes Argentoratensis, nec non Collegii ibidem Wilhelmitani Inspector, æt. 45. Typis exscribendam dedit *Grammaticam Linguæ Sanctæ: Orationem de B. Martini Lutheri versione Germanica SS. Bibliorum*, & fortassis alia.

7. Septembr. VALENTINUS WUDRIAN, *Germanus*, Demino-Pomeranus, Phil. Magister, primùm in patria, deinde Hamburgi ad D. Petri Pastor, æt. 42. Ab eo prostat *Schola crucis de tessera Christianismi: Salve Hamburgicum, sive Concio Inauguralis, ex Jonæ I, 1.—4: Concio novi anni, de nomine JEsu &c.*

9. Sept. CASPARUS WASERUS, *Helvetius*, Tigurinus, Scholæ & Ecclesiæ in patria Minister, primò Græcæ linguæ, pòst quoque Theol. Professor. Vulgavit Scripta sequentia; *Evangelium Romanum, sive libros II. de remissione peccatorum, contra Indulgentias Papales: Analysin Psalmi CX. de Sacerdotio Christi, secundum ordinem Melchisedeck: Hieroglyphicum doctrinæ Christianæ: Tract. de Purgatorio: De Imaginibus: De Papa Romano: De Invocatione Sanctorum: De Indulgentiis Pontificiorum: De erroribus Schwenckfeldianorum: Continuationem Chronici Stumpfiani de Helvetia: Libros II. de antiquis Hebræorum, Chaldæorum, & Syrorum nummis: Libros III. de antiquis Mensuris Hebræorum: Grammaticam Syram & Hebræam: Institutiones Arithmeticas: Tract. de Quadrato Geometrico &c.*

15. Sept. HENRICUS HOLLAND, *Belga*, Dantriensis, Collegii D. Johannis Baptistæ Socius, Artium Baccalaureus, Presbyter Duacensis, & Theol Licentiatus. Scripsit *de Venerabali Sacramento: De Sacrificio Missæ: Carmina.*

15. Sept. LUDOVICUS RICHEOMUS, *Gallus*, Digniensis, nobilis, S. J. primus Collegii Divionensis Rector, tum Provinciæ Lugdunensis & Aquitanicæ Præfectus, & primus pro Franciæ Provinciis apud Præpositum Generalem Assistens, æt. 81. relig. 60. Burdigalæ. Dictus erat Gallicanus Cicero. Foràs dedit *Peregrinum Lauretanum, & de Peregrinationis bono: Tractatum de sacris Reliquiis: De ratione migrandi ad meliorem vitam: De Miraculis, Sanctis atque Imaginibus: B. Virginem juxta Crucem stantem: Figuras Eucharistiæ: Catechismum regium: Victoriam Veritatis, contra Plessæum: Epistolas*

ad Henricum IV. Galliæ Regem: Apologias pro Soc. Jesu: Idololatriam Hugonoticam: De Missa libros IV: Pantheon Hugonoticum: De divitiis: De Immortalitate animæ: Valedictionem animæ devotæ: Tabulas sacras: Picturam spiritualem: Judicium universale: Suspiria & consilia animæ Christianæ: Bellum spirituale adversus tres hominis adversarios: Examen Anticotoni, & Parallela contra Petrum de la Mattaliere: Planctum justificationis pro Jesuitis, contra Servinum, sub nomine Ludovici de Beaumantir: *Consolationem missam Reginæ, in morte Henrici IV. R. Galliæ: Epistolarum volumen* (in quo genere excelluit) *Vulpis Pasquini venationem, seu refutationem Catechismi Jesuitarum à Stephano Paschasio facti*, sub nomine Felicis à Gratia.

20. Sept. PETRUS MORIN, *Gallus*, Parisiensis, S. J. literarum humaniorum & Theol. Professor Romanus, æt. 63. relig. 40. Reddidit Gallicè *Petri Justinelli triumphum castitatis de vitio incontinentiæ: Historiam Martyrum Japonensium ab anno 1612. usq; 1620 Hist. rerum in Japonia & Sinis gestarum: Vitam Rob. Cardinalis Bellarmini: Antonii Sucquetii viam vitæ æternæ.*

20. Sept. HENRICUS MEIBOMIUS, *Germanus*, Lemgoviâ-Westphalus, Phil. Magister, Poës. & Histor. Prof. Helmstadiensis, æt. 70. Concinnavit *Notas in Sleidanum de IV. Monarchiis: Chronicon Ridagshusense: Notas ad Levoldi à Northof Origines*

Marchicas: Libellum de veteris Saxoniæ finitimarumque regionum pagis: Henrici Buntingi Chronicon Brunsvicense continuatum & auctum: Chronicon Walbeccense: Chronicon Comitum Schauenburgensium.

6. Octobr. ALEXANDER CAPRARA, *Italus*, Bononiensis, nobilis, Soc. Jesu, Græcæ linguæ & casuum, conscientiæ Professor, variorum Collegiorum Rector, æt. 67. relig. 45. Condidit *Tractatum de benedictione Episcopali: Vitam S. Petri.* Extremam quoque manum apposuit *Caroli Sigonii libro de regno Italiæ.*

26. Octobr. JO. RUTGERSIUS, *Belga*, Dordrechtanus, Batavus, JC. Consiliarius regius, & apud Fæderatos Belgii Ordines Legatus Suecicus, æt. 36. Hagæ Comitum. Publico communicavit *Libros VI. variarum Lectionum: Notas in Martialem: Poëmata: Notas in Horatium.*

11. Novembr. JO. FRIDERICUS SCHRöTERUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, Com. Palat. Cæsareus, Phil. Juris & Med. Doctor, primùm in patria Med. Professor, pòst Physicus Budissinus, iterumque Prof. Jenensis æt. 66. Reliquit *Librum de omnibus in universum totius corporis humani humoribus: Comm. in librum Hippocratis* ϖερὶ φύσεως ἀνθρώπου: *Digressiones de propagatione & autoribus Philosophiæ, nec non de præcipuis illustrium Philosophorum ante Aristotelem circa principia generationis opinionibus.*

13. No-

13. Novembr. PAULUS LAYMANNUS, *Germanus*, Oenipontanus, S. J. Phil casuum Conscientiæ & Juris Canonici Professor Ingolstadii, Monachii & Dilingæ, æt. 60. relig. 31. In lucem emisit *Libros V. Theologiæ moralis: Quæstiones Canonicas de Prælatorum Ecclesiasticorum electione, institutione & potestate: Processum juridicum contra Sagas: Defensionem in causa Monasteriorum & bonorum Ecclesiasticæ & Astri in exstincti à Casp. Scioppio editi censuram:* Suppresso nomine suô, *Pacis compositionem inter Principes & ordines Imperii Romani Catholicos, atque August. Confessioni adhærentes: Jus Canonicum, seu commentaria in libros Decretales posthuma.*

25. Novemb. RICHARDUS FOWNS, *Anglus*, Wigorniensis, Artium Baccalaureus, Principis Henrici Sacellanus, ac demum Theol. Professor ac Rector de Stoke. Divulgavit *Trisagion, sive tria Christi munera*, aliaque vulgari sermone.

9. Decembr. UBBO EMMIUS, *Germanus*, Grethá-Frisius Orientalis, primùm Scholæ Nordanæ, postea Leranæ Rector, inde primus Acad. Gröningensis Rector, nec non Histor. & Græcæ Linguæ Prof. æt. 78. Confecit *Rerum Frisicarum Historiæ Libros X: Opus Chronologicum libris V. distinctum: Genealogiam universalem Impp. Regum Principum & aliorum illustrium virorum: Græciam veterem, sive de Græcorum Rebuspublicis &c.*

Obiit *ANNO 1625.*

16. Decembr. FRANCISCUS SACCHINUS, *Italus*, Perusinus, S. J. Præposito Generali Mutio Vitellesio à secretis. Scripsit *Libellum de ratione libros cum profectu legendi: Historiæ Societatis Partem II. III. IV. & V.* (prima pars à Nic. Orlandico jam congesta prodiit) *Vitas Stanislai Kostkæ: Petri Canisii: S. Paulini: Orationes varias.*

20. Decembr. HERMANNUS RAVENSBERGERUS, *Germanus*, Sigenâ-Nassovius, Theol. Doctor ejusque primùm in Gymnasio Herbornensi, deinde Steinfurtano Professor, & Ecclesiæ ibidem Inspector, demum in Acad. Gröningensi Prof. primarius, æt. 39. Formavit *Tractatum de causa Dei: Compendium Theologicum: Hortum Theologicum: Viam veritatis & pacis, quibus modis Ecclesia ad veram SS. Scripturarum intelligentiam & firmam concordiam pertingere possit: Florilegium Theologicum: Margaritas Mosaicas septem ex Genesi collectas: Gemmam Theologicam, sive Locorum Theol. communium institutionem: Censuram & judicium de subtilioribus Theologiæ quæstionibus: Catechismum Religionis Christianæ: Examen controversiæ de impulsiva Prædestinationis causa.*

24. Decembr. ANDR. EUDÆMON JOANNES, *Græcus*, Cydonius è Creta Insula, ex Palæologorum Imperatoria familia, S.J. Romæ primùm Philosophiæ, deinde Patavii Theol. Professor, postea collegio Græcorum

in urbe Romana Præpositus, & S. Inquisitionis Censor, nec non à P.R. ad Regem Galliæ Legato Theologus. Edidit *Castigationem Lamb. Danæi, pro Card. Bellarmini controversiis: De Anti-Christo libb. 3: Epistolam monitoriam ad Jo. Barclajum: Apologiam pro H. Carneto: Confutationem Anti-cotoni: Castigationem Apocalypseos Th. Brichtmanni: Parallelum Torti: Respons. ad epistolam J. Casauboni: Refutationem Exercitationum Isaaci Casauboni libris 2: Admonitionem ad lectores librorum M. Ant. de Dominis &c.*

27. Decembr. ANDREAS GROSHENNIG, *Germanus*, Loburgâ-Magdeburgensis, Theol. Doctor, primùm Superintendens Leodiensis, deinde Theol. Prof. & Pastor Rostochiensis, æt. 37. Dedit *Dissert. de Calvinismo in fundamento fidei errante.*

JODOCUS DE WEERDT, *Belga*, Pensionarius sive Consiliarius Antverpiensis. Scripsit *de Induciis belli Belgici: Concordiæ Belgicæ panegyricum Parnassicum.*

JO. CAMERON, *Scotus*, Glascuensis, Theol. in Acad. Salmuriensi Professor, ætatis 46. Composuit *Prælectiones in selectiora Loca Novi Testamenti: Defensionem sententiæ suæ de Gratia & libero Arbitrio: De Voto Jephthæ: VII. Sermones super caput VI. Johannis: De judice controversiarum Religionis: Τὰ Σωζόμενα sive Opera Auctoris omnia*, post obitum ejus, prodierunt.

GEORGIUS REMUS, *Germanus*, Patricius Augustanus, J. U. Doctor & Professor Altorphinus, nec non Reip. Norimbergensis Consiliarius, æt. 64. Concinnavit *Notas in Themistii Orationes: Nemesin Karulinam: Libellum Iconum: Duo Spicilegia Sacra in Proverbia & Ecclesiasten Salomonis: Poëma de Acidulis Göppingensibus & Ebenhusanis: Dissertationem, quâ commentum esse putidum, calcâsse collum Imperatoris Friderici I. Ahenob. Cæsaris Alexandrum III. Pont. Rom. ostenditur &c.*

JO. DE GALLEMART, *Belga*, Framineriensis Hanno, Theol. Doctor & Prof. Duacensis. Fecit *Decisiones ac Declarationes illustrium Cardinalium Concilii Tridentini interpretum.*

CASPARUS STURMIUS, *Germanus*, Fridslariensis, Theolog. Doctor & Prof. Marpurgensis. Reliquit *Josuam, sive bellorum Josuæ libros XV. versu Virgilianô descriptos.*

HIERONYMUS BAPTISTA DE LA NUZA, *Hispanus*, Aragoniensis, nobilis, ordinis Prædicatorum, Theolog. Lector Valentianus & Cæsaraugustanus, demum Balbastrensis & Albarazinensis in Aragonia Episcopus. Prelo subjecit *Tractatus de Quadragesimæ institutione & Cineris ceremonia: De jejunio: De Eleemosyna: De inimicorum dilectione: De Tentationibus Christi: Conciones Quadragesimales: Discursus super Evangelia Tom. II.*

JO. SEI-

JO. SEIFRIDUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, ordinis Cisterciensis Cœnobii S. Crucis in Austria, demum Abbas Zwetelensis. Ab eo habetur *Arbor Aniciana, sive Genealogia Austriaca: Literæ ad Phil. III. Regem Hisp.*

MARCUS ANTONIUS DE DOMINIS, *Italus*, Episcopus primùm Segiensis, deinde Archiepiscopus Spalatensis, Primas Dalmatiæ & Croaciæ, postea à Pontificiis ad Reformatorum castra transiens, factus est in Anglia Decanus Windelsoriensis, demum ad Romanismum rediit. Emisit *Libros X. de Rep. Ecclesiastica: Historiam Concilii Tridentini: Relationem, cur patriam & Archiepiscopatum spontè reliquerit: Consilium de suo ex Anglia reditu.*

JO. GEORGIUS BESOLDUS, *Germanus*, Tubingensis Svevus, J. Utr. Doctor & Prof. Tubingensis, æt. 40. Elucubravit *Dissert. de Origine Feudorum: De Romani imperii facie: De Fœderum jure & usu: De Nobilitate: De Legibus, Privilegiis, Dispensatione: De Jure Municipali, aliisque Ducatus Würtenbergici Ordinationibus: Consilia sive Responsa juris.*

JO. FLORIO, *Anglus*, Londinensis, Henrico Walliæ Principi ab informatione, Reginæ Annæ è secretiori cubiculo, nec non privatæ Cameræ Custos. Congessit *Dictionarium Italico-Anglicum.* Vertit ex Gallico *Michaëlis de Mantagne Progymnasmata.*

JO. RUDOLPHUS LAVATERUS,

Helvetius, Tigurinus, Hanoviensis Rector, inde in patria Rhetoro-Logices in Collegio Humanitatis Professor, ac demum earum Artium in Coll. Carolino Professor. Edita ab eo sunt sequentia; *Anti-Socinus: Tractatus de descensu Christi ad Inferos: Defensio Medicorum Galenicorum adversus Angelum Salam: Disquisitiones Philosophicæ: Disp. Logicæ de termino vocis: De natura systematis Physici: De præcipuis bene stabiliendæ Reip. mediis &c.*

CASP. SUEVUS, *Germanus*, Leobergensis Silesius, Phil. Magister, patriique Gymnasii Rector. Vulgavit *Elegantias Latinitatis Cæsareanæ, ex Commentariis Julii Cæsaris collectas: Leorinum, seu urbis Leorini descriptionem.*

JO. WINTERHOVEN, *Belga*, Ultrajectinus, JC. deinde Soc. Jesu Phil. Prof. Duacensis, Collegii Ruræmondensis Rector, æt. 54. Emisit *libellum de Montibus Pietatis: Theses de Concursu Dei.*

THOMAS DEMPSTERUS, *Scotus*, Baro de Mureso, JC. Professor Parisiensis, Pisanus & Bononiensis, Concinnavit *Commentarios in Rosinum de Antiquitatibus Romanorum: In Crispum & Claudianum: Libros XXXV. Historiæ Ecclesiasticæ gentis Scotorum: Lib. IV. Epistolarum: Libros XIV. variorum Carminum.*

JEREMIAS FERRERIUS, *Gallus*. *De Anti-Christo & ejus notis* scripsisse dicitur.

FRANCISCUS CONTARENUS, *Italus*, Patricius Venetus. Condidit *Libros III. de Deo, & his, quæ à Deo effluxerunt: Lib. III. de rebus à Venetis contra Florentinos gestis &c.*

PETRUS PECQUIUS, *Belga*, Lovaniensis, Eques, Bouchautii, Borsbequii & Hovii in Brabantia Toparcha, ex Consiliario Mechliniensi sanctioris primùm Concilii Senator, & supremus militiæ Belgicæ judex, inde Brabantiæ Cancellarius & à consiliis Status, ut & Legatus. Lusit *carmina*, è quibus *Votum pro studiis Humanitatis.*

N. BUTLERUS, *Hibernus*, Nobilis, Alchimista hôc annô non quidem obiit, sed longe lateque per orbem inclarescere cepit. Extat ejus *remedium præstantissimum, quod Drif* vocârunt. Conf. ὀπτίμε]εgυ Decades nostræ Philosophorum nonæ.

ANNO 1626.

7. Jan. MATTHÆUS BACMEISTERUS, *Germanus*, Rostochiensis, Med. Doctor, ducis inferioris Saxoniæ, Augusti, Archiater, & Physicus Luneburgensis. Prodire fecit *Medicinæ practicæ partem primam, de Sanitatis conservatione & præservatione: Opera Medica Franc. Joëlis.*

25. Jan. MARTINUS HAMMERUS, *Germanus*, Tzschernicieñsis, Phil. Magister, primùm Lobenicensis, tum Schnenkenbergensis, & demum Glauchaviensis in Osterlandia Pastor, nec non Dynastiæ Schönburgiacæ Superintendens, æt. 66. Ejus extant *de Dei sagitta, Peste, Conciones XIII: De Siccitate Israëlitica Conc. XV: Speculum Connubiale, sive Conc. XI. Nuptiales: Medulla Meditationum S. Patrum: Explicatio historiæ de Naemi: Postilla Historica & Gnomica: Conciones in Natalem Christi: Paschales: Passionales & Pentecostales: De Martha & Maria, ex Luc. X, 42, &c.*

15. Febr. ANTONIUS SUCQUET, *Belga*, Mechlinensis, S. J. Theologus, Collegii ibidem Rector, dein Provinciæ Flandriæ Præpositus, æt. 51. relig. 29. Evulgavit *Viam vitæ æternæ: Testamentum Christiani hominis & præparationem ad consequendam æternam salutem: De Purgatorio libellum: Psalterium B. Mariæ Virginis.*

18. Febr. PAULUS COMITOLUS, *Italus*, Perusinus, Soc. Jesu, sacr. literarum interpres, æt. 81. Relig. 66. Edidit *catenam illustrium Auctorum in librum Job: Tract. apologeticum pro monitorio sedis Apostolicæ ad Venetos: Confutationem libelli 7. Theologorum Venetorum adversus interdictum Apostolicum: Consilia seu Responsa Moralia libris VII: Doctrinam de Contractu universo.* Italicè verò tacitò suô nomine, *CXXX. Privilegia B. Virginis.*

1. Mart. GEORGIUS MYLIUS, *Borussus*, Heiligenbeinensis, Phil. Magister,

gister, primùm Diaconus, deinde Hebr. Linguæ & Theol. Prof. & demum Pastor Regiomontanus, æt. 69. Dedit *Homilias ex Esaiæ LIV, 8. ex Psalmo CIII: ex Esaiæ XLI. 10. seqq. Disp. de Criticis & Philologicis &c.*

19. Mart. PETRUS COTTONUS, *Gallus*, Foresianus, S. J. Sacerdos, Henrici IV. Regis Galliæ Confessarius, pòst Collegii Burdigalensis Rector & Concionator, tum Aquitaniæ Provinciæ Præpositus, æt. 63. relig. 43. Scripsit Gallicè *De Missæ sacrificio: Apologias pro Matre Dei: Interiorem mentis occupationem: Epistolas de Fide Catholica, adversus Dan. Chamierium: De modo agendi cum Hæreticis: Genevam plagiariam: Institutionem Catholicam lib. IV. adversus institutiones Calvini: Acta disputationis cum Chamierio: Defensionem Concilii Tridentini: De Tyrannicidio: Apologiam contra Anti-Cottonum: Concordiam utriusque Religionis: Manuale precum: Meditationes de vita & Passione Christi: Sermones de præcipuis Fidei mysteriis: Conciones in præcipuos dies Festos: Devotionem Calvinistarum &c.*

6. April. HIERONYMUS PETRUS, *Italus*, Bononiensis, Francisci Cardinalis Barberini in Legatione Hispanica Secretarius. Emisit *Poëmata: Discursus Academicos*, & alia.

9. April. FRANCISCUS BACONUS, Baro de VERULAMIO, *Anglus*, Vice-Comes S. Albani, summus Angliæ Cancellarius, æt. 66. Enucleavit *Historiam regni Henrici VII. Regis Angliæ: Tractatum de Sapientia veterum: Meditationes Sacras: Historiam vitæ & mortis: Tract. de augmentis & dignitate scientiarum: Historiam naturalem & experimentalem de Ventis: Sermones fideles Ethicos, Politicos, Oeconomicos: Novum organon scientiarum: Sylvam sylvarum &c.* Opera ejus omnia junctim prodierunt.

15. April. PAULUS FRANCUS, *Germanus*. Bescoviensis, Phil. Magister & Poëf. Prof. Viadrinus, æt. 34. Scripsit *Comment. Horatiani Præmetium in I. & II. lib. I. odas: Spicilegium Thesauri Fabri, & pro eodem Apologeticum.*

17. April. EDUARDUS COFFINUS, *Anglus*, Exoniensis, S. J. in Collegio Anglicano Confessarius, æt. 56. relig. 28. Foràs misit *Tract. de cælibatu Sacerdotum: De morte Cardin. Bellarmini.* Transtulit ex Latino in Anglicum *Bellarmini librum de arte bene moriendi: Marci Ant. de Dominis Palinodiam.*

4. Maji ATHURUS LAKE, *Anglus*, Southamptoniensis, Collegii novi apud Oxonienses, & Wykehamici Wintoniensis Custos, postmodo Decanus Wigorniensis, & demum Episcopus Batho-Wellensis. Post obitum ejus prodierunt *Glossemata varia: Conciones ac divinæ Meditationes non paucæ.*

10. Maji GARCERANUS ALBANEL, *Hispanus*, Barcionensis, Philippi Infantis

fantis Hisp. Informator, Presbyter, Abbas de Alcala la Real, demum Archiepiscopus Granatensis, æt. 65. Reliquit *Panegyricum in Philippi IV. & Isabellæ Borboniæ nuptiis.*

3. Junii FRANCISCUS DE MENDOZA, *Lusitanus*, Olysiponensis, nobilis, Jesuita, in patria & Conimbricæ primùm Oratoriæ & Philos. pòst Eboræ sacrarum quoque literarum interpres, Concionator item & Collegii Conimbricensis, nec non Eborensis Rector, hinc Provinciæ Procurator, æt. 54. relig. 39. Ex ingenii sui monumentis prostant *Commentaria in Libros Regum tomis tribus: Viridarium sacræ & profanæ eruditionis:* Lusitanicè autem *Sermones per Adventum, Quadragesimam & Dominicas per annum.*

19. Jun. AUGUSTINUS ANTOLINEZ, *Hispanus*, Pinciensis, Augustinianus, Theol. Doctor, inque patria & Salmantinus Professor, tandem emeritus, provinciæ suæ Præfectus, post Præsul Civitatensis, ac novissimè Archiepiscopus Compostellanus, æt. 74. Edi curavit *Historiam S. Claræ de Monte Falco: Vitas Sanctorum sui ordinis &c.*

10. Augusti WOLFGANGUS HEIDERUS, *Germanus*, Guelphisius Thuringus, Phil. Magister, Ethices & Polit. Professor Jenensis, & Facult. Philos. Senior, æt. 68. Typis submisit *Ethicam: Politicam: Libellum de ira cohibenda: Hypotyposin boni & mali Scholastici: Poëmatum libros IV: Orationum volumen primum & secundum.*

10. Aug. PROSPER STELLARTIUS, *Belga*, Nervius, Eremita Augustanus, Theol. Doctor, Conventus Tornacensis in patria Prior, totiusque Provinciæ per Belgium Visitator, ac Domus Duacensis primus Superior, æt. 39. Formavit *Augustino machiam, sive vindicias tutelares pro S. Augustino & Augustinianis lib. II: Nucleum Historicum: Regulas Augustini ad servos Dei: Parallelos LXXII. Augustini Catholici & Augustino-mastigis hæreticis: De Coronis & Tonsuris Paganorum, Judæorum, Christianorum lib. II: Fundamina & Regulas omnium ordinum, monasticorum & militarium: Annales Monasticos, sive Chronologiam libris XVII.*

13. Aug. JO. WINCKELMANNUS, *Germanus*, Hombergâ-Cattus, primùm Scholæ patriæ Rector, tum Theol. Doctor & Concionator Aulicus Cassellanus, inde Prof. Pastor & Superintendens Marpurgensis, nec non Giessensis, æt. 75. Ministerii 45. Professionis 34. Ex *Fasciculo Thesium Theologicarum, de controversiis horum temporum: Commentariis in Marcum & Lucam: Libro de S. Cœnæ administratione sub utraque: Commentario in XII. Prophetas minores: Disputationibus contra errores Schwenckfeldii: Commentariis in Apocalypsin B. Johannis: In Epistolam Pauli ad Galatas: In utramque Epistolam B. Petri: In Epist. B. Jacobi:* Nota-

Notationibus in Epist. Pauli ad Romanos: Articulis Augustanæ Confessionis thesibus comprehensis: De Cœna Domini, contra Raph. Eglinum: De erroribus Calvinianorum, contra P. Tossanum: Conc. XXXII. Nuptialibus: Postilla Evangelica: Disputationibus: Orationibus: Homiliis variis longè celeberrimus.

16. Aug. HENRICUS RUMPIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Philos. Magister, primùm Hebrææ & Græcæ Lingvæ in Academia Julia, pòst earundem in Gymnasio patrio Prof. & ad D. Johannis Pastor, ætat. 65. In gratiam studiosæ juventutis vulgavit *Isagogen in lingvas Orientales primarias, inprimis Chaldaicam & Syriacam: Aristophanis Comœdias cum Annotat. de Comœdiæ definitione, origine & divisione: Theocriti Syracusani Idyllia cum versione metrica: Vaticinia aliquot de Messia.* Vertit Latinè *Andromachen Euripidis*, & alia quædam.

19. Aug. VITUS WOLFRUMUS, *Germanus*, Hilperhusanus Francus, primùm Diaconus Wittenbergensis, pòst Theologiæ Doctor, Pastor & Superintendens Cygneus, æt. 62. Edidit *Praxin Evangelicam: Noctem Cygneam, sive Orationem in laudem lingvæ Arabicæ: Pericula Arabica: Deductionem, quòd Ecclesia Norimbergensis Calvinismo non sit infecta: De Peste Spirituali: Dispp. de Imaginibus earumque usu & abusu: De Distinctione Decalogi: De Fractione Panis Eucharistici: De Dicto, data est mihi omnis potestas &c.*

20. Aug. ALEXANDER CAPRERIUS, *Italus*, Patavinus, JC. collegii patrii Decanus & Ecclesiæ S. Andreæ Præpositus, æt. 78. Condidit *Tractatum de Sponsalibus & Matrimoniis: De Potestate Romani Pontificis.*

22. Aug. ALEXANDER URSINUS, *Italus*, Romanus. S. R. E. Cardinalis, æt. 33. Adornavit, taci ô suô nomine, *Tractatus de Christi cruce & passione: De Sponso Deiparæ Josepho: De Regum unctione: De Regno.*

25. Aug. ZACHARIAS BRENDELIUS, *Germanus*, Burgelâ-Thuringus, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, utriusque Professor Jenensis, æt. 73. Scripsit *Orationem de vita Jo. Schröteri: Orationem parentalem in obitum Jacobi Flachii: Disp. pro veterum technologia Rhetorica, adversus P. Rami Sectatores &c.*

31. Aug. JOH. TRYGOPHORUS, *Germanus*, Helmwerdershusanus, Hassus, Philosophiæ Magister, Historiarum & Poëseos Professor Gryphiswaldensis, ætatis 47. Edidit *Synopsin Rhetorices practicam: Introductionem Collegii Oratorii: Orationem de Philosophiæ & Oratoriæ affinitate indissolubili &c.*

3. Sept. PHILIPPUS FERRARIUS, *Italus*, Alexandrinus, Mathematum Prof. regius Ticini, æt. 75. Prof. 48. Eruditorum manibus teruntur ejus *Epitome Geographiæ libris IV: Topographia in Martyrologium Romanum:*

Topographia Poëtica: Lexicon Geographicum: Additiones ad Ambrosii Calepini Dictionarium: Catalogus Sanctorum Italiæ &c.

4. Septembr. CHRISTOPHORUS A SACRO BOSCO, *Hibernus*, Dublinensis, Soc. Jesu Philos. in Italia, Theol. Dolæ, & Sacrarum literarum Patavii Professor, deinde Missionarius inque Hibernia Rector, æt. 64. relig. 42. Ejus est *Defensio Concilii Tridentini, & sententiæ Bellarmini, de auctoritate vulgatæ editionis: Libellus de investiganda vera ac visibili Christi Ecclesia: Liber de Meteoris.*

12. Sept. ALARDUS GAZÆUS, *Belga*, Atrebas, ordinis Nicolai Minorum Frater, Ord. D. Benedicti, & ad S. Michaëlem juxta Atrebatum Præpositus, æt. 60. Struxit *Notas & censuras in Cassianum: Collectaneas Disquisitiones.*

21. Sept. ANDREAS LANCELOTTUS, *Anglus*, Londinensis, Episcopus Eliensis, dein Wintoniensis, æt. 71. Commentatus est *in IV. priora capita Geneseos: in Genes. XLVIII, 4.—7: in Exod. XXI, 1. & Num. X, 1. 2: in I. Sam. XXIV, 5.—8: in I. Sam. XXXVI, 8. 9: in Job. XIX, 28: in Psalm. II, 7. &c.*

24. Sept. JO. FALCO, *Germanus*, Magdeburgensis, S. J. æt. 43. Conscripsit lingvâ vernaculâ, suppressô suô nomine, *Memoriale divini Amoris; Manuductionem ad Fidem Catholicam; Conciones de Jesu, Maria aliisque Cœlitibus; Spiritualem Annulum memorialem Animæ à Sponso Christo datum: Exercitatorium Spirituale ad Dei amorem.*

25. Sept. LANCELOTUS ANDREWES, *Anglus*, Londinensis, Episcopus primùm Cicestrensis, dein Eliensis, demum Wintoniensis, Regi Jacobo tum ab Eleemosynis, tum ab utriusque Regni Consiliis, Decanus quoque Sacelli Regii, ætat. 71. Ejus reperitur *Responsum ad Apologiam Bellarmini, quam edidit contra præfationem Jacobi, Regis Angliæ: Tortura Torti, seu Resp. ad Torti librum, contra apologiam R. Jacobi, pro juramento fidelitatis: Determinatio quæstionis; an per jus divinum Magistratui liceat à reo jusjurandum exigere? Sermones XCVI. Festivales, Pœnitentiales & Miscellanei: In Decalogum: Manuale pro ægrotis: Devotiones privatæ: De Decimis: De Precibus: De Episcopatu: Doctrina Catechetica: Apospasmata Sacra: Opuscula quædam posthuma.*

2. Octobr. JO. CROMBECIUS, *Belga*, Duacenas, S. J. Humanitatis Lector, Scholarum Præfectus & Ecclesiastes, Collegii item Leodiensis Rector, æt. 63. Relig. 44. Emisit *de studio perfectionis libros duos: Ascensum Moysis in montem* h. e. *tractatum de Oratione.*

3. Octobr. PETRUS DE ONNA, *Hispanus*, Burgensis, B. Mariæ Sodalis de Mercede Redemptionis captivorum Pinciæ, Professor domesticus Phil. ac Theol. in Complutensi Cœnobio,

nobio, deinde Provinciæ Castellanæ Præfectus, Venetiolæ Americæ provinciæ Episcopus, ac demum Cajetanis civibus in regno Neapolitano. Ejus est *Introductio ad Aristotelis Dialecticam: Commentarium & quæstiones in magnam Aristotelis Logicam: In libros VIII. Physicorum.* Hispanicè *Tractatus de morte Animæ: Sermones.*

11. Octobr. CHRISTOPH. MAYER, *Germanus*, Augustanus Soc. Jesu, Th. Doctor, Phil. & Theol. totis 30. annis Patavii, Brixiæ, Græciæ, Viennæ Professor, Acad. Græcensis Cancellarius, æt. 58. Societ. 44. Exaravit *de necessitate bonorum operum: De Communione sub una specie: De Christi præsentia in Eucharistia: De Purgatorio: De cultu & invocatione sanctorum: De cultu sacrarum Reliquiarum: De cultu sacr. imaginum: De Traditionibus.*

1. Nov. WILLEBRODUS SNELLIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, Mathem. in patria Professor, ac demum rude donatus. Composuit *Eratosthenem Batavum: Observationes Hassiacas: Tiphin Batavum: De re Nummaria librum: De Cometa anni* 1618. *Cyclometricum.* Latinos quoque fecit *Apollonii Pergæi libros de sectione determinata, de rationis & spatii desectione &c.*

10. Nov. GULIELMUS DE PRETERE, *Belga*, Bruxellensis, S. J. Theologus Antverpiensis, æt. 48. relig. 27. In lucem misit, sermone vernaculô, *Enchiridion Sodalitatis B. Virginis: Examen pro Confessione generali: Spiritualem Paradisum piarum cantionum: Remedium spirituale in morbis contagiosis.*

15. Nov. ANTONIUS DE QUINTANA DUENNAS, *Hispanus*, Burgensis, Scholæ Ognatensis sodalis, Rector & princeps, Pontificii Juris Professor, deinde Consultor Siciliæ Proregum & Patrimonii regii Protector, denique in patria revocatus regius Senator Italicus. Effecit *Libros II. de Jurisdictione & imperio: Libros IV. de bonis Ecclesiasticis.*

25. Nov. JACOBUS PONTANUS, *Bohemus*, Bruggensis seu Pontanus, S. J. Humanitatis in Germania 27. annis Lector, æt. 84. relig. 63. Concinnavit *Progymnasmatum Latinitatis sive Dialogorum Volumina IV: Institutionis Poeticæ lib. III: Floridorum lib. VIII: Hymnorum librum singularem: Symbolorum libros XVII. Tirocinium Poetices: Parthenometrica seu meditationes, preces, laudes in V. Matrem: Colloquiorum sacrorum Libros IV: Attica Bellaria partibus III: Ethicorum Ovidianorum lib. IV: Comment. in Metamorphosin Ovidii: In ejusdem Libros Tristium & de Ponto: Philocaliam.* Præterea è Græco in Latinum vertit *Joh. Cantacuzenum de bello inter Andronicum & Nepotem suum gesto: Theophylacti Historiam Mauritianam cum notis: G. Phrantzæ Chronicorum de ultimis orientalis imperii temporibus lib. III. cum notis &c.*

26. Nov. RICHARDUS HAKLUYT, *Anglus*, Herefordiensis, Artium Magister, & D. Petri Westmonasteriensis Præbendarius. Contexuit librum, quem titulo isto insignivit: *Profectiones, Navigationes, Commercia & Retectiones Anglorum, voluminibus III: Virginiam*, & alia.

10. Decembr. EDMUNDUS GUNTER, *Anglus*, Hertfordiensis, Artium Magister, Theol. Baccalureus, demum Astronomiæ in Collegio Greshamensi Professor Oxoniensis, ætat. 43. Foràs dedit Anglicè *Tract. de sectore, baculo cruciformi, aliisque instrumentis: De Sinubus tangentibus artificialibus præcepta canonica: De usu Quadrantis*.

11. Decemb. JANUS ÆGIDII, *Danus*, Cimber, Ripensis, Episcopus Arhusiensis, æt. 76. Scripsit *Institutionem de hominis Christiani & Ecclesiæ Senecta, ex Psal. LXXI: Venationem spiritualem, ex Phil. III, 5. 6. 7: Remedium & consolationem ad omnem dolorem & tristitiam spiritualem Filiorum Dei, ex Psal. XIII: Solatium Christiani ad timorem mortis, ex Sir. XLI: Conc. funebres ex II. Corinth. V, 1.— 5: ex Sapient. VII: ex Hebr. XIII: ex Psal. XC. &c.*

29. Decemb. BALTHASAR MEISNERUS, *Germanus*, Dresdensis Misnicus, primùm Ethices Prof. deinde Theol. Doctor ejusdemque Prof. Wittenbergensis, ac tum quidem Academiæ Rector Magnificus, æt. 39. De universo orbe Christiano præclarè meruit variis in publicum emissis scriptis, utpote *Philosophiæ Sobriæ partibus tribus: Murô Babylonis Romanô destructô, contra Jac. Reihingium, tum Jesuitam: Libellis IV. de Legibus: Scholis Academicis: Anthropologiâ sacrâ: Collegiô Adiaphoristicô: Hoseâ commentario illustratô: Consideratione Theol. Photinianæ: Christologiâ sacrâ: Meditationibus in Evangelia Domin. & Festivalia: Quæstionibus vexatis: Opusculô de fictitio Papistarum Purgatorio: De Sacra Scriptura Disputationibus XL: De Sacramentis Disp. XX: Prælectionibus in locum de Ecclesia contra Pontificios: Consiliis de studio Theologico rectè instituendo: Libro de Papa: Probâ Calvinianâ, nec non Concionibus, Disputationibus & Orationibus quàm plurimis.*

HERMANNUS A BURGUNDIA, Comes Falesius. Ab eo publicati sunt *Davidis Monomachi libri duo: Davidis adulteri liber: Absolonis fratricidæ liber: Miscellaneorum liber*, vario carminis genere.

THOMAS WORTINGTONUS, *Anglus*, Blinscoviâ-Lancastriensis, Artium & Theol. Baccalaureus, demum Doctor & Sacerdos Rhemensis, ad castra transiens Pontificiorum. Publici juris fecit *Catalogum Martyrum in Anglia ab anno 1570. usque ad an. 1612. cum narratione de origine seminariorum Anglorum: Annotationes ad Vetus Testam. tomis duobus &c.*

JO.RO-

JO. RUDOLPHUS HOSPINIANUS, *Helvetius*, Tigurinus, Ecclesiæ Scholæque patriæ Minister, æt. 78. Exaravit *Historiam Sacramentariam*: *Libros VI. de origine & progressu Monachatus*: *De origine, progressu, usu & abusu Templorum*: *De Origine Festorum Christianorum*: *De Origine, progressu, ceremoniis & ritibus Festorum Judæorum, Græcorum, Romanorum & Turcarum libros tres*: *Concordiam discordem*: *de origine & progressu Formulæ Concordiæ Bergensis*: *Orationes &c.*

SAMUEL RüLINGIUS, *Germanus*, Phil. Mag. Poëta Laur. Cæsareus, primùm Scholæ Dresdensis Cantor, deinde ibidem ad S. Crucem Diaconus. Vulgavit *Succum Propheticum, sive Conciones XXV. ex Prophetis*: *Lessum Christianum, sive Conc. funebres Conc. festivales &c.*

RICHARDUS STOCKIUS, *Anglus*, Eboracensis, Pastor omnium Sanctorum Londinensis. Reliquit Anglicè *Commentarium in Malachiam*: *Sermonem de voce Johannis Baptistæ*: *De Potentia Dei &c.* Opera ejus quoque junctim prodierunt.

LUDOVICUS SERVINUS, *Gallus*, JC. Extat ejus *Tractatus de Actionibus forensibus*· *Vindiciæ Gallo-Francorum, secundum libertatem Gallicanæ Ecclesiæ & regii status*: *Expositio rei monetariæ*: *Carmina &c.*

obiit *ANNO 1626.*

NICOLAUS REBHAN, *Germanus*, Phil. Magister, Superint. Eisennacensis, æt. 55. In lucem misit *Consilium, quomodo Theologus comparatus esse debeat*: *Esavum venatorem, sive XVI. Conciones de Venatione*: *Informationem de Pænitentia Ecclesiastica.*

PAULUS COMITOLUS, *Perusinus*, æt. 80. Edidit *Responsa moralia in VII. libros digesta*: *Catenam in Jobum*: *Librum de officiis Christianis &c.*

JO. CASPARUS ODONTIUS, *Germanus*, Altdorffensis, Mathematum in Acad. patria Professor, æt. 46. Scripsit *de Cometis.*

JO. ANTONIUS BRANDUS, *Siculus*, Salernitanus. Condidit *Chronicon Pontificum Romanorum*: *Carmen de Rosario Mariæ.*

HUGO CAVELLUS, *Hibernus*, Composuit *Libellum de Arte bene moriendi.*

SIGFRIDUS NEUMEISTERUS, *Germanus*, Reichenbacensis Variscus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, Phil. Prof. Rostochii extraordinarius, deinde Pastor Detroviensis Megapolitanus, tandem Theol. Baccalaureus & in patria Ecclesiastes. Edidit *Dispp. in Ethicam Aristotelis*: *Davideam, Poëma*: *Dehortationem à doctrina & Religione Calviniana &c.*

ANNO 1627.

6. Jan. BALTHASAR MENTZERUS, *Germanus*, Allendorffiâ Hassus, Phil. Magister, primò Pastor Kirtorfensis, deinde Theol. Doctor & Prof. tam Marpurgensis, quàm Giessensis, æt. 61. In magnum Ecclesiæ orthoxæ usum concinnavit *Exegesin Augustanæ Confessionis Collationem August. Confessionis cum doctrina Calvini, Bezæ & aliorum: Hujus collationis defensionem, contra Pierium & Crocium: Anti-Crotium: Examen censuræ Crotianæ: Elenchum errorum Antonii Sadeelis: Responsiones contra Mart. Martinium: Dispp. Anti-Steinianas: Repetitionem Chemnitianam: Tractatum de Conjugio: Manuale Catholicum: Defensionem contra Tubingenses: Anti-Pistorium: Trophæum Calvinisticum: Explicationem Verborum sacræ Cœnæ: Epistolas tres de omnipræsentia Corporis Christi: Dispp. Theol. varias &c.* Opera ejus Latina in unum corpus congesta prostant.

28. Jan. JOH. RAPHAEL COBENZI, *Italus*, Carnus, Baro, S. J. Theol. Doctor, Phil. & Theol. tam moralis, quàm Scholasticæ Professor Collegii Clagenfurtensis, mox etiam Græcensis Rector, uti & domus Professæ Viennensis primus Præpositus, æt. 55. relig. 34. Reliquit *Epistolicam velitationem, an ex fide probari possit, Baptismum sub consueta forma verborum administratum, esse verum Christi Baptismum: Librum de Norma fidei & religionis.*

15. Febr. HENRICUS ZOESIUS, *Belga*, Amersfortius, J. U. Licent. Fiscalis & Decanus Lovaniensis, pòst Græcæ Linguæ Prof. in Collegio trilingui Busidiano, demum Juris Doctor, Instit. & Pandect. Professor ordin. & tum Acad. Rector. Ex lucubrationibus illius prodiere *Prælectiones sive Commentarii de Jure Feudorum: In Codicem Justinianeum: Comment. ad Decretales Epistolas Gregorii IX. sive universum jus Canonicum: Ad Pandectas sive Digesta.*

9. Mart. BALTHASAR HAGERUS, *Germanus*, Uberlinganus, Suevus, S. J. Artium humaniorum primùm in Acad. Moguntina, & Philos. in Herbipolensi Professor, deinde Theol. Doctor, Collegiorum Mogont. & Herbipol. Rector, æt. 55. relig. 34. Scripsit linguâ Germanicâ *Vindicias cultus sacrarum imaginum, contra Abrah. Scultetum: Ducem vitæ ad religionem catholicam: Concionem de Catholico jubilæo seculari: Sacrilegium Calvinisticum, contra Theophilum Mosanum: Collationem Confessionis Augustanæ & Concilii Tridentini ad verbum Dei.*

21. Mart. FRANCISCUS RODRIGVEZ, *Hispanus*, Arandensis, Jesuita, Collegii Conchensis Rector, & Toletanæ Domus Professæ Præfectus, æt. 79. relig. 62. Emisit *Tractatum de Jubilæo: Librum de Meteoris.*

23. Mart. JO. JACOBUS GRASSERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Comes Palati-

Palatinus, Eques Auratus, Civis Romanus, Ecclesiæ tam Benvilanæ, quam Basiliensis Minister, æt. 49. Typis exscribendum dedit *Itinerarium Historico-Politicum: Horologium Helveticum: Tractatum de Antiquitatibus Nemausensibus: Speculum Theologiæ mysticæ, sive Dissertationes & Meditationes Allegoricas: Poëmata: Solini Thesaurum rerum in toto orbe memorabilium emendatum & Historiis illustratum &c.*

26. Mart. ÆGIDIUS BAVARIUS, *Belga* Flander Jesuita, æt. 77. Prodiit libellus, eô auctore, cujus est titulus *Musa Catholica Maronis, seu Catechismus Mariano carmine velut in Centone expressus: Passio Dominica, versibus heroicis potissimum ex Marone concinnatis.*

27. Mart. BALTHASAR SCHULTZE, *Germanus*, Gryphenbergâ-Pomeranus, Phil. & Medicinæ Doctor, primum Lycei Colbergensis Rector, deinde ibidem Poliater, tum etiam trium Pomeraniæ Ducum successivè Medicus, tandem Civitatis Colbergensis Senator & Scholarcha, æt. 58. Publicavit *Synopsin Historiæ naturalis de Mundo: Consilium Medicum pro curanda valetudine: Historiam de Homine microcosmo: Epistolam Prophylacticam ad Antigonum Regem: Synopsin universæ Medicinæ.*

4. April. JO. BAPTISTA SCORTIA, *Italus*, Genuensis, Patritius, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. moralis Lector, Collegiorum Placentiæ atque Genuæ Rector, æt. 73. relig. 55. Exaravit Latinè *de natura & incremento Nili libros duos: De sacrificio Missæ lib. IV: In Selectas summorum Pontificum Constitutiones, epitomas & theoremata.*

19. April. THOMAS GRATIANUS, *Belga*, ordinis Eremitarum S. Augustini per Belgium Præfectus Provincialis, & Prior Conventuum Leodicensis ac Tornacensis. Struxit *Anastasin Augustinianam, sive de scriptoribus ordinis Eremit. S. Augustini.*

20. April. JO. ERHARDUS CELLIUS, *Germanus*, Tubingensis, Artium Magister, primùm Wanckheimensis, deinde Wimphensis, tandem Eslingensis Pastor & Superintendens, æt. 52. Formavit *Speculum Pœnitentiæ, sive Homilias VI. de fame Spirituali & corporali: Coronam anni, de IV. anni temporibus, Conciones VI.* & fortè alia.

24. April. ALBERTUS A LYMBORGH, *Belga*, Leodicensis, J. U. Doctor, Protonotarius Apostolicus, & ad S. Paulum Decanus, æt. 66. Descripsit *Fundationem Collegii S. Pauli, carmine Heroicô.*

1. Maj. FRIDERICUS BALDUINUS, *Germanus*, Dresdensis, Poëta Laur. Cæsareus & Diaconus Fribergensis, inde Superintendens Olsnicensis in Voitlandia, tum Theol. Doctor ejusdemque Prof. Pastor & Superintend. Wittenbergensis, æt. 52 Famam magni Nominis latè sparsit scriptis utilissimis, ex quibus sunt XX. *Di-*

ſputationes pro Articulis Smalcaldicis: Diſp. XIII. pro aureolo Viſitationis Miſnicæ libello: Commentarius in Pſalmos Pœnitentiales: in Prophetas Haggæum, Zachariam & Malachiam: In omnes Apoſtoli Pauli Epiſtolas: ὑπομνήματα *Homiliarum in Evangelia & Epiſtolas: Adventus Chriſti typicus: Paſſio Chriſti typica: Examen Compendii Theologici D. Chriſtophori Pelargi: Diſp. XII. de Myſterio SS. Trinitatis contra Photinianos: Refutatio Catechiſmi Ariani: Inſtitutio Miniſtrorum Verbi: Ideæ diſpoſitionum Biblicarum: Defenſio Auguſt. Confesſionis, ejusdemque Apologiæ & Formulæ Concordiæ, contra Pet. Patzmannum, Jeſuitam: Speculum Idololatriæ Papalis: Caſus Conſcientiæ: Expoſitio Pſalmorum Graduum: Conc. XXII. in librum Ruth: Conciones LXIIX. in Joſuam: Conc. Feſtivales: Funebres: Orationes & Diſp. Theol. quàm plurimæ &c.*

18. Maj. VALERIUS HERBERGERUS, *Germanus*, Frauſtadienſis Silesius, primò in patria Pædagogus, deinde Diaconus, demum Paſtor, æt. 65. Condidit *Magnalia DEI de JEſu, ſcripturæ nucleo & medulla, tomis X: Librum Vitæ: Florilegium ex Paradiſo Pſalmorum: Roſarium B. Virginis: Delicias nominis Quaſimodogenitorum DEI Patris filiorum: Arborum Scripturæ lucum: Geographiam regionis vivorum: Gloriam Lutheri: Horoſcopiam Paſſionis Domini: Poſtillam Cordis Evangelicam:*

obiit ANNO 1627.

Conciones funebres tomis VI. &c.

27. Maj. EVERHARDUS BRONCHORSTIUS, *Belga*, Daventrienſis Tranſiſſulanus, J. Utr. Doctor, ejusdemque primùm in Acad. Wittenbergenſi. pòſt Erfurtenſi Profesſor, porrò Reip. patriæ Conſul, demum juris per 40. annos Prof. Lugduno-Batavus, ætatis 73. Scripſit *Enarrationes in Titulum Digeſtorum de diverſis Regulis juris antiqui:* ἐναντιοφανῶν *Centurias IV. & eorundem conciliationes: Centurias II: Miſcellan. controverſiarum juris: De Studioſorum Privilegiis: Methodum Feudorum: Exempla ad Aphoriſmos Politicos Lamb. Danæi: Orationes.*

29. Maji ARNOLDUS BAERT, *Belga*, Bruxellenſis, J.U.D. ejusdemque Prof. Duacenſis, deinde in patria Senator, tandem magni Concilii Belgici Aſſeſſor Mechlinenſis, ætat. 73. Emiſit *Lectiones ad certos titulos juris: Annotationes in Jacobi de Bello-Viſu Practicam Criminalem: Nucis Feudalis nucleum.*

29. Maj. JO. SIMONIUS, *Germanus*, Burgo-Magdeburgenſis, primùm Wilhelmo Principi Curlandiæ à ſtudiis, pòſt Philoſ. Magiſter, & Poëſ. mox & Eloq. Profeſſor Roſtochienſis, nec non Protonotarius in Dicaſterio Provinciali Ducum Megapolitanorum, demum Eloq. Prof. in regia Academia Upſalienſi Skyttianus, æt. 62. Exaravit *Notas in Demetrium Phalereum: Orationes de ſummo Bono: Jubilæam Panegyrin: De Jure Natu-*

Naturæ: De præstantia Eloquentiæ etiam in bello: De Autoritate Regia, sive Regni Svecici dignitate atque felicitate: Topicam seu doctrinam de Locorum Dialecticorum usu in Rhetoricis: Libellum de Conscribendis Epistolis: Notas in Aphthonii Progymnasmata: Disp. Num fœmina Legati officio fungi possit? Num in administratione Reip. interdum à justitia ad utilitatem deflectere liceat? &c.

22. Jun. LAURENTIUS BEYERLINCK, *Belga*, Antverpiensis, Theol. Licent. primùm Poët. & Rhetor. in Collegio Gandensi, pòst Philos. in Bethleemitico Canonicorum regularium cœnobio Prof. Lovaniensis, inde Pastor extra urbem, ac demum post alia officia Ecclesiastica Archipresbyter Antverpiensis, æt. 49. Ab ejus ingenio hæc profecta sunt *Apophthegmata Christianorum: Opus Chronographicum: Promptuarium morale super Evangelia: Tractatus Synodicus ad Synodum Dordracenam: Examen Consilii profectionis M. Ant. de Dominis: Biblia Sacra variarum Translationum: Magnum Theatrum vitæ humanæ libris XX: Responsa Catholica ad quæsita obvia prætensæ Religionis reformatæ: Vitæ Apostolorum Antverpiensium: Orationes aliquot.*

2. Jul. AZARIAS STURTZIAS, *Danus*, Hafniensis, J. U. Licentiatus, Histor. Profess. Rostochiensis, Principum Megapolit. in Polonia Legatus, & Consiliarius Sonderburgensis in Holsatia, ætatis 46. Paravit *Disp. Juris Justinianæi: Discursum de una Religione: Transactionem Passaviensem, item Pacificationem Religionis Catholicæ & Augustanæ Confessionis: Disp. Politicas & Historicas &c.*

14. Jul. CASPARUS BRULOVIUS, *Germanus*, Pomeranus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, primùm classis secundæ Præceptor, & simul Poëseos, posteà Hist. Prof. Argentoratensis, ætat. 42. Composuit *Dramata aliquot, ut Mosen: Nebucadnezarem: Andromedam: Caricleam: Julium Cæsarem: Carmen heroicum de vita rebusque gestis D. Martini Lutheri.*

6. Aug. ANNA MARIA CRAMERIA, *Germana*, Magdeburgica, M. Andreæ Crameri filia, Latinæ & Hebrææ lingvæ peritissima, æt. 14. Reliquit *Poëmata.*

26. Aug. MARTINUS CHEMNITIUS, *Germanus*, Brunopolitanus, Phil. & J. U. Doctor, primùm Principis Pomeraniæ Consiliarius, mox & juris Prof. Rostochiensis, inde ejusdem Principis Cancellarius ac Legatus, demum Ducis Holsatiæ Consiliarius & Cancellarius, æt. 65. Typis commisit *Historiam Navigationis Indiæ Orientalis, carmine heroicò descriptam: Dissertationes de Justitia & Jure: Informatorium de discrimine Holsatiæ & Eiderstadiæ.*

30. Aug. JOH. KITZELIUS, *Germanus*, Epsteinensis, J. U. Doctor, Professor primarius & Vice-Cancellarius

us Giessensis. Enucleavit *Synopsin matrimonialem: Tractatum de Jure Monetarum: In L. 12. tit. ff. si certum petatur: Comment. de Conditione: De regali habendorum judæorum, quatenus in Imperio Romano inter Christianos tolerari possunt: De substitutione directa & obliqua: De rebus creditis.*

20. Sept. JANUS GRUTERUS, *Belga*, Antverpinus, JC. & Philologus, Professor & Bibliothecarius Heidelbergensis, æt. 66. De re literaria præclarè meruit *Animadversionibus in L. Annæum Senecam: Suspitionum libris IX: Florilegio Ethico-Politico: Inscriptionibus Romanis: Notis in Martialem: Commentario ad insigniora loca Taciti: Periculis Poëticis: Thesaurô Criticô: Notis in historiæ Augustæ sciptores Latinos minores: In Sallustii Opera: In florum: In Tullii Ciceronis opera: Bibliothecâ Exulum: Annotationibus in Plinii Panegyricum: Chronicô Ecclesiastico-Politicô: Polyantheâ sive Florilegiô magnô &c.*

29. Sept. GREGORIUS RVMER, *Hungarus*, Baoniensis, S. J. Græcii Phil. Professor, deinde Olomucii Rector, demum Austriæ Præpositus Provincialis, æt. 57. relig. 35. Edita ab eo est *Oratio in funere Mariæ, matris Archiducis Ferdinandi, qui ejus nominis Imperator II. fuit.*

8. Decembr. JUSTUS RYCQUIUS, *Belga*, Gandavensis, primùm Comiti Veronensi à studiis & Bibliothecis, inque patria Canonicus ad D. Bavonem, deinde Professor Bono-

niensis, æt. 41. Scripta ejus sunt *Præludia Poëtica: Primitiæ Epistolicæ: Centuria Epistolarum nova: Odarum sive Poëmatum libri duo: Commentarius de Capitolio Romano veteri: Syntagma de Anno seculari jubileo & annis solemnibus diversarum Nationum: Heroicorum carminum liber singularis: Parcæ sive Epitaphiorum libri tres: Orationes panegyricæ variæ.*

LUDOVICUS D' ORLEANS, *Gallus*, Philosophus. Consignavit *Novas Cogitationes in Annales C. Taciti.*

JO. DAY, *Anglus*. Londinensis, Artium Magister, Vicarius B. Mariæ Virginis Oxoniæ, tandem Rector in agro Cantabrigiensi. Emisit *Commentarios in primos VIII. Psalmos Davidicos: Fragmenta sacra de Sacramento: Lecturas XII. in Capella Oriclensium prædicatas: Conciones multas*, & alia.

THOMAS DE JESU, sive DIDACUS DAVILA, *Hispanus*, Bœticus, Carmelita Pincianus, Castellanæ Provinciæ Præfectus. Ex libris, quos edidit, agmen ducit *Thesaurus sapientiæ divinæ in Gentium omnium salute procuranda, Schismaticorum, Hæreticorum, Judæorum, Saracenorum, cæterorumque infidelium errores demonstrans, libris XII: Stimulus Missionum, sive de propaganda à Religiosis per totum orbem fide: Methodus examinandi & discernendi spiritualem animæ profectum: Divinæ Orationis, sive à Deo infusæ methodus, natura & gradus libris IV: De Contemplatione*

divina: Speculum Religiosorum: De Præsentia Dei: De Visitatione Religiosorum.

JO. MOLLERUS, *Germanus*, Lubenensis Silesius, Med. Doctor, Poeta Laur. Cæsareus, & in Baronatu Dracomontano Practicus. Ejus est *Historia Ducum Lignicensium: Tractatus de Peste.*

ROBERTUS BODIUS, *Scotus*, Edenburgensis, nobilis, Theol. Doctor, inque Academiis Salmuriensi, Glascuana & Edinburgensi Professor. Prostant ab eo in publica emissæ *Prælectiones in Epistolam Pauli ad Ephesios.*

THEODORUS RAPHAEL CAMPHUYSIUS, *Belga*, Gorcomensis Batavus, primùm Ecclesiastes, deinde unus ex numero Prophetantium seu Collegiantium, qui Renoburgi in Batavia ad Synaxin celebrandam convenire solent, æt. 41. Worzomi. Struxit *opera Theologica, complectentia tres partes, de infallibili judicio, Conciones sacras & Epistolas: Paraphrasin Psalmorum Davidis Belgicam rythmis: Cantilenas sacras: De Statu Animarum: Compendium doctrinæ Socinianorum: Vale mundo, seu invitationem ad fraternitatem Christi &c.*

SAMUEL PURCHASIUS, *Anglus*, Theologus, Philosophus & Historicus. Dedit idiomate vernaculô *Itinerum descriptionem: Microcosmum sive historiam hominis.*

RICHARDUS CARPENTER, *Anglus*, Cornubensis, Rector primùm Hammensis, pòst Theol. Professor Oxoniensis, æt. 53. Reliquit *Conciones Anglicanas*, inter quas sunt *ex Joh. XVI, 14: ex Act. XX, 28: ex Joh. XV, 2: ex Act. XXIV, 16. &c.*

CHRISTOPH. GEORGIUS A BERGK, *Germanus*, Eques Silesius, in Herrendorff & Clades Hereditarius, judicii regii in Ducatu Glogoviensi Assessor. Formavit *Herculem in bivio & statuam Mercurialem pro via veri & summi boni.*

ANNO 1628.

30. Jan. JO. VIETOR, *Germanus*, Alsfeldensis Hassus, Theol. Doctor, Aulæ & Ecclesiæ Darmstadinæ Pastor ac Superintendens. Emisit *Concionem Inauguralem D. Henrici Leuchteri: Concionem de adoptione Filiorum Dei: Disputationem de duabus in Christo naturis earundemque personali Unione &c.*

1. Febr. JO. DENISON, *Anglus*, Theol. Doctor, Capellanus regius & Vicarius D. Mariæ Readingensis. In lucem dedit *Resolutionem triplicem ad salutem æternam planè necessariam: De terræ vanitate, inferni horrore & Cœli felicitate: De Confessionis auricularis vanitate, & sigilli confessionis impietate, ad Cardinalis Bellarmini Sophismata: Conciones sacras ex Matth. V, 9: ex Marc. VIII, 36: ex Luc. XV,*

XV, 7: ex Ef. LIII, 4: ex Ebr. X, 26. & 27: ex Nehem. XIII, 22: ex Joh. XXI, 22. ex 1. Cor. XI, 23. 24. &c.

1. Febr. VINCENTIUS SCHMUCKIUS, *Germanus*, Smalcaldiâ-Cattus, primùm in Schola Nicolaitana Conrector, mox Diaconus, tum Theol. Doctor, Professor ac Pastor, demum quoque Superintendens Lipsiensis, æt. 63. Minist. 35. Explicavit typis *Formulam Ordinationis ad sacrum Ministerium Lipsiæ usitatum: Historiam Creationis: Historiam Adæ: Noæ: Abræ: Abrahæ: Isaaci: Jacobi: Josephi: Exercitium Crucis ex Psalmo XCI: Passionale: Conciones L. funebres: Conciones Festivales: Librum Biblicum: Disputationes & Conciones varias.*

8. Febr. MATTHIAS GROSS, *Germanus*, Halberstadiensis, J. U. Doctor, Facultatis juridicæ in Academ. Wittenbergensi, ut & judicii Regii in inferiori Lusatia Assessor, Curiæ Elector. Advocatus, nec non Comitum Solmensium & Barbynorum Consiliarius, æt. 72. Reliquit *Decadem Quæstionum juris Feudalis controversarum, fœminarum successionem concernentium: Dissert. de Antichresi &c.*

16. Febr. JULIANUS PONIATOVIUS à DUCHNIKI, *Polonus*, nobilis, Rector Lesninensis in minori Polonia, deinde Ecclesiastes Fabiani Cemæ in Borussia, tum Rector & Ecclesiastes Bolveslaviensis in Bohemia. Imprimi curavit *Dissert. Theologicam de quæstione recens in Misnia agitata: an Angeli & cœlites perfectè Deum in sua essentia, qualis est, cognoscant? Doctrinam de vera & reali præsentia Christi.*

obiit ANNO 1628.

2. Mart. EVERARDUS BALCK, *Belga*, Daventriensis, J. U. Doctor ejusdemque Professor Hardevicenus. Struxit *Comment. ad L. Quisquis Cod. ad L. Jul. Majestatis: Orationem de commodiore perdiscendi juris ratione: Electorum juris civilis libros duos.*

10. Mart. ERASMUS UNRUHE, *Germanus*, Torgaensis, Hereditarius in Rebenstein, J. U. Doctor ac Professor Wittenbergensis, curiæ Provincialis & Scabinatus ibidem Assessor, & tum temporis Legatus, ætatis 52. Dedit *Disputationes juridicas.*

14. Mart. JACOBUS LEY, *Anglus*, Wiltoniensis, Artium Baccalaureus, Eques Auratus, Baro, regii in Hibernia Banci justitiarius capitalis, Procurator in Anglia Pupillorum regius, tum primarius in Tribunali regio justitiarius, & demum summus Angliæ Thesaurarius, Comes Marteburgensis & Sanctioris Concilii Regii Præses. Scripsit *Res judicatas temporibus Jacobi & Caroli I. Regum Angliæ: Tractatum de Wardis & Liberaturis.*

29. Mart. TOBIAS MATTHÆI, *Anglus*, Bristoliâ-Somersetensis, ædis Christi Canonicus, mox Decanus Oxoniæ, Collegii D. Johannis Baptistæ Præses, Archidiaconus Wellensis, Ecclesiæ Dunelmensis Decanus,

nus, ac demum ejusdem Episcopus, novissimè Archiepiscopus Eboracensis, ætatis 82. Reliquit *Concionem apologeticam contra Campianum.*

5. Maj. JACOBUS REYHINGUS, *Germanus*, Patritius Augustanus, primùm S. J. Poëtices Oenipontis, deinde in Sodalium collegio Philos. & Theol. Professor Ingolstadiensis, pòst Theol. Doctor, & Wolfgango Wilhelmo, Comiti Palatino Rheni, à concionibus aulicis, tandem verò divina luce illustratus ad castra transiens Evangelicorum, Theol. Prof. Tubingensis & illustris Stipendii Inspector, æt. 49. Vulgavit ante conversionem ad fidem Evangelicam, *Muros Civitatis Sanctæ* h. e. *fundamenta XII. Religionis Catholicæ, quibus insistens Princeps Neoburgicus, Lutheranismó abdicatô, in Ecclesiam pedem intulit: Excubias Angelicæ Civitatis Sanctæ, seu Defensionem prioris operis adversus B. Meisnerum, & Fabricium Bassecourt: Enchiridion Catholicum, Manuali D. Hoën oppositum.* Post verò ejus conversionem, *Laqueos Pontificios contritos, quibus, adjuvante Deô, liberatus: Disceptationem de vera Christi in terris Ecclesia, adversus larvatum Jes. Dillinganum: Apologeticum pro eadem Dissertatione: Sermonem de Sacrificio Missæ Papistico: Araneorum operas, quas contra laqueos Pontificios contritos, texturam improbam suspenderunt G. Stengelius, Sim. Scheitenreisser & Laur. Forerus, stilo Reihingi dejectas: Retractationem Enchiridii olim contra D. Hoë vulgati.*

7. Maj. THOMAS DE MALVENDA, *Hispanus*, Valentinus, Prædicatorum Fratrum Sodalis Lombajensis, æt. 63. Commentatus est *de Anti-Christo libros XI: De Paradiso Voluptatis: In Sacram Scripturam Volumina V: Annales ordinis Prædicatorum: De Monogamia B. Annæ Genetricis Dei matris, deque Virginitate S. Patriarchæ Josephi &c.*

14. Maj. ANTONIUS FERNANDIUS, *Lusitanus*, Conimbricensis, S. J. Theol. Doctor, & in Eborensi Academia S. Scripturæ Professor, Missionarius ad Indos & Goæ domus Professorum Rector, deinde Vlyssipone Concionator, æt. 60. Elaboravit *commentarios in Visiones V. Testam. cum paraphrasibus capitum, ex quibus eruuntur.*

29. Maj. GEORGIUS DEDEKENNUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Schönbergensis, Diæceseos Ratzenburgensis, deinde Neostadiensis in Holsatia, postremò Hamburgensis Pastor, æt. 64. Minist. 38. Famam clarissimam promeruit *Consiliis Theologicis: Praxi Conscientiarum: Libellô de controversiis inter Lutheranos & Calvinianos agitatis: Thesauro navigantium: De universali Dei gratia, contra Lampadium & Pareum: Concionibus variis &c.*

8. Jun. RUDOLPHUS GOCLENIUS, Senior, *Germanus*, Corbacensis Hassus, Phil. Magister, Logic. & Me-

taphys.

taphyſ. Prof. Marpurgenſis, æt. 81. Publici juris fecit *Lexicon Philoſophicum: Notas & Lemmata Logica: Idem Philoſophiæ Platonicæ: Notas ad Conradi Valerii Phyſicam: Tractatum de vita proroganda: Conciliatorem Philoſophicum: Diſpp. Metaphyſicas: Problemata Rhetorica: Iſagogen in Organon Ariſtotelis: De præcipuis materiis Pſychologicis libellum: Miſcellanea Theologica & Philoſophica: De unguento Armario: Tractatum de Peſte Febribusque peſtilentibus: Obſervationes ſeu Analecta linguæ Latinæ: Problemata Grammatica: Orationes: Phyſicæ completæ Speculum: Rationem ſolvendi vitioſas argumentationes: Exercitationes Ethicas & Politicas: Analyſes in Exercitationes Jul. Cæſ. Scaligeri de ſubtilitate.*

30. Jun. HERMANNUS RATHMANNUS, *Germanus*, Lubecenſis, Philoſ. Magiſter, ad D. Catharinæ Paſtor Dantiſcanus, ætatis 43. Emiſit *Medullam Patrum: Speculum virtutum concionibus XXII. explicatum: Tractatum de Regno Chriſti: Theoſophiam ex Tertulliano & Cypriano: XX. Quæſtiones de Photinianiſmo: Notulam XI. Quæſtionum: Tubam Fidei &c.*

5. Jul. JO. RUDOLPHUS SATTLER, *Helvetius*, Baſilienſis, primùm in patria Notarius, deinde Senator, ætatis 51. Confecit *Theſaurum Notariorum: Tractatum de examine teſtium.*

12. Jul. MARCUS ANTONIUS OTHELIUS, *Italus*, Utinenſis, Nobilis, J.U. Doctor, ejusdemque primùm in patria, deinde Patavii Profeſſor, æt. 81. Proſtant ejus *Conſilia juridica: Comment. & Lectiones in jus Civile: Lectiones in jus Canonicum.*

3. Auguſti JULIUS CÆSAR BULENGERUS, *Gallus*, Lodunenſis, S. J. Theol. Doctor ejusque Profeſſor, ſeptuagenario major. Scripſit *Hiſtoriam ſui temporis libris XIII: De Imperatore & imperio Romano lib. XII: De officiis Regni Galliæ & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: De inſtrumento Templorum lib. III: De tota ratione Divinationis libros VI: De Oraculis, Sortibus, Auguriis, Auſpiciis, Ominibus & Prodigiis: De terræ motu & fulminibus lib. VI De Magia licita & vetita libb. III: De Spoliis, Trophæis, Arcubus & Pompa triumphali librum: De Circo Ludisque Circenſibus librum: De Theatro libb. II: De Venatione Circi & Amphitheatro libb. II: De Elephantis tractatum: De Ludis antiquorum lib. I: De Conviviis libb. IV: De Pictura, Plaſtice, Statuaria libb. II: Eclogas ad Arnobium, de Diis Gentium: Diatribam ad JS. Caſauboni Exercitationes adverſus Cardin. Baronium: Reſp. Catholicam libro D. Pleſſei de inſtitutione SS. Sacramenti: De ſancta & inviolabili Regum majeſtate libb. III.*

6. Aug. HIERONYMUS VENERO DE LEYVA, *Hiſpanus*, Ordinis S. Jacobi Sacerdos, Philippo III. Regi Hiſp. à Sacris, Vicarius provinciæ Legionenſis, Gregorii XIII. Pont. Max. Cubicularius ſecretus, Canonicus, tandem Eccleſiæ Montis regalis

galis in Sicilia Antistes. Librum edidit cui nomen fecit *Examen Episcoporum.*

25. Aug. GUIL. BERNARDONUS, *Gallus*, Cabilonensis, J. U. Doctor, ex Advocato Canonicus, Major Archidiaconus ac Decanus Ecclesiæ in patria Cathedralis, demum Officialis & major Vicarius trium illustrium Antistitum. Composuit Gallicè *Tractatum de Curatorum concursu & residentia: De indifferentia in Ecclesiasticorum debitum & de Residentia ob eorum officia ab ipsis debita.*

13. Sept. JO. DODERIDGE, *Anglus*, Devoniensis, Eques Auratus, Archi-Baccalaureus & justitiarius regius. Delineavit *Historiam antiqui & moderni status Principalitatis Walliæ, Ducatus Cornubiæ & Comitatus Cestriæ: Descriptionem Advocationum & Beneficiorum Ecclesiasticorum: Tractatum de variis gradibus Nobilitatis sive Magnatum regni Angliæ: Jurisperitum Anglicanum &c.*

21. Sept. GERARDUS ZOES vel SOUSIUS, *Belga*, Amersfortensis, S. J. Spiritualis Coadjutor, æt. 49. relig. 30. Edidit Belgicè translatos à se libros, *Modum Confessionis generalis ritè instituendæ ex Francisco Arias: Pugnam spiritualem Jo. Castanizæ: De præsentia Dei Francisci Arias: Praxin puræ & rectæ intentionis: Viam vitæ æternæ Antonii Sucquet: Pia exercitia animæ devotæ &c.*

16. Octobr. FRANCISCUS SOLERIUS, *Gallus*, Lemoviensis, S. Jesu Rhetor. Lector, Collegii in patria primus Rector, Sacerdos, æt. 70. relig. 51. Multos ex Latino, Italico & Hispanico libros Gallicè reddidit, nimirum *Jacobi Laynez tractatum de Tribulatione: Julii Facii de Mortificatione: Barthol. Riccii Institutiones meditandi: Lucæ Pinelli de perfectione religiosa: Francisci Arias de imitatione B. Virginis &c.*

17. Octobr. FRANC. BOUTONUS, *Gallus*, Sequanus, S. J. Linguæ Sanctæ & divinæ scripturæ in Academia Dolana Professor, æt. 50. Scripsit *Spiritualem Theologiam in VI. partes distributam: Lexicon Hebraicum: S. Dorotheum* Gallicum fecit è Græco.

20. Octobr. ULRICUS GUTZMANNUS, *Germanus*, Colbergâ-Pomeranus, Phil. & J. U. Doctor, primùm urbis patriæ, Syndicus, postea Consiliarius Ducalis Pomeran. ac denique Senator Colbergensis. Prodire fecit *Commentarium in L. Rem majoris pretii 2. C. de rescindenda venditione.*

26. Octobr. WOLFGANGUS FRANTZIUS, *Germanus*, Plaviâ-Variscus, primùm Phil. Magister & Histor. Professor Wittenbergensis, pòst Th. Doctor, Ecclesiæ Kembergensis Præpositus, demum Theol. Prof. & Templi Arcis Wittenbergensis Præpositus, æt. 64. In publicum Ecclesiæ reique literariæ usum concinnavit *Historiam sacram Animalium: Disp. in Deuteronomium: Syntagma controversiarum Theologicarum ortho-*

doxæ Ecclesiæ cum Calviniana, Pontificia & Photiniana intercedentium: Disp. XXXIV. supra Aug. Confessionem: Scholam Sacrificiorum Patriarchalium sacram: Vindicias pro Aug. Confessione adversus Valent. Smalzium: Tractatum de interpretatione Sacr. Scripturarum maximè legitima: Orationes & Disp. Theol. varias &c.

29. Octobr. JO. GORCOMIUS, *Belga*, Batavus, Sylvaducensis Presbyter. Populari Sermone dedit *Explicationem mysticam in cantica Canticorum: Hortulum florum spiritualium: Scutum spirituale, sive controversias fidei: Exercitationem spiritualem ad Unionem cum Deo: Nuptias spirituales inter Deum & naturam humanam: Consolationem ægrotorum &c.*

— Novembr. GREGORIUS SCHöNFELD, *Germanus*, Zanensis Misnicus, Senior, Theol. Doctor & Prof. Marpurgensis. Ejus est *Heptas Syllogistica, septem Syllogismis D. Balth. Mentzeri, quibus Christianam emendationem Hassiacam vellicat, opposita: Centuriæ Thesium Theologicarum IV. explicantes controversias cum Pontificiis: Disp. de Sacra Cœna: De resurrectione mortuorum &c.*

14. Nov. NICOLAUS TRIGAUTIUS, *Belga*, Duacensis, Soc. Jesu, Orat. Prof. Gandaviensis, postea ad Orientales Missionarius, æt. 51. relig. 34. Literis mandavit *Christianam expeditionem ad Sinas susceptam à S. Jesu libris V: De Christianis apud Japonios Triumphis, sive de gravissima*

ibidem persecutione contra Fidem Christi exorta An. 1612. *libros V: Epistolam de sua in Indiam navigatione: Rei Christianæ apud Japonios Commentarium: Vocabularium Simicum Tom. III. &c.*

16. Nov. STEPHANUS MOQUOTUS, *Gallus*, Nivernensis, S. J. Coadjutor spiritualis, æt. 57. Societ. 32. Emisit Gallicè *Examen doctrinæ Hæreticorum Tom. III: Ministrorum diversarum sectarum inter se Bellum: Grammaticam Græcam Nic. Clenardi in meliorem formam redactam; Luciani Dialogos aliquot castigatos: Censuram Bibliorum Hugonottorum: Compendium Examinis & censuræ Biblicum.*

16. Nov. GASPAR SANCHEZ vel SANCTIUS, *Hispanus*, Centumputeolanus, S. J. Oropesensis Complutensis & Matritensis humanorum & sacrarum literarum interpres, ætat. 75. relig. 58. Commentatus est *in IV. Libros Regum & II. Paralipomenon: In Libros Ruth, Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Esther & Machabæorum: In librum Job: In Cantica Canticorum, cum expositione Psal. LXXVII: In Esaiam: In Jeremiam, cum explicatione Psalmi CXXXVI. & Threnorum Jeremiæ paraphrasi, versu elegiacô: In Ezechielem: In Danielem: In XII. Prophetas Minores & Baruch: Comment. in Zachariam: In Acta Apostolorum.*

1. Decembr. THOMAS PLATERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Med. Doctor, inque patria Academia Prof. & Archiater

chiater, ætat. 54. Publicavit *Centuriam quæstionum Medicarum ex parte Paradoxorum*, & fortè alia.

GUILIELMUS FABRICIUS, *Belga*, Noviomagus, Theol. Doctor & Prof. Lovaniensis, Apostolicus & regius librorum Censor, ad D. Petri Decanus, & Privilegiorum ejusdem Academiæ Conservator. Vulgavit *Leonis Magni enarrationem in Dominicam Passionem: Isagogen sive Introductionem ineandem, cum Annotationibus:* Suppressô etiam nomine suô, *Confutationem censuræ Theologorum Parisiensium in Propositiones ex Santarellæ libris collectas.*

ANTONIUS BURCHARDUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, primùm Latinæ lingvæ Professor Stetinensis. inde in patria Ecclesiastes, tandemque Pastor Chiloniensis in Holsatia. Typis exscribi curavit *Progymnasmatum Eloquentiæ libros III. ad Aphthonium: Discursum de Descensu Christi, contra Calvinianos: Fontes consolationum sacrarum: Officinam tyrocinii Oratorii, seu institutionem compendiariam ad artificium formandi Orationem.*

ALPHONSUS SOBRINO, *Hispanus*, Hispalensis, Carmelita, Provinciæ Bæticæ Præfectus & Ecclesiastes. Formavit *Tractatum de immaculata conceptione Virginis Mariæ: Sermones varios &c.*

GEORGIUS CARLETON, *Anglus*, Episcopus Cicestrensis, collegii Bolliolensis apud Oxonienses Socius. Reliquit *Consensum Ecclesiæ Catholicæ contra Tridentinos, de Scripturis, Ecclesia, Fide & Gratia: De Jurisdictione Regali, Episcopali & Papali: Vitam Bern. Gilpini: Heroicos Characteres, carmine: De jure divino &c.*

SIMON GRUNÆUS, *Germanus*, Lignicensis Silesius, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, Georgi Rudolphi, Ducis Lygiorum Consiliarius, Consistorii Director, Ecclesiarum per Ducatum Lignicensem & Wolaviensem Superint. ad D. Virginis ædem Pastor. Condidit *Tractatum de utilitate legendæ Historiæ: Descriptionem Virtutum: Basiliensium monumentorum Antigrapha &c.*

LEONHARTUS MARIUS, *Belga*, Selandus, Theol. Doctor & Prof. Coloniensis, deinde Præses Collegii Pataviei. Ejus reperitur *Comment. in Pentateuchum: Catholica Ecclesiasticæ Hierarchiæ assertio adversus Marc. Antonium de Dominis.*

LUDOVICUS HIERON. DE ORE, Americanus, Ordinis Seraphini, Theolog. Prof. Peruanus, deinde Commissarius Floridæ, demum Chilensis regni Antistes. Exaravit *Rituale, seu Manuale Peruanum, ac brevem formam administrandi Sacramenta: Tractatum de Indulgentiis: Descriptionem novi Orbis &c.*

GEORGIUS QUECCIUS, Senior, *Germanus*, Norimbergensis, Artium Magister, Philos. Moralis & Græcæ lingvæ Prof. Altorphinus, æt. 67.

Prostant ab eo *Dispp. variæ: Hendecas Orationum.*

JO. FOORD, *Anglus*, Baltoniensis. Commentari cœpit *in Psalmos: in Apocalypsin.*

LUDOVICUS DE BAVIA, *Hispanus*, Matritensis, Capellanus regius Granatensis. Conscripsit *Historiam Pontificum: De unione Coronæ Portugalliæ & Castiliæ.*

HENRICUS ISSELBURGIUS, *Belga*, Theol. Doctor, primùm Professor Cliviæ, pòst Ecclesiæ ad D. Virginem Pastor & Professor Bremensis, æt. 51. Congessit *Medullam Papismi, de arce ac judice controversiarum Theologicarum: Digeriem præcipuarum controv. inter Romanos Pontifices & Protestantes orthodoxos: Tractatum de Diebus precum: Manuale pauperum spiritu: De jure Protestantium contra Pontificem Romanum ejusque Concilia, imperium atque anathema: Catechesis Relig. Christianæ Anatomen: Orat. de charitate Christiana. &c.*

FRANC. MALHERBE, *Gallus*, Cadomensis, nobilis, æt. 73. Lusit *Carmina Gallica.*

GILBERTUS JACCHÆUS, *Scotus*, Abrodoniensis, Phil. Professor Lugduni Batavorum, & Medic. Doctor. Paravit *Primæ Philosophiæ Institutiones: Institutiones Medicas: Institutiones Physicas.*

ANNO 1629.

22. Januarii JOH. TARNOVIUS, *Germanus*, Grevismolensis Megapolitanus, Theol. Doctor, ejusdemque Professor Rostochiensis, æt. 43. Inclarescere cœpit ex *Commentariis in Psalmos Pœnitentiales: in Passionales: in Psalmos Graduum: in cap. IX. Esaiæ: in Threnos Jeremiæ: in XII. Prophetas minores: Exercitationibus Biblicis: Medullâ Evangeliorum: Nucleô Epistolarum: Orationibus & Disputationibus Theologicis variis.*

23. Jan. ANDREAS SCHOTTUS, *Belga*, Antverpiensis, Soc. Jesu, primùm Græcæ linguæ & Rhetoricæ Professor Toleti ac Cæsaraugustæ, deinde Orat. Prof. Romanus, tandem patriæ redditus, æt. 77. Concinnavit *de bono Silentii Religiosorum & Secularium libros II: Comment. in Auctorem de Viris illustribus urbis Romæ: Notas in Sexti Aur. Victoris Historiam Augustam: Spicilegium in Pomponium Melam de Situ orbis: Notas in Senecæ Rhetoris Suasorias & Controversias: Photii Constantinopolitani Bibliothecam scholiis illustratam: Thesaurum exemplorum ac sententiarum: Bibliothecam Hispanicam: Itinerarium Antonini Augusti cum notis: Notas in Corn. Nepotis fragmenta: Tullianarum quæstionum libros IV: Ciceronem à calumniis vindicatum: Notas in Ennodii opera: in Procli Chrestomathiam: Observationum humanarum libb. V: Notas Ciceronis variorumque libb. IV: Notas in Basilii M. opera: in S. Cyrilli Alexandrini Glaphyra: in S. Gregorii Me-*

taphrasin & Ecclesiasten Salomonis: Tabulas rei nummariæ Romanorum & Græcorum: Tabulas mensium Romanorum & Atticorum: Tabulas Anomalorum verborum Græcorum: De prisca Religione ac Diis gentium: De sacris & catholicis S. Scripturæ Interpretibus: Adagialia Sacra N. Testamenti: Notas in Epistolas P. Manutii: Hispaniam illustratam: Commentaria in Ciceronis Orationes: Notas in Val. Flacci Argonautica: Romanarum Antiquitatum Electa, & quàm plurima alia.

26. Jan. GEORGIUS ROSTIUS, *Germanus*, Mansfeldensis, primùm in patria Diaconus, deinde Concionator Aulicus Megapolitanus, æt. 47. Struxit *Comment. in Epistolam Judæ: Apologeticum pro vero Arndii Christianismo: Anti-Crocium de autore peccati: Comment. in Threnos Jeremiæ: in Canticum Canticorum: Practicam medendi Theologico-Medicam: Medullam fidei theoreticam & practicam: Formulam pacificatoriam: Examen Apologetici Felgenhaueriani: Refutationem Prognostici Astrologici Cabalisticum, contra Paulum Nagelium: Speculum triplex: Manuale Catholicum, contra Papismum &c.*

10. Febr. DANIEL RUNGIUS, *Germanus*, Gryphicus, Pomeranus, J. U. Doctor, inque patria Academia primùm Ethices, deinde Juris Prof. & Consiliarius Aulicus, demum intimus & Cancellarius, nec non Comes Palat. Cæsareus, æt. 68. Emisit *Historiam Philosophiæ Græcorum: Disputationes juridicas & Philosophicas.*

Obiit ANNO 1629.

13. Febr. GULIELMUS THORNE, *Anglus*, Semeleiâ-Wiltoniensis, Th. Doctor & Græcæ Lingvæ Professor Oxoniensis, demum Decanus Cicestrensis. Librum contexuit, qui inscribitur; *Tullius sive Rhetor in tria Stromata divisus:* Anglicè *in Johann. XIX.* 5. scripsit.

7. Mart. MARTINUS GRATIANUS GERTICHIUS, *Polonus*, Lesnensis, primùm Rector Scholæ Posnensis, tum Pastor Corolatensis in Silesia, deinde Berestecensis in Volynia Consenior, tandem Superintendens in Polonia, ætatis 92. Extat ejus *Protestatio sive Assertio Theol. contra primatum Ecclesiæ Romanæ.*

16. Mart. THOMAS WEGELINUS, *Germanus*, Augustanus, primùm Gymnasii Ratisbonensis Rector, deinde Ecclesiastes Pforzheimensis, demum Theol. Doctor & Prof. Argentoratensis, nec non Conventus Ecclesiastici Præses, æt. 52. Elucubravit *Relationem Phorcensem de Discursu Theologico inter Marchionem Badensem & Ducem Lotharingiæ habito: Trophæum Augustinianum de Sacra Scriptura fidei principio: De V. Paulis Episcopis Rom. Orationem: Dispp. Theologicas varias.*

26. Mart. JOH. WINTERUS, *Germanus*, Naumburgo-Thuringus, Th. Doctor & Superintend. Torgensis, æt. 43. Scripsit *Refutationem sententiæ F. Socini de Justificatione hominis peccatoris coram Deo: Quæstionem Theologi-*

logicam; An Adamus in statu integritatis naturâ fuerit mortalis, nec ne? Scholam Tentationis Paulinam &c.

27. Mart. GEORGIUS CAREW, *Anglus*, Devoniensis, Eques Auratus, Regis Britanniæ Consiliarius, Tormentorum bellicorum Præfectus, Baro de Clopton, & Comes de Totnels, æt. 73. Composuit *Historiam per triennium in Momonia gestam*, sub titulo; *Pacata Hibernia.*

28. Mart. BARTHOLOMÆUS BYTHNERUS. *Germanus*, Silesius, Pastor primùm Glambovicenus, deinde Malicensis, demum Senior Sendomiriensis, æt. 70. Extat ejus *Adhortatio ad Reformatas Ecclesias, pro unanimi in toto Religionis Evangelicæ negotio, consensu inter se constituendo: Tractatus de invocatione Sanctorum: Enchiridion Consolationum.*

6. April. BERNARDUS GALTIER, *Gallus*, Ruthenensis, S. J. Rhetor. Lector Ruthenæ & Aginni, postea Collegii Aginnensis & Burdegalensis Rector, in præcipuis Galliæ civitatibus plus 30. annis Concionator, æt. 65. relig. 45. Edidit, sermone Gallicô, *Apocalypsin Reformationis, seu Pseudo-Religionis, discursibus XII.*

8. April. JO. TURNOVIUS, *Bohemus*, Poëta Laureatus Cæsareus, variis in Ecclesiis Pastor, Theol. Doctor, Pastor & Prof. Thorunensis. tandem Superintendens in superiori Polonia, æt. 62. Publicavit *Tractatum de æterna DEI Prædestinatione: Centurias Carminum: Dispp. Theologicas: Conciones funebres &c.*

9. April. JOH. GüTHE, *Germanus*, Meiningensis, Hennebergicus, Pastor & Superint. in patria, nec non Consistorii Ducalis Assessor, ætat. 68. Minist. 45. Reliquit *Conciones aliquot funebres*, & fortè alia.

11. April. GULIELMUS GIFFORD, *Anglus*, Staffordiensis, Nobilis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Professor primùm Rhemensis, deinde Pantamussanus in Lotharingia, tum Decanus Insulensis in Flandria, Acad. Rhemensis Rector, tandem Ordinis Benedictini, Prior de S. Macclavio in Gallia, & Congregationis Benedictinorum Præses, Archiepiscopi Rhemensis Suffraganeus, & novissimè Archiepiscopus & Dux Rhemensis, ætat. 76. Sub nomine Wilh. Reginaldi, *Calvino-Turcismum, sive Calvinianæ perfidiæ cum Mahometana collationem, libris IV:* & sub nomine Guil. Rossæi, *de justa Reip. Christianæ in Reges impios & hæreticos animadversione librum* publicâsse perhibetur.

28. April. LAURENTIUS FABRICIUS, *Borussus*, Dantiscanus, Phil. Magister, Hebr. Linguæ Prof. Wittenbergensis, & Academiæ tandem Senior, æt. 74. Exaravit *Partitiones Codicis Hebræi: Metrica Hebræorum: Tractatum de Schem-hamphorasch usu & abusu apud Judæos: De reliquiis sanctis Syrarum vocum in N. T. asservatis.*

29. April.

29. April. JO. WEININGER, *Germanus*, Phil. Magister, Pastor & Superint. Saltzbergensis in March. Badensi, æt. 81. Scripsit *Resp. ad calumnias XIV. Grynæi & Polani de Prædestinatione, Persona Christi & S. Cœna.*

4. Maji THOMAS WEINRICHIUS, *Germanus*, Hirschbergâ - Silesius, Phil. Magister, primùm Scholæ Senatoriæ ad D. Nicolai Collega Lipsiæ, inde oppidi Meuselwicz ditionis Altenburgicæ Parochus, tum Diaconus Lipsiensis, denique Theol. Doctor, & ibidem Professor ac Archidiaconus, ætat. 42. Minist. 17. Struxit *Thronum Christi regalem, ex Psalmo CX. Homiliis VIII. explicatum: Controversiam de Spiritu Sancto, contra Photinianos: Aureolum sacrum, sive precationes Christianas: Examen Synodi Dordracenæ de absoluto Prædestinationis decreto &c.*

19. Maji PETRUS RYFF, *Helvetius*, Basiliensis, Phil. & Med. Doctor, inque patria hujus & Mathematum Professor, æt. 77. Adornavit *Quæstiones Geometricas & Geodæsiam: Tractatum de Perspectiva communi: Sphæram mundi sive Elementa Cosmographiæ: Quæstiones in Euclidis & Rami* στοιχείωσιν.

11. Jun. ROBERTUS HEGGIUS, *Anglus*, Dunelmensis, Artium, Magister, & Collegii Corporis Christi in Academia Oxoniensi Socius, æt. 31. Condidit *Tractatum de Horologiis, & etiam de Cylindro in area vel quadrangulo: In aliquot sacræ paginæ loca Lectiones.*

18. Junii HUMFREDUS LECHIUS, *Anglus*, Allertona Salopiensis, Artium Magister, Ecclesiæ S. Alkmondi in patria Vicarius, Ædis Christi Oxoniæ Capellanus, demum è Societ. Jesu, ætat. 57. Foràs dedit *Doctrinæ circa Concilia Evangelica declarationem: Conversionis suæ ad fidem Catholicam notitiam: Considerationes Regi Jacobo porrigendas circa epistolam Regis præmonitoriam ad Principes Christianos.*

24. Junii CAROLUS SCRIBANIUS, *Belga*, Bruxellensis, S. J. primùm Duaci Philos. & in patria Rhetor. Professor, in Collegiis Antverpiensi ac Bruxellensi Rector, totius provinciæ Flandro Belgicæ Præpositus, ætat. 69. relig. 47. In lucem protraxit *Amphitheatrum Honoris, adversus Calvinistas*, sub nomine Clarii Bonarscii anagrammatico: *Artem mentiendi Calvinisticam*, nomine Romani Veronensis: *Comment. in Dominici Baudii gnomas*, suppresso nomine: *Defensionem posthumam Justi Lipsii: Antverpiam: Antverpiensium Origines: Orthodoxæ fidei controversa libris VI: Philosophum Christianum: Medicum religiosum, de animorum morbis & curationibus: Meditationum sacrarum tomos II: Amorem divinum: Spiritualem vineam, seu pias precationes: Votivam gratulationem in Annunciationem B. M. Virginis: Superiorem religiosum, de prudenti ac religiosa gubernatione: Adolescentem prodigum: Institutionem politico*

litico-christianam: *Veridicum Belgicum, seu civilium apud Belgas bellorum initia, progressus, finem: Christum patientem: Cœnobiarcham.*

10. Julii SALOMON FINCKIUS, *Borussus*, Regiomontanus, Pastor primùm in Curlandia, deinde in patria Xenodochii Löbnicensis, ac demum Berolini ad Reformatorum transiens castra, Concionator Aulicus, æt. 64. Formavit *Speculum Sacramentale: Ejusdem Speculi Dilucidationem: Judicium de Idolis, contra D. Matth. Hoën: Conciones varias.*

13. Julii CASP. BARTHOLINUS, *Danus*, Malmogiensis, Philos. Medic. & Theol. Doctor, primùm Lingvæ Latinæ, deinde Medicinæ Prof. & Archiater regius, tum Canonicus Roëskildensis, postremò Theol. Professor, & Academiæ Hafniensis tum temporis Rector, æt. 44. Prof. 18. Scripta hæc ab eo emissa sunt, *Rhetorica major & minor: Oratoria major & minor: Epigrammatum & Carminum fasciculus: Janitores Logici bini: Disputationes de genere Syllogismi: Logica major: Enchiridion Logicum: Metaphysica major: Enchiridion Metaphysicum: Enchiridion Ethicum: Præcepta Physicæ generalis: De principiis rerum naturalium opusculum: De Natura opusculum: De Mundo Tractatus: Uranologia: Astrologia: De Elementis Institutio Physica: De Aquis libri duo: De Mixtione liber: De Meteoris libri IV: De rerum naturalium qualitatibus libri II: De Corporibus perfectè mixtis inanimatis: De Anima: De Lapide Nephritico opusculum: De unicorum opusculum: De Pygmæis opusculum: De studio Medico inchoando & absolvendo consilium: Institutiones Anatomicæ: Controversiæ Anatomicæ: Paradoxa Medica CCXL: Problematum Philos. & Med. Exercitationes X: Disp. Phil. & Medicæ X: Syntagma de Cauteriis: De Aëre pestilenti corrigendo Consilium: De Luthero Panegyricus: De Cœna Domini institutio: Manuductio ad veram Psychologiam: De Natura Theologiæ: De Partitionibus Script. Sacræ: De Studio Theol. inchoando & continuando Consilium: Meditationes in Orationem Dominicam: De utraque Natura Christi: De Bello: De Visitatione Mariæ: De benedictione Aharonis: Orationes.*

23. Julii BARTHOLOMÆUS SOVERUS, *Helvetius*, Friburgensis, Bibliothecæ Ducis Sabaudiæ Præfectus, inde Histor. Professor Taurinensis, ac demum Mathem. Prof. Venetus. Bono commisit publico *Opus de Recti & Curvi proportione.*

25. Jul. LEONHARDUS METZNERUS, *Germanus* Luneburgensis, J. U. Doctor, Regi Daniæ Christiano IV. à Consiliis in Archivo, deinde Juris Prof. Hafniensis, Legatus regius, ac denique Consiliarius Ducis Holsatiæ, æt. 58. Reliquit *Disp. de Sponsalibus: De Nuptiis: De Adulterio & Stupro: De rerum divisione & acquirendo earum Dominio: De Fide jusso-*

jussoribus & jure Obstagii: De injuriis & famosis libellis.

11. Aug. MICHAEL DE LA FUENTE, *Hispanus*, Carmelita, Theol. Scholasticæ Prof. Complutensis ac Toletensis, nec non Fidei Vindicibus à censuris, æt. 42. Congessit *Placita Theologica.*

15. Aug. THOMAS JAMESIUS, *Anglus*, Vectâ-Neuportensis, Proto-Bibliothecarius Oxoniæ Bodlejanus, deinde Theologiæ Doctor, Subdecanus Wellensis & Einenarcha. Extat ejus *Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis: Bellum Papale: Concordantiæ Sanctorum Patrum: Vindiciæ Gregorianæ: Index librorum prohibitorum à Pontificiis: Index generalis Sanctorum Patrum: Catalogus librorum in Bibliotheca Bodlejana: Introductio ad Theologiam: Expositio libri Canticorum ex Patribus: Cyprianus redivivus &c.*

26. Aug. LEONHARDUS RECHTENBACHIUS, *Germanus*, Langensalzâ-Thuringus, Theol. Doctor, Superintendens primùm Weissenfeldensis, deinde Mansfeldensis & Pastor Islebiensis, ætatis 51. Struxit Σκιαγραφίαν *Biblicam: Analysin Confessionis Augustanæ, Articulorum Smalcaldicorum, Formularum Concordiæ, Articulorum Visitationis Saxonicæ: Dissertat. de impulsiva Prædestinationis causa: Thesaurum Passionalem: Christum agonizantem: Speculum paternæ Dei voluntatis: Quinquefolium Catecheticum: Thesaurum Catecheticum Anti-Cinglianum: Collyrium pro nonnullis malè videntibus Prophetis in Hassia: Clavam Christi, contra Pontificios: Militiam Christianam &c.*

28. Aug. CHRISTOPHORUS CRINESIUS, *Bohemus*, Schlaccowaldensis, Philosophiæ Magister, primùm Concionator Aulicus in arce Gschwendensi, tum Ecclesiæ Grubensis in Austria Pastor, postremò Theol. Prof. & Decanus Altorphinus, æt. 45. Elucubravit *Grammaticam Syriacam: Lexicon Syriacum: Epistolam Pauli ad Romanos linguâ Syriacâ: Exercitationes Hebraicas: Analysin Novi Testamenti tabulis XXVII. comprehensam: Gymnasmata Theologica: Concordantias Hebraicas: Gymnasium Chaldaicum: Discursum de confusione Linguarum.*

29. Augus. BASILIUS PONCE DE LEON, *Hispanus*, Granatensis, Augustinianus, Theol. Lector primò Complutensis, deinde Salmantinus primarius & Cancellarius, ætat. 59. Inter ejus Scripta referuntur *de Sacramento Confirmationis liber: De impedimentis matrimonii Tractatus: De Sacramento Matrimonii libri XII: Disputationes variæ ex Theol. Scholastica & expositiva.*

7. Septembr. JACOBUS SCHULTES, *Prussus*, Elbingensis, J. U. Doctor, Consiliarius Saxonicus, Advocatus primarius Lipsiensis, sæpe Legatus, æt. 59. In publicum emisit *Sacras Melodias: Tractatum de fide hæreticis servanda: Gratulationem ad Christianum II. Elect. Saxoniæ, pro felici inau-*

guratione: Additiones ad Matth. Coleri Decisiones: Ad quæstiones Modestini Pistoris, & ad Hartmanni Pistoris: Ad Brunonis à Sole Locos Communes juris: Ad Processum Petri Terminæi, Georgii Rotschürz, Chiliani Goldensteinii & Chiliani Königii: Quæstiones Practicas: Observationes Forenses: Meditationes de judicii extremi signis & processu.

11. Sept. HERMANNO HUGO, *Belga*, Bruxellensis, S. J. literarum humaniorum informator Antverpiensis, deinde collegii Bruxellensis Rector, aliquot Principum Confessarius, ætat. 41. relig. 24. Scripsit *de prima scribendi origine & universæ rei literariæ antiquitate: De vera fide capessenda: Pia Desideria: Obsidionem Bredanam: De militia equestri antiqua & nova libros V.* Vertit præterea *Vitas Caroli Spinulæ & Jo. Berckmanni.*

13. Sept. JO. BUXTORFFIUS, *Germanus*, Camenâ-Westphalus, Senior, Lingvæ Hebrææ Professor Basiliensis, æt. 65, Adornavit *Manuale Hebraicum & Chaldaicum: Synagogam Judaicam: Institutionem Epistolarem Hebraicam: Thesaurum Grammaticum lingvæ Hebrææ: Ejusdem Epitomen: Librum de Abbreviaturis Hebraicis: Grammaticam Chaldaicam & Syriacam: Biblia magna Hebraica & Chaldaica: Tiberiadem seu Comment. Masoreticum: Concordantias Bibliorum Hebraicas & Chaldaicas.*

24. Sept. JO. SANFORDUS, *Anglus*,

Obiit ANNO 1629.

Sommersetensis, Artium Magister, Comiti Bristoliensi, Legato regio, à Sacris, pòst Archiepiscopi Cantuariensis Capellanus domesticus & ejusdem Ecclesiæ Præbendarius, æt. 60. Ab eo est *Grammatica Italica: Introductio ad lingvam Hispanicam: Conciones: Grammaticæ Latinæ compendium.*

27. Sept. HERMANNUS NICOLAI, *Danus*, Selandus, primùm Hypodidascalus Sorensis, deinde Rector Scholæ Asloënsis, tum Philos. Magister & Professor Pædagogicus, demum Lingvarum Orientalium in Academia Hafniensi, æt. 59. Condidit *Ideam Lingvarum Aramæarum, per comparationem cum Hebræa: Disputationes X. de lingva Hebræa & Aramæa: De lingva Hebræa in specie: De fine bono, ex Psalmo I: De hominis felicitate, ex Eccles. II: De Philosophiæ Definitione: De causis Artium & Philosophiæ &c.*

1. Octobr. LAURENTIUS WEGERUS, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister, Log. & lingvæ Hebr. in Aced. patria Prof. æt. 30. Ejus reperitur *Mentis prima operatio Logica: Pathologia generalis, sive de Affectibus in genere dissertatio: Decas Thesium Philologicarum: Quæstiones in omnes Organi Aristotelici libros: De Verbo Dei, ex occasione phraseos Chaldaicæ* דײ מימרא: *Quæstionum Philosophicarum Trias, de Philosophiæ Practicæ divisione, Ethicæ genere & subjecto &c.*

1. Octobr EDWYNUS SANDYS, *Anglus*. Wigorniensis, Artium Magister, Eques Auratus, Thesaurarius Bermudensis, ætat. 68. Effecit *Europæ Speculum, sive Religionis in Occidentalibus mundi partibus statum.*

2. Octobr. PETRUS BERULLUS, *Gallus*, è Campania, S. R. E. Cardinalis, Congregationis Oratorii in patria fundator, æt. 54. Luci dedit *Tractatum Theologicum adversus Petrum Molinæum: Librum de Energumenis: Opusculum de directione Præpositorum &c.*

3. Octobr. PETRUS BERTIUS, *Belga*, Beveris Flander, Philos. Moralis Prof. Lugduno-Batavus, pòst Regis Galliæ Geographus & Professor Parisiensis, æt. 64. Prelo subjecit *Logicæ Peripateticæ libros VI: Tabularum Geographicarum contractarum libros VII: Commentarium rerum Germanicarum: Ptolomæi Geographiam, cum Tabulis: Breviarium totius terrarum orbis: Nomenclationem Bibliothecæ Acad. Lugduno-Batavæ: Orationes varias: Carmina.*

5. Octobr. HERIBERTUS ROSWEYDUS, *Belga*, Ultrajectinus, S. J. Philosophiæ Professor Duacensis, & Theologiæ Antverpiensis, æt. 60. Explicavit *Fastos Sanctorum: Legem Talionis XII. Tabularum Baronio à Casaubono dictam, retaliatione retortam: Anti-Capellum: Syllabum malæ fidei Capellianæ: Notationes in vetus Martyrologium Romanum: Dissertationem de fide Hæreticis servanda: Vitas Patrum mendis repurgatas & notis illustratas: Vindicias Kempenses: Vindicias Inferiarum Justi Lipsii, contra Jos. Scaligerum: Eucherium Lugdunensem de contemptu mundi, & laude eremi:* D. *Pauli Episcopi Nolani opera notis illustrata: Historiam Ecclesiæ Belgicæ: Vitas Sanctorum & sanctarum Virginum &c.*

17. Octobr. JO. BUZELINUS, *Belga*, Cameracensis, Jesuita, æt. 55. relig. 36. Confecit *Triumphum, quo sancti Martyres Victor & socii, ab urbe Roma insulas invecti sunt: Annales Gallo-Flandriæ: Descriptionem Gallò-Flandriæ, ejusque antiquitates sacras & prophanas.*

23. Octobr. ADRIANUS CRUCIUS, *Belga*, Gandavus, è Soc. Jesu, ætat. 51. Vertit Latinè *Literas annuas rerum in regno Sinarum anno* 1620. *à Societate Jesu gestarum: Rerum memorabilium in Japonia gestarum.*

1. Nov. JACOBUS BRANDMULLERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Philos. Magister, inque patria Ecclesiastes, æt. suæ 64. Minist. 42. Publici juris fecit *Commentarium in Ezechielem: in Threnos: Seriem Locorum Communium Theol. Alphabeticum: Analysin Evangeliorum Domin. & Festivorum: Analysin typicam librorum V. T. Poëticorum & Propheticorum: LL. CC. ex Symbolo Apostolico & Decalogo: Analysin omnium epistolarum Pauli & Apocalypseos: Analysin Epistolarum Domin. & Festivalium: Conciones funebres: Nuptiales &c.*

10. Nov. LÆLIUS BISCIOLA, *Italus*, Mutinensis, S. J. Græcæ Lingvæ, Rhetor. & Theol. Professor, nec non Sacerdos. Scripsit *Horarum subcisivarum, seu rerum in omni Philologiæ genere excellentium tomos duos: Observationum sacrarum libb. XII: Digressionum in Evangelium Matthæi & Johannis, in Epistolas Pauli ad Romanos, Galatas & Hebræos.* Italicè, sub nomine D. Pauli Bisciolæ, fratris sui, *Dialogum de bono peregrinationis: De bono Mortis: Discursus Christianos & Morales tom. II: Librum comparationum & similitudinum: Discursus III. super epistola Baruch Prophetæ ad Hebræos captivos in Babilonia.*

10. Novembr. NICOLAUS CRUSENIUS, *Belga*, Mosa-Trajectensis, Eremita Augustinianus, Theol. Doctor, Papiensis, Bruxellis, Antverpiæ & alibi Prior, ordinisque sui per Bohemiam, Austriam ac Stiriam Visitator Generalis, & Ferdinando II. Imperatori à consiliis & Historiis. Condidit *Monasticon Augustinianorum.*

11. Nov. JO. HIERONYMUS SOPRANIS, *Italus*, Genuensis, S. J. Phil. & Theol. interpres, studiorum in collegio Romano Præfectus, æt. 57. Soc. 37. Edidit Italicè, suppresso suo nomine, *Compendium Vitæ S. Franc. Xaverii: De Pensionibus: De Spoliis Clericorum: De alienatione rerum Ecclesiasticarum: Schematismum de irregularitate: Comment. in Danielem: De re Vestiaria Hebræorum, & de Funeribus &c.*

16. Nov. BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, J. U. Doctor, Prof. emeritus & Academiæ Wittenbergensis Senior, nec non Curiæ Provincialis & Consistorii Ecclesiastici ibidem & supremi Appellationum judicii Assessor, æt. 64. Dedit *Discursum Philos. contra Novatores & abusores Legum Corruptores: Comment. in VII. Leges difficiles: De Obligationibus ex die vel ad diem contractis: Dispp. de Moneta: De mutuo conjugum successione: De foro competenti: De recusatione judicis suspecti.*

24. Nov. JOH. WOLLEBIUS, *Helvetius*, Basiliensis, Theologiæ Doctor, Pastor & Prof. primarius in patria, tum quoque Academiæ Rector, æt. 44. Paravit *Compendium Theologiæ Christianæ: Concionum Miscellanearum fasciculum: Conciones funebres: Passionales.*

1. Decembr. SIGISMUNDUS FLACHIUS, *Germanus*, Argentoratensis, J. U. Doctor, inque patria Institut. Professor, æt. 31. Emisit *Disputationes juridicas de Actionibus: De publicis & privatis delictis &c.*

7. Decembr. HENRICUS JULIUS STRUBIUS, *Germanus*, Henricopolitanus, P. L. Cæs. primùm in Ecclesia Lichtenbergica Pastor & Superint. inde Theol. Doctor, Prof. & Pastor Helmstadiensis, nec non Superint. Generalis Ducatûs Brunsvicen-

svicensis, æt. 45. Publicavit *Anagrammatum Centuriam: Dissertationem de vera & reali corporis & sanguinis Christi præsentia in S. Eucharistia: Solatium pro Parentibus in luctu filiorum constitutis: Conc. funebres: Disputationes Theologicas.*

8. Decembr. JOH. FRIDERICI, *Germanus*, Wolffshusâ-Francus, Phil. Magister, utriusque Lingvæ & Histor. Professor, Scholæque Nicolaitani Rector Lipsiensis, æt. 66. Prelo subjecit *Magophoniam Persicam & de optimo regiminis statu VII. Principum Consultationem: Orationem de studio literarum Græcarum & Latinarum.*

24. Decembr. MICHAEL HIERONYMUS, *Hispanus*, Hispalensis, S. J. Theol. moralis interpres & Sacerdos, æt. 75. relig. 49. Emisit Italicè *Epist. de modo consequendi perfectionem religiosam: Discursum de excellentiis & prærogativis S. Josephi &c.*

GULIELMUS PINKE, *Anglus*, Wintoniensis, Artium Magister, collegii Mariæ Magdalenæ apud Oxonienses Socius & Philosophiæ Prælector. Scripsit *Sinceri erga Christum amoris in Christiano probationem homiliis IV.*

DAVID ORIGANUS, *Germanus*, Glacensis Silesius, Philos. Magister, & Mathem. Prof. Viadrinus. Struxit *Astrolabium naturale, sive tractatum de effectibus Astrorum: Epistolam ad Calvisium de Calendario Gregoriano & Juliano: Descriptionem Cometæ Anno 1618: Ephemerides novas ad annos 36: Ephemerides Brandeburgicas annorum 60. incipientes ab anno 1595: Thematographiam: Dispp. Astronomicas: Descriptionem variarum Eclipsium.*

ANTONIUS KERBECHIUS, *Belga*, Lovaniensis, ordinis Eremitarum S. Augustini, Theol. Doctor, ad Rheni & Sveviæ partes Vicarius generalis, & Theol. Professor Moguntinus. Evulgavit *Tractatum de Sacramentis V. & N. legis: Colloquium cum Calvinista quodam habitum &c.*

DOMINICUS GARZIA, *Hispanus*, Aragonus, trium lingvarum Prof. Complutensis, deinde S. Mariæ del Pilar Canonicus, Capellanus major & Præfectus Cæsaraugustanus, tandem fidei Vindicum in Aragonia censor Theologus. Formavit *Propugnaculum Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Judæorum adhuc expectantium primum adventum Messiæ: Recentiorum variarum & inextricabilium Quæstionum ex Genesi discussionem &c.*

EMMANUEL SUERIUS, *Belga*, Antverpiensis, militiæ Cisterciensis Eques, æt. 42. Reliquit *Annales Flandriæ tomis II: Descriptionem Belgii.* Convertit in lingvam Hispanicam *Sallustium: Vellejum Paterculum: Cornelium Tacitum.*

JO. PAULUS CRUSIUS, *Germanus*, Argentoratensis, æt. 41. Struxit *Epigrammata: Dramata de Crœso: De Heliodoro &c.*

FRANCISCUS SWERTIUS, *Belga*, Antverpiensis, æt. 62. Inclaruit *Narratio-*

rationibus Historicis in Deorum Dearumque capita, ex antiquis Numismatibus: XII. Cæsarum iconibus: Descriptione totius Belgii: Selectis orbis christiani deliciis: Monumentis Sepulcralibus Brabantiæ: Notis in Hier. Magii de Tintinnabilis libellum Musis errantibus: Floribus Lipsianis: Ioco seriis: Athenis Belgicis: Poëmatibus &c.

OLAUS ERICI MORETUS, *Sullus*, Südermannus, Log. & Metaphys. Professor Upsaliensis. Extant ejus *Dispp. Logica plures Iacobo Martini & Peripateticis opposita: Loci Communes Theologicè per tabellas adornati: Contio funebris.*

JO. SLEKERUS, *Germanus*, Garzensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm Phil. Prof. Rostochiensis, deindè Pastor ad D. Nicolai Stralsundensis. Edidit *Dispp. II. de malo ex verbis Hierothei & Dionisii: Examen novantiquæ Phisiologiæ Barth. Keckermanni, quo de corpore naturali ejusque affectibus disseritur: Explicationem Cathechismi.*

JO. BAPTISTA LAURUS, *Italus* Perusinus, Urbani VIII. Pont. Maximi & S. Consistorii Secretarius. Hujus est *Orisestra Theatri Romani sive de Viris ævi sui doctrina illustribus: de Annulo pronubo B. Virginis Mariæ Perusii adservato.*

FRANCISCUS BURGERSDICIUS, *Belga*, Lyrâ-Delfensis, primùm Philosophiæ Professor Salmuriensis, deinde Logicæ & Ethicæ, novissimè quoque Physicæ Professor Lugduno-Batavus, ætatis 39. Elaboravit *Philosophiam moralem: Hujus ideam: Institutiones Logicas: Synopsin Logicam: Ideam Philosophiæ naturalis: Institutiones Metaphysicas: Collegium Physicum: Ideam Oeconomicæ & Politicæ doctrinæ.*

MARTINUS GROENESCHILT, *Belga*, Lintrensis, Canonicus Norbertinus Tongerloënsis, & Præpositus Sanctimonialium ejusdem instituti. Paravit *Paradisum sacrarum Meditationum de mysteriis vitæ & passionis Christi & Deiparæ: De IV. Novissimis: De Votis Monasticis &c.*

TOBIAS HEROLDUS, *Germanus*, Theologiæ Doctor & Pastor primarius Halberstadiensis. Explicavit *Psalmum LI. de officio Magistratus &c.*

OTTO VAENIUS, *Belga*, Leydensis Batavus, Pictor Antverpiensis, primùm exercitûs regii in Belgio castrorum metator, deinde monetæ Præfectus Bruxellensis. Prodidit literis *Emblemata Horatiana: Emblemata amoris divini atque humani: Vitam S. Thomæ Aquinatis: Bellum Batavorum cum Romanis, ex Tacito: Historiam Hispan. VII. Infantium: Emblemata ducenta Principibus, Viris ecclesiasticis, militaribus, aliisque usurpanda: Conclusiones Theologicas & Physicas de primariis fidei capitibus, atque inprimis de Prædestinatione.*

BERN-

BERNHARDUS GALTIER, *Gallus*, Rhutenensis, ætatis 65. Formavit *Pseudoreligionis Apocalypsin*, *contra Calvinianos*.

ANNO 1630.

15. Januarii MARCUS DE GAUDALAXARA & XAVIER, *Hispanus*, Cæsaraugustanus, Carmelita, Cœnobii Alcannizienfis Præfectus. Dedit posteris *Historiæ Pontificalis partem IV. & V: Collegium Sanctorum Ordinis Carmelitici: De Indulgentiis: De Arte bene moriendi &c.*

18. Jan. JOH. KöPPEN, *Germanus*, J. U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, Electoris Brandeburgici 42. annos Consiliarius, Vice-Cancellarius, & sacri Consistorii Berolinensis Præses. Ejus sunt *Enucleationum sive Consiliorum Tomi III: Observationes Practicæ, juxta seriem Institut. Imperialium dispositæ: Juris Feudalis Observationum Decas: Quæstionum illustrium Decisiones.*

24. Jan. ANTONIUS BALINGHEM, *Belga*, Audomaro-politanus, S. J. Phil. Lector atque Concionator, æt. 59. relig. 42. Edidit Latinè *Sacram Scripturam in Locos Communes morum digestam tomis II: Thesaurum Orationum Jaculatoriarum ex sacris literis: Zoopædiam, seu morum à brutis petitam instructionem: Parnassum Marianum: Parnassum JEsu: Piam mentis in Deum librationem: Ephemeridem.* Transtulit ex Italico in Gallicum *Stimulum ad confitendum & communicandum*, ut & quàm plurimos libellos alios, ex Hispanico & Italico in Latinum.

25. Jan. FRIDERICUS PRüCKMANNUS, *Germanus*, Francofurtensis Marchicus, J. U. Doctor, Consiliarius Brandenburg. intimus, & Marchiæ totius Cancellarius, ætat. 68. Elucubravit *Consiliorum juridicorum Volumina duo: Tractatum de Venatione: Tractatum de Regalibus: Opera Juridico-Practica: De Statu Hominis: De Masculorum & Fæmellarum differentiis.*

26. Jan. HENRICUS BRIGGIUS, *Anglus*, Eboracensis, Artium Magister, primùm Cantabrigiæ Prof. Collegii Greshamensis Geometricus, deindæ Oxoniæ Geometriæ & Astron. Prof. Savilianus, æt. 70. Hujus prodivit operâ *Johannis Neperi Logarithmica illustrata.*

12. Febr. BALTHASAR ALVAREZ, *Lusitanus*, Cavensis, S. J. Phil. & Th. in Acad. Eborensi interpres & Cancellarius, æt. 69. relig. 52. Composuit *Indicem expurgatorium librorum, ab exorto Luthero usque ad Annum 1624: Tractatum de Anima Separata.*

20. Febr. JO. PALUDANUS, *Belga*, Mechliniensis, Th. D. & Prof. Lovaniensis, ad D. Petri ibidem Canonicus & Pastor. Scripsit *Vindicias Theologicas, adversus verbi Dei corruptelas: Apologeticum Marianum: De*

De S. Ignatio Concionem sacram: Officinam Spiritualem.

26. Febr. BARTHOLOMÆUS PETRUS, *Belga*, Lintrensis, Brabantinus, Phil. Prof. Lovaniensis, deinde Theol. Doctor, Professor, & ad D. Amatum Canonicus Duacensis, æt. 85. In lucem exire passus est *Vincentii Lerinensis contra Hæreticos libellum, cum notis & dissertatione apologetica de Vincentio & ejus scriptis: Comment. in Acta Apostolorum: Sedis Apostolicæ definitiones veteres de gratia, cum additionibus in Epistolas S. Cælestini Papæ pro B. Augustino: Præceptiones Logicas: Supplementa ad opus posthumum Guil. Estii in Epistolas Paulinas, cæterasque Canonicas.*

13. Mart. JO. TERENTIUS, *Germanus*, Constantiensis, Medicus, Philos. & Mathematicus, tum S. J. & Missionarius ad Indos; æt. 54. relig. 19. Notis illustravit *Thesaurum rerum medicarum novæ Hispaniæ, seu Plantarum, Animalium, Mineralium Mexicatorum Historiam, à Nardo Antonio Rocco collectam.* Sinensi etiam lingvâ impressit *libros Mathematicos de Angulis Sphæricis: De mensuris Cœli: De declinatione Eclyptica ab Æquatore: De Ascensionibus recti.*

24. Mart. JO. SALLERUS, *Germanus*, Tuzinganus diæcesis Augustanæ, Jesuita, Philos. & Theol. moralis Prof. & Augustæ Vindelicorum multos annos Concionator, æt. 67. Societ. 49. Scripsit Germanicè *Epistolam Encyclicam de pietate Catholicorum se flagellantium; Lutheranum exulantem; Controversias de Eucharistia.*

31. Mart. FRANCISCUS DüSSELDORPIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, JC. & Theologus. A morte ejus editus est *Tractatus de matrimonio non ineundo cum his, qui extra Ecclesiam sunt.*

19. April. THOMAS DE ITUREN, *Hispanus*, Navarrus, Iturensis, S. J. Philos. primùm, deinde Theol. moralis & Scholast. interpres, demum in domo Professa Toletana Præpositus, ætat. 75. Relig. 53. Emisit, sub nomine Thomæ Pii, *Commentarios in primam Partem S. Thomæ.*

29. April. HENRICUS HULDRICUS, *Helvetius*, Tigurinus, primùm Scholæ in patria Carolinæ moderator, deinde Græcæ lingvæ Professor, æt. 55. Confecit *Libellum precum Græco-Latinarum; Nomenclaturam; Grammaticam Græcam; Latinam; Rhetoricam; Bibliothecam novam Tigurinorum; Orationes; Carmina.*

7. Maj. OTHO LADESOV, *Belga*, Insulensis, S. J. Spiritualis Coadjutor, humaniorum literarum Lector, collegii Hesdiniensis Rector, æt. 43. Exire fecit *Occupationem quotidianam Adolescentis studiosi.*

17. Maji CORNELIUS SCHWANENBURGIUS, *Belga*, Leydensis, J. U. Doctor. & in Acad. patria Prof. æt. 56. Vulgavit *librum de jure accrescendi.*

3. Jul.

3. Julii SIGISMUNDUS BOLDONIUS, *Italus*, Mediolanensis, Nobilis, Phil. & Med. Doctor, utriusque tam Ticiai, quàm Paduæ Professor primarius, æt. 33. Concinnavit *Tractatum de Fœtu: Apotheosin in mortem Philippi III. Regis Hispaniæ: Volumen Orationum & Discursuum: Volumen variorum Poëmatum: Epistolarum ad diversos volumina duo.*

31. Julii PETRUS JUSTINELLUS, *Italus*, Brixiensis, S. J. Minister primùm Mediolani, deinde Socius Tironum Institutoris Novellariæ, demum Rector totis 13. annis Castilione, æt. 51. Edidit in lucem sermone patriô, *Modum utiliter recipiendi sacram Concionem: Antidotum contra pravas conversationes & impudica verba: Triumphum castitatis, de vitio incontinentiæ lib. III: Modum devotè celebrandi sacrum: Coronam variarum salutationum B. Virginis: Monile Virginum & Castrorum: Stimulum peccatoris ad amorem suæ salutis: De bona educatione: De felici morte: Lumen peccatoris ut convertatur ad Deum: Exercitium spirituale Christiani hominis &c.*

8. Augusti SAMUEL PAGE, *Anglus*, Bedfordiensis, Theol. Doctor & Deptfordiensis in agro Cantiano Vicarius. Dedit Anglicè *Expositionem in Orationem dominicam: Meditationes in Psalmum LI: Conciones varias: Precationum formulas in usum navigantium*, & alia.

17. Augusti LUDOVICUS MAKEBLIDIUS, *Belga*, Poperinganus Flander, Jesuita, Collegiorum Bergensis & Iprensis Rector, pòst Antverpiæ & Gandavi Concionator, ætat. 66. relig. 44. Emisit vernaculô stylô *Paradisum Exercitationum spiritualium: Thesaurum Precationum: Artem virtutum seu perfectionis: Montem spiritualium deliciarum: Exercitationem ad juvandos moribundos: Consiliarium ægrorum & defunctorum: Mercaturam cælestem devotarum Animarum: Conversationem cælestem: Catechismum: Majorem doctrinæ Christianæ thesaurum.*

25. August. SEBASTIANUS BENEFELD, *Anglus*, Presburiâ-Glocestriensis, Artium Magister, Rhetorices primùm in Collegio Corporis Christi Prælector, pòst Theol. Prof. Oxoniensis Academiæ, demùm Rector de Hampton Meyseus, æt. 61. Struxit *Doctrinæ Christianæ sex capita: Appendicem de consiliis Evangelicis, adversus Humphredum Leech: Comment. super cap. I. Amos Sermonibus XXI: De Peccato in Spiritum Sanctum, Concionibus XII: De Perseverantia Sanctorum libros II.*

28. August. PHILIPPUS FABER, *Italus*, Faventinus, Philos. & Theol. Prof. Patavinus, Ordinis S. Antonii, æt. 66. Ejus prostant *in IV. libros sententiarum commentarii: In Philosophiam Scoti: Adversus Atheos: In XII. libros Metaphysicorum: De Censuris: De Oratione: De Angelis: De Incarnatione: De Prædestinatione*

De Restitutione: De Peccato: De Purgatorio: De Suffragiis: De Indulgentiis: De primatu Petri & Pontificis, contra Marcum Ant. de Dominis &c.

29. August. CONRADUS GRASERUS, Filius, *Borussus*, Thorunensis, in Gymnasio patrio Philos. Professor & Rector. Typis vulgavit *Historiam & Orationes.*

5. Sept. NICOLAUS MüLERIUS, *Belga*, Brugensis, Med. Doctor, Practicus primùm Harlingensis, deinde Grôningensis, pòst Gymnasii Leovardiensis Rector, ac demum Med. ac Mathes. Prof. Gröningensis, æt. 65. Prodierunt, eô curante, *Astrolabium cum Isagoge: Tabulæ Frisicæ Lunæ-Solares: Institutionum Astronomicarum libri duo: Kalendarium Romanum vetus, cum Isagoge: Nicolai Copernici Astronomia instaurata, cum notis: Judæorum Annus Lunæ Solaris & Turc-Arabum merè Lunaris: De Cometa anni* 1618. *&c.*

14. Sept. BERNARDUS CAESIUS, *Italus*, Mutinensis, S. J. Philos. & Theol. tam Scholasticæ, quàm moralis Prof. Parmæ atque Mutinæ, æt. 49. relig. 32. Editum est posthumum ejus opus, inscriptum; *Mineralogia, seu naturalis Philosophiæ Thesauri, in quibus Metallicæ concretionis, Medicamentorumque fossilium Mineralia continentur.*

24. Sept. PETRUS ANTON. LAZZARUS, *Italus*, Papiensis Patritius, Protonotarius Apostolicus, Eques Lateranensis, & S. Mariæ Gualteræ in patria Præpositus, Phil. & Theol. Doctor, æt. 58. Emisit *Compendium Operum D. Martini ab Azpilcueta Navarri, multis locis emendatum & adjectionibus auctum: Horologium de Passione Christi: Tract. de Blasphemia: De Monitoriis.*

28. Sept. OCTAVIUS RUBEUS vel ROSSUS, *Italus*, Patritius Brixiensis, JC. & Polyhistor, æt. 60. Scripsit, sermone Etruscô, *Monumenta Brixiensia: Illustrium Brixiensium elogia: De Reliquiis & Martyribus Brixiæ tutelaribus: Epistolas: Orationes & Dissert. &c.*

30. Sept. BALTHASAR HILSCHERUS, *Germanus*, Phil. Magister, Theol. Baccalaûreus, Ecclesiastes Lipsiensis, æt. 36. Composuit *Examen libri secundi Manualis Controversiarum Martini Becani: Speculum Pænitentiæ: Invictum Christianorum Evangelicorum fortalitium, de Precationibus &c.*

9. Octobr. HIERONYMUS FLORAVANTIUS, *Italus*, Romanus, Jesuita, literarum humaniorum & Theol. Prælector, Ecclesiastes, Collegii Anglicani Romæ Rector, & Domus Professæ ibidem Vice-Præpositus, demum etiam Urbano VIII. Pontifici Maximo à sacris confessionibus, æt. 76. relig. 59. Ab eo est *Tractatus de Beatissima Trinitate lib. III: Explanatio in nonnulla sacræ scripturæ loca.*

17. Octobr. THEODORUS DE WITTE, *Belga*, Ultrajectinus, Presbyter,

byter, Theol. Licentiatus, Philos. Professor Lovaniensis. Dedit foràs *Officium Sanctorum Provinciæ Ultrajectinæ.* Flandricè quoque quædam edidit, sub nomine Christophori Fabri.

22. Octobr. THEODORUS THUMMIUS, *Germanus*, Theol. Doctor ejusdemque in Acad. Tubingensi Professor. Concinnavit *Tractatum de Bello: de Traduce, sive Ortu Animæ rationalis: De Apocalyptico Charactere Anti-Christi: De majestate Christi* Θεανθρώπȣ: *De ejusdem exinanitione: De vera, reali & substantiali carnis & sanguinis Christi in sacra Cœna præsentia: Scultetum Cacodoxum; De autoritate librorum Biblicorum: De Juramentis & Jesuitarum æquivocationibus: Refutationem dogmatis, quod Electi non possint fidem & gratiam Dei verè & finaliter excutere: Apologiam contra L. Forerum & C. Lochnerum: Synopsin præcipuorum articulorum fidei: De Erroribus Card. Bellarmini: De B. O. eorumque meritis: Decalogum: De Bonis Ecclesiasticis: Lutherum Thaumaturgum, de admiranda ejus Reformatione:* μισανθρωπίαν *Calvinisticam: Exercitationes Theologicas: De Festis Judæorum & Christianorum: De Hæreticis non occidendis, sed coërcendis:* Απόδειξιν, *Pontificios esse idololatras: De Jubilæo & Indulgentiis: Synopsin doctrinæ Johannææ ex 1. Joh. 2, 1. & 2: De Judice controversiarum: Explicationes terminorum & distinctionum in articulo justificationis occurrentium: De justitia Christi activa & passiva: De Lege Ceremoniali: De Libro Vitæ: De Libero Arbitrio: De Sagarum impietate, nocendi imbecillitate, & pœnæ gravitate: Exegesin dicti Coloss. II, 9: Tapinosigraphiam sacram: Exegesin primi Capitis Matthæi: De Sacrificio Papali Missatico: Demonstrationem, Papam esse Anti-Christum: Christianam querelam & medelam super Peste in Germania: Impietatem Photinianam: Tract. de Immortalitate Animæ: De Personarum in una Dei essentia pluralitate, adversus Enjedinum: De Igne Purgatorio Pontificio fatuo: Annotationes Exegeticas in N. Testamentum: De triplici Christi officio, contra Photinianos: Considerationem III. quæstionum contra Swenckfeldo-Weigelianos: De Usura licita & illicita: Impietatem Weigelianam:* Germanicè, *An quis Salvâ conscientiâ, urgente magistratu, ad partes Papisticas accedere possit?* & non nulla alia.

30. Octobr. JO. GERHARDUS FRAUENBURGIUS, *Germanus*, Norimbergensis, J. U. Doctor, Reip. patriæ Consiliarius & Juris Professor Altorphinus, æt. 41. *Historiam Virginii Virginiæque ex Livio Dec. I. lib. 3. carmine* expressit, &c.

5. Novembr. CAROLUS MALAPERTIUS, *Belga*, Montensis Hanno, Jesuita, Philos. in Lotharingia, Mathes. in Polonia, & Duaci Profes-

sor,

ſor, deinde Collegii Atrebatenſis Rector, demum in Acad. Madritenſi Mathem. Prof. ætat. 49. relig. 30. Publicæ luci expoſuit *Sedeciam Tragœdiam: Libros II. de Ventis: Chriſtum patientem Elegiis XX: Miſcellanea omnia ſimul excuſa: Inſtitutionem Arithmeticæ practicæ: Faciliorum Geometriæ Elementorum libros II: Paraphraſin in omnes Ariſtotelis libros Dialecticos: Auſtriaca ſidera Heliocyclia Aſtronomicis hypotheſibus illigata. Comment. in libb. VI. priores Euclidis: Orationem inauguralem de laudibus Mathematicæ.*

5. Novembr. JOH. KEPPLERUS, *Germanus*, Leobergâ-Wurtenbergenſis, primò Procerum Styriæ, tum Imperatorum Rom. Rudolphi II. Matthiæ & Ferdinandi II. nec non Procerum Auſtriæ ſuperioris, & tandem Friedlandiæ Principis Wallenſteinii Mathematicus, qui obiit Ratisbonæ, relinquens *Volumen de motibus ſtellæ Martis: Libros III. de Cometis: Ephemerides: Tabulas Rudolfinas: Harmonices mundi libros V: Chiliadem Logarithmorum, cum ſupplemento: Myſterium Coſmographicum de proportione orbium cæleſtium: Apologiam pro ſua Harmonia mundi, contra Rob. de Fluctibus: Diſſertationem cum Nuncio ſidereo Galilei: De Nive Sexangulari: Epitomen Aſtronomiæ Copernicanæ: De vero natali anno Chriſti: De Stella nova Serpentarii: Mercurium in Sole: Notas in Plutarchi libellum de facie, quæ in orbe Lunæ apparet: De Aſtronomia Lunari: Opticam: Eclogas Chronicas de tempore Herodis Herodiadumque &c.*

8. Novembr. JO. BAPTISTA ATHANASIUS, *Gallus*, Lugdunenſis, S. J. Juris Canon. Licent. Magiſter Novitiorum, & Collegii Nivernienſis Rector, æt. 96. relig. 65. Scripſit Gallicè *Tribunal Conſcientiæ.*

19. Novembr. RICHARDUS ESIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Jeſuita, literarum humaniorum Venetiis Prælector, æt. 83. relig. 42. Ab eo ſunt *Inſtructiones Grammaticæ Latinæ: Inſtructiones linguæ Græcæ: Compendium Linguæ Græcæ ex Nic. Clenardo: Compendium Latinæ Linguæ ex Emmanuele Alvaro: De quantitate Syllabarum: Proſodiæ rudimenta &c.*

5. Decemb. ADRIANUS MESDACH, *Belga*, Furnenſis Flander, Cœnobii Dunenſis Monachus, ibique Theol. moralis Lector. Scripſit *de Sacramentis: De internis actibus Religionis, devotione & oratione, præſertim horis Canonicis: Chronicon Monaſterii Dunenſis.*

12. Decembr. SIMON TöLMANNUS, *Germanus*, Stralſundenſis, Pomeranus, J. U. Doctor, primùm Advocatus Colonienſis, deinde Conſiliarius & Advocatus Auguſtanus, tum Syndicus, ac demum Juris Prof. Roſtochienſis, æt. 67. Emiſit *Diſp. de Procuratoribus & Defenſoribus: De Injuriis, cum ſtrictim in genere, tum fusè & in ſpecie, de injuria reali, verbali, ſimplici & famoſo libello: De*

Fur

Furtis: De Sicariis & Veneficiis: De Crimine Majestatis læsæ tam divinæ, quàm humanæ &c.

13. Decembr. ARNOLDUS CATHIUS, *Belga*, Leovardiensis, Jesuita, sacrarum literarum interpres in patria, deinde controversiarum fidei Prof. Antverpiensis, demum Ruremondani Collegii Rector, æt. 54. relig. 30. Struxit *Paraphrasim continuam in Canticum Canticorum Salomonis.*

28. Decembr. JO. A GOUDA, *Belga*, Patritius Ultrajectinus, S. J. Sacerdos, humaniorum literarum, Philos. & Theol. moralis Prof. & totos 25. annos Ecclesiastes, Antverp. æt. 59. relig. 42. Stylum sermone patriô strinxit in varios, suntque edita, ceu sequuntur; *Pro substantiatione in Eucharistia: Ejusdem victoria, contra Calvinianos: Examen Fr. Gomari, Jo. Utenbogardi & Dan. Castellani: Pro VII. Propositionibus Fr. Costeri adversus Henr. Brand & H. Boxhornium: Pro cultu & invocatione Sanctorum, adversus Boxhorn. Perkinsonum & Bogardum: Pro Consultatione L. Lessii, de fide capessenda, adv. Hogium: Examen de officio & auctoritate magistratus Christiani in rebus fidei Ecclesiasticis: Explicatio mysterii SS. Eucharistiæ: Refutatio pugnæ oblatæ Catholicis, à IV. Ministris Calvinianis &c.*

30. Decembr. LAURENTIUS HOFFMANNUS, *Germanus*, Halâ-Saxo, Phil. utriusque Medic. & Chirurgiæ Doctor, Comes Palat. Cæsareus, & Elect. Saxoniæ Archiater, ætat. 48. Formavit *Tractatum de Medicamentorum Chymiatricorum usu & abusu: Rosarium Minerale Spagyricum; Thaumatophylacium.* Revisit quoque *Balth. Brunneri Consilia Medica.*

PETRUS NICOLAI GELSTRUPIUS, *Danus*, Selandus, Philos. Magister, primùm literarum humaniorum, deinde Logices Professor Hafniensis, ætatis suæ 49. Reliquit *Trifolium Politicum, Rerumpubl. formas diversas, mutationes varias earumque causas ac remedia, mutationibus iisdem opponenda, repræsentans; Dispp. Logicas; Fasciculum Quæstionum selectarum Philol. & Philosophicarum; Theophilum, sive de Amore divino.*

JO. HIERON. BRONZERIUS, *Italus*, Rhodiginus, Phil. & Medicus Patavinus atque Venetus, Bellonæ Proto-Medicus, æt. 53. Scripsit *de innato Calido & naturali Spiritu; De principatu jecoris ex Anatome Lampetræ: De principio effectivo semini insisto. &c.*

RUDOLPHUS MAGISTER, *Gallus*, Med. Doctor, Ducis de Orleans Archiater. Ab eo est *Doctrina Hippocratis, Aphorismi nova interpretatione ornati: Patrocinium doctrinæ Hippocratis: Leges Medicinæ: Arcana judicia: Limites humani Partus &c.*

JO. COLNERUS, *Germanus*, Colbergensis Pomeranus, Med. Doctor & Prof. Gryphiswaldensis. Ejus est *Tractatus Jatro-Mathematicus, ex the-*

mate cœli ad horam decubitus erectione, morbi naturam, mutationem &c. prænuncians, cum appendice de purgationis, secundùm influentiam Astrorum, recta administratione.

CÆSAR CREMONINUS, *Italus*, Centensis, Mutinensis, Philosophiæ Professor tam Ferrariensis, quàm Patavinus, æt. 80. Condidit *Apologiam pro Aristotele de origine & principatu membrorum, adversus Galenum: De calido innato, contra eundem: De Cœlo: De formis elementorum.*

FABRITIUS BARTOLETUS, *Italus*, Bononiensis, Medicinæ Doctor, in Acad. Patria, Pisana & Mantuana Medic. Professor, æt. 42. Publici juris fecit *libros IV. de Respiratione: Encyclopædiam Hermetico-dogmaticam: Anatomicam Microcosmi descriptionem: De Hydrope Pulmonum.*

SANCTUS A S. CATHARINA, *Gallus*, Monachus ordinis Cisterciensis; demum Superior Generalis congregationis B. Mariæ Fuliensis. Edidit *Exercitia Spiritualia: Gradus Humilitatis: Flammam amoris divini: Praxin, quâ quis possit se continuò conservare in præsentia Dei.*

JOACHIMUS JUNIUS, *Belga*, Batavus, Presbyter Lovaniensis. Descripsit *Griphos aquæ Spadanæ: Poëmata.*

ANTONIUS VASQUEZ, *Hispanus*, Bæticus, Xereziensis, Carmelita, fidei censor Theologus, & magnus Indorum Catechista. Vulgari sermone publicavit *Summarium de Indulgentiis: Descriptionem Indiæ: De itinere in novam Hispaniam Ao. 1622. instituto*, aliaque.

SAMUEL FUCHSIUS, *Borussus*, Phil. Magister & Eloq. Professor Regiomontanus. Ab eo prodierunt *Disputationes Philosophicæ: Metoposcopia & Ophtalmoscopia: Orationum in honorem Principum Borussiæ Brandeburgensium habitarum Pars I.*

MATTHIAS MARTINIUS, *Germanus*, Freienhagensis Waldeccus, primùm in Gymnasio Herbornensi Professor, deinde Ecclesiæ Emdanæ Pastor, tandem per XX. annos Scholæ Bremensis Rector & Theol. Professor, æt. 58 Libri ab ipso editi sunt *de duabus Christi Nativitatibus, & una Filiatione: De Lege Divina, Naturæ, Gratiæ, Politiæ: Fons perennis veræ Theologiæ, ex Oceano Mosaico: In Symbolum Apostolicum libri III: Lexicon Philologicum: Scripta contra B. Menzerum & Phi. Nicolai: Idea methodica Encyclopediæ: De unica Jesu Christi persona, contra Socinianos: Epitome S. Theologiæ: Breviarium de vera Religione: Quæstiones de universa doctrina Christiana: De fœderis naturæ & gratiæ Signaculis: In Psalmum II. commentarius: Memoriale Biblicum: Examen Catecheticum: Analysis in Evangelia & Epistolas Dominicales: De prompta utilium rerum meditatione libri IV: Cadmus Græco-Phœnix: De nomine Jesu Oratio: Theologia popularis universa, h. e. divini textus Catechetici explicati: Κειμήλιον commu-*

commune Christianorum: Summa Sacramentorum omnium: De præsentia Christi in Sacra Cœna: Germanicè *libellus consolatorius in casibus hujus vitæ insperatis &c.*

ISAACUS WAKE, *Anglus*, Eques Auratus, Academiæ Oxoniensis Orator, collegii Mertonensis Socius. Obiit in Gallia. Reliquit *Regem Platonicum: Orationem in obitu Jo. Rainoldi: Observationes Politicas.*

JODOCUS AKUSEN, *Helvetius*, Tigurinus, Verbi divini in agro patrio primùm Minister, deinde Logices in collegio Humanitatis, ac demum Professor Carolinus. Vulgavit *Orationem de vita & obitu D. Jo. Casp. Waseri, Th.*

PETRUS JONÆ, *Svecus*, Angermannus Phil. Magister, primò Arbogensium Pastor, pòst Episcopus Wexionensis. Sermone populari publicavit *Resp. ad epistolam Petri Magar, ad quæstiones 1. Quô tempore celeberrimi Patres N. T. successivè vixerint? 2. ubinam in scriptis suis de præsentia corporis & sanguinis Christi in S. Cœna mentionem faciant: 3. De vetustate dogmatis Calvinistarum, & quinam ejus præcipui extiterint patroni: Remedia tria contra Pestem: Normam rectè visitandi Ecclesiam Christi: Cursum Visitationis per diœcesin Wixionensem: Conciones sacras IX. in Evangelia die IV. Festorum: Conciones de Ministerio Verbi: De Eleemosynis: Homilias in Textus Pœnitentiales: Conciones funebres XXX, &c.*

Obiit ANNO 1630.

BENEDICTUS FERNANDEZ, *Lusitanus*, Borbensis, Eborensis, S. J. literarum humaniorum & Philosophiæ interpres, tum Ecclesiastes, æt. 67. relig. 52. Congessit *Commentariorum & Observationum Moralium in Genesin tomos III.*

JO. STALPARDUS VAN DER WIELEN, *Belga*, Hagæ-Comitanus, Theol. & J. U. Licentiatus. Patriô idiomate, & ferè rythmico, subtitô tamen nomine, evulgavit *Iter Romanum*, nomine Petri Reiserii, *de Peregrinationibus, honore Reliquiarum, invocatione Sanctorum: Extractum Catholicum, de præcipuis fidei articulis, adversus Hæreticos: Annum Aureum, cujusque diei Dominici ac Festi Evangelia continentem: Vitam S. Agnetis, sive contemptum mundi muliebris.*

THEODORUS EBERTUS, *Germanus*, Francofurtensis Marchicus, Philos. Magister, & S. Lingvæ in Acad. patria Professor. Condidit *Animadversionum Psalticarum centuriam: Manuductionis Aphoristicæ ad discursum Artium Sectiones XVI: Disputationum Logicarum, Rhetoricarum, Physicarum, Ethicarum Volumina: Speculum morale: Poëticam Hebraicam: Chronologiam præcipuorum sanctioris lingvæ Doctorum ab initio mundi usque ad præsens tempus: Eulogiam JCtorum & Politicorum centum, qui Lingvam Hebræam, aliasque ejus propagines orientales propagârunt: Vitam Christi tribus decuriis Rythmorum quadratororum Hebraicorum scriptam.*

JO. THUILIUS, *Italus*, Mariæ-Montanus, Tirolensis, primùm in Academia Friburgensi, deinde in Gymnasio Patavino Oratoriæ Professor, æt. 40. Inclaruit *Annotationibus ad Alciati emblemata*: *Compendio Facis Historicæ*: *Orationibus in funere Hieronymi ab Aquapendente & Adriani Spigelii Medicorum*: *Poëmatibus &c.*

GABRIEL ALBASPINÆUS, *Gallus*, Episcopus Aurelianensis. Publici

obiit *ANNO 1631.*

juris fecit *Observationes Ecclesiasticas, de veteribus Ecclesiæ Ritibus*: *Notas ad Opera Optati Milevitani*: *In quosdam Libros Tertulliani*: *Annotationes in Canones Concilii Eliberitani.*

JOH. HERMANNUS SCHEINIUS, *Germanus*, Grünhaimensis, Musici chori Director Lipsiæ. Edidit *Cantilenas sylvestres*: *Odas Amorum sive Corollam Veneris &c.*

ANNO 1631.

1. Jan. JO. RAWLINSON, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Theologiæ Professor Oxoniensis, tum Rector de Taplow, & Vicarius de Alheldam, Præbendarius Sarisburiensis, Aulæ Edmundi Principalis, & D. Thomæ Egertono, Angliæ Cancellario, à Sacris, deinde Rector de Celley, & postea de Whitschurch Concionator, æt. 56. Prelo subjecit *XII. Conciones.*

23. Jan. ANTON. RICHARDUS VINUESA, *Hispanus*, Segobiensis, J. U. Doctor, Professor Salmanticus, & regiæ curiæ judex Pincianus, æt. 63. Scripsit *Commentaria in IV. libros Institutionum Justiniani*: *Institutiones Practicas, sive Manuductionem juris civilis Romanorum, & Regii Hispani ad praxim librum singularem*: *De Moræ commissione & emendatione*: *De nobilitatis inter virum & uxorem communicatione*: *De Stipulationibus judicialibus*: *Lectiones Salmanticenses, seu Adversariam relectionem in Tit. Digestorum, de acquirenda & omittenda hæreditate*: *Ad legem Gallus D. de liberis & posthumis*: *Ad Rubricam & L. cum filio XI. D. de lege 1. & 2. de Legatis.*

6. Febr. JO. HOWSON, *Anglus*, Londinensis. Artium Magister, Vicarius de Bampton, Theol. Prof. Oxoniensis, tum Rector de Brightwell, & Episcopus Oxoniensis, ac demum Dunelmensis, æt. 75. Compositus ab eo est libellus, cui titulus; *Uxore dimissâ, propter fornicationem, aliam non licet superaddere*: *Hujus defensio in VI. commentarios & Elenchum monitorium distincta*: *Conciones variæ.*

12. Febr. JOHANNES JANI ALANUS, *Danus*, Lauholmensis, primùm Scholæ Herlovianæ moderator, deinde Phil. Magister, Lingvæ Latinæ & Græcæ, postea Rhetoricæ & Logicæ, ac demum Theologiæ Professor Hafniensis, æt. 67. Vulgavit *Dispp. Logicas XI*: *Miscellaneas*

Quæstio.

Quæstiones: De Sermone ac proinde de Nomine, Ratione & lingvarum diversitate: De lingvarum utilitate & Dialectorum apud Græcos varietate, cum ejus gentis origine: De Gentium quarundam ortu, privatu, præcipuè de Cimbrorum ortu & migrationibus: Ad criminationes Joh. Goropii Becani & aliorum similium objectas Saxoni Grammatico responsionem brevem.

23. Febr. JACOBUS KELLERUS, *Germanus*, Seckingensis, Rauracus, è Diœcesi Constantiensi, Soc. Jesu primùm politioris literaturæ, tum Philosophiæ ac demum Theologiæ tam moralis, quàm Scholasticæ Professor, postea Collegii Ratisbonensis nec non Monacensis Rector, æt. 63. Societ. 43. Scripsit Latinè & Germanicè *Tyrannicidium, seu Scitum Catholicorum de Tyranni internecione, contra Calviniani Ministri calumnias in S. J. jactas: Papatum Catholicum, contra Hailbrunnerum: Compendium ejusdem operis: Agoniam, seu Sudorem mortalem Jac. Hailbrunneri: Panegyricum ad Maximilianum Electorem Bavariæ à bello Bohemico reducem*, aliaque, sub nomine Jacobi Sylvani, suoque suppresso.

14. Mart. VIRGILIUS CEPARIUS, *Italus*, Panicalensis, Perusinus, S. J. Collegii Florentini & Romani Rector, ætatis 67. Formavit Italicè *librum de vera & honesta Amicitia: Vitam Aloysii Gonzagæ: Franc. Borgiæ: Jo. Berchmanni: Franciscæ Romanæ: Mariæ Magdalenæ de Pazzis: Exercitium Præsentiæ Dei: Tractatum de canonizatione Sanctorum.*

15. Mart. THOMAS FIENUS, *Belga*, Antverpiensis, Medicinæ Doctor & Professor primarius Lovaniensis, deinde Ducum Bavariæ ac Belgii Principum Medicus cubicularius, ætatis 65. Typis submisit *de Cauteriis & praxi eorum libros V: De Viribus Imaginationis: De Cometa anni cIↃIↃCXVIII: De Formatrice Fœtus libros II: Apologiam adversus Ant. Ponce Sancta-Crux: Libros Chirurgicos XII.*

17. Mart. JO. SURIUS, *Belga*, Bethuniensis, S. J. Sacerdos. Reliquit *Moratæ Poëseos Volumina duo: Inaures aureas: Volumen tertium variorum carminum.*

27. Mart. FRANC. LABATA, *Aragonus*, Cæsaraugustanus, Jesuita, Collegiorum Montisregiensis & Salmanticensis, Domus quoque Professorum Pincianæ Rector, totiusque Provinciæ Castellæ Vice-Provincialis Præpositus, ætatis 83. Luci exposuit *Apparatum Concionatorum, seu LL. CC. ad conciones ordine Alphabeticô digestos:* Hispanicè *Tractatum de oratione mentali & vocali: Discursus morales super Evangelia: Tomum concionum de Sanctis: Thesaurum moralem tomis duobus.*

31. Mart. JO. DONNE, *Anglus*, Londinensis, primùm Cancellario Angliæ à secretis, deinde Capellanus regius, tum Theologiæ Professor Cantabrigiensis, denique Ecclesiæ D. Pauli Decanus Londinensis, ætatis 59.

59. Eorum, quæ Anglicè pervulgavit, sunt; *Conciones variæ: Pseudomartyr, sive fas esse & oportere cultus Pontificii Sectatores Anglos juramentô fidelitatis obstringi: Paradoxi illius dilucidatio, Suicidium non adeò naturaliter esse peccatum, ne non possit aliquando esse licitum: Pia officia: Paradoxa: Problemata: Tentamina & Characterismi: Fasciculus Epigrammatum miscellaneorum: Apologia pro Jesuitis: Tentamina Theologica: Precationes: Juvenilia seu Paradoxa & Problemata: Poëmata &c.*

4. April. TOBIAS PEZELIUS, *Germanus*, Theologiæ Licentiatus, in æde Mariana Pastor Bremensis & Ministerii Senior, ætatis 60. Emisit *Postillam Saxonicam &c.*

18. April. PETRUS VERGAS, *Hispanus*, Cordubensis, S. J. Theol. moralis & Scholasticæ Lector, collegii Montellani, Cordubensis & Domus professæ Hispalensis Rector, æt. 69. Ejus extare perhibetur *Tractatus de Conscribendis Epistolis: Progymnasmata Rhetorica.*

4. Maj. ANDREAS WINTZIGER, *Germanus*, Phil. Magister, Archidiaconus Zittaviensis, æt. 36. Edidit *XCI. Conciones funebres.*

10. Maj. SALOMON CLERGUET, *Gallus*, Cabilonensis Advocatus & Episcopali audientia seculari apud Cabilonenses Præfectus. Emisit *Carmina Latina.*

16. Maji JOACHIMUS SCHÖNEMARCKIUS, *Germanus*, Rostochiensis, J. U. Doctor, ejusdemque in Academia patria Prof. & Cænobii Virginum ad S. Crucem Inspector, æt. 56. Habetur ab eo *Oratio secularis de immunitatibus Academicis: Dispp. quædam juridicæ.*

23. Maji JO. CHAPPOT, *Gallus*, Cabilonensis; Ordinis Minimorum, primùm Nancæi in Lotharingiâ Novitiorum Magister, deinde variis in monasteriis Corrector, tandem Burgundiæ Provincialis. Exaravit linguâ populari *Defensionem contra epistolam Apologeticam P. Claudii du Vivier: Vitam Francisci de Paula libris II. distinctam.*

30. Maji JO. BUCKERIDGE, *Anglus*, Wiltonienfis, Theol. Prof. Oxoniæ, primùm Rector de Fambridg, postea de Kilwarth, tum Vicarius S. Ægidii Londinensis, porro Archidiaconus Northantoniensis, Præbendarius Windlesoriensis, nec non Herefordiensis, Regi Jacobo à Sacris, pôst Collegii D. Johannis Baptistæ Præses, unde Episcopus Roffensis, novissimè Eliensis. Scripsit *de potestate Papæ, in rebus temporalibus, sive in Regibus deponendi: usurpata, libros II: Tractatum de Genuflexione in sacra communione, adversus Puritanos.*

13. Junii LAURENTIUS PIGNORIUS, *Italus*, Patavinus, primum in patria Parochus, deinde Canonicus Tarvisinus, ætat. 59. Struxit *Mensam Isiacam, de sacris Ægyptiorum simulacris: De Servis & eorum apud veteres ministeriis commentarium: Notas*

tas in Emblemata Andr. Alciati: Prosopopæjam Aldinæ Catellæ: Magnæ Deum matris & Attidis initia: Miscella Elogiorum, Acclamationum, Allocutionum & Epitaphiorum: Symbolarum Epistolicarum librum, Antiquissimæ Picturæ, quæ Romæ visitur, typum explicatum. Italicè *de Patavinis Originibus &c.*

14. Junii FRANCISCUS GARASSUS, *Gallus*, Engolismensis, S. J. in præcipuis Galliæ & Lotharingiæ Civitatibus Concionator, æt. 46. relig. 31. Idiomate formavit Gallicô *Disquisitiones Disquisitionum Stephani Paschasii: Ecclesiam Reformatam: Doctrinam curiosam, quâ redduntur ridiculi Libertini & Athei: Apologiam pro suo libro contra Libert. & Atheos: Summam Theologiam contra Atheos hujus temporis: Abusus detectos in censura suæ summæ: Septem sapientum convivium; De similitudine lucis solaris & justitiæ &c.*

25. Junii CASPARUS FINCKIUS, *Germanus*, Gissâ-Hassus, Phil. Magister, primùm in Gymnasio patrio Logices, Physices, Metaphys. & Rhetorices Professor, deinde in Academia ibidem erecta Logices & Metaph. postea quoque Theol. Professor & Ecclesiastes, nec non Theol. Doctor, ac demum Pastor & Superintendens Generalis Saxo-Coburgicus, ætat. 53. Inclaruit quàm plurimis scriptis, ut sunt *Schediasmata controversiæ Theol. & Philosophicæ, oppositæ Goclenii, Piscatoris, Angelocratoris & aliorum erroneis opinionibus: Disp. Anti-Goclenianæ, de Analogia Sacramentali Cingliana, & fractione panis Calvinistica: Theoremata & Problemata Metaphysica: Poëtica Latina: Apologia schediasmatum adversus Hutberlethum: Prodromus Responsionis ad theses Apologeticas Rud. Goclenii: Thesaurus Logicus: Grammatica Latina: De Diebus festis & feriatis: Canonum Theologicorum centuriæ IV: Hyperaspistes pro abstergendis calumniis Neo-Marpurgensiam: De Monachis Tractatus: Clavis S. Scripturæ: Doctrina Sphærica: Synopsis de Cæna Domini: Jubilus Propheticus & Poëticus: Decalogus Romanus: Schediasmatum contra Calvinistam Herbornensem responsio Apologetica: Synopsis doctrinæ de Baptismo: Synopsis Locorum Theologicorum: Quæstionum illustrium Theol. Sylloge: Meditationes in Passionem, Resurrectionem & Ascensionem Christi, Spiritus Sancti missionem & Anglorum festum: Postilla Ecclesiastica & Academica: Legendorum Papisticorum Centuria: Lutherus redivivus: Ars bene orandi: De arte bene vivendi, moriendi, consolandi & orandi: Itinerarium & Oratorium Christianum: Vade mecum: Vale Giessenum: Conciones funebres: Orationes variæ: Disp. Theol. & Philosophicæ &c.*

26. Jun. JO. COLLE, *Italus*, Bellunensis, Phil. & Med. Doctor, Physicus Venetus, pòst Urbini Ducis Proto-Medicus ac Nobilis à Cubicu-

lo, nec non Med. Professor Patavinus, æt. 72. Condidit *Commentarium in librum Hippocratis de Insomniis: Praxin universam de omnibus affectibus malignis & pestilentibus: Ideam omnium facultatum, scientiarum & artium: Elucidarium Anatomicum & Chirurgicum, cum commentario in Avicennam: Cosinum Mediceum de exercitiis totius artis Medicæ cum Consultationibus: De Medicina judica, Arte Chymica: De morbo Gallico: De Fascino: De Plica: De Senectute contrahenda: De præservatione à venenis: De Tartaro: De Vitriolo: De Peste præservanda & curanda: Methodum parandi medicamenta &c.*

29. Junii MAXIMILIANUS AB EYNATTEN, *Belga*, Theol. Licent. Scholasticus & Canonicus Antverpiensis, æt. 57. Prodire fecit *Manuale Exorcismorum.*

3. Julii MARTINUS BONACINA, *Italus*, Mediolanensis, Theologus, ab Urbano VIII. in Germaniam missus, obiitque Viennæ. Adornavit *Librum de Electione summi Pontificis: De Beneficiis: Tractatum de Incarnatione: De Gratia: Casus Conscientiæ: De Sacramento Matrimonii: Theologiam moralem: De Simonia &c.* Opera ejus junctim prostant.

19. Jul. DECIUS MEMMOLUS, *Italus*, Patricius Arianensis, Paulo V. Pont. Maximo à secretis ad Principes, & Canonicus Ecclesiæ Liberianæ, æt. 51. Scripsit Italicè *Dialogos de Musica: Tragædiam de Susanna: Tractatum de Honore: Discursum contra Fautores Machiavelli: Dialogum de Basilica Mariæ majoris &c.*

25. Julii JOH. KLEINIUS, *Germanus*, Stolquellâ-Marchicus, Phil. Magister, & Theol. Professor Rostochiensis, æt. 27. Elaboravit *Jubila & Dissertationes de Confessione Augustanâ: De veracitate & existimatione A. Conf: Dissertationem de criminationibus nonnullorum, qui Pacem publicam, in Comitiis Augustanis sancitam, ad Lutheranam Ecclesiam nihil attinere contendunt: Vindicias Evangelicas, Jesuitis hodiernis oppositas.*

29. Jul. FELIX OSIUS, *Italus*, Mediolanensis, Theol. Doctor & Oratoriæ Prof. Patavinus, æt. 50. Publici juris fecit *Libros VI. de Sepulcris & Epitaphiis Ethnicorum, & totidem de sepulcris & Epitaphiis Christianorum: Elogia scriptorum illustrium: Adagiographiam: Poëtarum & Historicorum Vindicias: Romano-Græciam; Orationes; Epigrammata &c.*

3. Augusti JO. PRÆVOTIUS, *Helvetius*, Rauracus, Med. Doctor. & Professor Patavinus primarius, æt. 46. Concinnavit *Tractatum de Venenis & eorum alexipharmacis; Opus de Medicamentorum compositione; De Plica Polonica; De Lithotomia, sive calculi vesicæ sectione; Medicinam Pauperum; Hortulum Medicum; De Remediorum materia &c.* Opera ejus junctim prodierunt.

8. Augusti JO. HOSKYNS, *Anglus*, Mountonâ Henefordiensis, Legum Doctor,

Doctor, Præbendarius Herefordiensis & Ledburiæ Verbi divini Minister, æt. 55. Scripsit *in Luc. XII, 48; in Esaiæ XXVIII, 1; in Matth. XI, 19; in I. Sam. II, 25; in Zachar. V, 4; in Hoseæ VIII, 1.*

23. August. CONSTANTINUS SYRWID, *Lithuanus*, S. J. Sacerdos Vilnensis, æt. 52. Emisit *Clavem linguæ Lithuanicæ; Dictionarium Polono-Latino-Lithuanicum; Puncta Concionum in Dominicis totius anni.*

29. Aug. ANDREAS MAURITIUS, *Germanus*, Bricenâ-Saxo, Phil. Magister, primùm Pastor & Superint. Neostadiensis, dein Præpositus & Pastor Berolinensis, æt. 73. Literis consignavit *Homilias in Prophetam Habacuc*, & fortè alia.

8. Sept. LAURENTIUS THOMAS WALLISERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philosophiæ Magister, primò Scholæ in patria moderator, pòst ibidem Mathematum & mox Philosophiæ Practicæ Professor, ac demum quoque Canonicus Thomanus, ætatis 62. Formavit *Quæstiones Ethicas ex Aristotelis libb. ad Nicomachum: Quæstiones Miscellas Ethicas: Disp. de Justitia & Jure &c.*

15. Sept. THEOPHILUS ÆNETIUS, *Germanus*, Kônigsseldâ-Misnicus, Philosophiæ Magister, primùm Pro-Rector Thorunensis in Prussia, deinde Physices Professor Jenensis, æt. 57. Reliquit *Disp. XXII. in Aristotelem de Moribus: Disp. de Metallis*, & fortè alia non nulla.

17. Sept. ROBERTUS BOLTON, *Anglus*, Lancastriensis, Th. Doct. Phil. primum Prof. Oxoniensis tum Ecclesiastes Brougthonensis in Northantonia, ætatis 60. Ejus est *Dissertatio in Psalmum primum: Instructio pro afflicta conscientia: De quatuor Novissimis: Professor Carnalis: Directiones ad ambulandum cum Deo: Media ad humilitatem: De Usura.*

20. Sept. ANDREAS LIPSKI, *Polonus*, primò Luceonensis & Volkyniæ Antistes, regnique Polonici Procancellarius, deinde Cancellarius & Episcopus Vladislaviensis, ac demum Cracoviensis. Collegit *observationes Practicas ex jure civili & Saxonico: Decadem Quæstionum pro libertate bonorum Ecclesiasticorum: Opus de rebus gestis Sigismundi III.*

21. Sept. FRIDERICUS BORROMÆUS, *Italus*, Mediolanensis, Archiepiscopus Mediolani & S. R. E. Cardinalis, æt. 68. Commentatus est *de Sacris nostrorum temporum Oratoribus: De Episcopo Concionante: De Christianæ mentis jucunditate: De Gratia Principum: Sermones Synodales:* Italicè *lib. III. de Laude divina.*

23. Sept. DANIEL PRICE, *Anglus*, Salopiensis, primò Henrici Principis, ac postea Regum Jacobi & Caroli Sacellanus, tum Decanus & Canonicus Residentiarius Cathedralis Herefordiensis, Rector Ecclesiarum de Worthyng & Lanteglos, justitiarius Salopiæ, Herefordiæ Mountgom. & Cornubiæ. Paravit *Defensionem veritatis adversus Humphredum*

Conciones XV: De Lacrymis super Abnero effusis.

28. Sept. CASPARUS DORNAVIUS, *Germanus*, Zigerucensis Variscus, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, primùm Scholæ Gorlicensis Rector, deinde in Gymnasio Bethaniensi Schenaichiano Silesiorum Ethopraxias Professor, postremò Ducis Bregensis Consiliarius, & ad Polonos Legatus, æt. 54. Struxit *Amphitheatrum Sapientiæ Socraticæ: Orationum Tomos II: Menenium Agrippam, sive corporis humani cum Rep. comparationem: Carmina: De Incrementis Dominatus Turcici: De aperto Latere Christi: De Laxatione Brachii &c.*

1. Octobr. FRANCISCUS MONERIUS, *Gallus*, Burdigalensis, S. J. Rhetorices & Philosophiæ Professor nec non Concionator, æt. 44. Pictavii. Dedit *Orationes funebres.*

6. Octobr. PAULUS CHRISTIANÆUS, *Belga*, Mechliniensis, J. Utr. Doctor, primùm in patria Advocatus, deinde Consiliarius & Pensionarius, ætatis 77. Effecit *Notas seu Commentationes in Statuta Civitatis Mechlinensis, cum conferentiis aliarum Consuetudinum: Practicarum Quæstionum rerumque in supremis Belgarum curiis actarum & observatarum volumina VI.*

18. Octobr. SERVATIUS LAIRVELLIUS, *Belga*, Soigniesiensis Hanno, ordinis Præmonstrat. S. Mariæ ad Nemus in Lotharingia Abbas, Theologiæ Doctor, ætatis 71. Scripsit *Opticam Regularium, sive Commentar. in Regulam S. Augustini: Catechismum Novitiorum & eorundem Magistri, Tomis II.*

19. Octobr. BARTHOLOM. MAYERUS, *Germanus*, Schwertburgensis, Philosophiæ Magister, primùm Scholæ Thomanæ Conrector, mox & Rector, deinde Theol. Baccalaureus & ad D. Nicolai Diaconus Lipsiensis, ætatis 33. Hujus est *Philologia Sacra: Dissertatio de LXX. Hebdomadibus Danielis.*

5. Nov. JOH. BACMEISTERERUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. & Med. Doctor, hujusque in patria Professor, ætatis 68. Exaravit *Orationem de Honoribus & gradibus Academicis: Disp. de Soporosis affectibus &c.*

14. Nov. FRANCISCUS REMONDUS, *Gallus*, Divionensis, S. J. Philos. Prof. Romæ, Theol. verò Patavii, Parmæ & in urbe Burdegalensi, demum sacrarum literarum interpres Mantuæ, inque ejus Academia primus Præfectus studiorum, ætatis 73. Extant ab eo publicatæ *Orationes XX. diversis temporibus & locis habitæ: Libri II. Epigrammatum: Elegiæ VIII. de divinis Amoribus: Elegiæ VII. quibus titulus est Elexias: Panegyricæ Orationes XV. de S. Ignatio Lojola: XV. de S. Franc. Xaverio, adjunctis aliquot clarorum virorum elogiis.*

30. Nov. POMPEIUS CAIMUS, *Italus*, Utinensis, Comes Palatii, Eques Auratus, Phil. & Med. Professor Romanus

manus ac Patavinus, æt. 63. Elaboravit *Libros III. de Calido innato: De indiciis febrium putridarum: De Nobilitate.* Italicè *de ingenio humano libros II: De antiqua Rep. & moderna libros II. &c.*

7. Decembr. JOH. HARTMANNUS, *Germanus*, Ambergensis, Medic. Doctor, hujusque & Mathem. Prof. Marpurgensis, & tandem Archiater Cassellanus. Concinnavit *Praxin Chymiatricam: Dispp. Chymico-Medicas: Diatriben de usu Medico Microcosmi, seu disquisitionem, quomodo & qualia è corpore humano vivente, ejusque manente integritate, medicamenta in usum Medicum transferri queant: Philosophum, seu Naturæ consultum Medicum: Tractatum de Opio: Notas in Oswalli Crollii Basilicam Medicam: Orationem de situ Regionis Ophyri: Disputationes varias* e. g. *de principiis rerum naturalium realibus: De morbis formæ & totius substantiæ &c.*

10. Decembr. BENEDICTUS BOVIUS, *Italus*, Feltrensis, Metaphysic. & Theol. Prof. Patavinus, ordinis S. Dominici, æt. 50. Reliquit *Orationes funebres*, & alia.

15. Decembr. MARCUS DE BONNIERES, *Belga*, Atrebas, S. Jesu Sacerdos, æt. 36. Edidit *Advocatum Animarum Purgatorii.*

17. Decembr. GEORGIUS MAURITIUS, *Germanus*, Wittebergensis Saxo, Phil. Magister, Eloq. & Poës. Prof. Altorphinus, æt. 62. Composuit *Carmina.*

obiit ANNO 1631.

25. Decembr. JOH. AVENARIUS, *Germanus*, Oringâ-Hohenloicus, J. U. Licent. & Eloq. Professor Wittenbergensis, æt. suæ 52. Publici juris fecit *Collegium Politicum: Quæstiones juris: Synopsin Oeconomicam: Discursum de Decoctoribus: Discursum Ethico-Politicum de Virtutibus Principum: Selectissimarum Philosophiæ Practicæ Quæstionum Dodecades XVII. ad seriem X. libb. Ethicorum ad Nicom. Aristotelis accommodatas: Orationem de officio bonorum Angelorum: Dispp. de Bello: De gradibus consangvinitatis: De causis conservationum & conversionum Rerumpublicarum, earundemque remediis: De Fortitudine: De Summa Majestate ejusque juribus: De Arcanis Rerumpublicarum &c.*

THOMAS SUTTON, *Anglus*, Westmorlandensis, S. Helenæ apud Abendonenses & Ecclesiæ de Culham Lector, postmodò Verbi divini in Soutwarkia Minister, ætatis 46. Evulgavit *Conciones varias: Lecturas in cap. II. Divi Pauli ad Romanos.*

GASP. SCHIFERDECKERUS, *Germanus*, Vratislaviensis, in provinciali Suidnicensis & Javoriensis Ducatuum judicio Advocatus. Emisit *Controversiarum forensium libros II: Disputationes Forenses ad Ant. Fabrum: Opus veræ jurisprudentiæ.*

SIMON GEDICCUS, *Germanus*, Theol D. primùm Electoris Brandeburgici Concionator Aulicus, tum Pastor & Superintendens Misnensis, demum Martisburgensis, ætatis 82.

Ejus

Ejus habetur *Pelargus Apostata*: *Anti-Pistorius*: *Refutatio libelli, qui sub nomine Salomonis Finckii exiit*: *Catechismi Examen*: *Explicatio Geneseos*: *Calvinismus*: *Enarratio Psalmorum Pœnitentialium*: *De Imaginibus & Altaribus*: *Conciones & Tractatus de S. Cœna*: *Conc. XXVIII. funebres*: *Josephus typus Christi*: *Libellus consolatorius*: *Εὐθανασία*: *Defensio sexus muliebris contra opposita, mulieres non esse homines*: *Postilla Epistolaris & Evangelica*: *Conciones XII. de Resurrectione Mortuorum*: *Libellus Passionalis*: *Conciones III. gratulatoriæ &c.*

JOH. RAICUS; *Bohemus*, Schlaccowaldensis, Medicinæ Licentiatus, Institutionum Medicarum Professor Upsaliensis, pòst Dorpatensis. Scripsit *de Phthisi ex tartaro ut frequentiore*: *De natura terræ & aquæ circa Dorpatum*: *De acidula Antimonii, adeoque de natura omnium acidularum naturalium, atque de aqua vernali betularum*: *Illustres Quæstiones Medicas.*

RICHARDUS SIBBSIUS, *Anglus*, Sudovolgiensis, Theologiæ Doctor, Aulæ Catharinæ inter Cantabrigienses Præses, æt. 58. Anglicè divulgavit *Conciones quàm plurimas*, ex quibus sunt *Defectio à Deo, ex Psalmo XXVII, 4*: *Conclusum Davidis ex Ps. LXXIII, 28*: *De radiis divini luminis, ex Matth. XI, 12. & Ephes. II, 1*: *De arundine concussa & lino fumanti, ex Matth. XII, 20*: *Antidotum contra naufragium fidei & bonæ conscientiæ, ex II. Timoth, I, 14*: *Conflictus animæ*: *Meta hominis Christiani*, *Excellentia Evangelii*: *Fons obsignatus*: *Transitus cæli*: *Sponsæ desiderium*: *Felicitas sanctorum*: *Comment. in cap. IV. epist. II. ad Corinthios &c.*

DANIEL VECHNERUS, *Germanus*, Auromontanus*, Silesius, Philosophiæ Magister, Poëta Laur. Cæsareus, Reip. patriæ Senator, ætat. 59. Confecit *Hellenolexiam, sive Parallelismum Græco-Latinum libris II*: *Illustres ac perpetuos Grammaticorum Canones ac observationes linguæ tam Romanæ, quàm Græcæ*: *Δεῖγμα Syntaxeos formandæ pro tyronibus Latinæ linguæ*: *Orationes Ciceronis pro Archia & Marcello simplicitate Logicâ illustratas, cum artificio elocutionis Oratoriæ*: *Amplificationes Rhetoricas, rationem orationis dilatandæ justâ methodo demonstrantes*: *Carmina varia*: *De adstruendo Januæ Comenianæ Latinitatis templo exempla, cum proplasmate liminis, atrii, ostii &c.*

JANUS CÆCILIUS FREY, *Gallus*, Reginæ Matris & Parisiensis Medicus. Adornavit *Philosophiam Druidum*: *Cribrum Philosophicum*: *Physiognomiam*: *Chiromantiam*: *Omnem Hominem*: *Amorem & amicum*: *Viam ad scientias & artes*: *Mentem, quâ prima sapientiæ humanæ fundamenta & axiomata adstruuntur, negantur, distinguuntur*: *Philosophiam per Hieroglyphica Ephesiaca*: *Compendium Medicinæ.*

AUGUST. NUNNEZ DELGA DILLO, *Hiſpanus*, Bæticus, Cordubenſis, Carmelita, Scholaſticæ Theologiæ in urbibus Corduba, Urſaone, Granata, Valentia & Cæſarauguſtana Profeſſor, æt. 59. Divulgavit linguâ vernaculâ *Methodum de quacunque re morali differendi*: *Declarationem Artis Reimundi Lullii*: *Sermonem de victoria juſtorum*, *ex Pſalmo XVII.*

TOBIAS LOTTERUS, *Germanus*, Theol. Doctor & Paſtor Stutgardienſis. Foràs dedit *Reſponſum ad epiſtolam Düſſeldorffienſem de Apoſtaſia Wolfgangi Wilhelmi, Comitis Palatini*: *Libellum de tempeſtate & grandine*: *Concionem in Pſalmum CXI.*

BENEDICTUS DE BENEDICTIS, *Italus*, Liniaco-Veronenſis, Philoſ. Theol. & juris Doctor, Eccleſiæ S. Luciæ Patavii Rector. Emiſit *Jacula Eccleſiæ Catholicæ*: *Libellum de Rhetoricæ rudimentis.*

FLORIMUNDUS CONRIUS, *Hibernus*, Conacienſis, ordinis Minorum. Struxit *Volumen de Gratia Chriſti ad mentem S. Auguſtini*: *De Statu parvulorum ſine baptiſmo mortuorum.*

BARTHOLOMÆUS ZUCCHUS, *Italus*, Mediolanus, Cardinalis de Mondovi Secretarius. Compoſuit ſermone populari *Ideam Secretarii*: *Epiſtolas ad diverſos ſcriptas tribus partibus*: *Meditationes in Paſſionem & mortem Chriſti*: *Doctrinam cœleſtem de Oratione Dominica*: *Conciones feſtivales.*

Obiit *ANNO* 1631.

JO. PINTO DE VICTORIA, *Luſitanus*, Carmelita, Provinciæ Aragoniæ Præfectus, Viſitator Bæticæ, Th. Doctor, Scripſit *de gloria Sanctorum ordinis de monte Carmelo*: *Sermones in dies feſtos*: *Vitas diverſorum.*

JO. MATTENBURGIUS, *Germanus*, Mundâ-Weſtphalus, primùm in Schola Caſſilenſi ConRector, deinde Med. Doctor, tum Poliater, Senator Gothanus, ac Gymnaſii Inſpector, æt. 81. Reliquit *Tractatum de Hydrope, ejusque ſpeciebus.*

JULIUS CÆSAR CAPACIUS, *Italus*, Neapolitanus, Reip. patriæ à ſecretis, unus ex Fundatoribus *Academiæ Otioſorum*, Filioque Ducis Urbinenſis à ſtudiis. Vulgavit *Tractatum de Emblematibus*: *De Secretario*: *Hiſtoriam Puteolanam*: *Hiſtoriam Neapolitanam*: *Elogia illuſtrium virorum & mulierum*: *Epiſtolas &c.*

ANNO 1632.

5. Januarii **JOHANNES GODDÆUS**, *Germanus*, Svertâ-Weſtphalus, J. U. Doctor, primùm Profeſſor Juris Herbornenſis, deinde Marpurgenſis, ætat. 76. Elucubravit *Commentarium in Tit. XVII. Lib. II. Decretalium*: *Medullam Juris Feudalis*: *Tractatum de rebus creditis & mutuo*: *De contrahenda & committenda ſtipulatione &c.*

5. Jan. **JACOBUS GRANADUS**, *Hiſpanus*, Gaditanus, S. J. Phil. & Th.

interpres, Concionator, Colleg. Hispalensis & Granatensis Rector, æt. 60. Soc. 46. Dedit *Commentarios in summam Theologiæ S. Thomæ tomis VIII: Tractatum de immaculata conceptione B. Virginis.*

12. Jan. FRANCISCUS HARÆUS, *Belga*, Ultrajectinus, Theol. Licent. Rhetorices Professor Duacensis, Canonicus primùm Sylvæducis, deinde Namurci, demum Lovanii. Congessit *de Vitis Sanctorum ex Surio compendium, variis Annotationibus illustratum: Olympiades & fastos, concordi serie Historiæ sacræ ac profanæ, usque ad Christum passum: Annales Ducum Brabantiæ ac tumultuum Belgicorum: Catenam auream in IV. Evangelia: Biblia sacra expositionibus priscorum Patrum literalibus & mysticis illustrata.* Vernaculô etiam sermone *Medicum spiritualem.*

17. Jan. LUDOVICUS BAYLIUS, *Anglus*, Wallus, Theol. Doctor & Episcopus Bangorensis. Publicavit librum, cui titulus; *Praxis Pietatis*, qui quadragesies jam, vel etiam sæpius, variis linguis excusus comparet.

30. Jan. JO. BENNINGIUS, *Belga*, Amorsfortius, J. U. Doctor, Concilii Mechlinensis Assessor, & demum Luxemburgi Præses. Scripsit *Historiam Luxemburgensem.*

14. Febr. MELCHIOR STEINBRUCCIUS, *Germanus*, Vanenâ-Thuringus, Phil. Magister, in Gymnasio Casimiriano Coburgi Professor per XI. annos, tum Superintendens per triennium Rönchildensis, ætat. 36. Luci exposuit *Peregrinationem Æneæ, seu libros VI. priores Æneidos analysi elucidatos: Systema Collegii Apostolici intra ascensionem & effusionem Spiritus Sancti homiliis XXIV. expositum: Conversum Paulum XXII. concionibus explicatum: Mellificium oratorium &c.*

21. Febr. JOSEPHUS MALAVELETTUS, *Gallus*, Occitanus, Uticensis, Jesuita, Eloquentiæ Lector in provincia Franciæ, & Augensis Collegii Rector, æt. 54. Paravit *Controversiarum epitomen: Occupationem animæ devotæ, in qua variæ ad vitam sanctè instituendam praxes traduntur: Unitatem Ecclesiæ Catholicæ unius scripturæ auctoritate stabilitam.*

23. Febr. PETRUS CASTELLANUS, *Belga*, Gerardimontanus, Flander, Med. Doctor & Institutionum Medicarum Prof. Lovaniensis, æt. 47. Struxit *Ludum sive Convivium Saturnale:* Ἑοϛ]ολογίαν, *sive de Græcorum Festis Syntagma: Vitas illustrium Medicorum:* Κρεοφαγίαν, *sive de esu carnium Libb. IV: Commentarium ad Leges Atticas.*

26. Febr. JO. SWETUS, *Anglus*, Devoniensis, S. J. Pænitentiarius Pontificis Romæ ad Vaticanum. Emisit Anglicé *Manifestationem Apostasiæ Marci Antonii de Dominis.*

5. Mart. JACOBUS DE VILLEGAS, *Belga*, Brugensis, S. J. Phil. & Theol. mora-

moralis Prof. Lovanienſis, ætat. 53. Formavit Flandricè *Parvum Catechiſmum: Regulam bonæ vitæ, ex Anglicana Roberti Soutwelli.*

12. Mart. ANTONIUS MARIA SPELTA, *Italus*, Pavianus, Poeta & Hiſtoricus regius, æt. 63. Latinè exaravit *Epiſtolas: Librum de Contexendis epiſtolis: Enchiridion de primordiis dicendi: Lucubrationes in obitum Benedictæ Bentivolæ uxoris ſuæ, & plurima alia populari linguâ.*

14. Mart. THOMAS LINDEMANNUS, *Germanus*, Hervordiâ-Weſtphalus, J. U. Doctor, ejuſdemque Profeſſor Roſtochienſis, Comes Palatinus Cæſareus, Archiepiſcopi Bremenſis, Ducis Megapolit. Viduæ & aliorum Principum Conſiliarius, æt. 57. Concinnavit *Tractatum de Actionibus: Exercitationes Feudales: Hiſtoriam Juris Romani: Exegeſin enchiridii Pomponiani de O. J: Tractatum de contractu mutui: Exercitationes Juſtinianeas: Diſp. de Academiis, earumque immunitatibus & privilegiis: De fine & effectu mutui: De Teſtamentis: De neceſſaria defenſione: De vera & genuina nummi eſſentia &c.*

15. Mart. MAURITIUS I. HASSIÆ LANDGRAVIUS &c. Apollo Germanicus dictus, æt. 60. Supereſt Ejus *Philoſophia Practica Mauritiana: Paraphraſes Poëtica Pſalmorum: Poëtices methodicæ conformatæ libri duo: Ethicorum libri II.*

18. Mart. JO. JACOBUS ROCHER, *Gallus*, Anicienſis, S. J. Phil. Lingvæ Hebr. & Theol. Lector, Collegii Ruthenenſis Rector & Concionator, ætatis 70. Edidit Gallicè librum, quem inſcripſit; *Manuale Sacerdotum.*

14. April. GULIELMUS PEMBLE, *Anglus*, Egertonâ-Cantianus, Artium Magiſter. Compoſuit *Vindicias Gratiæ: Vindicias Fidei: Tract. de Providentia divina: Expoſitionem in Eccleſiaſten: Locos aliquos Eſdræ, Nehemiæ & Danielis illuſtratos: Introductionem ad Cœnam Dominicam ritè percipiendam: De Origine Formarum: De Senſibus internis: Enchiridion Oratorium: Introductionem ad Geographiam: Summam moralis Philoſophiæ: Expoſitionem in IX. priora capita Zachariæ: Conciones VI.*

10. Maji LUDOV. DE SOUSA, luſtrali nomine EMMANUEL DE SAUSA COUTINHO, *Luſitanus*, Eques S. Johannis Hieroſolymitanus, dein Dominicanus. Exaravit Hiſpanicè *Chronicon de Rege Portugalliæ*, & alia.

17. Maji LEONHARDUS HUTTEN, *Anglus*, Londinenſis, Artium Magiſter, Canonicus, tum Subdecanus Eccleſiæ Cathedralis apud Oxonienſes, Ædes Chriſti dictæ, ut & Theol. Doctor, ætat. 75. Struxit *Bellum Grammaticale: Tractatum de Crucis in ſacro Baptiſmate uſu.*

24. Maji CHRISTOPH. BORRUS, *Italus*, Mediolanenſis, S. J. ex oriente reverſus, Mathem. Profeſſor Conimbricenſis & Olyſſiponenſis, dein-

deinde Ordinis Cisterciensis Socius. Sub Honuphrii nomine divulgavit *Doctrinam de tribus cælis, aëreo, sidereo, empireo.* Italicè *Relationem novæ missionis à Patribus Soc. Jesu institutæ in regno Cocincinæ: De arte navigandi.*

24. Maji ROBERTUS HUSIUS, *Anglus*, Herefordiensis, Mathematicus, Henrici Comitis Northumbriensis informator, ætat. 79. Emisit *librum de Globis*, quem annotationibus illustravit Jo. Isaacus Pontanus: *Breviarium totius orbis.*

25. Maji ADAMUS TANNERUS, *Germanus*, Tirolensis Oenipontanus, è Societate Jesu, primùm Hebr. Linguæ Ingolstadiensis, deinde Theol. Scholasticæ & moralis Professor Monachiensis, tum Theol. Doctor & Prof. Viennensis, postremò Cancellarius Academiæ Pragensis, æt. 60. Multa ab eo consignata sunt cùm Latinè, tum Germanicè, & his quidem titulis; *De Verbo Dei Scripto, & non scripto & de judice controversiarum fidei: De bonorum operum necessitate, utilitate & meritis: Relatio de Colloquio Ratisbonensi: Examen & Apologeticus narrationis ejusdem colloquii, contra Æg. Hunnium: De Justificatione, contra Hailbrunnerum: Defensio Ecclesiasticæ libertatis: Labyrinthus Critico-Hunnianus: Lutheranus, seu Anatomia Confessionis Augustanæ: Anti-Christus decem præscriptionibus proscriptus: Idem cum sono Evangelii in Æthiopia & Sinarum regno propagatus: Apologia contra monita privata Societatis: Apologia pro S. J. ex Bohemia & Moravia proscripta: Amuletum Castrense: Orationes variæ: Disp. Theol. in omnes Summæ S. Thomæ partis libris IV: Theologia Scholastica, speculativa, practica tomis IV: Apologeticæ Orationes pro Jo. Trithemio: Hæreticus Lutheranismus: De Missa & communicatione sub utraque specie: Anti-Mylius: De Indulgentiis & Jubilæo: Demonstrationes X. pro veritate Ecclesiæ Catholicæ Romanæ.*

30. Maji JO. CYRILLUS, *Bohemus*, Consistorii Pragensis Senior, ætat. 63. In Bohemicum idioma convertit *Nicolai Vedelii Panaceam Apostasiæ: Barthol. Bitneri enchiridion Consultatorium in Persecutionibus.*

5. Junii EMMANUEL DE S. MATTHIA, *Lusitanus*, Ordinis Minorum Evangelii dispensator apud Indos Orientales. Struxit de *Goensium & aliarum Gentium barbararum superstitione Dialogos.*

— Junii ISAACUS FROEREISERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Theol. Doctor, ejusdemque in patria Professor, æt. 43. Reliquit *Scrutinium Panopliæ Bellarminianæ, voluminibus III: Anti-Christologiam, sive Apocalypsin Anti-Christi: Dicam Roberto Bellarmino scriptam, ob iniquum ejus judicium de Augustana Confessione: Dissertationes Theol. de Aug. Confess. materia, fundamento & forma, unà cum methodica singulorum Articulorum resolutione: Hierogymnasmata Academica, in quibus variæ ac illu-*

stres de præcipuis fidei articulis controversiæ explicatæ: Anatomiam, sive exauctorationem Draconis fanatici, h. e. indicem & judicem errorum noviter enatorum: Radulam Scholastico Theologicam, contra Joh. Herberum: Facem Catholicæ veritatis, pro invenienda vera in his terris militante Ecclesia, Thomæ Henrico, ejusque complicibus Jesuitis accensam & prælatam: Dissertationes contra Weigelianos: Apologeticum contra Carolum Sachsium, Calvinistam: Disp. Theol. varias e. g. de triumpho Christi ascendentis in cœlum &c.

11. Jun. RICHARDUS GIBBONUS, *Anglus*, Wellensis, S. J. Mathes. Philosophiæ, Theol. Scholast. sacrarum literarum & Linguæ Hebrææ in Italia, Hispania, Lusitania, Turnoni & Tolosæ in Gallia, Duaci & Lovanii in Belgio Professor, ubi etiam Studiorum Præfectus, æt. 81. relig. 61. Posteris tradidit *Decachordum Christianum Marci Card. Vigerii: Opera D. Aelredi Rhievallensis Abbatis: D. Amedei Episcopi Lausannæ de Maria Virgine homilias VIII: Nicolai Harpsfeldii historiam Anglicanam Ecclesiasticam: Vitam S. Goswini Abbatis Aquicinctensis, cum notis: Summam casuum conscientiæ Franc. Cardinalis Toleti: Franc. Riberæ Comment. in XII. Prophetas:* Ex Hispanico fecit Latinos *Ludov. de Ponte meditationum de vita & passione Christi libros duos.* Anglice vertit *Ludov. Granatensis regulam bene vivendi & meditationes: Vinc. Bruni Compendium meditationum: Bellarmini doctrinam Christianam.*

23. Jun. ALEXANDER COOKE, *Anglus*, Eboracensis, Theol. Baccalaureus & Vicarius Ecclesiæ Leodiensis, æt. 67. Scripsit idiomate populari, *de Papa Johanna: Jactantiæ Pontificiæ, qua scripturas sibi solis vindicant Romanistæ, redargutionem: Ecclesiæ Romanæ pianam versatilem, vel orbem terrarum à Papistis inversum: Plus negotii sacerdoti Pontificio factum.*

11. August. FRANCISCUS DE CASTRO; *Hispanus*, Granatensis, è Societate Jesu, in præcipuis Lusitanæ provinciæ Doctor. æt. 65. Vulgavit *de Arte Rhetorica Dialogos IV: Libellum de Syllabarum quantitate, deque versificandi ratione: Librum de reformatione Christiana.*

11. August. HENRICUS REFFAY, *Lotharingus*, Robecurcanus Tullensis, S. J. Theol. Doctor, Græcæ Linguæ, Mathes. Philos. & Theol. Professor, ac postremò collegii Spirensis Rector, æt. 57. Effecit *Crisin orthodoxam de falso Hæreticorum critirio.*

16. August. PETRUS LANSELIUS, *Belga*, Gravelinganus, S. J. Lingvarum Orientalium in regia Academia Madritensi Professor, æt. 52. relig. 44. *S. Dionisii Areopagitæ opera notis* illustravit *& Apologiâ* vindicavit: *Scholia in ea Bibliorum sacrorum loca, ubi Em. Sa & Jo. Mariana deficiunt: Dispunctionem calumniarum, quæ S.*

Justino Martyri inuruntur ab Isaaco Casaubono in publicum emisit.

5. Sept. ANDREAS RUDOMINA, *Lithuanus*, Eques, S. J. Missionarius in Indiam, æt. 38. Scripsit Polonicè è Jo. Chokieri aphorismis *librum de Regum Regnorumque mutationibus ac interitu.*

8. Sept JO. HEVIN, *Gallus*, Picto, S. J. Sacerdos & Phil- Lector, æt. 39. Burdigalæ. Struxit contra Ministrum Calvinianum Gallicè *idolum confractum & de adoratione imaginum.*

19. Sept. GERARDUS MONTANUS, seu VAN DEN BERGHE, *Belga*, Menenius, Tornacensis, Philos. & Rhetor. in Belgio atque Hispania Professor, æt. 48. Villagarciæ. Contexuit *Compendium Rhetoricæ sine dispendio: Metaphrasin Poëticam in Cantica Canticorum: Centuriam Epigrammatum: Vocabularium Hispanico-Latinum: Elegias de victoria, quam Vladislaus Poloniæ Rex de Turcis anno* 1620. *reportavit.*

28. Sept. GUILIELMUS BALDUINUS, *Anglus*, Cornubensis, S. J. Theol. Prof. Lovaniensis, & Vice-Præfectus missionis Anglicanæ in Belgio, posthæc Rector Seminarii Anglorum Audomarensis, æt. 69. Elaboravit Anglicè *Meditationum de Obligationibus Animæ religiosæ erga DEum Tomos XI: De Passione & Resurrectione Domini Tom. II: De Incarnatione Domini Tomum: De Peccato, de amore & timore DEI, de humilitate Tom. III. &c.*

Obiit ANNO 1632.

30. Sept. THOMAS ALLENUS, *Anglus*, Staffordiensis, Artium Magister, Antiquarius, Philosophus & Mathematicus in aula Glocestriensi, æt. 90. Reliquit *Expositionem in Lib.* 2. *&* 3. *Claudii Ptolomæi Pelusiensis de Astrorum judiciis.*

8. Octobr. JANUS GEBHARDUS, *Germanus*, Schwartzhovio Palatinus, primùm Eloq. Prof. Rostochiensis, inde Histor. & Græcæ Lingvæ Gröningensis, ætat. 41, Concinnavit *Crepundia in Catullum, Tibullum, Propertium: Antiquarum Lectionum libb. II: Exilium, sive libros II. in exilio scriptos: Spicilegium in Cornelium Nepotem.*

10. Octobr. ELIAS GRAFFIUS, *Germanus*, Monacensis Bavarus, S. J. Sacerdos & in Dilingiano Convictorum collegio Regens, ætat. 60. Salisburgi. Emisit *Opuscula aliquot Germanica, contra G. Zeamannum.* Transtulit quoque in Germanicum *Opuscula quædam Francisci Borgiæ.*

11. Octobr. THEOPHILUS LEHMANNUS, *Germanus*, Hanicensis, primùm Leippæ in Bohemia, deinde Siebenlenii, tum Freibergi in Misnia Ecclesiastes, æt. 49. Reliquit *Concionem de Cometa: Funebres Sermones &c.*

12. Nov. JO. RIDERUS, *Anglus*, Carringtonià - Cestriensis, Artium Magister, Parochus Ecclesiæ S. Mariæ Barmondseiensis prope Londinum, Rector de Winwick, postea Ecclesiæ S. Patricii Archidiaconus

Miden-

Midensis, ac demum Episcopus Laonensis in Hibernia. Propalavit *Dictionarium Anglo-Latinum: Jus Antiquitatis*, Anglicè.

27. Nov. PAULUS PALIURUS, *Moravus*, Tisnoviensis, Rector primùm Scholæ Lobsenansis, deinde Minister Ecclesiæ Grembocinensis, ac demum in majori Polonia Confessionis Bohemicæ Senior, ætatis 63. Ostrorogi. Curavit *Versionem ac editionem Bibliorum in lingua Polonica.*

28. Nov. CHRISTIANUS HEBENSTREIT, *Germanus*, Lavingensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Middanus, deinde Darmstadinus, æt. 38. Reliquit *Conciones aliquot funebres ex Matth: XXV, 21, &c.*

12. Decembr. ZACHARIAS FABER, *Germanus*, Torgaviensis Saxo, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, Pastor primùm Hohenleinensis, deinde Pastor & Superint. Chemnicensis, æt. 49. Delineavit *Libertatem Religionis in Bohemia: Victoriam ex bello Lutherano-Calvinistico: Refutationem mendaciorum Calvinianorum, quòd omnes Imperii Electores & Principes Evangelci fuerint Calvinistæ: Alcoranum Calvinianorum & Turcarum: Designationem CC. hæresium, cum quibus Calviniani faciunt: Conciones funebres XX: Festivales:* Αντιμονομαχίαν *de Duello: Veram Electorum nobilitatem, gratiosam libertatem, principalem & regalem dignitatem: Margaritam & mercaturam: Conc. Nuptiales: Conjugium Spirituale: Triumphum Lutheranorum contra Pontificios: Quotidianum Christianismi exercitium: Themata de Deo, de natura & attributis Dei &c.*

Obiit ANNO 1632.

17. Decembr. JOH. STUMPFFIUS, *Germanus*, Nemmerdorffensis Francus, Phil. Magister, primùm Scholæ Rector, deinde Diaconus, pòst Th. Doctor, Pastor & Superintendens Byruthinus, Capituli ibidem Inspector, nec non Ducis Brandenburg. Consiliarius Ecclesiasticus, æt. 45. Struxit *Postillam Allegoricam: Explicationem Epistolæ Judæ: Hortulum illustrem & verè Christianum: Domum luctus, sive Concionum funebrium Tomos II: Meditationes Biblicas in Proverbia Salomonis & Libros Apocryphos: Conciones III. de tribus Christianorum diebus: De Morte & Resurrectione Christi.*

20. Decembr. NICOL. ROMÆUS, *Belga*, Brugensis, è Soc. Jesu, Leodii, Audomari, Sylvæducis, Ipris & Antverpiæ per 14. annos Theol. moralis Doctor, Trajecti & Ipris Rector, æt. 69. relig. 38. Publicavit *Jo. Calvini novam effigiem centum coloribus ad vivum expressam. quâ Theologia ejus tota refutatur: Digressionem de Prædestinatione & Justificatione: Calvini confessionem ex equuleo.*

23. Decembr. CHRISTOPH. HENRIQUEZ, *Hispanus*, Matritensis, Hibernorum Sodalium congregationis Vicarius, Historiographus, æt. 38. Scripsit *de Viris sanctitate egregiis*

gii congregationis Hispanicæ: Libros II. de persecutione Hibernorum: Fasciculos duos Sanctorum ordinis Cisterciensis: Kalendarium ordinis Cisterciensis: Bernhardum immaculatum de Angliæ & Hispaniæ scriptoribus ejusdem ordinis: Sylvam Sanctorum &c.

25. Decembr. JO. BAPTISTA AGUCCHIUS, *Italus*, Patritius Bononiensis, primò Proto-Notarius Apostolicus, deinde Amasiæ Archiepiscopus & Summi Pontificis ad Venetos Legatus, æt. 62. Commentatus est Latinè *de Cometis*: *De rebus Meteorologicis*: *Vitam Phil. Cardinalis Segæ*: *Vitam Hieronymi Cardin. Agucchii.* Sermone autem Etruscô longè plura emisit e. g. *de vita privata*: *De ingratitudine*: *De fragilitate humana*: *De Pictura*: *De Hypocrisi &c.*

CAROLUS PHIL. HATTON, *Belga*, JC. magni Concilii Belgici apud Mechlinienses Assessor. Condidit librum, cui titulus; *Aula*, *Otium*, *Scena vitæ & consilia*: item *Pietas & regnum.*

NICOLAUS RIGALTIUS, *Gallus*, Consiliarius in Curia Metensi regius, & Bibliothecæ regiæ Præfectus. Auctor est *Glossarii Semibarbari*: *Observationum de populis Fundis*: *Notarum in Tertullianum*: *in Cyprianum*: *ad Minutii Felicis Octavium*: *ad Onosandri Strategicum*, *de optimo duce*: *ad Phædri Fabulas*: *ad Juliani Cæsaris epistolam*: *ad Martialem*: *ad varios Auctores de finibus regundis*: *ad Scriptores Græcos & Latinos de re Accipitraria & cura canum*: *Funeris Parasitici &c.*

SCIPIO BOSELLUS, *Italus*, Bergomas, æt. 65. Exaravit *de incapacitate Spuriorum*, *ex Testamento Patris*, *extante sobole legitimâ.*

GEORGIUS RITTERUS, *Germanus*, primùm Theol. Professor & Symmysta Altorphinus, deinde in æde Laurentiana Diaconus Norimbergensis, æt. 46. Extant ejus *Dispp. XII. in Decalogum*: *XIII. in Symbolum Apostolicum*: *IX. in orationem Dominicam*: *V. de Baptismo*: *I. de Pædobaptismate*: *IV. de clavium potestate*: *IV. de Sacramento Altaris*: *I. de Purgatorio*: *I. de Christi Resurrectione*: *VII. de morte Christi*: *VII. de miraculis circa mortem Christi factis.*

LUDOVICUS A CASTRO, *Belga*, Leodiensis, Theol. Doctor, ordinis Seraphicorum conventuum Provincialis, & in patria Sacerdos. Scripsit *de divisione prætensæ Religionis Provinciarum Belgicarum, quæ se Fœderatos nuncupant*: *Anti-Synodica Conventiculorum Ultrajecti & Dordraci annis cIↄ Iↄc XVIII. & XIX. habitorum*: *Apologiam*, *oppositam turri Babel Danielis Hochede*: *Vindicias montis pietatis Leodicensis*, *contra Jo. de Lillers*: *De institutione Montium pietatis.*

CLAUDIUS BOURCIER, *Lotharingus*, Novoprensis, Soc. Jes. Phil. & Theol. moralis interpres, æt. 47. Formavit Gallicè *Coronam Stellarum XII.*

GEORGIUS QUECCIUS, Filius, *Germanus*, Altorphinus, Philos. & Med.

Med. Doctor, & Physicus Norimbergensis, ætat. 36. Composuit *Anatomiam Philologicam de nobilitate & præstantia Hominis: Disp. de Variolis & Morbillis.*

JO. LOPEZ, *Hispanus*, Borjà-Aragoniensis, ordinis Prædicatorum, in Pincianæ urbis cænobio S. Pauli Apostoli Concionator generalis, ac inde Crotoniensis, æt. 108. Condidit Hispanicè *Historiam Dominicanam: Tractatum de SS. Sacramento Altaris & Sacrificio Missæ: Practica Spiritualia: Rosarium D. Mariæ: Manuale exercitiorum Christianorum.* Latinè *Epitomen Sanctorum Patrum per Locos Communes in V. Voluminibus*, & alia plura.

JOACHIMUS STEGMANNUS, *Germanus*, Marchicus, Rector primùm Gymnasii Raccoviensis, pòst Pastor Neophotinianus Claudiopoli. Reliquit *Institutionum Mathematicarum libros II: Controversiam hujus temporis de Ecclesia: Disquisitionem, an & quomodo vulgo dicti Evangelici, contra Pontificios & Val. Magnum: Libros duos de judice & norma controversiarum fidei.* Germanicè *de vera reformatione Ecclesiæ Christi: Notas falsæ doctrinæ: Probam admonitionis pro doctrina Neophotiniana, à Joh. Borsacco scriptæ.*

HIERONYMUS BESLERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Med. Doctor, Practicus in patria, & per 36. annos Visitator Pharmacopoliorum, æt. 66. Reliquit *Epistolam Medicam*, quæ extat in cista Medica Jo. Hornungi.

JO. CLEMENS CUNO, *Germanus*, Norimbergensis, Med. Doctor & in patria Physicus. Ab eo extant *Epistolæ binæ Medicæ*, in Hornungi cista medica.

FRANCISCUS HARÆUS, *Belga*, Ultrajectinus, juris publici fecit *Olympiades & Fastos Historiæ sacræ & profanæ, usque ad Christum passum: Annales Ducum Brabantiæ & tumultuum Belgicorum: Catenam Patrum in IV. Evangelia: Chronologiam ab orbe condito usque ad Christum passum: Compendium de vitis Sanctorum &c.*

ANNO 1633.

15. Janu. POLYCARPUS LYSERUS, Filius, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Lipsiensis, tum Canonicus Cizensis & Ephorus Alumnorum Electoralium, pòst Episcopatus Misnensis Decanus, Ecclesiæ Lipsiensis & vicinarum Superintendens ac Præpositus Wurcensis, æt. 47. Concinnavit *Decades III. Disp. Theologicarum ex Symbolo Apostolico: Analysin in Epistolam ad Galatas: Disputationes in Articulos Formulæ Concordiæ: Disp. XV. de æterna Dei Electione & Reprobatione, contra Amandum Polanum: Vindicias Parentis sui adversus Paræum & Pelargum; Harmoniam Calvinianorum & Photinianorum in doctri-*

na de sacra Cœna: Conciones Jubilæas: Funebres: Disp. Theol. de Pace Ecclesiæ Evangelicæ: De Persona Christi: De ejus incarnatione: De vera Christi præsentia in Cœna: De Libero Arbitrio: De Confessione Veritatis Evangelicæ: De Regimine Spiritus Sancti: De Coactione ad Religionem: De Fœderibus: De Imaginibus: De causa secessus Lutheranorum ab Ecclesia Papali &c.

26. Jan. GUILIELMUS PFEFFER, *Germanus*, Suevus, Wallenstenienfis, S. J. Ducis bellici Tillii & Electoris Bavariæ Concionator castrensis, æt. 43. Vulgavit *Sanctos menstruos per singulos anni dies, cum imaginibus.*

7. Febr. GEORGIUS MARSTRILLUS, *Italus*, Nolanus, nobilis, S. J. Domus Romanæ & Neapolitanæ Professorum Rector. In lucem emisit Italicè *Centum discursus de Passione & morte Christi: De æterna generatione Christi: De temporali ejus generatione: Discursus XXX. in Jonam Prophetam: Discursus Quadragesimales: Disc. spirituales super VII. Antiphonas majores ante Nativitatem Christi.*

13. Febr. CHRISTIANUS REINHARTUS, *Germanus*, Wittenbergensis, Phil. Magister, Collegii Philosophici in Acad. patria Adjunctus. Elaboravit *Tabulas Astronomicas: Disp. aliquot Philosophicas.*

22. Febr. GEORGIUS CIEGLERUS, *Livonus*, Revaliensis, Phil. Magister, primùm Diaconus, deinde Pastor Ecclesiæ Palæopolitanæ Regiomontanus, tandem emeritus, ætat. 85. Scripsit *de incertitudine rerum humanarum.*

6. Mart. PAULUS TARNOVIUS, *Germanus*, Megapolitanus Grevismolensis, primùm Scholæ Parchimensis, tum Rostochiensis Rector, tum Theol. Doctor & Professor ibidem, æt. 71. Enucleavit *Libros III. de Conjugio: Comment. in Johannem: Prælectiones de Sacramentis: Commonefactionem de SS. Ministerio Verbi divini & Sacramentorum in Ecclesia rectè suscipiendo sustinendoque: Librum de SS. Trinitate, contra Faustum Socinum: Libros III. de Sacro-Sancto Ministerio: De novo Evangelio, quod sit causa omnium calamitatum, universum Christianorum orbem inundantium, dissertationem: Disp. Theol. varias de Magistratu Politico: De clavibus regni cœlorum: De Peccato originis: De bonis operibus: De Oratione: De Ministrorum verbi divini abdicatione, translatione & dimissione &c.*

19. Mart. ANTONIUS ANDRADA, *Lusitanus*, Cratensis, Jesuita, ætat. 54. Typis subjecit *novam detectionem magni Catnii seu regnorum Tibeti.*

4. April. THEODORICUS KRALLIUS, *Bohemus*, Gadanensis, S. J. Sacerdos & Coadjutor spiritualis, æt. 72. Græcii. Germanicè emisit *Notas veræ Catholicæ Fidei, per breves interrogationes & responsiones explicatas: Bicipitem Lutherum in negotio communionis sub utraque specie.*

8. April.

8. April. DANIEL MICOLAIEVIUS, *Polonus*, Gnesnensis, Ecclesiastes primò Radziejoviensis, deinde Isbicensis, ac demum Suiercinensis, æt. 73. Reliquit *Disputationem Vilnensem de capite Ecclesiæ, cum Martino Smiglecio, S. J. publicè institutam: Syncresin Articulorum fidei, contra Albertum Slupsium, Archidiaconum Vradislaviensem &c.*

18. April. JOACHIMUS PRÆTORIUS, *Germanus*, Luneburgensis, Phil. Magister, primùm Logices & Hebr. Linguæ in Academia Gryphiswaldensi, deinde hujus & Theol. in Gymnasio Stetinensi Professor, ibidemque Templi Mariani Archidiaconus, æt. 67. officii 37. Emisit *Historiam Elephanti. Disp. de Potestate Ecclesiastica* & nonnulla alia.

25. April. GUIL. ASCHENDORFF, *Germanus*, Westphalus Monasteriensis, S. Jesu, Trevirensis, Paderbornensis & Osnabrugensis Ecclesiastes. Sub nomine *Romani Altglaub*, Philo-Christiani, edidit Germanicè *Defensionem trium causarum, quas pro sua conversione Statuarius Osnabrugensis adduxerat: Orationem funebrem in funere D. Jo. Godefridi Episcopi Herbipolensis &c.*

26. April. HUBERTUS AB ASSONLEVILLE, *Belga*, Racemensis Hanno; Monasterii Altimontensis Ordinis S. Benedicti in Hannonia Prior, æt. 80. Condidit *Promptuarium Curiositatis alphabeticum: Commonitorium ad errantes in fide, ut ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem se recipiant.*

30. April. FRANCISCUS GODWIN, *Anglus*, Hanningtonâ-Northamptoniensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Ecclesiæ Exoniensis Subdecanus, Theol. Prof. nec diu post Episcopus Landavensis, demum Herefordiensis, æt. 72. Anglicè exaravit aliquot libros, quorum titulus est; *Homo lunaris: Nuntius inanimatus: De Conversione Britanniæ ad Christianam religionem: De Præsulibus Angliæ Commentarium: Cardinalium Catalogus, qui Angli vel fuerunt, vel fuisse ab Historicis perhibentur.* Latinè quoque contexuit *Rerum Anglicarum, Henrico VIII. Edoardo VI. & Maria regnantibus, Annales,* quos in vernaculum postmodo transfudit ejus filius Morganus Godwin.

9. Maji LUDOVICUS A CRUCE, *Hispanus*, Brigantinus, Procuratoris Generalis Romæ Secretarius, Provinciæ Terræ-laboris præfectus, tum sacrarum Deo Virginum S. Claræ Præpositus apud Neapolitanos, pòst Pœnitentiarius Lateranensis, demum Vicarius generalis Minorum strictioris observantiæ, æt. 67. Dedit *Disp. morales in tres bullas Apostolicas: In bullam Cœnæ Dominicæ: Tract. de piis Legatis relictis fratribus Minoribus: Dubia Moralia.*

11. Maji GEORGIUS TURNEBULLUS, *Scotus*, Tranentinus, S. J. in Collegio Mussipontano Theol. Professor, tum Universitatis Cancellarius, æt. 64. relig. 42. Emisit *Imaginarii*

ginarii circuli quadraturam Catholicam, seu de objecto formali & regula fidei, adversus Rob. Baronium: In sacræ scholæ calumniatorem, & calumniæ duplicatorem pro Tetragonismo.

16. Maji THOMAS EVERARDUS, Anglus, Suffolciensis, S. J. Coadjutor spiritualis, æt. 73. Transtulit ex Latino in Anglicum Fulvii Androtii meditationes de Communione, & de Passione Christi: Alb. Magni Paradisum animi: Ejusdem tractatum de adhærendo Deo: Lucæ Pinelli de perfectione religiosa: Ejusdem Medit. de Eucharistia: Franc. Borgiæ speculum operum Christiani hominis: Tractatum de modo bene vivendi: Petri Canisii Manuale peccatorum: Lud. de Ponte Meditationum Compendium. Ex Gallico Ignatii Balsami methodum medendi: Dialogum de contritione ac attritione. Ex Hispanico Petri Ribadeneiræ librum de Principe Christiano. Ex Latino Rob. Bellarmini librum de æterna felicitate Sanctorum.

25. Maji CHRISTIANUS KREMBERGIUS, Germanus, Hainensis Saxo, J. U. Doctor, primùm Ducis Saxoniæ Consiliarius Lawenburgi, deinde Advocatus Provincialis Curiæ Saxoniæ, nec non Facultatis Juridicæ Adjunctus Wittenbergensis, æt. 48. Prelo submisit Disp. XI. de Successione ex Testamento: De Jure Protimiseos: Collegium Institutionis Juris: Resolutionem Quæstionum de necessaria defensione: De Interdictis: De Actionibus Disp. XVII: De sumptibus studiorum Doctoratus Magisterii, librorum &c. Tractatum.

31. Maj. ÆGIDIUS DE CONINCK, sive REGIUS, Belga, Flander, S. Jesu, Theol. Scholasticæ interpres Lovaniensis, æt. 62. Ejus supersunt commentariorum ac disp. in universam D. Thomæ doctrinam de Sacramentis ac censuris Tomi duo: De Moralitate, natura & effectibus Actuum spiritualium in genere, & de Fide, Spe ac Charitate speciatim libri IV: Opusculum de absolutione moribundi sensibus destituti.

11. Jun. JOH. CRELLIUS, Germanus, Helmetzhemio-Francus, Rector primùm Scholæ Racoviensis, deinde ibidem Pastor, Socinianus, ætatis 43. Ab eo est Ethica Aristotelica & Christiana: Explicatio difficiliorum Sacræ Scripturæ locorum, unà cum Responsione ad aliquot quæstiones: Responsio ad Hug. Grotii librum de Satisfactione, quem adversus F. Socinum scripserat: Liber de Deo & attributis ejus: De uno Deo Patre libri duo: Novum Testam. in Germanicum versum: Commentar. in Epistolam ad Galatas: In utramque epistolam ad Thessalonicenses: Tractatus de Spiritu Sancto, qui fidelibus datur &c.

18. Jun. DIDACUS RIBEIRO, Hispanus, Lusitanus, Tomerensis, S. J. Coadjutor Spiritualis, æt. 73. relig. 53. Edidit Linguâ Canarinâ Vitas Sanctorum à P. Ribadeneira conscriptas & à se translatas: Doctrinam Christianam Cardin. Bellarmini.

20. Jun. CHRISTOPHORUS PELARGUS, *Germanus*, Suidnicensis Silesius, primò Græcæ Lingvæ Prof. pòst Theol. Doctor & Professor in Academia Francofurtana, tum totius Marchiæ Superintendens Generalis, æt. 68. Ex Lutherano factus Calvinista. Innotuit *ex Commentario in Pentateuchum: in Matthæum & Johannem: in Acta Apostolorum: Ideâ Locorum Communium: Scholâ fidei: Novo Jesuitismo: Libro de Conciliis: Explicatione IV. librorum Damasceni de orthodoxa fide: Hypomnematibus in LL. CC. Philippi Melanchthonis: De Ascensione Christi in cælum: De fractione Panis Eucharistici: De S. Trinitate V. T. insignioribus testimoniis: Admonitione de Arianis recentibus eorumque blasphemis dogmatibus: Meditationibus VII. de Passione Christi: Scholâ Pœnitentiæ: Quæstionibus ex Organo Aristotelis: Orationibus & Disputationibus variis &c.*

25. Jun. STEPHANUS WEYMSIUS, *Belga*, Voerdanus, J. U. Doctor, ac Prof. primarius Lovaniensis, æt. 80. Publici juris fecit *Analysin ad Constitutiones XXIV. ex antiquo jure desumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas.* Recensuit quoque *Tractatum Jo. Wamesii de Appellationibus.*

30. Jun. EUSEBIUS BOHEMUS, *Germanus*, Cycneus Misnicus, Junior, Philos. Magister, primùm Diaconus Wittenbergensis, pòst Theologiæ Licent. & Superintendens in patria. Typis exscribi curavit *Epitomen Historiæ Ecclesiasticæ Novi Testamenti à Joh. Pappo inchoatam, à se verò auctam & continuatam: Aposopolepsiam divinam, de universali DEI, in salutis negotio, voluntate, contra Calvinianos & Pontificios.*

18. Jul. GEORGIUS WITWEILER, *Germanus*, Brigantinus, Constantiensis, è Soc. Jesu, Collegii Bruntrutani Rector primus, & Episcopo Basiliensi à sacris Confessionibus atque Concionibus, æt. 77. Monachii. Scripsit Germanicè *Comment. in Psalmum Davidis & in omnia Cantica Psalterii Romani: Expositionem familiarem omnium Articulorum Fidei Christianæ: Professionis Fidei explicationem, juxta præscriptum Pii V. Pont. Maximi: Vitam S. Augustini: Manuale Catholicum: De rebus homini Christiano scitu necessariis.*

21. Jul. DANIEL RIXINGER, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. Magister & Præceptor in patria classicus, inde Log. ac Metaphys. Professor, nec non Med. Doctor, Capituli ibidem Thomani Canonicus, Decanus ac demum Præpositus, æt. 72. Formavit *Compendium Logicæ Aristotelicæ: Disp. Metaphysicas: Præceptionum Logicarum ex Organo Aristotelis depromtarum Disputationes XI: De Fato Stoico &c.*

23. Jul. HUGO HOLLANDUS, *Anglus*, Denbighensis, Collegii Balliolensis apud Oxonienses, & postea SS. Trinitatis apud Cantabrigienses

Socius. Vulgavit Latinè *Effigies, vitas & elogia clarorum & doctorum aliquot Anglorum ab anno* 1500. *ad* 1580. & Anglicè *Monumenta sepulcralia S. Pauli Londini.*

1. August. JACOBUS COLENS, *Bohemus*, Pilsnensis, Jesuita, Sacerdos, collegii Crumloviensis Rector, æt. 67. Pragæ. Transtulit in lingvam Bohemicam *Cardin. Bellarmini opuscula de Ascensione mentis in Deum: De Gemitu Columbæ & de Arte bene moriendi: Lucæ Pinelli de perfectione spirituali: Ejusdem meditationes de VII. virtutibus Christi in VII. hebdomadæ dies distributas: Lud. Blosii instructionem ad perfectionis studiosos: Vitas Sanctorum Ignatii & Xaverii.*

4. August. GEORGIUS ABBOTIUS, *Anglus*, Guilfordiâ-Surriensis, Theol. Doctor, Decanus Wintoniensis, pòst Episcopus Lichfieldensis & Londinensis, novissimè Archiepiscopus Canturiensis, æt. 70. Elaboravit Latinè *Quæstiones VI. Theologicas, totidem prælectionibus disceptatas: De Mendacio, de Circumcisione & Baptismo, de Astrologia, de præsentia in cultu idololatrico, de fuga in persecutione & peste, an Deus sit auctor peccati?* Anglicè *Geographiam sive brevem descriptionem mundi: Apologiam: Commonefactionem ad juventutem: Adversus Brownistas: Manum Societatis: IV. Sermones: Hillii rationes Papisticas detectas: in Jonam Prophetam: Præfationem examinis G. Sproot: Concionem in Esaiæ XL, 6: Historiam crudelitatis & tyrannidis perpetratæ in valle Telina: in Jobum & Psalmos paraphrasin: Contra Episcopos: in Psalmos notas: Vindicias Sabbathi adversus Broadum.*

— August. ULRICUS II. PRINCEPS DANIÆ, æt. 22. Edidit *Strigilem Vitiorum.*

24. Aug. AMBROSIUS RHODIUS, *Germanus*, Kembergensis Saxo, Med. Doctor & Mathem. Professor Wittenbergensis, æt. 57. Elucubravit *Tractatum de Crepusculis: Elementa in Euclidem: Opticam: De Cometa per Bootem: Disputationes varias*, ex quibus sunt, *de Matheseos necessitate in Republica: De vera mundi conditi Epocha & genuino natali Abrahami anno: Super Ideam Medicinæ Philosophicæ Petri Severini &c.*

1. Sept. ANTONIUS QUÆRENGUS, *Italus*, Patavinus, Canonicus in patria, utriusque Pontificiæ signaturæ Referendarius, Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. Prælatus domesticus, sacri collegii à secretis, nec non Canonicus Patavinus, ætat. 87. Ab eo scripti sunt quàm plurimi libri, videlicet *Hexameri carminis libri VI: Rhapsodiæ variorum carminum libri V: De Marci Varronis divisione: De geminis nobilium disciplinarum officiis, De præstantium lingvarum cognitione: De triplici Rhetorica: De Ideis Hermogenis: De Imitatione Veteris Eloquentiæ: De usu methodi Analyticæ: De naturali verborum significatione: De judicio Dionisii Longini in comparatione Demosthe-*

mosthenis & Ciceronis: De unica totius Politicæ methodo: De Platonis, Aristotelis & Polybii Politicis in rebus dissensione: De Historiæ Pragmaticæ Polybianæ triplici fine &c. In lingva quoque Etrusca oppidò multa scripsit.

12. Sept. LUDOVICUS SEPTALIUS, *Italus*, Patritius Mediolanensis, Phil. & Med. Doctor, Polit. & Eth. Ticini Professor, Hisp. Regis Medicus primarius & Historiographus, æt. suæ 82. Composuit *Commentariorum in Aristotelis Problemata Tomos duos: De Ratione Status libros VII: De Nævis corporis librum: Comment. in Hippocratem de Aëre, Aquis & Locis: De instruenda & gubernanda familia libros V: Analyticorum & Animasticarum Dissertationum libros II: Animadversionum & Cautionum Medicarum lib. VII: Cautiones ad vulnera curanda & Medicamenta componenda: Librum de morbis ex mucronata cartilagine evenientibus: judicium de Margaritis: De Peste & Pestiferis affectibus libb. V: De morbo Gallico: Solutionum apparentium contradictionum Hippocratis & Galeni librum: Duo Epistolarum volumina &c.*

2. Octobr. JULIUS FULIGALLUS, *Italus*, Cæsennas, S. J. literarum humaniorum & Mathem. in collegio Romano Prof. deinde collegii Montis sancti & Residentiæ Tusculanæ Rector, æt. 84. Scripsit Italicè *de Horologiis Solaribus*.

9. Octobr. CORNELIUS CURTIUS,

Belga, Bruxellensis, Eremita Augustinianus, Theol. Licent. Studiorum apud suos Bruxellæ & Lovanii Præfectus, Conventuum Ingolstadiensis, Viennensis, Pragensis, Bruxellensis Prior, Ordinisque sui per Provinciam Bavaricam Visitator, & per Belgicam Magister Provincialis, Consiliarius quoque & Historiographus Cæsareus, æt. 47. Ejus reperitur *de clavis Dominicis Liber: Ruperti & Virgilii, Antistitum Salisburgensium, vitæ: Erotopægnion, sive Epistolæ familiares: Poëmatum libri tres: Amphitheatrum Amorum: Vitæ quinque B. Virginum Augustinianarum: Elogia virorum illustrium ordinis Eremitarum S. Augustini &c.*

23. Octobr. JO. MALDERUS, *Belga*, Bruxellensis, Theologiæ Doctor & Prof. regius, tandemque Episcopus Antverpiensis, septuagenario major. Idiomate patrio dedit *Instructionem Catecheticam.* Latinè verò scripsit *Commentarios in D. Thomæ summam: Anti-Synodalia, sive animandversiones in decreta Conventus Dordraceni: Tractatum de abusu Restrictionum mentalium: De Sigillo Confessionis Sacramentalis: Comment. in Canticorum: Meditationes Theologicas, universæ Theologiæ summam complectentes.*

9. Novembr. JACOBUS DU JARDIN, *Belga*, Insulensis, Soc. Jesu Spiritualis Coadjutor, æt. 48. Reliquit *Elegiarum de Christo, B. Virgine*

& aliis libros tres: De Arte forensi ad jurisperitos libros duos.

15. Nov. MARTINUS RÔBERUS, *Germanus*, Wurcensis Misnicus, Pastor ad D. Ulrici Halensis, æt. 50. Vulgavit *Conciones III, de Jubilæo Evangelico: Armaturam Pusillorum: Conciones II. in Psalmum XLV*, & fortè alia.

24. Nov. ANDREAS DINNERUS, *Germanus*, Herbipolensis Francus, J. U. Doctor, primùm Reip. Norimbergensi à Consiliis, deinde juris Professor Altorphinus, æt. 52. Inter ingenii sui ac doctrinæ monumenta effulgent *Dispp. de Monetæ mutatione quoad solutionem: Conclusiones tam contractuum quàm contentionum obscurarum: Comment. de justo rerum pretio definiendo, & quatenus in eo circumvenire contrahentes liceat: Fama Altorphina: Disputationes & Orationes variæ.*

29. Nov. PETRUS XIMENIUS, *Hispanus*, Toletanus, Soc. Jesu, Viennæ Theol. Scholasticæ Professor & Concionator Italicus, deinde in nova Græcii Academia Cancellarius ac Theol. Prof. nec minùs Clarenfurti, Olomucii, Pragæ & Græciæ Rector, æt. 81. relig. 59. Publicavit *Orationem in funere Caroli Archiducis Austriæ: Disp. cum Balthasare Fischero habitam de fide justificante.* Absque suo nomine *Breviarium omnium meditationem de præcipuis fidei mysteriis.*

1. Decembr. FERDINANDUS DE CASTRO PALAO, *Hispanus*, Legionensis, è Societate Jesu, Philos. Prof. Vallicoleti, Theol. moralis Compostellæ, Scholasticæ etiam Salmanticæ S. Inquisitionis Qualificator seu Censor & Consultor, Collegii Compostellani & Methymnensis Rector, æt. 52. Ab eo prostant *Operis moralis de Virtutibus & vitiis Tomi VII.* Et lingua Hispanica *Manuale Christiani.*

6. Decembr. STANISLAUS KIZYNOKOLSKI, *Polonus*, Cracoviensis, in Acad. patria Rhetor. Mathes. Cosmographiæ & Phil. Professor, deinde S. J. Regiæ & Cracoviæ Novitiorum institutioni Præfectus, hic etiam Præpositus Professæ Domus, & Jaroslaviæ Patrum in tertia probatione instructor, ætat. 72. relig. 46. Emisit tum Latinè, tum Polonicè *Spiritualia opuscula, compendium vitæ spiritualis: De præparatione ad mortem: De via vitæ æternæ: De modo meditandi.*

10. Decembr. BALTHASAR KERNERUS, *Germanus*, Ulmensis, Philosophiæ Magister, primùm Diaconus Langendenzlingensis in Marchionatu Baden-Hochburgensi, inde Pastor Emendingensis, demum in patria Ecclesiastes, æt. 51. Prodierunt ejus *Homiliæ XXXV. in Epistolam Judæ: Hom. LX. in Epistolam Jacobi: Homiliæ CV. Nuptiales: Explicatio libri Esthereæ: Conciones XXXII. in librum Ruth: Conciones CCCLXIV. in librum Tobiæ.*

12. Dec.

12. Decembr. HORTENSIUS FELIX PARAVICINO & ARTIAGA, *Hiſpanus*, Matritenſis, in patria Eccleſiaſtes, Caſtellæ Provinciæ Rector, Bœticæ Viſitator, totius ordinis Vicarius Generalis, & Concionator regius, æt. 53. Paravit *Orationes Evangelicas Quadrageſimales: Feſtivales: Funerales: Elogia in Obitum Regis Philippi III.*

14. Decembr. JO. FRIDERICUS RORICH, *Germanus*, Colonienſis, S. J. Humaniorum literarum Lector, & Concionator Fuldenſis, æt. 51. Struxit *Lucernam Evangelicam, de Communione ſub utraque ſpecie: Ejuſdem Apologiam: De Uſu Cœmeteriorum: Conciones funebres.*

25. Decembr. JO. CLUVERUS, *Germanus*, Crempâ-Holſatus, primùm Eccleſiaſtes Meldorpienſis, inde Marnenſis in Dithmarſia, tum Theol. Doctor ejusdemque Prof. ac Paſtor Soranus; denuò Paſtor Meldorpienſis ac Superintendens regius in Dithmarſia, æt. 40. Miniſterii 19. Inclaruit *Elementis Eloquiorum Dei: Epitome Hiſtoriarum totius mundi: Computo Chronologico, de certitudine numeri annorum ab orbe condito ad Chriſtum natum: Harmoniâ Evangeliſtarum: Orthotomiâ Apoſtolicâ omnium Epiſtolarum Paulinarum: Expoſitione Evangeliorum: Diluculo Apocalyptico, ſeu Commentario in Apocal. Johannis: Tuba Sionis: Orationibus.*

26. Decembr. JOH. LüDERUS, *Germanus*, Calenbergenſis, J. Utr.

Doctor, hujus & Polit. Profeſſor Helmſtadienſis, ætatis 42. Reliquit *Diſputationes de natura & conſtitutione Politices: De Familiis & primis ſocietatibus in genere: De Societate mariti & uxoris &c.*

PETRUS LOKEMANNUS, *Belga*, Silvæducenſis, Paſtor Roſmalenſis, æt. 53. *Elegiacô carmine* confecit librum hôc titulô, *Deus, omnia, Trinus.*

SUSANNA HABERTA, *Galla*, Hebraicè, Græcè, Latinè, Hiſpanicè & Italicè docta, Philoſophiæ perita, inque Sacræ Scripturæ & Patrum lectione egregie verſata. Concinnavit *Explicationem Symboli Athanaſii: Tractatum de Precibus & de Sacramentis: Catechiſmum &c.*

EDOARDUS WESTON, *Anglus*, Londinenſis, Theol. Prof. in Acad. Montis Regalis in Italia, nec non in Collegio Anglicano Duaci, pòſt Canonicus Eccleſiæ collegiatæ S. Mariæ in Brugis Flandrorum, æt. 68. Publicavit latinè *Libros III. de triplici Hominis officio: Theatrum vitæ civilis & ſacræ: Coruſcationes JEſu Chriſti.* Anglicè *Chriſtianæ veritatis probationem*, & alia quædam.

JACOBUS BARTSCHIUS, *Germanus*, Laubâ-Luſatus, Phil. Magiſter, Poëta Laur. Cæſareus, Medic. Doctor & Mathem. Prof. extraordinarius Argentoratenſis. Extant ab eo confecta *Methodus Synoptica Artium, videlicet Logicæ, Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Oratoriæ & Poëticæ,*

tabulis mnemonicis inclusa: Schematismi Epitomes Partitionum Oratoriarum Ciceronis & Sturmii: Ephemeris solaris perpetua, h. e. *Tabulæ motus solaris diariæ ad* 100. *annos usurpandæ: Tabb. diariæ quantitatis dierum, ortus & occasus solis: Usus Astronomicus Planisphærii stellati: Uraniburgum Strasburgicum, sive motuum cœlestium Ephemeris nova Tychonico-Kepleriana ad annum* 1629: *Catalogus fixarum seu inerrantium stellarum ad An.* 1630: *Novus Globus magnus Cœlestis: Tabulæ novæ Logarithmico-Logisticæ.*

JO. PHILIPPS, *Cambro-Britannus*, Flintensis, Artium Magister, Rector de Thorp Bassetorum & Slingesburii, Comiti Derbiensi à Sacris, Archidiaconus Cleavelandiæ, tandem Episcopus Sodorensis. Vertit *S. Biblia in Insulæ Sodorensis linguam.*

STANISLAUS LUBIENIECCIUS, *Polonus*, Eques, Regis Stephani Aulicus, deinde Pastor primùm Tropiæ, hinc Racoviæ, ac tandem Luclaviis Photinianus, æt. 74. Exaravit Polonicè *Prodromum ultimi judicii Domini: Præservativas spirituales: Cantilenas varias.*

DAVID TANCKE, *Germanus*, Wismariensis, Theol. Licent. & 13. annos ad D. Mariæ Ecclesiastes Stralsundensis. Edidit *Dissert. de dicto Esaiæ IX*, 6. 7.

JACOBUS CAPELLUS, *Gallus*, Sedanensis, Theol. in patria Professor & Ecclesiastes. Composuit *Libros III. de Mensuris: Historiam sacram & exoticam: Vindicias pro Isaaco Casaubono: Assertionem bonæ fidei adversus Rosweidum: Plagiarium vapulantem, contra Cotonum: Observationes in Epistolam ad Hebræos: De Ecclesiæ Romanæ sanctitate: Tabulam Chronologicam: Ad loca quædam utriusque Fœderis Notas*, & Gallicâ linguâ quædam alia.

GEORGIUS MAIGRETIUS, *Belga*, Bullonienfis. Emisit *Martyrolographiam Augustinianam: Lacrumas Heracliti Christiani ab inferis resuscitati ac baptizati &c.*

CASP. CUNRADI, *Germanus*, Silesius, Vratislaviensis, Phil. & Med. Doctor, Poëta Laur. Cæsareus, inque patria Poliater. Struxit *Prosopographiæ Melicæ millenaria tria, quô virorum, doctrinâ & virtute clarissimorum, vita ac fama singulis distichis delineantur: Annalium Evangeliorum Paraphrasin Latino-Germanicam: Paradias Horatii: Anagrammatismorum centuriam: Psalmodiæ Davidicæ metaphrasin Poëticam.*

EDMUNDUS RICHERIUS, *Gallus*, Presbyter Lingonensis, Theol. Doctor Sorbonicus, & Universitatis Parisiensis Syndicus. Formavit *Obstetricem Animorum: Libros II. de optimo Academiæ statu: Notas ad Tertullianum de Pallio: Libellum de arte figurarum & causis eloquentiæ: De Arte & causis Rhetoricæ: Tractatum de Politica & Ecclesiastica potestate: Historiam*

storiam Conciliorum generalium in libros IV. distributam.

JO. SOETEFLEISCHIUS, *Germanus*, Seesensis Brunsvicensis, primùm Gymnasii Gandesiensis, deinde Halberstadiensis Scholæ Cantor, tum Phil. Magister, & Rector Magdeburgensis, inde Græcæ lingvæ, Dialectices, Ethices, ac denique Theol. Professor Helmstadiensis, ætatis 81. Scripsit Germanicè *de ordinatione Ecclesiæ Lutheranæ &c.*

ANTONIUS ANTONIDES VAN DER LINDEN, *Belga*, Enckhusanus, primum Gymnasii patrii Director, deinde Med. Doctor, tam Enckhusæ, quàm Amstelodami Practicus, æt. 63. Extat ejus *de monstrosis vermibus observatio.*

ALPHONSUS RAMON, *Hispanus*, Sodalis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Theol. Doctor & Ecclesiastes. Formavit *Epitomen Theologiæ moralis S. Scripturæ: Resolutiones Conciliorum: Sermones varios &c.*

ANNO 1634.

19. Jan. HENRICUS OLDENBURGIUS, *Germanus*, Bremensis, Phil. Magister, primùm in patrio Gymnasio, deinde in regia Academia Livonorum Dorpatensi Eloq. & Poës. Professor, æt. 51. Reliquit *Disputationes Physiologicas: Poëmata: alia.*

30. Jan. FRANCISCUS A SOTO, *Hispanus*, Marcenensis, Hispalensis, S. J. humaniorum literarum Professor, pòst Concionator & Missionarius, ætat. 66. Vernaculè dedit *Conciones de venerabili Sacramento Eucharistiæ: De Stigmatibus S. Francisci: De Beatificatione S. Theresiæ: Confessionarium generale & instructionem pro examinanda conscientia de peccatis totius vitæ.*

6. Febr. FLORENTINUS VAN DER HAER, *Belga*, Lovaniensis, Eques, Canonicus & Thesaurarius Insulensis, æt. 87. Evulgavit *Libros duos de initiis tumultuum Belgicorum: Antiquitatum Liturgicarum Arcana.* Gallicè *de Castellania Insulensi.*

14. Febr. GUILIELMUS FABRICIUS HILDANUS, *Germanus*, Medico-Chirurgus primò Hildenæ in patria, deinde Coloniæ, tum Marchionis Badensis & Hachbergensis, nec non Reipubl. Bernensis, novissimè rursus Hildensis, æt. 74. In lucem prodierunt ejus *Observationum & Curationum Chirurgicarum centuriæ VI: De conservanda valetudine, de Thermis Vallesianis & Acidulis Griesbachiensibus consilium: De Dysenteria liber: De Lithotomia Vesicæ liber: De Gangræna & Sphacelo Tractatus: De Ichore & Meliceria Celsi Tractatus: Epistola de nova, rara & admiranda Herniæ uterinæ Historia: De Combustionibus, quæ oleô, aquâ fervidâ, ferrô candente, pulvere tormentariô, fulmine, & quavis aliâ materiâ ignitâ fiunt, liber: De vulnere quodam gravissimo observatio & cura-*

tio singularis: *Tractatus de Sclopetaria curatione: Epistolarum centuria: Cista militaris.* Opera hæc omnia simul impressa sunt. Edidit quoque lingvâ vernaculâ *Tract. de præstantia Anatomes: de miseria vitæ humanæ: de Christianorum commessandi ratione: de Angina.*

20. Febr. JOACHIMUS SCHEPLIZ, *Germanus*, Witstockio-Marchicus, J. U. Doctor, æt. suæ 68. Edi curavit *Consuetudines Brandenburgicas: Promptuarium juris civilis & feudalis.*

22. Febr. LUDOVICUS DE AZEVEDO, *Lusitanus*, S. J. Goæ primùm Magister Novitiorum, tum Rector Tanaensis, postea missus in Æthiopiam, ætatis 61. Transtulit in lingvam Chaldæam *Commentaria Franc. Toleti in epist. Pauli ad Romanos, & Fr. Riberæ in ep. ad Hebræos: Horas Canonicas: Exorcismos contra Tempestates: Annotationes imaginum vitæ Christi, Apostolorum & Eremitarum:* In Æthiopicam *Novum Testamentum: Catechismum ex Lusitanico: Grammaticam: Pratum Spirituale concionum supra symbolum Apostolorum.*

26. Febr. VALENTINUS LEGDEUS, *Germanus*, Suerinensis Megapolitanus Theol. Doct. & Profess. Rostochiensis, æt. 42. Condidit *Examen refutationis Valentini Smalcii: Orationem de insigni pietate Gustavi Adolphi R. Sueciæ: Conciones II. ex Proverb. XXVIII, 2: Concionem Baptism. ex Tit. III: Disput. de Ecclesia Christi &c.*

27. Febr. HENRICUS NEUENHANIUS, *Germanus*, Isenaco-Thuringus, J. U. Doctor. primùm Histor. & Poes. Prof. Jenensis, deinde Consiliarius Schwartzenburgicus, ætatis 44. Elucubravit *Dispp. IIX. de Juribus & Privilegiis Viduitatis: De jure Reipublicæ: De evictionibus &c.*

12. Mart. JO. BRISSELIUS, *Belga*, Lovaniensis, S. J. Eloquentiæ Prof. Antverpiæ, deinde Romæ Præposito Generali ab Epistolis, æt. 52. E Belgico Latinas fecit *Caroli Scribani meditationes sacras.*

15. Mart. BERNARDINUS CASTORIUS, *Italus*, Senensis, Soc. Jesu Rhetor. Prof. Romanus, deinde Rector in Gallia Collegii Bituricensis, tum Domus professæ Parisiensis, postea Collegii Lugdunensis, & porrò Provinciæ Lugdunensis, & demum Collegii Germanici Romæ moderator, æt. 89. Scripsit Italicè *Instructionem civilem & Christianam.*

24. Mart. DANIEL RAYMUNDUS, *Belga*, Leodiensis, in S. Maternum in Ecclesia Cathedrali Canonicus. Edidit *Poëmata.*

25. Mart. JO. DRUSIUS, *Belga*, Nobilis, Theol. Doctor ejusdemque Prof. Lovaniensis, tum Abbas, ordinis Præmonstratensis per Brabantiam ac Frisiam Vicarius Generalis, Ordinum Brabantinorum Deputatus ordinarius, atque Academiarum Belgicarum Visitator & Inspector, ætatis 66. Dedit *Exhortationem ad ordinis sui Religiosos de iis, quæ eorum vocationem obligationemque concernunt.*

26. Mart.

26. Mart. JO. LORINUS, *Gallus*, Avenionensis, S. J. Philosophiæ Romanus, Theol. Lutetianus ac Mediolanensis Professor, Præpositus sui ordinis Generalis & Librorum Censor, æt. 75. Dolæ in Gallia. Concinnavit *Comment. in Leviticum: in Numeros: in Deuteronomium: in Psalmos: in Ecclesiasten: in Sapientiam Salomonis: in Acta Apostolorum: in Catholicas Johannis, Petri, Jacobi & Judæ epistolas: in Aristotelis Logicam.*

31. Mart. GASP. LECHNERUS, *Germanus*, Hallensis, in Diœcesi Salisburgensi, Soc. Jesu, Philos. tam Ingolstadii, quàm Pragæ, etiam deinde Theol. Prof. & Doctor, æt. 51. Typis subjecit varia hisce titulis; *Digitus DEI in bivio, seu de vitæ statu deligendo: Dissert. de renunciatione successionis & dispositionis bonorum, quam Religionum Candidati faciunt: Eutychi-Nestoriana Ubiquitas impugnata: Confutatio libellorum Th. Thummii de Papa Anti-Christo: De Prædestinatione & Reprobatione Hominum: Sodalis Parthenius.*

7. April. JACOBUS STRATIUS, *Belga*, Antverpiensis, è Soc. Jesu, Collegii Lovaniensis ac Brugensis, totiusque Provinciæ Flandro-Belgicæ Rector, ætatis 75. Contexuit *Apologiam Catholicam adversus Cantilenam in Petrum Cottonum: Meditationes Liturgicas: Declarationem præcipuorum Articulorum antiquæ Romanæ Catholicæ Fidei: De VII. Doloribus B. Virginis: Demonstrationem fidei catholicæ stimulos pietatis ad Sacrificium Missæ faciendum.* Donavit Belgica lingva *Mart. Becani privilegia Calvinistarum: Rob. Bellarmini Artem bene moriendi &c.*

12. April. BALDUINUS JUNIUS, *Belga*, Patricius Dordracenus, Ordinis Minorum Ecclesiastes, Definitor ordinis & Guardianus. Publicavit *Demonstrationes fidei orthodoxæ: Manuale Theologicum: Chronicon morale: Conciones super Evangelia: Domum sapientiæ & Paradisum voluptatis.* Illius quoq; sunt, sub nomine Constantini Peregrini, *Iter quadrimestre Comitis Buquoii: Tuba Concionatorum sive collationum ignearum Centuriæ XIX: Pharetra quadruplex divini Amoris: Scutum Catholicæ fidei: Fasciculus Myrrhæ dilectus: Lilium inter spinas: Canticum Canticorum Ecclesiæ Dei applicatum: Theatrum SS. Principum V. & N. Testamenti: Mons Spiritualis Confessariorum: Lamentationes Jeremiæ triplici sensu opposita*, & multa alia.

19. Maj. ORTOLPHUS FOMANNUS, *Germanus*, Silusio-Hembergico-Francus, J. U. Doctor, primùm Philos. deinde juris Prof. ac demum Ordinarius in Academia Jenensi, æt. 74. Elaboravit *Synopsin Juris Justinianei disputationibus XXXVI: Commentarium in lib. II. Decretalium: De jure accrescendi: De Guaranda: De jure & privilegiis Scholarium: De Privilegiis Comitum Palatinorum Cæsareorum: De Appellationibus: De Confessione: De Præscriptis verbis & in factum actionibus: De Emphyteusi: De*

Emptione & venditione: Quæstiones ex jure civili & feudali.

24. Maj. COSMUS ALEMANNUS, *Italus*, Mediolanensis, S. J. Phil. & Theol. in patria Profess. Studiorum Præfectus, ætatis 75. Contexuit *Summam totius Philosophiæ D. Thomæ Aquinatis, partibus III.*

5. Jun. JACOBUS OLSEWSKI, *Polonus*, Masovita, Soc. Jesu, Rhetor. Philos. & Theol. Scholasticæ Professor, & Concionator Vilnensis, Th. Doctor & Academiæ Procancellarius. Typis subjecit *Conciones funebres complures*, & alia variis de argumentis post mortem Auctoris recusa.

25. Jun. JO. KEMPFIUS, *Germanus*, Marpurgensis Hassus, Med. Doctor inque Patria Professor. Exaravit *Epistolam de Aquis Schwalbacensibus*, & fortè nonnulla alia.

26. Jun. NICOL. AGERIUS, *Germanus*, Itenheimensis, Alsatus, Phil. & Med. Doctor, Phys. Prof. Argentoratensis, & Canonicus ibidem Thomanus, ætat. 66. Foràs misit *Dispp. de Homine sano: De Elementis: De Morte: De Dysenteria &c.*

15. Jul. GASP. WENCKH, *Germanus*, Mosburgensis Bavarus, S. J. Phil. & Theol. in Acad. Dilingiana Prof. æt. 45. Neoburgi. Edidit *Notas unguenti Magnetici & actionis ejusdem, adversus Rudolphum Goclenium.*

28. Jul. FRANC. MANQUESTALDUS, *Gallus*, Tolosanus, Jesuita, Phil. Prof. & Concionator, Rector collegii Tholosani, Burdigalensis, Turnonensis, Domus Professæ Parisiensis atque Toletanæ, nec non totius deinde Provinciæ Generalis, Reginæ Hisp. à concionibus, denique iterum Collegii Turnonensis Rector, æt. 73. Scripsit Hispanicè *Exercitium Spirituale super X. punctis præcipuis vitæ Christianæ*, & Gallicè *Inconsiderantiam temerè ruentis animi omnium malorum causam esse: Formulam efficacis orationis.*

Obiit ANNO 1634.

30. Jul. JOBERTUS DE BARRAUT, *Gallus*, Comes, Episcopus Balasensis, & pòst Archiepiscopus Arlesensis. Effecit *Scutum fidei contra Hæreticos.*

31. Jul. HERMANNUS VULTEIUS, *Germanus*, Marpurgensis Hassus, Phil. & J. Utr. Doctor, primùm Græcæ Lingvæ Profess. & Academiæ patriæ Syndicus, mox & juris Professor, dein Comes Palatinus, Cæsar. Majest. & Hassiæ Principum Consiliarius, ac dictæ Academiæ Procancellarius, ætatis 79. Professionis 55. Procancell. 29. Elucubravit *Commentarios de jurisdictione & Foro competenti: In Libb. IV. Institutionum Civilium: Disceptationes Scholasticas: Jurisprudentiam Romanam: Tractatum de Feudis: Consilia sive Responsa: Tract. de Judiciis: De Ultimis Voluntatibus: Orationes funebres: Dispp. juridicas varias.*

9. Aug. GULIELMUS NOY, *Anglus*, Carnubiensis, Artium Baccalaureus, Advocatus generalis regius, æt. 57. Collegit Anglicè *Res judicatas tempore Elisa-*

Elisabetæ Reginæ, Jacobi & Caroli Regum.

14. Aug. GEORGIUS GUTKIUS, *Germanus*, Berolinensis Marchicus, Philos. Magister, & Gymnasii patrii Rector, æt. 45. Composuit *Logicam divinam seu Peripateticam: Disputationes Philosophiæ Practicæ &c.*

28. Aug. CHRISTIANUS MAYER, *Germanus*, Mengelrodensis in Eischfeldia, S. J. Theol. Doctor & Prof. æt. 50. Struxit *Enchiridion Industriarum præcipuas vitæ piæ ac religiosæ exercitationes, quæ quolibet die occurrunt, perfectè obeundi: Diarium meditationum Anniversariarum.*

17. Sept. VALERIUS XIMENEZ DE EMBUN, *Aragonus*, Alagonensis. Carmelita, post plurium domorum administrationem, in Sardinia & Castella utraque, nec non in Bœtica & Portugallia censor, tum Episcopus Alguerensis in Sardinia, ætatis 57. Typis extare fecit vernaculô idiomate *Stimulum devotionis de antiquo ordine Carmelitarum: Formam institutionis in fraternitate Carmelitica &c.*

20. Sept. BALTHASAR CHAVASSIUS, *Sabaudus*, Scalentinus, S. J. Phil. Math. & Th. Prof. hujusque Doct. & Concionator, ætat. 73. Condidit *Libros IV. de notis certissimis veræ Religionis: Codicillum monitorium ad resipiscentes: Professionem veræ & orthodoxæ fidei: Libb. IV. de vera & perfecta Prudentia: Antidotum Confessionis Calvinistarum.*

23. Sept. FRANC. A JESU & JODAR,

Hispanus, Beacensis Nobilis, Carmelita, Theol. Magister, Regum Hisp. Consiliarius & Orator Sacer, Librorum Censor, æt. 66. Publicavit *Discursus, in quibus confirmatur antiqua Traditio, quod S. Apostolus Jacobus in Hispania docuerit, Exercitationes Spirituales*, & alia.

26. Sept. PETRUS GRUTERUS, *Germanus*, Palatinus, Medicus Ostendæ Flandrorum, obiit Amsterodami. Dedit ipse *Centuriam Epistolarum: Apologiam pro eadem.* Post obitum ejus, curâ filii, Isaaci Gruteri, prodiit *Centuria secunda Epistolarum.*

27. Sept. JO. GIRARD, *Gallus*, Eberonensis, Metensis in Lotharingia, Soc. Jesu, Philos. & Theol. moralis interpres, æt. 64. Ab eo hæc sunt edita opuscula; *Odæ & Cantica Spiritualia: Instructio Catechetica: Correctio fraterna ad blasphemantes: De magnis B. Mariæ Virginis meritis, eique inserviendi methodo: Instructio, quâ juvari possint, qui Doctrinam Christianam docent: Instructio ad orandum DEum: ad confessiones tam faciendas, quàm excipiendas: Instructio pro accedentibus ad Sacram Synaxim &c.*

2. Octobr. JOH. RöTENBECK, *Germanus*, Norimbergensis, Medicinæ Doctor, inque patria Practicus, æt. 28. Formavit *Speculum Scorbuticum.*

4. Octobr. NICOL. PETRÆUS, *Danus*, Aurilesiâ-Selandinus, primùm Lingg. Orient. tum Theolog. Prof. &c.

& Doctor Hafnienſis, æt. 34. Ejus reperiuntur *Enchiridion Politicum: Compendium Grammaticæ Hebrææ: Colloquia Hebræa: Nomenclator Hebraicus: Lexicon Hebraicum: Nahum & Habacuc Prodromi: Meditationes Spirituales: Diſpp. de Bono originali, tranſcendentali, naturali & morali: De juſtificatione, contra Bellarminum: De Sacra Scriptura.*

4. Octobr. GEORGIUS STOZ, *Germanus*, Monacenſis in Bavaria, Jeſuita, Concionator, deinde Rector Neoburgi & Superior Miſſionis Hailinganæ, ætatis 54. Struxit Germanicè *Manuale precum*, ex Gallico tranſtulit *Stephani Binoti conſolatoriam ægrorum Scholam.*

5. Octobr. GEORGIUS SCHULTZE, *Germanus*, Leorinus Sileſius, J U. Doctor, Facultatis juridicæ in Acad. Wittenbergenſi Aſſeſſor, Curiæ Provincialis Elector. Saxon. Advocatus, nec non Comitum Barbienſium Cancellarius & Conſiliarius, æt. 35. Ab eo eſt *Synopſis Inſtitutionum, cum tit. de verborum ſignificatione & diverſis Regulis juris antiqui: Paratitla Conſtitutionum Electorum Saxoniæ: Synopſis judiciaria, ex receptis in foro opinionibus deſumpta: Proceſſus judiciarii Pars prima: Tractatus de obligatione ac depoſitione pecuniæ, ſeu rei debitæ: Synopſis Juris feudalis Romani Germ. Imperii: Arboris conſanguinitatis & affinitatis expoſitio.*

12. Octobr. JACOBUS HACK, *Germanus*, Juliacenſis, Soc. Jeſu Ec-

cleſiaſtes, æt. 55. Edidit Germanicè *Defenſionem concionis P. Georgii Scherer pro una & utraque ſpecie: Proluſionem contra Paulum Toſſanum: Reſponſionem ad IV. quæſtiones contra eundem.*

18. Octobr. LUDOVICUS TRIBALDOS DE TOLEDO, *Hiſpanus*, Tevarenſis, Rhet. Prof. Complutenſis, Bibliothecarius Guzmanianus, Indicarum rerum Curator, æt. 75. Prodiit ab eo *Epeneſis Iberica, ſive de laudibus Hiſpaniæ Poëmatium.* In vernaculum ſermonem vertit *Pomponium Melam de Geographia.*

22. Octobr. BLASIUS PLOZZINIUS, *Polonus*, Lovicius in Maſovia, Soc. Jeſu, Philoſ. & Theol. Prof. æt. 46. Compoſuit libellum, cujus eſt titulus; *Aureum Monile, ſeu Manuale Marianum.*

30. Octobr. GEORGIUS KALDI, *Hungarus*, Tyrnavienſis, S. Jeſu in Academia Olomucenſi Theol. moralis Prof. poſtea Magiſter novitiorum Brunæ, & mox Leobii in Stiria, dehinc Rector Tyrnaviæ, demum Poſonii, æt. 64. Societ. 36. Emiſit *Biblia Sacra vulgatæ editionis à ſe in Hungaricam linguam tranſlata: Concionum Hungarico Sermone Tomum I:* Tacitò nomine ſuô, *Evangelia & Miſſas per annum legi ſolitas.*

11. Novembr. LUDOV. CRESSOLIUS, *Gallus*, Armoricus, Treconenſis, S. J. variis in collegiis humaniorum literarum Profeſſor, deinde Præpoſito Generali Romæ ab epiſto-

lis

lis Latinis ad Provincias Galliæ scribendis, æt. 66. Condidit *Theatrum veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, quos in Græcia nominabant Sophistas, quinque libris expositum: Vacationes Autumnales, sive de perfecta Oratoris actione & pronunciatione libros tres: Mystagogum de Sacrorum hominum disciplina: Anthologiam sacram, seu de selectis piorum hominum virtutibus Decadem* 1. & 2: *Orationes panegyricas.* E Gallico Latinè vertit *Petri Cottoni institutionem Catholicam.*

15. Nov. CÆSAR ALUCCIUS, *Italus*, Theatinus, Neapolitanus, Jesuita, Theol. moralis Prof. & Concionator, tum Operarius in Domo Professa Romana, æt. 66. Formavit, sub nomine Georgii Postii, *Speculum seu Compendium Antiquitatum Urbis Romæ: Lignum vitæ, seu de fructibus, tribulationibus & mortificationibus libros III: Filium prodigum, seu institutionem juventutis: Summarium earum rerum, quas oportet scire, ut possimus adipisci Jubilæum anni sancti: Phychogogiam, seu de bono mortis.*

29. Novembr. HIERON. DANDINUS, *Italus*, Cæsennas, S. J. Philos. Prof. Parasiensis, Theol. Patavinus, Collegiorum Ferrariensis, Foroliviensis, Bononiensis, Parmensis, Mediolanensis Rector, in Provinciis Veneta, Tolosana, Aquitanica Visitator, in Polonica & Mediolanensi Provincialis, missus etiam ad Maronitas, qui Libanum montem inhabitant, à Clemente VIII. Pont. Max. æt. 80. Forolivii. Scripsit *de corpore animato libros VII: Ethicam sacram.*

13. Decembr. JO. SCHWABE, aliàs SVEVUS, *Germanus*, Annæbergâ-Misnicus, Philos. & U. J. D. hujusque Prof. Jenensis, inde Consiliarius Aulicus & Consistorii Ecclesiastici Præses Altenburgicus, tandemque denuò Professor Jenensis, æt. 70. Composuit *de jure accrescendi libros III: Disp. de usu capionibus: De Actionibus in rem: De concursu Creditorum eorumq; probatione: De Jure Molarum: De Novalibus: De Advocatione causarum: De successionibus ab intestato &c.*

22. Decembr. MATTHÆUS RADERUS, *Germanus*, Inichingensis, Tirolensis, S. J. Rhetorices Prof. & Presbyter, æt. 70. relig 53. Monachii. Concinnavit *Comment. in Martialem: In Curtium: in Senecæ Medeam, Troadem & Thyesten: Viridarium Sanctorum annotationibus illustratum: Bavariam Sanctam tomis tribus: Petri Siculi Historiam de Manichæis, è Græco versam & notis illustratam: Acta Concilii VIII. Oecumenici Constantinopolitani IV. Græcè cum notis: Syntagma de morientium statu: IV. Novissima versibus celebrata; Notas in Jo. Climaci librum ad Religiosum Pastorem &c.*

22. Decembr. JO. CACHETUS, *Lotharingus*, Novo-Castrensis, è Soc. Jesu, Coadjutor Spiritualis. Scripsit *de horrore peccati: Vitam S. Isidori: Vitam S. Josephi.* Ex Hispanico Gallicè interpretatus est *Nicolai Ar-*

naya collationes spirituales. Ex Italico vitam *Jo. Berckmanni à Virgilio Cepario scriptam*: *Vitæ B. Francisci Borgiæ compendium*.

24. Decembr. HUBERTUS LINTZ, *Germanus*, Colonienfis, Jefuita, Mathem. & Ethic. Prof. æt. 43. Dedit *Canonem sinuum accommodatum ad decempedam*.

25. Decembr. WILHELMUS SCHMUCKIUS, *Germanus*, Sulà-Hennebergenfis, U. J. Doctor & Prof. Lipfienfis, æt. 59. Elaboravit *Methodicam tractationem de Geradæ nomine, definitione, origine, jure & fine*: *Synopsin Juris Canonici*: *Synopsin Juris civilis*: *Disp. de Testamentis &c.*

30. Decembr. GEORGIUS STEPHANUS ROUSSELET, *Burgundus*, Vefulanus, S. J. Concionator in multis miffionibus, Rector Collegii Vefulani, ætatis 42. Viennæ. Emifit Gallicè *Lilia Sacra, seu Paralellum Liliorum & Virtutum S. Ludovici aliorumque Regum Galliæ*.

JANUS DIONYSIUS JERSINUS, *Danus*, Sedlandinus, Artium Magifter, Rector Scholæ Regiæ Sorenfis, deinde Prof. Metaphyficæ, tum Paftor Ecclefiæ D. Virginis & Præpofitus, demum Epifcopus Ripenfis, & Theol. Doctor. Ejus eft *Tractatus de officiis discipulorum, ad doctrinam consequendam necessariis*: *Orationes duæ 1. Lutherus Thaumaturgus 2. Anti-Irenicum*. Lingvâ Danicâ fcripfit *de miraculis*: *De fidei certamine & victoria*: *De vera vitæ via*: *De Enochi vita & moribus*, *concionem funebrem*.

JO. DE AGUILAR, *Hispanus*, Rutenfis, Cordubenfis, Ludi Antiquarienfis Moderator, truncis manibus natus, Poëta, æt. 60. Reliquit *Epistolas Latinas*: *Carmina Miscella*, & præter alia *Panegyrin de SS. Virginis Montisacuti translatione & miraculis*.

LAURENTIUS ANDREÆ, *Germanus*, Halenfis Saxo, Philof. Magifter, primùm Concionator Aulicus Anhaltinus, pòft Theol. Doctor & Superintend. Weidenfis, inde Zwickavienfis, ac demum Mersburgenfis. Emifit *Conciones VII. in Adventum & Natalem Christi*: *Anatomiam oculorum Salomonicam, ex Proverb. XX, 12*: *Demonstrationem, quòd Ecclesia Pontificia nunquam vera fuerit Ecclesia*: *Gratiarum actionem Merseburgensem pro victoria Lipsiensi*: *Concionem festivalem, ex Evangelio Annunciationis Mariæ*: *Conc. Synodalem, ex 1. Joh. V*: *Disp. de Deo in carne manifestato, ex 1. Tim. III, 16. &c.*

JO. BAPTISTA VALLIUS, *Gallus*, Altiffiodorenfis, Lingg. Orientalium in Academia Parifienfi interpres. Congeffit *Lexicon Latino-Arabicum*: *Distichon in Emblemata Alciati cum Minois commentariis &c.*

BENEDICTUS CRUSIUS, *Suecus*, Orebrogienfis Nericius, J. U. Doctor & Profeffor Upfalienfis. Ab eo edita *Differtatio de justitia & jure*: *De Principe ejusque summa potestate &c.*

NICOLAUS HUGO, *Germanus*, Garnftadienfis, Theol. Doctor, Concionator Aulicus, ac demum Superinten-

intendens Generalis Saxo-Coburgensis. Confecit *Luthero-Calvinistæ elenchum, sive Refutationem consensûs Lutheranorum & Calvinianorum, quem Jo. Andreas Coppenstein ex Bellarmino demonstrare itemque refutare conatus est*, & fortassis nonnulla alia.

JO. BAPTISTA CORTESIUS, *Italus*, Bononiensis, Med. D. in Acad. patria, Messinensi & Bononiensi Professor, ætatis 80. Formavit *Decem Decades Medicorum Miscellaneorum: Partes III. Practicæ Medicinæ: Institutionem Chirurgiæ: Tractatum de capitis vulneribus: De Hydrocephalo puerorum: Pharmacopæam sive Antidotarium Messanense &c.*

ALANUS DE LA BAUSCHERE, *Gallus*, Parisiensis, S. J. Missionarius ad Indos, æt. 46. Ex Latino in Gallicum transtulit *Hieron. Drexelii considerationes de æternitate.*

LAURENTIUS LÆLIUS, *Germanus*, Francus, Philosoph. Magister, Pastor Onolsbacensis, æt. 62. Posteritati tradidit *Librum de Libero Arbitrio: Exegesin Articuli de Persona & Officio Christi, contra Bellarminum: De Verbo Dei, contra eundem: Doctrinam de S. Cœna, contra Georgium am Ende: Nuncium Pacis, ad Ecclesias Reformatas: Criterion fidei inter Augustanæ Confessionis Socios & Reformatos super IV. Articulos: Rationes, cur Christianus Evangelicus in vera Religione permanere debeat: Clavem linguariam, quâ Gothardus Ratzenried S. J. sibimet ipsi linguam occlusit: De veteri Fide Catholica: Conciones V. Jubilæas: Apologiam pro D. Mart. Luthero, contra ejus calumniantes: De Apostolo Petro, quòd non fuerit Papa Romanus: Quæstiones super Evangelia Dominicalia: Scripturam loquentem, contra Pontificios: Indicem Hæresium.*

VINCENTIUS DE ESPINEL, *Hispanus*, Bœticus, Rondensis, Capellanus regius in Nosocomio Rondensi. Lusit *de Arte Poëtica Hispanica: Carmina varia.*

DANIEL ERASMI, *Germanus*, Marchicus, Philos. Magister, primùm Scholæ Viadrinæ Rector, deinde Medicinæ Doctor & Regis Sveciæ Gustavi Adolphi Archiater. Edidit *Defensionem fidei veræ Catholicæ, contra P. Ræstium.*

PETRUS CHIRINUS, *Hispanus*, Ossunensis Bœticus, Artium Magister, S. J. Missionarius in insulas Philippinas, æt. 78. relig. 55. Manilæ. Scripsit Hispanicè *Historiam de Lusoniis seu Philippinis Insulis & Gentium illarum ad Christum conversione.*

BENJAMIN URSINUS, *Germanus*, Silesius, Sprottaviensis, Phil. Magister, Mathes. in Acad. Francofurtana Professor. Prelo submisit *Trigonometriæ libros tres: Magnum Canonem Triangulorum Logarithmicum: De Originibus Rosenbergiacis: Appendicem Psalmorum & Cantionum Germanicarum.*

GUILH. FORBESIUS, *Anglus*, Aberdonensis, Episcopus Edinburgensis. Extant ejus *Considerationes controver-*

troversiarum de Justificatione, Purgatorio, Invocatione Sanctorum, Christo Mediatore & Eucharistia.

VALERIANUS DE ESPINOSA, *Hispanus*, Segoviensis, Theol. Magister, Monachus Cisterciensis, Theol. Interpres Salmanticus, ac demum congregationis Hispanicæ Præfectus generalis, æt. 71. Dedit *Commentarios & explicationes ad Constitutiones Clementis VIII.*

ANNO 1635.

3. Jan. DANIEL HALBACHIUS, DE PORTA, *Prussus*, Regiomont. Med. Doctor, Elect. Brandenburgici Archiater, & Professor Regiomontanus, æt. 54. Emisit *Collegia quinque Philosophica, in quibus universa Philosophia Naturalis in paucis thesibus contracta.*

10. Jan. CHRISTIANUS JANUS, *Danus*, Hafniensis, primùm Scholæ Otthonianæ Rector, deinde Gymnasii ibidem Professor, tum Pastor Viellensis, porro Concionator Aulicus, denique Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Hafniensis designatus, æt. 39. Struxit *Sermonem funebrem in exequiis Reginæ Sophiæ.*

17. Jan. HIERONYMUS FERNANDEX DE OTERO, *Hispanus*, Carrionensis, Collegii Hispanorum apud Bononienses Canonum Sacrorum interpres, deinde Juris Doctor Neapolitanus, tum Judex Brutianus, Criminum Vindex Neapoli, Gregorio XV. à Cubiculo, atque utriusque Signaturæ Referendarius, Decanus item & Canonicus Auriensis, apud Sardos denique Inquisitor, rerumque fidei Arbiter. Exaravit Latinè *Selectarum Interpretationum Juris Librum: Diversarum Juris Quæstionum Librum: De Actionibus Tractatum.* Et Hispanicè *de Principe.*

13. Febr. LUDOV. DE TORRES, *Hispanus*, Complutensis, S. J. Presbyter, in patria Philos. & Theol. Professor, deinde Collegii Rector, s. Inquisitionis Qualificator, æt. 73. Ab eo in vulgus prodierunt *Disputationum in secundam secundæ D. Thomæ Tomi IV: De Justitia Tomus primus: Tractatus de Gratia: Diversorum Opusculorum Theol. tomus: De Trinitate & Angelis: De Pœnitentia, Censuris & Irregularitate Tomus unus: Selectarum Disp. Partes II: Summa Theol. Moralis: De Eucharistia.*

1. Mart. JOH. CHRESNECOPHORUS, *Suecus*, Nerivius, Med. Doctor ejusdemque Prof. Upsaliensis, t. t. Academiæ Rector. Publicata ab eo habentur *Disp. Physicæ XXII. de partibus humani corporis: Collegium Logicum: Disp. de sensibus externis: De tribus terris sigillatis, Axungia Solis, Axungia Lunæ atque Anima Solis: De Mercurio ferri, in quo Solo est Podagræ topicum:* Sveticè *Informatio pro Peregrinantibus, cùm morbi grassantur contagiosi.*

15. Mart.

15. Mart. JO. FRID. A CHOKIER, *Belga*, Leodius, Theol. Licentiatus, Canonicus Leodiensis & Præpositus Vualcuriensis. Prodiit à morte *Enchiridion Precationum & Litaniarum*.

27. Mart. HENRICUS GUTBERLETHUS, *Germanus*, Hirsfeldiâ-Hassus, Philos. Magister, primùm Scholæ Aulicæ Dillenburgensis, inde Herbornensis Pædagogii Rector, nec non Philos. Professor, post Scholæ Hammonensis Rector, demum Scholæ Rect. & Academiæ Professor Philos. Daventriensis æt. 63. officii 30. Libri sequentes ab eo editi sunt, *Vindicatio aliquot Disputationum, nonnullis schediasmatibus M. Casp. Finckii, Prof. Giessensis, oppositarum: Pathologia, h. e. doctrina de humanis affectibus Physicè & Ethicè tractata: Institutio Physicæ. Ethicæ liber unus: Chronologia, opus posthumum.*

28. Mart. NICOLAUS LAMPSONIUS, *Belga*, Brugensis, S. R. E. Protonotarius, Ecclesiæ collegiatæ S. Dionysii apud Leodienses Canonicus & Decanus, nec non Principi à consiliis. Reliquit *Poëmata*.

31. Mart. JACOBUS JACOBI WOLFIUS, *Danus*, Fionus, Othiniensis, primùm Asloiæ in Norwegia Scholæ Rector & capituli Canonicus, deinde in patria urbe Theol. Professor atque Nomarchiæ Otthiniensis Præpositus. Exaravit *Tragœdias duas: Cenotaphium Friderici II. Daniæ Regis: Chronicon judaicum è sacris & Josepho collectum, carmine expressum.*

5. April. JO. DAUXIRON, *Gallus*, Sequanus, Palmensis, S. J. Rhetoricæ, Philos. ac Theol. interpres, æt. 44. Dolæ in Burgundia. Edidit Latinè ac Gallicè *Moralem Philosophiam, sub historia Lyderici.*

7. April. LEONH. DIGGES, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister. Vertit è Latino in Anglicum *Claudiani Poëmata*, è Hispanico Historiam fictitiam, *Gerardo sive calamitosum Hispanum*, appellatam.

18. April. JODOCUS A CASTRO, *Belga*, Bruxellensis, Ordinis Minorum Ecclesiastes, per Belgium Minister Provincialis. Struxit *Conciones in Evangelia Dominicalia: Elenchum ad formandas conciones: Decachordum morale.*

21. April. VALENTINUS RIEMERUS, *Germanus*, Hirschbergâ-Silesius, Phil. & J. U. Doctor, primò Histor. & Poës. deinde etiam Juris Professor Jenensis, æt. 53. Elucubravit *Disputationes de Jure Accrescendi: De Dolo: De Jurisdictione: De usu fructu: De Mutuo: Decades XV. Quæstionum illustrium juridicarum &c.*

23. April. ANTON. ZAPATA, *Hispanus*, Matritensis, Episcopus primùm Gaditanus, deinde Pampilonensis, mox Burgensis Archiepiscopus, & S. R. E. Cardinalis, tum Prorex Neapolitanus, atque inde S. Inquisitionis Concilii Præses, Catholicæque Majestati à consiliis Status, æt. 84.

Scripsit *Discursum de obligatione Conscientiæ*, aliaque idiomate vernaculô.

25. April. SAMUEL ZEHNERUS, *Germanus*, Sulanus Francus, primùm Diaconus Meinungensis, deinde Pastor & Prof. Schleusingensis, tum Theol. Doctor, Consistorii Hennebergici Assessor, & Superintendens, æt. 41. Ministerii 16. Reliquit *Conciones aliquot funebres*: *Disp. Theol.* & nonnulla alia.

26. April. ALEXANDER REGOURDUS, *Gallus*, Castronovariensis, S. J. Presbyter, Phil. & Theol. Prof. Collegii Carducensis Rector, æt. 54. Exaravit linguâ Gallicâ *Demonstrationes Catholicas, seu artem reducendi hæreticos ad fidem orthodoxam*: *Opera Theol. ex recenti controversia, in Tomos III. digesta*, nimirum *in Anti Calvinum, Apocartetesin Chamierii & Ministrum infidelem*.

6. Maji CHRISTIANUS BAUMANNUS, *Germanus*, Suevus, Constantiensis, Soc. Jesu, Humaniorum literarum & Philos. Lector, ætat. 48. Ingolstadii. Suppresśô nomine in lucem misit *Crucem Eustachianam, seu panegyricum Illustriss. D. Eustachio Westemach dictum, cum in Magistrum Ordinis Teutonici electus esset*: *Theoriam corporis animati, seu de triplici Anima*: *Disp. Philos. varias.*

15. Jun. LUDOV. MARTINEZ DE LA PLAZA, *Hispanus*, Antiquariensis, Sacerdos, & Curio in ejusdem urbis collegiata Ecclesia, ætat. 50. Plura ejus extant *Poëmata, in Floribus Poëtarum illustrium Hispanorum*. Vertit etiam *Poëmatium Italicum Ludovici Tansili, de lachrimis Petri Apostoli*.

19. Junii ADAMUS CONTZEN, *Germanus*, vel *Belga*, Juliacensis, S. J. sacrarum literarum in Academia Moguntina Professor variorum Collegiorum Rector, Principis Bambergensis & Episcopi Herbipolensis, inde Bavariæ Electoris Confessarius, sexagenario major. Condidit *Defensionem Cardinalis Bellarmini de gratia primi hominis*: *De Peccato, contra Danielem Pareum*: *De Hæresion incremento tractatum*: *Consultationem de unione & Synodo generali Evangelicorum*: *De Pace Germaniæ*: *De Secretis Societatis Jesu*: *Jubilum jubilorum*: *Chronologiam jubilæi Evangelici*: *Semen Hæreticorum*: *Politicorum libb. X*: *Historiam Regis Abissini*: *Danielem, de Statu Aulicorum*: *Asinum Palmatum, contra Sigismundum Evenium*: *Commentaria in IV. Evangelia*: *In Epist. Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas &c.*

23. Junii JO. BONIFACIUS, *Romanus*, Rhodiginus Patricius, J. U. Doctor, Advocatus Torvisinus, deinde Assessor Venetus, æt. 88. Ejus *Commentaria* leguntur Latina *de Furtis*: *De componendis Epitaphiis*, & Etruscô Sermone *Historia Tarvisina in XII. libros digesta*: *Comment. de Feudis*: *Legum Venetarum Methodus*: *De Eloquentia visibili*: *De modo scribendi*

bendi Tragœdiam: Orationes: Literarum familiarum volumen: Dramata Poëtica &c.

11. Julii MICHAEL MORENO, *Hispanus*, Villa-Castinensis, in curia regia Notarius, ætat. 44. Romæ. Vulgavit *Dialogos: Epigrammata*, aliaque linguâ populari.

25. Jul. PETRUS GLASENIUS, *Belga*, Lovaniensis, J. U. Doctor, æt. 47. *Tractatum de Servitutibus* reliquit.

28. Jul. RICHARDUS CORBET, *Anglus*, Surreiensis, Theol. Doctor, Capellanus regius, ædis Christi Decanus, & Episcopus Oxoniensis, novissimè Nordoviensis, ætat. 53. Emisit *Poëmata varia.*

7. Augusti FRIDERICUS SPE, *Germanus*, Cæsar Insulanus nobilis, Soc. Jesu, Phil. & Theol. moralis Professor, & Parochus, ætat. 44. Societ. 25. Linguâ exaravit vernaculâ *Exercitia pia, sive aurea de fide, spe & caritate: Lusciniam Germanicam:* Latinè verò, sub nomine Theologi Romani, *Cautionem criminalem.*

8. Aug. LAURENT. BARTILIUS, *Polonus*, Tornaviensis, Soc. Jesu, Phil. & Theol. Professor, Tirocinii Vilnensis & Collegii Pultoviensis Rector, deinde Provincialis Lithuaniæ, ætat. 66. Smolenci. Edidit latinè *Officia de S. Michaele Archangelo, Angelo custode, & aliis Angelicis Spiritibus.* Polonicè *Modum recitandi coronam B. Virginis: Modum ritè confitendi & communicandi: Alphabetum spirituale: Officia probi pueri Remediæ contra luxuriam.*

11. Aug. MELCHIOR HAIMINSFELDIUS GOLDASTUS, *Germanus*, J. C. Prelo subjecit *Recessus Imperii: Notabilia & singularia Dd. Juris: Libros IIX. de juribus regni Bohemiæ: Tomos III. de Monarchia S. Rom. Imperii: Lib. III. de Majoratu: Tomos IV. Constitutionum Imperialium: Scriptores rerum Alemannicarum cum Glossis: Centuriam Epistolarum Philologicarum: Sibillam Francicam: Dialogos II. de Querelis Galliæ & Angliæ, & de jure successionis utrorumque Regum in regno Franciæ: Apologias Principum Germanorum pro Henrico IV. Imp, contra criminationes Gregorii VII: De Honore Medicorum, Theologorum & JCtorum: Imperialia decreta de cultu imaginum in utroque imperio tam orientis, quàm occidentis promulgata, cum notis: Replicationem pro Cæsarea & Regia Majestate & Ordinibus imperii, contra Gretserum: Discursum de jure Repræsentationis in primogenitura imperii Germanici: Leges Monarchias de rebus Nummorum:* Germanicè *Deductionem de Privilegiis Civitatis Magdeburgensis: De Confiscatione bonorum in Sagis & Veneficis &c.*

27. Aug. LUPUS FELIX DE VEGA CARPIO, *Hispanus*, Matritensis, Nobilis, Franciscanus, Sacerdos, Theol. Doctor, Poëta, ætatis 73. Composuit Hispanicè *mille & octingentas Comœdias*, ex quibus XXV. *To-*

mi prodierunt, horumque singuli XXII. continent. Reliqua *Carmina* post mortem ejus collecta & vulgata esse perhibentur.

28. Aug. FRIDERICUS GERSCHOVIUS, *Germanus*, Sedinensis Pomeranus, J. U. Doctor, in Acad. Gryphiswaldensi Antecessor & Syndicus, Principis Pomeraniæ Consiliarius & Consistorii Ecclesiastici Director, ætat. 67. Quàm plurimas reliquit *Disputationes*, ex quibus sunt, *de Feloniis: De legitimo propriæ & privatæ auctoritatis exercitio: De frequenti & difficili jure revocandi Feuda sine consensu eorum, quorum interest, alienata: De Imperatoris eligendi idoneitate, & potestate, quam Majestatem vocamus, electi ejusque juribus: De diversis Regulis juris antiqui: De impensis in rem alienam factis: De Donationibus: De jure pignoris & hypothecæ: De querela inofficiosi & legitima: De Prælationis inter creditores beneficio: De legitima defensione, publica & privata: De Consuetudine: De Transactionibus: De mandatis Advocatoriis: De Legibus Imperii Germanici: De mutuo Civitatum: De Serie juris publici &c.* Extat ejus quoque *Oratio in funere Philippi Julii, Ducis Pomeranorum.*

28. Aug. ALPHONSUS A MATRE DEI, *Hispanus*, Asturicensis, Carmelita. Tribuitur ei opus Italicum, quod vocatur *Instructio pro moribundis.* Latinè & Hispanicè scripsit *Indicem Scriptorum Carmelitarum.*

6. Sept. DANIEL HITZLERUS, *Germanus*, Heydenheimio-Wurtenbergicus, Ecclesiastes primùm Freudenstatensis, tum Giglingensis, inde in Austria Lintzensis Pastor, ac Gymnasii ibidem Inspector, porro Superintendens Kircheimensis, mox & Bebenhusanus Generalis, ac denique Præpositus Stutgardianus & Ducis Wurtenbergensis Consiliarius, æt. 59. Argentorati. Composuit *Orationem de præstantia Theologiæ: Musicam novam: Canciones Ecclesiasticas &c.*

7. Sept. AUGUSTINUS TEXADA, *Hispanus*, Antiquariensis in Bœtica, Theol. Doctor, & in Granatensi collegio Portionarius, æt. 67. *Carmina* ejus apparent in volumine, quod *Flores illustrium Poëtarum* compilator inscripsit.

16. Sept. ADRIANUS METIUS, *Belga*, Alcmarianus Batavus, Medicinæ Doctor, & Mathematum per XXXVIII. annos in Academia Franeckrerana Professor. Luci exposuit *Doctrinæ Sphæricæ libros quinque: Astronomiæ universæ institutionem: Arithmeticæ libros II. & Geometriæ libros VI: Primum mobile, astronomicè, sciagraphicè, geometricè & hydrographicè explicatum: Arithmeticam practicam, cum canone Triangulorum: Praxin Geometricam per usum Circini & Regulæ proportionalis: Mensuram Geographicam & usum Globi terrestris, deque Arte navigandi: Tractatum de genuino usu utriusque globi:*

globi: *Astrolabium*: *Opera omnia Astronomica*.

20. Sept. THEODORUS WALLÆUS, *Belga*, Insulensis, ordinis Eremitarum S. Augustini, Eloquentiæ Profess. Lovaniensis. Confecit *Theatrum divinæ justitiæ*: *Orationes IV. de IV. Novissimis*: *Orationem in laudem Sodalitatis corrigiatæ*: *Orationem de S. Monica*.

23. Sept. JO. WOVERIUS, *Belga*, Antverpiensis, in patria Senator, Ærarii regii in Belgio Assessor, & Consiliarius bellicus, nec non ad Regem Hispaniæ Delegatus, Eques Auratus, æt. 58. Vulgavit *Eucharisticon Justo Lipsio, Doctori suo*: *Assertionem Donarii Lipsiani*: *Panegyricum Alberto & Isabellæ, Belgarum Principibus*: *Vitam B. Simonis, Sacerdotis Valentini*: *J. Lipsii Epistolarum centurias II. posthumas*: *Tacitum & Senecam, cum comment. & notis auctioribus*.

24. Sept. ANTONIUS BRUNUS, *Italus*, Neapolitanus, Duci Urbinatis à consiliis & secretis. Sermone Italô emisit *Volumen Carminum*, sub titulô *tres Gratiæ*: *alterum*, sub titulo *Veneris*: *Libros tres epistolarum Heroicarum*: *Musæum*.

19. Octobr. LAURENTIUS WORTHINGTONUS, *Anglus*, Lancastrensis, S. J. Philos. Prof. Cordubæ & Hispali, deinde Theol. tum in collegio Anglicano Romæ, tum Græcii in Austria, postremò Brigantini Ducis in castris Confessionarius, æt. 64. Ex Latino Anglicè transtulit *Francisci Costeri Meditationes de vita & passione Christi*.

22. Octobr. PETRUS UFFENBACHIUS, *Germanus*, Francofurtensis, Medicinæ Doctor, inque patria 39. annos Physicus ordinarius, ac tandem primarius. Emisit *Dispensatorium Galeno-Chymicum*: *Thesaurum chirurgiæ*: *Epist. de Acidulis Schwalbacensibus*: *Dispp. de generatione & interitu*: *De Venenis ac mortiferis Medicinis in genere*: Ex Italico in Germanicum vertit *Caroli Ruini Anatomiam & Medicinam Equorum*.

1. Nov. JULIUS WILHELMUS ZINCGREFFIUS, *Germanus*, Heidelbergensis Palatinus, J. U. Doctor, Auditor in exercitu Generalis, æt. 34. Typis expressit *Apophthegmata Germanica*: *Carmina Latina*: *Emblematum Centuriam*: & absque suo nomine, *Nugas Scholasticas, seu facetias Pennalium*.

11. Nov. PAULUS BOVDOT, *Burgundus*, Mortuis Aquis, Theol. Doctor Sorbonicus, Ecclesiastes Parisiensis, Atrebatensis & Cameracensis, tandem Episcopus Audomarensis. Ex scriptis ejus lucem viderunt *Summa Theol. D. Thomæ Aquinatis recensita*: *Pythagorica Marci Ant. de Dominis, nunc demum in lupum sub ovina pelle transformati, nova Metemphychosis*: *Tractatus de Sacramento Pœnitentiæ libris III. Gallicè*: *Oratio in exequiis Rudolphi II. Imp. Gallicè habita*;

Formula visitationis per totam suam Diœcesin faciendæ: Catechismus.

11. Nov. ZACHARIAS HOGELIUS, *Germanus*, Gisberlevienſis Thuringus, Senior primùm Scholæ Domin. in patria collega, deinde Diaconus & poſt decennium Paſtor Auguſtinianus Erfurti, ætatis 61. Scripſit *contra Eſaiam Stieffelium* & fortè alia.

15. Nov. GEORGIUS LOTHUS, *Germanus*, Verdenſis Marchicus, Philoſophiæ Magiſter, primùm Regiomonti Poëticæ & Græcæ Lingvæ Prof. in Pædagogio, deinde Scholæ ibidem Palæopolitanæ Rector, tum Medicinæ Doctor, Electoris Brandenburgici Archiater, ac denique in Academia Regiomontana Medicinæ Profeſſor, ætatis 56. Scripſit *Paraphraſin Pſalterii: De methodo medendi univerſali: Diſpp. Medicas.*

14. Nov. MARTINUS BRESSERUS, *Belga*, Boxtellanus, Soc. Jeſu, Theologiæ Scholaſticæ Prof. collegiorum Corraci, Lovanii, Antverpiæ, Brugis Rector, æt. 48. Editi ſunt poſthumi illius *Libri VI. de Conſcientia.*

— Nov. WILH. SCHICKARDUS, *Germanus*, Herenbergenſis Wurtenbergicus, Hebr. Lingvæ & Mathem. Prof. Tubingenſis, ætatis 43. Extat ejus *Examen interpretationum Hebraicarum in Geneſin: Series Regum Perſiæ: Horologium Hebræum: Tractatus de jure regio Hebræorum: Bacchanalia Judæorum: Aſtroſcopium: Paradiſus Saraceno-Judaica: Ephemeris Lunaris: Tractatus de Globo ſive pila ignea: Topographia Wurtenbergiæ: Eclogæ Sacro-Ebræo-Latinæ Veteris Teſtamenti: De Mercurio in Sole viſo: Hiſtoria Purim: Deus orbis Saracenorum: Diſpp. de rebus Aſtronomicis in Pſalmum XXV:* Germanicè *Infundibulum Hebræum.*

16. Nov. PETRUS SCHOLIERIUS, ſive SCHULLERUS, *Belga*, Antverpienſis, Eques, JC. inque patria Senator, æt. 53. Luſit *Satyras ſive Sermones familiares.* Belgicè quoque ſcripſit *libellum de Arte Culinaria.*

19. Nov. ALEX. GILL, *Anglus*, Lincolnienſis, Artium Baccalaureus, Scholæ Paulinæ Archididaſcalus Londinenſis, æt. 69. Condidit *Logonomiam Anglicam, quâ gentis ſermo facilè addiſcitur:* Anglicè *Comment. in Symbolum Apoſtolicum: Tractatum de Trinitate Hypoſtaſewn in unitate divinitatis &c.*

25. Nov. JOH. BOTHVIDUS, *Suecus*, Oſtrogothus, Theol. Doctor, R. Guſtavi Adolphi Concionator Aulicus, & Superintendens Supremus Caſtrenſis, poſtremò Epiſcopus Lincopenſis. Publicavit *Tractatum de recta diſputandi ratione: Notas in Heizonis Buſcheri Arithmeticam vulgarem: Radii ſtructuram & uſum: Orationem de infinita DEI miſericordia: Orationem de Prædeſtinatione: Theſes de quæſtione, utrum Moſcovitæ ſint Chriſtiani?* Populari quoque lingvâ *Expoſitiones in VII. Pſalmos Pœnitentiales: Conciones VI. in Eſaiæ LIV: Conc. VI. in Pſalmum XXII: Conc.*

III. in annum Jubilæum, de Reformatione Religionis in Svecia: III. in Psalmum XCI. de Peste: De efficacia Sangvinis Christi, ex 1. Joh. I, 7: In baptismum Principis Christinæ: Agenda Ecclesiastica: Conciones XXIV. funebres: Conc. in funere Gustavi Adolphi Magni, ex 1. Maccab. IX, 17. 20.

— Nov. HENNINGUS ARNISÆUS, Germanus, Halberstadiensis, Philos. & Medicinæ Doctor, primùm in Acad. Francofurtana Moralium, dein in Acad. Julia Medicinæ Professor, demum Christiani IV. Regis Daniæ Consiliarius & Archiater. Prodire fecit Libros III. de jure Majestatis: De subjectione & exemtione Clericorum: De Potestate temporali Pontificis in Principes: De Translatione Imperii Romani: De Autoritate Principum in populum semper inviolabili: Comment. de jure Connubiorum: Doctrinam Politicam: Epitomen doctrinæ Physicæ: Disquisitiones de partus humani legitimis terminis: Observationes & controversias Anatomicas: Epitomen Metaphysices: Notas in Logicam Crellii: Vindicias contra Thomæ Rhædi pervigilia: De Rep. libros II: Disp. VIII. Metaphysicas: De Lue venerea cognoscenda & curanda: De præservatione à Peste: De Hydropum essentia & curatione: De quartana Febre intermittente: De Apoplexia & Epilepsia cognoscendis & curandis: De natura Entis, aliasque Disputationes plures.

6. Decembr. GODEFRIDUS VEREYCKEN, Belga, Antverpiensis, Philos. in Collegio Boucortiano Prof. Med. Doctor, Practicus deinde Antverpiensis, ac demum Mechlinensis, æt. 77. Emisit Tractatum de cognitione & conservatione sui.

27. Dec. JOH. DIETERICUS, Germanus, Gemundanus Hassus, primùm Ecclesiastes Butsbacensis, deinde Theol. Doctor & Superintendens Giessensis. Elaboravit Discursum Historico-Theol. de Actis Colloquii Marpurgensis, inter Lutherum & Zwinglium: Refutationem calumniarum, quibus B. Lutherum & alios orthodoxos Theologos deformare conatus est Joh. Lampadius: Libellum de privata Absolutione &c.

PATRICIUS FORBESIUS Comarcha à Corse, Scotus, Baro de Oneil, Presbyter Kethensis Episcopus, Consiliarius regius, & demum Cancellarius, dictus ABERDON' ætat. 71. Struxit Commentarium in Apocalypsin.

ESAIAS EISENBERGIUS, Danus, Phil. Magister, Prof. primùm Pædagogicus, deinde Physices Hafniensis, tandem Pastor & Præpositus in Insula Samo. Edidit Disp. de præstantia scientiæ de Anima: De unione animæ cum corpore: De definitione Animæ.

BALTHASAR ANDREAS, Aragonus. J. U. Doctor, & Juris Canonici in Cæsaraugustano Gymnasio Professor. Composuit Genealogiam Regum Aragoniæ: Additionem ad decretum

Concilii Tridentini, de immaculata Virginis conceptione.

NATHANAEL CARPENTARIUS, *Anglus*, Devaniensis, Theol. Baccalaureus, Sacellanus in Hibernia, & pupillorum regiorum Dublinii Ludimagister, tandem Decanus ejusdem regni. Posteris tradidit *Libros II. Geographiæ: Philosophiam liberam: Tractatum de Optica: Politici nefarii imaginem: In II. Sam. XVII, 23: in Matth. XI, 21.*

CHRISTOPHORUS SCHLEUPNERUS, *Germanus*, Drumsdorffensis Marchicus, primùm Ecclesiastes Byruthimus, tum Græltensis in Styria, hinc Th. D. & Superintendens Hildesiensis, pòst Islebiensis, tandemque Generalis Superint. Byruthinus, ætat. 69. In lucem prodire jussit *Chronicon Culmbacense: Harmoniam V. Testam. & Epistolevangelicam: Methodum Concionandi: XVI. Homilias de Prophetæ Eliæ ascensione in Cœlum: Tomos Concionum funebrium: Conc. IV. Jubilæas: Libellum de Juramentis: Vaticinia de Luthero & ejus reformatione: Elogia B. Lutheri: Supplicia in osores-Lutheri: Postillam Evangelicam: Explicationem libri Ruth: Medullam Sacramentorum Baptismi & Cœnæ Dominicæ: Scholam Danielis, sive Conciones IV. de Scholis: Orationem de Studii Theologici difficultate.*

EMMANUEL DE MONTE OLIVETI, *Hispanus*, Lusitanus, Ordinis S. Francisci regularis observantiæ in provincia Portugalliæ, Theol. Lector emeritus & diffinitor. Scripsit *Historiam Portugalliæ: De Casibus Reservatis &c.*

PHILIPPUS HOCHSTETERUS, *Germanus*, Augustanus, Med. Doctor & in patria Practicus. Ab eo prodiit *Pars I. & II. rararum observationum Medicinalium.*

JULIUS PACIUS, *Italus*, Vicentinus, D. Marci Eques, primùm organi Aristotelici Prof. Heidelbergensis, deinde juris civilis in Acad. Sedanensi, Gymn. Nemausensi, Montis-Pessulano & Patavino Professor, tandem Valentiæ Regis Christianissimi Consiliarius, ætat. 85. Ingenium Viri hujus testantur scripta sequentia, *Institutiones Logicæ: Notæ in Organum Aristotelis: Rudimenta Logica: Comment. in Aristotelis libros VIII. Physicos: In ejusdem librum de Cœlo: in librum de Anima: Doctrinæ Peripateticæ Tomi III: Disp. Logicæ: Tractatus VI. de Contractibus: Comment. ad Tit. Cod. de rebus creditis: Isagoge & notæ in Institutionum Imp. libb. IV: Epitome Juris: In Decretales libri V: De Juris Methodo libri II: Synopsis Juris civilis: Libellus de Jure maris Adriatici: De Arte Lulliana: Oeconomia Juris: Comment. in titulum de Pactis & Transactionibus: Analysis V. partis Digesti: Picturæ II. de Gradibus: Tractatus de Gradibus Affinitatis: Notæ in corpus juris civilis.*

FRANC. DE MONCADA, *Hispanus*, Aitonæ Marchio, Ossanæ Comes, Legatus Regis Hisp. & Elisabetæ Austriacæ, Belgarum Principis, Archi-Oeconomus, Germaniæ inferioris Gubernator, & armorum summus Præfectus. Delineavit *Expeditionem Aragonensium contra Turcas & Græcos: Vitam An. Manlii Torquati.*

CAMILLUS BALDUS, *Italus*, Bononiensis. Extat ejus *Comment. in Physiognomonica Aristotelis: Liber de humanarum propensionem ex temporamentis prænotione, & de naturali ex unguium inspectione præsagio &c.*

DIDACUS DE BRITO, *Lusitanus*, Almeidensis, Conimbricæ in Cathedrali æde Canonicus, tum Senator regius olisiponensis, demum Eborensis sacerdos, ætat. 80. Scripsit *de Locato & conducto: Consilium in causa majoratus regiæ coronæ regni Lusitaniæ.*

HENRICUS VARENIUS. *Germanus*, Phil. Magister, primùm Augusti, Ducis Brunsv. & Luneb. Concionator Aulicus Hitzigarus, deinde Ecclesiæ Ulzensis Præpositus, & Vicinarum Superintendens. Exaravit *Apologiam pro libris Joh. Arndii de vero Christianismo, contra D. Lucam Osiandrum*, & quædam alia.

obiit ANNO 1636.

JO. BAPTISTA GRAMAJUS, *Belga*, Antverpianus, J. U. Licentiatus, Protonotarius Apostolicus & Arnhemiensis Præpositus, tum Eloq. & Jur. in patria Professor. pòst Belgii Principum ac Provinciarum Historicus. Ab eo habetur *Constantinus, Comœdia: Andromeda Belgica: Elias, Triga-Comœdia: Centuria Poëmatum: Centuria alia poëmatum extemporaneorum: Poësis Bucolica: Declamationes Heroicæ: Decas Orationum Academicarum: Libellus phrasium & Epistolica: Declamationes tres Partheniæ: Declamat. Quodlibeticæ IV: Asia & XLII. ejus gentium Historia: De primis precibus: Encomium Brabantiæ: Historia Brabantica: Antiquitates Ducatus Brabantiæ: Antiquitates Comitatus Flandriæ: Namureum: Antiquitates urbis & provinciæ Machliniensis: Historia urbis Cameracensis: Africa illustrata: Diarium Argelense &c.*

ANNO 1636.

10. Jan. JO. BROSSARDUS, *Gallus*, Tutellensis, S. J. Philos. & humaniorum literarum Prof. pòst collegii Biterrensis & Camberiensis Rector, demum Turnoni studiorum Præfectus, æt. 75. Emisit *librum contra Chamerium.*

19. Jan. DANIEL SCHWENTERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister, Ling. Orientalium & Mathem. Prof. Altorphinus, ætat. 51. Famam nominis promeruit *Manipulô linguæ Sanctæ: Oratione de Talmud Judæorum: De Pronunciatione*

consonantium Hebraeorum: Geometriâ Practicâ: Steganologiâ: Oratione de pronunciatione literae Tau raphatae: Deliciis Physico-Mathematicis.

29. Jan. MATTHIAS GLANDORPIUS, *Germanus*, Bremensis, Regum Daniae, Friderici & Christiani IV. nec non Jo. Friderici, Ducis Holsatiae Archiater, & in patria Practicus, aetat. 69. Publici juris fecit *Speculum Chirurgorum: Tractatum de Polypo, narium affectu gravissimo: Methodum medendi Paronychiae: Decadem observationum: Gazophylacium Polyplusium Fonticulorum & Setaccorum reseratum.* Haec opuscula omnia in unum volumen, ad dimidium aucta & correcta, prelo Lipsiano Fritzschiano edenda committet *Paulus Glandorpius*, Filius unicus superstes, Med. D. antehac in alma Ernestina ejusdem Professor, nunc verò Physicus in Rep. patria Senior.

3. Febr. PETRUS KENICIUS, *Svecus*, Bothniensis, Logices, mox Theol. Prof. Upsaliensis, dein Episcopus Scarensis, denique Archiepiscopus Sveciae, aet. 81. Reperiuntur ejus *Dispp. variae, praesertim Synodales: Compendium Theol. Matthiae Hafenrefferi editum cum praefatione:* Populari quoque sermone, *Admonitio ad poenitentiam & celebrationem anni Jubilei: Conciones Sacrae III. in Exod. I, 14. sqq: Conciones funebres: Ecclesiae liber manualis ab eo revisus.*

18. Febr. HUGO ROTH, *Germanus*, Augustanus Patricius, Jesuita, Theologiae & Philosophiae Professor, diversorum collegiorum Rector, aet. 66. Scripsit Latinè *Viam regiam virtutis & vitae spiritualis omnium religiosorum institutis accommodatam: Defensionem libri Cardin. Bellarmini de gemitu columbae.*

19. Febr. JO. BIEGEISEN, *Helvetius*, Basiliensis, S. J. Philos. in Academia Molsheimensi, Theol. autem in Moguntina Professor, Theol. Doctor, Collegii Herbipolensis Rector, aet. 49. Edidit Germanicè, suppressô nomine, *emigrationem Praedicantium Heidelbergensium.*

29. Febr. FRANC. RAIATUS, *Siculus*, Panormitanus, Soc. Jesu, aetat. 58. Dedit Italicè *Instructionem ad aliquot exercitia spiritualia bene peragenda: Symbola & Inscriptiones, honori Ignatii & Xaverii adornatas.*

1. Mart. THOMAS MASSUTIUS, *Italus*, S. J. Phil. & Theol. in Polonia Prof. inde Collegii Romani Praefectus, aet. 66. Struxit *Libros VIII. de coelesti conversatione per internam Orationem & exercitia Spiritus: Libros XV. de vita S. Pauli Apostoli.*

10. Mart. MARTINUS TROSTIUS, *Germanus*, Westphalus, Phil. Magister, Professor Hebraeae Lingvae primùm Anhaltinus, deinde Helmstadiensis, tum Soraviensis in Dania, pòst Rostochiensis, & demum Wittenbergensis, aet. 48. Posterorum concessit usibus *Concordantias Chaldaicas: Lexicon Syriacum N. Testamenti: Novum Test. Syriacum: Grammaticam*

ticam Hebræam: Tabulas in Grammaticam Hebræam: Epistolam D. Joh. Apostoli Syriaco-Latinam: Disp. de mutatione Punctorum Ebræorum: IV. Quæstiones Ebraicas: V. nobiliores Syro-Ebraicas Quæstiones &c.

11. Mart. CHRISTOPH. GRIERBENGERUS, *Germanus*, Oeno-Halensis, Tirolensis, è Soc. Jesu, Mathem. Romæ & in Austria Prof. ætatis 75. Composuit *Catalogum veteres affixarum stellarum longitudines & latitudines cum novis stellis collatas continentem: De Speculo Ustorio Elliptico libellum & appendicem ad Practicam comi sectionem: Rerum Mathematicarum opusculum I. quod continet VI. primos libros Geometricorum Elementorum Euclidis: Opusculum II. in quo sunt elementa Trigonometrica &c.*

17. Mart. BALTHASAR PAEZ, *Hispanus*, Olyssiponensis, Sacræ Inquisitionis judex. Conscripsit *Sermones & commentaria in Epistolam Jacobi: in canticum Mosis, Exod. XV: in Esaiæ XXXVIII. &c.*

25. Mart. JO. WILH. WILTHEIM, *Belga*, Luxemburgensis, S. J. Philos. Friburgi, Brisgoiæ, Theol. verò moralis Luxemburgi Prof. æt. 42. Paravit *de rebus gestis Maximiliani, Archiepiscopi Trevirensis, libros X: Disquisitionum Antiquariarum libb. III.*

30. Mart. GUILIELMUS METTERNICH, *Germanus*, Coloniensis, Eques, Soc. Jes. Moguntiæ Minister, Spiræ & Treviris Rector, ætat. 73. Coloniæ. Sub alieno nomine confecit *Liber vitæ, seu comment. in Orationem Dominicam: Schedas varias de actu contritionis: De examine conscientiæ: De Oratione pro defunctis: De antidotis contra Ebrietatem, juramenta & blasphemias.*

4. April. SEBASTIANUS TENGNAGELIUS, *Belga*, Gelder, Buranus, J. U. Doctor, Impp. Rudolphi II. Matthiæ & Ferdinandi II. Consiliarius, Bibliothecarius & Senatus Viennensis Præfectus, æt. 63. Vulgavit *Monumenta veterum pro Gregorio VII. aliisque Pontificibus.*

6. April. PAULUS HAY, Dominus de CHASTELET, *Gallus*, Comes de Carlite, primò Advocatus Generalis in Parlamento Rennesi, deinde libellorum supplicum Magister, ac demum Regis Consiliarius Status ordinarius, æt. 43. Scripsit *Excerpta Historica: Observationes in processum Mareschalli de Marillao: Satyricon de vita Aulica: Poëmata.*

20. April. NICOLAUS CUSANUS, *Germanus*, Cusâ-Trevirensis, Soc. Jesu, Theol. Baccal. ejusdemque in Imperiali S. Maximini Monasterio Lector, & Sacerdos, æt. 62. Societ. 35. Edidit Gallicè & Germanicè *Scholam Christianam, in qua quæstiones omnes Catecheticæ & controversi fidei articuli explicantur: Sapientiam Christianam: Ducem viæ.*

3. Maj. SAMUEL HEINITZ, *Germanus*, Silesius, Philos. Magister, primùm Pastor Franckensteinensis, deinde totius Ducatûs Superintendens.

Con-

Consignavit *Historiam Tragici Venatoris, tempore pestis anno* 1606. *factam.*

9. Maj. MARTINUS SCHICKARDUS, *Germanus*, Sigenâ-Nassoviensis, J. U. Doctor ejusdemque primùm 24. annos Heidelbergensis, deinde ultra sexennium Daventriensis Professor, æt. 57. Ejus supersunt *Jus Institutionum Justiniani in XX. Dispp. redactum: Logica juridica: Duo Commentarioli de principiis juris, & ad fragmentum LL. XII. Tabularum.*

11. Maj. STEPHANUS DE PALMA, *Hispanus*, Toletanus, è Soc. Jesu, Phil. Professor, collegiorum Talabricensis & Toletani Rector, nec non Ecclesiastes, æt. 70. Tradidit Hisp. & Italicè *Memoriale Obligationum, quas habet homo Christianus in extrema infirmitate.*

14. Maj. JO. ARNOS sive ARNULPHUS, *Gallus*, Riomensis in Avernis, Jesuita, Sacerdos, Rhetor. Phil. & Theol. Scholasticæ Professor, Domus Professæ Grationopolitanæ primùm, tum etiam Tolosanæ Præpositus, Regi Christianissimo à concionibus & confessionibus, demum Tolosanæ Provinciæ Præpositus, æt. 61. Relig. 44. Exaravit Gallicè *Librum adversus Carolum Molinæum: De immortalitate Animæ: De Justificatione, adversus Aupretem: Collationem Bibliorum cum articulis Calvinistarum: Rabbinorum in exponendo Pentateucho modos: Confessionem fidei Ministrorum convictæ falsitatis: Responsionem factam Scripto Ministrorum Carentonii: Refutationem Tractatus Petri Molinæi de justa DEI Providentia: Orationem funebrem Henrici IV. Regis Galliarum: Expeditionem Regis Ludovici XIII. in Bearniam.* Quæ omnia in tomos tres digessit.

14. Jun. HUMPHREDUS LYNDILUS, *Anglus*, Londinensis, Artium Baccalaureus, Pacis Justitiarius & Senator, Parlamentarius, Eques Auratus, æt. 57. Populari idiomate formavit *Viam ad vitam verè antiquam & catholicam: Viæ deviam in ambages Pontificias periculosas & errores deducentem: Thecam, quâ Specillum condatur.*

14. Jul. JACOBUS TIRINUS, *Belga*, Antverpianus, S. J. Domus professæ & Missionis Hollandicæ Præfectus, æt. 56. Struxit *Comment. in V. & N. T. tomis tribus: Chronicon sacrum à condito mundo usque ad excisam per Titum Hierosolymam: Collationem antiquorum ponderum & monetarum cum modernis Italorum, Hispanorum, Belgarum &c. Explicationem Idiotismorum Linguæ Hebrææ ac Græcæ, qui in scripturis occurrunt.*

17. Jul. JOBUS BOUVOT, *Gallus*, Cabilonensis, J. U. Licentiatus, in suprema Curia Burgundensi Advocatus, æt. 78. Profundæ literaturæ suæ testes reliquit *Tomos III. novæ collectionis Placitorum Burgundiæ: Comment. in titulum Consuetudinis Burgundicæ, de juribus ad personas uxoratas pertinentibus: Annotationes in*

in Consvet. Burgundicæ tit. de jure justitiæ.

— Jul. BALTHASAR FUHRMANNUS, *Germanus*, Th. Doctor, primùm Præpositus & Superintendens Clodensis, exinde Martisburgensis, tandem Electori Saxoniæ à concionibus Aulicis simul & Castrensibus. Condidit *Tractatum Theoreticum & Practicum, de remoris atque impedimentis sinceræ pietatis, è principiis dogmatum Pontificiorum, Calvinianorum, Photinianorum & Weigelianorum resultantibus: Canones & regulas selectissimas de justificatione: Sanctitatis Ecclesiæ Romano-Catholicæ eversionem: Conciones Jubilæas ex Psalmo CXIX,* 14. *seqq. &c.*

24. Jul. ERHARDUS vel REINARDUS ZIEGLERUS, *Germanus*, Nemesis Spirensis, S. J. Philos. & Mathem. in Acad. Moguntina Professor, deinde Theol. Doctor, Prof. & Collegiorum Moguntini ac Ascharffenburgensis Rector, tribus Electoribus Moguntinis à sacris confessionibus, æt. 67. Emisit suâ curâ *Christophori Clavii opera omnia.* Idiomate insuper maternô, tacitoque nomine, *libellum*, sub titulo; *Provisional vidimus, contra D. Matth. Hoë: Tractatum*, cui titulus; *Recepisse, contra eundem*, sub nomine Jo. Oedikhovii Nemetis: *Conciones funebres.*

25. Jul. CLAUDIUS EXPILLIUS, *Gallus*, Delphinas, Eques, interioris Consistorii regii Consiliarius, & in Senatu Grationopolitano Præses, æt. 75. Concinnavit *Orthographiam Gallicam, secundum pronunciationem linguæ Gallicæ: Carmina.*

25. Jul. CLAUD. ENOCH VIREY, *Burgundus*, Cabilonensis, Nobilis Neustriæ, J. U. Doctor, primùm Advocatus Divionensis, dein Comiti Bellomontio à consiliis, denique Secretarius regius & Consiliarius, æt. 70. Exaravit *Orationes varias* (quæ leguntur Tomo XIV. *Mercurii Gallici*) *Poëmata &c.*

1. Aug. ALBERTUS HEINIUS, *Germanus*, Rostochiensis, J. U. Doctor Decretalium per 40. annos Professor, Academiæ patriæ Senior & Consiliarius Megapolitanus, æt. 65. *Disputationes juridicas* habuit *varias*, ex quibus est *de Exceptionibus &c.*

9. Aug. GREGORIUS HORSTIUS, *Germanus*, Torgensis Saxo, Philos. & Medic. Doctor, primùm Medic. Prof. Wittenbergensis, deinde Medicus Soltquellanus, tum Medic. Profess. Giessensis & Archiater Hassiacus, denique Reip. Ulmensis Physicus primarius, ætatis 58. Publicæ luci donavit *Institutiones Medicas: Methodum medendi Fernelianam enucleatam: Tract. de Scorbuto: Centuriam Problematum* θεραπευτικῶν ἐξέτασιν παθολογικήν: *Libros II. de natura humana: Tractatum de tuenda sanitate studiosorum: Enodationes Luis*

Hungaricæ, Dysenteriæ, variolorum & morbillorum: Dissert. III. de caussis similitudinis & dissimilitudinis in fœtu: De natura Amoris: De natura Thermarum: Libb. IV. Medicinalium observationum: Decadem Pharmaceuticarum observationum: Consultationes Medicinales: Scepsin de naturali conservatione & cruentatione cadaverum: Conciliatorem enucleatum, sive differentiarum P. Aponi compendium: Febrium continuarum & malignarum prognosin: Disp. de somno & somniis. Vertit *Angeli Salæ tractatum de Peste.*

12. Aug. JO. WESTERBURGIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Polit. Professor Dordracenus. Inter alia cecinit *Epinicion in devictam Silvam-Ducis ab ordinibus Fœderatis libris III.*

15. Aug. DAVID HERLICIUS, *Germanus*, Cizensis Misnicus, Phil. Magister, ex Scholæ Gustroviensis Con-Rectore, Physicus Primislaviensis, tum Anclamensis, porrò Mathem. Prof. Gryphiswaldensis, inde Med. Doct. & Physicus Stargardiensis, mox Lubecensis ac demum iterum Stargardiensis, æt. 78. Exaravit varia, ut *de Curationibus gravidarum, Puerperarum & infantium: De Iride Lunari: De distantiis locorum Arithmeticè supplendis: Operis mirabilium Tomum: De extradenda radice tractatum: Exercitationes Philos. de Lacrymis, Risu, Saliva, Pudore & Sternutatione: De Academiis totius mundi: Libros IX. Carminum: Compendium Artis Poëticæ: De raptu Pauli in tertium cœlum: Librum de decoro Poëtico: Comment. in Horatium de arte Poëtica: Orationes:* Germanicè *Consultationem de Peste: De Conjunctione Saturni & Jovis in Capricorno: De maculis Lunæ: De Dysenteria: De Ecclipsi: De Astrologia: De cursu Solis: De Cometa: Prognosticon de interitu Turcarum: Militem Anti-Turcicum: De Pluviis cruentis & prodigiosis: De Fulmine, prodigiis & miraculis ignitis: Disticha & Tetrasticha Evangeliorum Latino-Germanica: Prodromum Refutationis novi Calendarii Papistici: Rosetum Hermeticum.*

17. Aug. DANIEL HERMANNUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius. Phil. Magister, in patria ad Elisabetanam ædem Ecclesiastes, in Gymnasio ibidem Theol. Prof. & in judicio sacro Assessor, æt. 46. Minist. 20. Scripsit *Orationem de unico Ecclesiarum & Scholarum contubernio*, & fortè alia.

28. Aug. ANTONIUS JORDINUS, *Gallus*, Aruernus à S. Floro, S. J. Phil. & Th. Prof. Præpositus generalis Romæ, & librorum censor in Gallia, æt. 74. Dedit *Radices linguæ Hebrææ centenis versuum decadibus comprehensas, cum eorum latina explicatione.*

12. Sept.

12. Sept. JOACHIMUS CLUTENIUS, *Germanus*, Parchimensis Megapolitanus, Phil. & J. U. Doctor, Institut. Professor Argentoratensis, æt. 54. Concinnavit *Tractatum de expeditione Romana*: *Notas in Claudii Prævotii tractatum de Magistratibus Romanorum*: *Disputationes in Institutiones Juris*: *Historiam Juris Canonici*: *De Hæreticis, an sint persequendi*: *De origine & progressu Romani Imperii*: *De jure & privilegiis militum*: *Disp. de Jure Vectigalium*: *De Exceptionibus*: *De Comitiis S. R. J. Electoralibus*: *Fasciculum paradoxorum Historico-Politicorum, ex Jo. Bodini libris de Rep. collectum*: *Fasciculum illustrium controversiarum Theoretico-Practicarum*.

22. Sept. GERARDUS CORSELIUS, *Belga*, Leodicensis, J. U. Doctor, primùm Græcæ Lingvæ in collegio Lovanii Bussidiano, deinde Institutionum Prof. regius, tum Senator Mechlinensis, pòst Concilii sanctioris Assessor ac Libellorum Supplicum Magister, demum Præfectus Harlebeccanus. æt. 68. Reliquit *Indicem Legum & Capitulorum selectiorum*: *Comment. in Codicem Justinianeum*: *Consilia*: *Orationes*.

14. Octobr. JACOBUS GAULTERIUS, *Gallus*, Annonæensis, S. Jesu, Phil. Turnoni, Theolog. autem & Hebr. Lingvæ Professor Lugduni, Rector item Collegii Grationopolitani, æt. 74. Composuit *Tabulam Chronographicam Status Ecclesiæ Catholicæ à C. N. ad an. 1614*: Gallicè *Anatomiam Calvinismi*: *Indicem controversiarum ad Evangelia accommodatum*. E Latino Gallicè reddidit *Elegantias Aldi Manutii auctiores*.

18. Octobr. PETRUS EULARDUS, *Belga*, Aëriensis, Artesius, S. Jesu Minister in missionibus castrensibus, æt. 71. Soc. 51. Construxit *Exercitium pietatis, seu libellum sadalitatis B. Virginis*: *Concordantias Bibliorum morales & historicas*.

30. Octobr. JO. ROUSSELET, *Gallus*, Rhemensis, S. J. Collegii Metensis Rector, postea Antisiodorensis, æt. 45. Transtulit è Gallico Latinè, & edidit, sub nomine Jo. Campani, *Vindicias privilegiorum & gratiarum, quibus in Ecclesiastica Hierarchia Privilegiarii & Religiosi legitimè utuntur*: *Testamentum hominis Christiani, ab Ant. Sucquet compositum*.

30. Octobr. MICHAEL LOSCHER, *Germanus*, Salisburgensis, Jesuita, Rhetoric. Professor, Gymnasiorum Præfectus, Septuagenario major, tacitô suô nomine, translata edidit Germanicè *Instructionem pro iis, qui sacramenta confessionis & communionis sæpe frequentant*: *Lucæ Pinelli de perfectione religiosa, libb. IV*: *Alphonsi Rodriguez Tractatus IV*: *Franc. Arias de Mortificatione*: *Leonhardi Lessii de felicitate æterna*. Scripsit insuper *Stimulum Peccatoris*: *Tract. de Integritate confessionis*: *Tract. de indigna communione*: *Instructionem confessariorum*;

rum: Expresſô autem ſuô nomine, *Christianum Pelicanum ſeu meditationes de Paſſione Christi.*

6\. Novembr. HENNINGUS WEGNERUS, *Boruſſus*, Regiomontanus, J. U. Doctor, & Conſul Regiomontanus. æt. 52 Confecit *Justiniani Imp. Inſtitutionum juris analyſin.*

30\. Nov. HENRICUS PHILIPPI, *Belga*, Luxenburgenſis, Soc. Jeſu, Theol. Doctor, hujus & Philoſ. in Univerſitate Græcenſi, Viennenſi & Pragenſi Prof. Domus profeſſæ Viennenſis Præpoſitus, Ferdinando III. Hung. & Bohem. Regi à ſtudiis & ſacris Confeſſionibus, æt. 61. Ratisbonæ. Delineavit *Introductionem Chronologicam, ſeu de computo Eccleſiaſtico: Generalem Synopſin ſacrorum temporum: Quæſtiones Chronologicas de annis Domini Julianis, Nabonaſſari, & æra Juliana componendis: De Annis nati & paſſi Salvatoris: Tabulas annorum expenſorum pro Chronologia Eccleſiaſtica: Tractatum de Olympiadibus: Manuale Chronologicum V. Teſtamenti:* Notas *& quæſtiones Chronologicas in Pentateuchum: In Prophetas majores & minores: Chronologiæ V. T. accuratum examen.*

2\. Decembr. CASP. BITSCHIUS, *Germanus*, Hagenoenſis, Philoſ. & J. U. Doctor, primùm claſſis primæ Præceptor, mox Hiſtor. ac demum juris Prof. Argentoratenſis, Comitis Hanovienſis Conſiliarius, & Dicaſterii Aulici Referendarius, Canonicus ac noviſſimè etiam Præpoſitus Thomanus, ætatis ſuæ 57. Inclaruit *Tractatu de Clauſula Codicilli: Commentario in Conſvetudines Feudorum: Tractatu de rerum communium diviſione: Commentario de acquirenda & amittenda poſſeſſione: Decade Caſuum pro Amico: Tractatione methodicâ de Theſauris: Orationibus: Diſputationibus variis* e. g. *de Dominio ejusque jure: De Donatione Constantini: De Emptione: De evictione Feudi: De Emphyteutico jure: De Exceptionibus: De fide juſſore: De Locutione: De Mutuo &c. Emendationibus & notis in Natalis Comitis hiſtoriam ſui temporis.*

17\. Decembr JO. JONES, vulgo LEANDER DE S. MARTINO, *Anglus*, Londinenſis, LL. Baccalaureus, deinde Monachus Compoſtellæ, & Theol. Lector, inde Duaci Theol. & Hebr. lingvæ in collegio S. Vedaſti Profeſſor, tum Conventus Benedictinorum Gregoriani Prior, nec non Abbas Ciſmarienſis in Germania deſignatus, Hiſpanicæ congregationis Vicarius & Miſſionarius, denique iterum congregationis Anglicanæ Benedictinorum Prior, ætatis 61. Elaboravit *Sacram Artem Memoriæ, ad Scripturas in promptu habendas, memoriterque ediſcendas accommodatam: Conciliationem Locorum Communium totius Sacræ Scripturæ.* Publicavit quoque *Biblia Sacra cum Gloſſis* in VI. amplis voluminibus.

26. Decembr. ANDREAS VALLENSIS, *Belga*, Andanensis, Namurcensis, Duaci in collegio Baccalaureorum J. V. Fiscalis ac Decanus; deinde Lovanii in castrensi Gymnasio Philos. ac Decretalium Prof. postremò Doctor & juris Canonici ibidem Professor. Edidit *Paratitla sive Summariam Explicationem Decretalium D. Gregorii Papæ IX: Tractatum de Beneficiis Ecclesiasticis.*

FRANC. BIVARIUS, *Hispanus*, Maditensis, Monachus Cisterciensis, Phil. & Theol. in Nucalensi cœnobio interpres, tum Procurator generalis ordinis in curia Romana. Lucubrationes emisit diversas, ex quibus *Compendium Vitæ Apostolici viri, Candidi Furlongii: S. Patres vindicati, in controversia de immaculata B. Virginis conceptione: Liber de parvo officio B. Virginis: De Viris & Fœminis illustribus ordinis Cisterciensis: De bello Turcis inferendo: De Incarnatione Verbi Divini: Comment. in Logicam, Physicam & Metaphysicam Aristotelis: De Monachatu ab Apostolis: Comment. in Chronicon Flavii Lucii Dextri: in Chronicon Marci Maximi &c.*

PETRUS LASENA, *Italus*, Neapolitanus, in patria Advocatus, æt. 46. Romæ. Composuit *Librum de luctu abolendo: Cleombrotum: Historiam Cynicam: Orationes de lingua Hellenistica: Librum de iis, qui in aqua pereunt &c.*

BERNHARDUS ALBRECHT, *Germanus*, Augustanus, Philos. Magister, primùm Pilenhofii in Palatinatu Neoburgico, deinde in Imperiali Vindelicorum Augusta Pastor, & Ministerii Evangelici Senior. Scripsit Germanicè *Thesaurum Oeconomico-Ecclesiasticum: Manuale: De Magia: De tonitru & tempestatibus: Libellum de Solatiis pro agonizantibus, tempore pestis: De Melancholia: De Autophonia: De Αυτοχειρία: Itinerarium: Conciones Miscellaneas: De Opificibus &c.*

HIERONYMUS CANTOR, *Hispanus*, Valentinus, Augustinianus, ordinis sui apud Valentinos Præfectus. Dedit *Instructionem de Virtutibus, vario metri genere; De excellentia nominis IHS*, & alia.

DAVID MAGIRUS, *Germanus*, J. U. Doctor & Professor Tubingensis. Adornavit *Prælectiones ad Tit. ff. de V. S. & de Regulis juris; De Obligationibus; Quæstiones juris; De Interdictis; De dividuis & individuis Stipulationibus &c.*

CAROLUS BOYSOT, *Belga*, Bruxellensis, Canonicus Regularis in Viridi Valle, indeque Abbas ac Toparcha Sonnebecanus apud Flandros, in agro Iprensi. Hujus sunt *Ordinationes & Statuta ad Regulam S. Augustini.*

JACOBUS SCHICKFUSIUS, *Germanus*, Svebosiensis Silesius, Phil. & J. U. Doctor, primùm in Academia Francofurtana Secretarius, deinde Cœsareus & Ducalis Lignicensis

 Consi-

Consiliarius, ac Fisci regii per Superiorem Silesiam Patronus. Emisit *Collegium Logicum; Libros II. Conciliationum Peripateticarum, quorum prior Physiologicos, alter Ethicos & Logicos continet; Chronicon Silesiæ auctum; Orationes; De universalium principiis & affectionibus.*

ALOYSIUS CERCHIARIUS, *Italus*, Vicentinus, Clericus regularis congregationis Samascha, Venetiis in seminario Patriarchæ Oratoriæ Lector, ætatis 33. Ejus superest *Orationum & Poëmatum Volumen: Triumphus pietatis de S. Juone pauperum Advocato &c.*

PHIL. BOSQUIERUS, *Belga*, Cæsarimontanus, ordinis S. Francisci Ecclesiastes. Reliquit *Tomos II. Concionum sacrarum*, quæ etiam seorsim pleræque p odierunt.

MICH. NUNNEZ, *Hispanus*, Cordubensis, Carmelita, Theol. Magister, Carmonensis cœnobii Præfectus, & Studiorum in collegio S. Alberti Præpositus Hispalensis. Struxit *Propugnaculum Eliæ & propaginis Carmeliticæ.*

REGNERUS MERCATOR, *Belga*, Embricensis Clivius, Theol. Licent. & Presbyter. Prelo submisit *Examen veri Catholicismi, thesibus Christoph. Scheibleri oppositum.* Belgicè *Collyrium aperiendis oculis Dionysii Spranhuysen confectum.*

PHIL. RUIZ DEL CORRAL, *Hispanus*, Guatemalensis, Ecclesiæ novæ Hispanicæ Canonicus & Decanus, æt. 65. Edidisse fertur populari lingvâ *Tractatum de cultu & veneratione Ecclesiæ: Vocabularium lingvæ Guatemalensis: Conciones Ecclesiasticas in India habitas.*

FRIDERICUS DAME, *Germanus*, Holsatus, Præpositus Flensburgensis. Ejus prostat *Tractatus de Voluntate DEI erga genus humanum, & universali Christi merito: Apodixis de immortalitate Animæ: Tractatus de Matronis: De resurrectione mortuorum:* Germanicè *Relationem de Enthusiasticis Flensburgensibus, Nicolao Kundschonio & Hartwigo Lohmanno: Admonitionem DEI de juramentis præstandis &c.*

ANNO 1637.

18. Jan. OSWALDUS COSCANUS, *Germanus*, Halensis in Tiroli, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Professor Ingolstadiensis, ætatis 57. Congessit *Opusculum de conscientia tractanda.*

27. Jan. JOH. DE PINEDA, *Hispanus*, Hispalensis Nobilis, è Soc. Jesu, Phil. & Theol. Granatæ, Cordubæ, Hispali & Matriti Professor, S. Inquisitionis Consultor, Domus Professæ & provinciæ Bœticæ Procurator, ac Visitator Generalis omnium Bibliothecarum in Hispania, æt. 80. Relig. 66. Exaravit *Commentarium in Jobum: Salomonem prævium,*

seu lib. VII. de rebus Salomonis; Comment. in Ecclesiasten: Prælectionem Sacram in Cantica Canticorum: Indicem expurgatorium librorum: Sermonem de immaculata conceptione B. Virginis: Advertentias ad privilegium XI. Johannis I. Regis Aragonum: Resp. ad quorundam adversus has advertentias obtrectationes. Hispanicè *Memoriale sanctitatis virtutum Ferdinandi III: De C. Plinii loco inter eruditos controverso, ex lib. VII. c. 50. &c.*

3. Febr. JO. BAPTISTA LALLIUS, *Italus*, Nursinus, J. U. Doct. & Professor Perusinus, Poëta admodum felix, æt. 64. Ab anno ætatis suæ XL. cepit audiendi facultate carere, eóque processit, ut necesse haberet parva tabula, ex argento facta, auribus admota loquentium voces excipere. Expressit carmine Etruscô, *Virgilii Bucolica & Æneidos libros.* Vulgavit quoque *Viridarium practicabilium materiarum in utroque jure, ordine alphabeticô concinnatum.*

16. Febr. PHIL. BEBIUS, *Belga*, Orepiensis, Leodiensis, S. J. Sodalitii Mariani Rector Coloniensis, ætat. 68. Societ. 48. Tacitô nomine prodierunt hi libri; *Porta cœli & Scala Jacobi: Scala virtutum: Diæta salutis: Antidotum spirituale contra pestem: Flores Meditationum: Thronus Justitiæ: Schola affectuum: Trivium cœleste: Antidotum generale contra omnes animi morbos: Ars vitæ sanctioris: Phœnix redivivus: Euthanasia: Tractatus asceticus de militia spirituali: De peregrinatione vitæ humanæ ac Filiorum Dei: Chronologia, ab initio mundi ad annum 1628: Comment. in tres partes carminum selectorum Latinorum: Gymnasium virtutum: Comment. in Lyrica Horatii: Flori Sanctorum: Manuale: Quadriga pietatis: Modus piè vivendi: Vindiciæ Ursulanæ.*

23. Febr. HENRICUS ROMSDEN, *Anglus*, Eboracensis, Artium Magister, Prædicator Londinensis, demum Ecclesiæ de Hallyfox Minister. Emisit Anglicè *Conciones varias.*

24. Febr. DOMINICUS ARUMÆUS, *Belga*, Leovardiensis, Nobilis Frisius, J. U. Doctor ejusdemque Professor Jenensis, Consiliarius Saxonicus, Dicasterii & Scabinatus Assessor, ac demum ordinarius, nec non Hereditarius in Lobedau & Geschiwitz, ætat. 58. Enucleavit *Decisionum & sententiarum libros duos; Comment. de Mora: Exercitationes ad Instituta juris civilis: Disp. ad Pandectas: Comment. ad Consuetudines Feudales: Ad L. V. Cod. de rescindenda venditione: Discursus ad Bullam Auream Caroli V. Imperatoris; Disp. de Jure Publico, tomis tribus: Comment. de Comitiis Romano-Germ. imperii: De Sessionis prærogativa: Disp. varias,* ex quibus sunt *de Debitoribus, qui non sunt solvendo: De Vindicta: De Jure Dotium: De Jurisdictione: De Successione Feudali: De verbo-*

verborum obligationibus: Decades duæ controversi juris &c.

25. Febr. FRANCISCUS PAVONUS, *Italus*, Catanzariensis, Jesuita, Humaniorum literarum, Philos. Linguæ Hebr. & Theol. Prof. ætat. 68. Neapoli. Elucubravit Latinè *Commentarium in Ethicam Aristotelis: Introductionem in sacram doctrinam, de methodo, Theol. naturali & sacræ interpretationis ratione: Tractatum de Ethicis Politicisque actionibus: Comment. dogmaticum in Evangelia: In Pentateuchum.* Italicè *instructionem variarum pro rectè obeundis sacerdotalibus functionibus Tomum: Instruct. pro exercitiis congregationum rectè obeundis: Meditationes de Amore divino: De S. Eucharistiæ sacramento.*

26. Febr. HENRICUS GELLIBRAND, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Astronomiæ Professor in Academia Oxoniensi, æt. 40. Scripsit *Trigonometriam Britannicam: Appendicem de Longitudinibus: De variatione Magnetis: Tractatum de Naupegia sive tectonica navali.*

7. Mart. ANDREAS CHRISTIERNI ARREBOE, *Danus*, Aroensis, Niöbingensis, Phil. Magister, Pastor ad D. Nicolai Hafniensis, inde Episcopus Diœceseos Nidrosiensis in Norwegia, tandem Ecclesiastices Orthungasus sive Werdingburgensis in Sælandia, æt. 51. Poëta in patria lingva facundissimus struxit *Psalmos Davidis rythmicè ad centenas melodias compositos: Hexameron, sive sex dierum opera insignia.*

10. Mart. JOH. SEGERUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæs. & Scholæ Wittenbergensis Conrector, demum Rector, æt. 55. Exaravit *Lexicon Quadrilingve orthographicum, cognatas Vocabulorum analogias & differentias in lingva Hebræa, Græca, Latina & Germanica exhibens: Orationes & carmina in obitum Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ: Philippi Julii, Ducis Pomeraniæ: Valent. Guilh. Forsteri JCti: De Victoria Lipsiensi: Anti-Sphingem novam &c.*

12. Mart. CORNELIUS A LAPIDE, *Belga*, Bucholdianus Leodiensis, S. J. Sacerdos, Hebrææ lingvæ & Theol. Professor Lovaniensis, & demum Romanus, ætatis 71. Catalogus ipsius operum hic est; *Commentaria in Pentateuchum Mosis: In libros Josuæ, Judicum, Ruth, Regum & Paralipomenon: In libb. Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Judith, Ester, Maccabæorum: In Proverbia Salomonis: In Ecclesiasten: In Sapientiam: In Canticum Canticorum: In Ecclesiasticum: In IV. Prophetas majores: In XII. Prophetas minores: In IV. Evangelia: In Acta Apostolorum: In omnes D. Pauli Epistolas: In Epistolas Canonicas: In Apocalypsin S. Johannis.*

19. Mart. PETRUS PAZMANY, *Hungarus*, Transylvanus, Varadiensis, Nobilis, J. S. primò Phil. & Theol.

Theol. Prof. Græcensis, deinde Archiepiscopus Strigoniensis, ac demum S. R. E. Cardinalis, & Legatus à Ferdinando II. Cæsare, ad Urbanum P. R. trium Collegiorum Fundator, æt. — Relig. 50. Consignavit Latinè *Diatribam de visibili Christi in terris Ecclesia adv. Guil. Witakerum*: *Peniculum Papporum Apologiæ Solnensis Conciliabuli*, sub nomine Jo. Jemicii Parochi Senquicensis: *Appendicem, quâ anonymi Sicophantæ criminationes in Pontificem Max. jugulantur*: *Logos alogos, contra vellicatores Peniculi papporum*: *Vindicias Ecclesiasticas, adv. decreta Principis Betlen in clerum Hungariæ edita*: *Acta & decreta synodi Diæcesanæ Strigoviensis*: *Dissertationem contra Lutheranos*: Hungaricè *Libellum precum*: *Responsionem de cultu sanctorum*: *Consultationem de fide capessenda*: *Hodegum*: *Conciones in Evangelia &c.*

22. Mart. CASP. DE LA FIGUERA, *Hispanus*, Bilbilitanus, Aragonus, Nobilis, S. J. Phil. & Theol. Professor Salmantinus, Villagarsiæ Novitiorum Magister, tum Proregis regni Mexicani Confessarius, redux iterum Domus Villagarsiensis, Collegiorum Burgensis, Salmanticensis & Domus professorum Vallisoleti Rector, æt. 58. Reliquit Hisp. librum hôc titulô: *Summa spiritualis, in qua explicantur omnes casus & difficultates, quæ se offerunt in via perfectionis.*

5. April. MARTINUS DE ROA, *Hispanus*, Cordubensis, Jesuita, Rhet. & Th. in collegio patrio Interpres, deinde collegiorum Xeresani, Astigitani, Hispalensis, Malacitani & Cordubensis Rector, Vice-Præpositus Domus Professæ Hispalensis & provinciæ Bœticæ, æt. 74. Societ. 59. Luci publicæ concessit Latinè *Singularium S. Scripturæ volumina duo*: *De die natali librum*: *Officia sanctorum Ecclesiæ Cordubensis*: *De Cordubæ in Hisp. Bætica Principatum*: *Comment. in Prophetam Habacuc, & in Psalmum II*: *De accentu & recta in in Græcis, Latinis, Barbaris pronunciatione* (sub nomine Lud. Petri Francesii) *Hymnos & Poëmata*: Hispanicè *De Statu Animarum in purgatorio & cælo &c.*

10. April. JACOBUS MULLERUS, *Germanus*, Torgâ-Misnicus, Medicinæ Doctor. ejusdemque & Matheматum Professor Marpurgensis, æt. 43. Emisit *Compendium Geometricum*: *Compendium Arithmetices*: *Praxim Geometricam universalem*: *Sciographiam Solis*: *Emblemata sacra*: *Exercitationem de natura motus animalis & voluntarii*: *Epist. de coalitu partium genitalium.*

15. April. RICHARDUS BRETT, *Anglus*, Londinensis, Nobilis, Artium Baccalaureus, Rector de Quainton in Comitatu Buckinghamensi, Collegii Chelseiensis Socius, Theol. Doctor, æt. 70. Græca quædam in Latinum convertit, ut sunt *Vitæ Sanctorum Evangelistarum Johannis & Lucæ,*

Lucæ, à Symeone Metaphraste concinnatæ: Agatharchidis & Memnonis Historicorum quæ supersunt omnia: Iconum sacrorum Decas, aliquot sacræ doctrinæ capita complectens.

26. April. GEORGIUS DAVID LOCAMERUS, *Germanus*, Landaviensis, J. U. Doctor ejusdemque Prof. Argentoratensis, æt. 49. Publici juris fecit *Centuriam quæstionum Criminalium: Elogia Institutionum Justinianearum: Quæstiones & Exercitationes justinianeas: Annotationes in Institutionum Imperial. libb. IV: Quæstiones Feudales: Disp. Sigillatim emissas, de causis Actionum: De Antichresi: De Compensationibus: De pupillorum patrocinio: De formosis libellis: De contractibus innominatis: De Dominio ejusque jure: De Donationibus: De Emptione: De Emphyteutico jure: De furtis & rapinis. De Exceptionibus: De propagatione jurisdictionis: De restitutione in integrum: De Successione: De Syndico: De Tutelis: De Transactionibus: De Thesauris: De Servitutibus &c.*

1. Maj. ANTONIUS PEREZ, *Hispanus*, de Silos, alumnus Collegii Benedictinorum, pòst Præfectus generalis Benedictinæ congregationis per Hispaniam, Episcopus tandem Urgellensis in Catilonia, unde Ilerdensis, & demum Metrapolitanus Tarraconensis, æt. 78. Struxit *Lauream Salmantinam: Commentaria in regulam S. Benedicti: Volumina quinque de Ecclesia, de Conciliis, de sacra scriptura, de Traditionibus, de Rom. Pontifice: Authenticam fidem Pauli super 1. & 2. Corinthiorum: Matthæi, ac deinde IV. Evangelistarum: Actuum Apostolorum & Epistolarum ad Romanos, controversiis catholicis agitatam, pariterque discussam.* Vulgari quoque linguâ dedit *Conciones Quadragesimales: Dominicales &c.*

6. Maj. LAURENTIUS GHIFFENE, *Belga*, Rothacensis, Flander, Phil. Prof. primarius Lovanii. Reliquit *Paradigmata, sive partem primam Introductoriam ad Organum Aristotelis.*

15. Maji ZACHARIAS HERMANNUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Theol. Doctor, in patria Ecclesiæ Elisabetanæ Pastor, cæterarumque August. Confessioni addictarum Inspector, ac Consistorii Assessor, æt. 74. Minist. 50. Paravit *Theatrum Politicum: Locorum Theolog. Compendium: Postillam Evangeliorum: Peregrinationem Spiritualem ad montem Golgathæ: Preces & suspiria pro ægrotis & agonizantibus: Conciones de curru triumphali Christi: Funebres &c.*

16. Maji CLAUDIUS ROBERTUS, *Gallus*, Lingonensis, Burgundus, Juris Canonici Licentiatus, Ecclesiæ Cathedralis S. Vincentianæ in patria Canonicus, dein major Archidiaconus & Vicarius generalis, ætat. 73. Composuit *Galliam Christianam: Divionem: Belnam: Libellum de morte pulcra.*

28. Maji ANTONIUS MATTHÆUS, *Germanus*, Francobergâ-Hassus, J. U. Doctor ejusdemque Professor primò Herbornensis, tum Marpurgensis, demum Groningensis, æt. 72. Concinnavit *Notas & animadversiones in libros IV. Institutionum Imper: Collegia juris sex: Fundamenta juris: Collegium Controversiarum Antinomiarum in institutionibus: Disp. de Fœderibus & Fœderum natura: De emptione & venditione: De carcerum effractoribus &c.*

30. Maj. BERNARDUS CARDILLO VILLALPANDO, *Hispanus*, Segoviensis, Monachus Cisterciensis, æt. 67. Effecit *Itinerarium Ordinis Cisterciensis: Lignum vitæ ejusdem ordinis: Historiam Monasterii Superatensis: Speculum Monachorum: De viris illustribus Ordinis Cisterciensis.*

6. Junii STEPHANUS PARISOT, *Gallus*, Campanus, Villariensis, Soc. Jesu, Rhetor. in eo Lector & Sacerdos, postea quoque Rector Collegii Roanensis, & spiritualium Coadjutor, æt. 50. Publicavit *libellum de cultu adorandæ Trinitatis: De Amore Dei & proximi.*

14. Jun. JO. VIENOTUS PETIT, *Burgundus*, Grayacensis, S. J. Collegiorum Namurcensis & Tornacensis Rector, & Sacerdos, æt. 69. relig. 35. Formavit *Locos Communes in opus Petri Ribadeneiræ de vitis sanctorum: Indicem in Breviarium Romanum.* Vertit quoque è Latino Gallicè *Appendicem Apologeticam ex D. Thomæ & D. Bonaventura, contra calumniatores Religiosorum.*

25. Junii NICOLAUS CLAUDIUS FABRICIUS PEIRESCIUS, *Gallus*, Eques Aquensis, in patria Senator, æt. 57. Adornavit *Historiam Galliæ Narbonensis &c.*

4. Julii WOLFGANGUS JO. RHUMAN, *Danus*, Coldingensis, Phil. Magister, inque Acad. Hafniensi primò Pædagogicæ, deinde Rhetoricæ, demum Dialecticæ Prof. æt. 65. Reliquit *Themata Philosophica: Disp. Rhetoricas multas: Disp. de congressu viri: Miscellanea: De Pulcro: De natura Logices: Fori Romani instructionem nudam & facilem ex Aristotele.*

8. Jul. JO. FRIDERICUS SCHMIDIUS, *Germanus*, Argentoratensis Alsatus, Phil. & J. U. Doctor, primùm Reip. patriæ Actuarius, mox Referendarius, tum hujus & plurimorum Principum Consiliarius, æt. 60. Emisit *Consilia Argentoratensia juridica.*

8. Jul. GEORGIUS CRUCIGERUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Philos. Magister, primùm Log. Profess. deinde Theol. Doctor ejusdemque Prof. Marpurgensis. Exaravit *Examen Disput. Theologicæ de Cœna Domini: Theoriam Platonicam de quidditate, passionibus, & munere idearum.*

11. Jul. JO. GEORGIUS PELSHOFERUS, *Germanus*, Græcensis in Styria, Med. Doctor, primùm Phy-

 sicus

ſicus Haynenſis in Sileſia, deinde Medicinæ Profeſſor Wittenbergenſis, ætat. 38. Paravit *Tractatum de Opio*: *Notas in Joh. Beguini tyrocinium chymicum*: *Diſp. Medicas de ſputo ſanguinis &c.*

13. Jul. SALOMON CODOMANNUS, *Germanus*, Byruthinus, Poëta Laur. Cæſareus, Eccleſiæ Kittingenſis Decanus, & Conſiſtorii Brandenburg. ASSESSOR, æt. 47. Edidit *Pervigilium Pacis*, *Trochaicam Threnorum Jeremianorum & Galliambicam Cantici canticorum paraphraſin continens*: *Vindicias pro Poëſeos excellentia*.

21. Jul. DIONYSIUS GUILLEN, *Hiſpanus*, Hiſpalenſis, Jeſuita, Concionator, Collegii Xerenſis & Malacenſis Rector, æt. 68. dedit Hiſp. *Volumen concionum in feſtivitates & Dominicas Adventus Domini*: *De immaculata conceptione B. Virginis &c.*

21. Jul. DANIEL SENNERTUS, *Germanus*, Vratislavienſis Sileſius, Med. Doctor ejusdemque Profeſſor Wittenbergenſis, æt. 65. officii 35. Inclaruit maximè *Inſtitutionum Medicinæ libris quinque*: *De Febribus libris IV*: *De Scorbuto Tractatu*: *Quæſtionum Medicarum controverſarum libro*: *Tractatu de Peſtilentia*: *Epitome Naturalis ſcientiæ*: *De Chymicorum cum Ariſtotele & Galenicis conſenſu ac diſſenſu libro*: *Medicinæ Practicæ libris VI*: *Epitome Inſtitutionum Medicarum*: *De Dyſenteria Tractatum*: *De Arthritide tractatum*: *Medicamentis officinalibus*: *De bene vivendi beneque moriendi meditationibus*: *Hypomnematibus Phyſicis*: *De origine & natura Animarum in brutis*: *Methodo diſcendi Medicinam*: *De fermentatione Platonica*. Prodierunt opera ejus omnia in III. tomos diviſa.

27. Jul. JO. GERHARDI aliàs TOMSONUS, *Anglus*, Darbienſis, Nobilis, S. J. Pœnitentiarius Romæ Vaticanus, Rector deinde & Magiſter Novitiorum, pòſt Confeſſarius in collegio Anglicano, æt. 73. Tranſtulit ex Latino Anglicè *Lansbergii exhortationem Jeſu Chriſti ad animam fidelem*. Ex Italico, ſed tacitô ſuô nomine, *Pugnam Spiritualem*.

17. Aug. JOHANNES GERHARDUS, *Germanus*, Quedlinburgo-Saxo, Phil. Magiſter, primùm Superintendens Heltburgenſis in Franconia, & unà Theol. Prof. Coburgenſis, tum Th. Doctor ac Superint. Generalis Coburgenſis, demum Theol. Prof. Jenenſis, æt. 55. Concinnavit *Meditationes ſacras L.*: (qui libellus in lingvam Germanicam, Gallicam, Anglicam & Italicam eſt converſus) *Centuriam quæſtionum Politicarum*: *De legitima Sacræ Scripturæ interpretatione*: *Locos Communes Theologicos*: *Enchiridion Conſolatorium*: *Aphoriſmos ſuccinctos totius Theologiæ nucleum continentes*: *Exercitium pietatis quotidianum*: *Aphoriſmos Sacros*, *Comm. in Harmoniam Hiſtoriæ Evangelicæ*: *Methodum Studii Theologici*: *Hexadecadem*

cadem

eadem Dispp. Theologicarum: *Harmoniæ IV. Evangelistarum continuatæ Tomum II*: *Dispp. Anti-Papisticas*: *Aphorismos Theol. in Genesin*: *De Compositione Pacis Dillingensis*: *Bellarminum orthodoxiæ testem*: *Dispp. Isagogicas*: *Confessionem Catholicam*: *Annotationes in Proph. Amos & Jonam*: *Comment. in Genesin*: *in Epistolam Judæ*: *in Epist. ad Hebræos*: *in utramque ad Timotheum*: *in epistol. ad Romanos*: *Comm. super Deuteronomium*: *in Apocalypsin*: *Annotat. in Psalmos quinque priores*: *in Evangelium Matthæi*: *in Acta Apostolorum*: *Patrologiam*: *Explicationes Evangeliorum Dominicalium*: *Comment. super* 1. & 2. *Epist. Petri*: *Disputationum Theol. Partes III*: *Chiliasmi fundamenta destructa*: *Sacras Homilias in Evangelia*: *De Vita Jesu Christi homilias XXV*: *Expositionem Articuli de Baptismo & S. Cœna*: *Tract. de explicatione Sacræ Scripturæ*: *Praxim Pietatis*: *Manuale morientium*: *Scholam Pietatis*: *Postillam Salomonæam*: *De resurrectione spirituali Christianorum*: *De necessitate vitæ Christianæ*: *Thesaurum piorum*: *Medicinam spiritualem*: *Conciones festivales*: *Orationes & Dispp. varias*.

20. August. ANTONIUS VARUS, *Germanus*, Vinariâ-Thuringus, Med. Doctor, ejusdemque Professor Jenensis, æt. 80. Reliquit *Dispp. de Calculo renum & vesicæ*: *De usu Lienis &c.*

11. Sept. ABRAH. GENSREFFIUS, *Germanus*, Radeburgensis, Phil. Magister, primùm in patria, deinde Döbelii Pastor, tum Superintendens Freibergensis, æt. 60. Minist. 31. Vulgavit *Conciones III. Jubilæas*: *Cupressetum mortis, & lauretum vitæ*: *Conciones funebres sigillatim emissas*: *Dispp. Synodales de abusu Missæ*; *De Omnipræsentia Christi*: *De Anti-Christo*.

4. Sept. ERASMUS SCHMIDT, *Germanus*, Delitanus Misnicus, Phil. Magister, primùm Scholæ Leutschoviensis in Hungaria Rector, postea Græcæ Lingvæ & Mathematum Professor Wittenbergensis, Alumnorum Electoralium Ephorus, æt. 67. Profess. 40. Publicavit *Calendarium Etymologicum Papisticum*: *Dissertationem de Calendarii emendatione*: *Centurias præcipuarum falsitatum, incommoditatum, confusionum & defectuum in libb. Grammaticis Joh. Rhenii occurrentium*: *Pindari opera cum comment. & versione*: *Libros tres de Sybillis*: *Commentationes in Dionysium Afrum Perigetam & Lycophrontis Cassandrum*: *Hesiodi Ascræi opera, cum interpretatione Latina, emendatiore*: *Tractatum de Dialectis Græcorum*: *Grammaticam Latinam*: *Hypomnemata ad Grammaticam Phil. Melanchthonis*: *Commentarium Philologicum in Novum Testamentum*: *Concordantias Græcas N. Test. correctiùs & pleniùs editas*: *Tractatum de Cometis anni* 1618: *Prodromum conjunctionis magnæ anno* 1623. *futuræ*: *Orationes funebres in obitum Davidis Rungii*: *Friderici Taubmanni*: *Balth. Meisneri* &c.

&c. Prodromum Jubilæi Ecclesiastici Lutherani.

6. Sept. JULIANUS DE CASTELVI, & LADRON, *Hispanus*, Valentinus, Nobilis, Carmelita, Theol. Mag. Phil. & Theol. interpres Valentiæ, domus tandem ibidem Præfectus. Luci dedit *Commentaria in Aristotelis Dialecticam: in ejusdem Logicam: in libros Physicorum: in reliquos libros Philosophiæ: Sermones de immaculata conceptione B. Virginis Mariæ.*

8. Sept. ROBERTUS FLUD, sive DE FLUCTIBUS, *Anglus*, Cantianus, Phil. & Med. Doctor, Armiger Regis Angliæ, æt. 63. Adornavit *Microcosmi & macrocosmi historiam physicam, metaphysicam & technicam: Anatomiæ Amphitheatrum: Mysticum artis medicandi sacrarium: Discursum analyticum ad appendicem Jo. Kepleri: Replicationem ad Apologiam Keplerianam: Apologiam pro fraternitate Roseæ-crucis: Resp. ad Guil. Forster. de Hyplo-Chrismate: Philosophiam Mosaicam: Meteorologiam Cosmicam.*

17. Sept. PHIL. BERLAIMONTIUS, *Belga*, Huensis, Soc. Jesu, æt. 61. relig. 47. Struxit *Paradisum Puerorum: Bibliothecam moralem.*

21. Sept. WILHELMUS V. dictus constans, HASSIÆ LANDGRAVIUS, Comes in Cattimeliboco &c. æt. 35. Vertit ex lingva Gallica *librum de vanitate mundi.*

5. Octobr. DANIEL CRAMERUS, *Germanus*, Retziâ-Neomarchicus, Phil. Magister, primùm organi Prof. Wittenbergensis, & Inspector Stipendiariorum, deinde Archidiaconus Ecclesiæ Marianæ Stetinensis, ut & in Pædagogio Professor, ac Consistorii Assessor, pòst Theol. Doctor, ejusdem Ecclesiæ Pastor ac Pædagogii Inspector, æt. 69. Minist. 40. Famam promeruit *Tabulâ in libb. Rhetoricos Philippi Melanchthonis: Dispp. XIIX. de præcipuis Logicæ Aristotelis partibus: Isagoge in Metaphysicam Aristotelis: Tyrocinio Apologetico, contra Eliam Hasenmüllerum: Schediasmate apolog. contra Frid. Beurhusium: Synopsi Organi Aristot. contra P. Ramum: Synopsi Rhetoricæ Aristotelicæ: Tractatu de distingvendo catalogo: Tractatu de sublimi corporis spiritualis Beatorum mysterio: Extracto Protocolli Ratisbonensis: Palladii Isagoge & methodo concionandi: Hypomnesibus in epistol. Pauli ad Titum: Orationum illustrium librô: Scholis Propheticis: Sanâ doctrinâ de Prædestinatione: Scriptis contra Jac. Gretserum: Exegemate de regno Christi: Tract. de Descensu Christi ad inferos: Hæresiologiâ: Isagoge in libros Propheticos & Apostolicos: Dissert. de Peste: Decadibus X. Emblematum Sacrorum: Ecclesiaste Christiano: Antiquario de profana Sanctitate Paparum, Cardinalium &c. Chronico Pomeraniæ: De Fide hæreticis danda, contra P. Scargam: De perfectione Sacræ Scripturæ: De Purgatorio: Homiliis V. in Esaiæ LIII: Figuris Biblicis: De Controversiis inter Lutheranos & Calvinianos: Scriptis diversis contra*

Christoph. Pelargum: Commentariis in universa Biblia: Concionibus festivalibus & funebribus: Dispp. & Orationibus quàm plurimis.

11. Octobr. PETRUS MUSSONIUS, *Gallus*, Virdunensis, S. J. Eloq. Lector & collegii Rector, ætatis 78. Emisit *Tomum Tragœdiarum.*

12. Octobr. JO. LEDESMA, *Americus*, Mexicanus, Nobilis, Jesuita, Provinciæ Mexicanæ Procurator, æt. 63. Soc. 48. Hispanicè paravit *Concionem de SS. Eucharistia: Commentariorum in S. Thomam & aliarum lucubrationum Tomos XIV.*

15. Octobr. VINCENTIUS MONTECALVUS, *Italus*, Patricius Bononiensis, Philos. & Med. Doctor, inque patria Philos. Prof. ætat. 64. Profess. 34. Scripsit *Comment. super Libros priorum & posteriorum Analyticorum: De ente quidditativo & de ultimis differentiis: De Generatione & Corruptione: De febre putrida: De relationibus primis & secundis intentionibus.*

17. Octobr. MARCELLUS FRANCISCUS MASTRILLUS, *Italus*, Nolanus, è Marchionibus Italiæ, Soc. Jesu, Missionarius ad Japones, à quibus interfectus, æt. 35. Societ. 20. Nangasach. Vulgavit *Narrationem miraculi in se à S. Francisco Xaverio patrati*, quæ Italicè, Latinè, Hispanicè & Gallicè prodiit: *Iter suum ac sociorum in Indiam: Historiam expeditionis ab Hispanis in Regem Mindanai susceptæ anno* 1637.

22. Octobr. MICHAEL BLANCKE, *Borussus*, Dantiscanus, in patria ad D. Catharinæ Pastor, æt. 51. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

28. Octobr. MICHAEL VIRDUNGUS, *Germanus*, Kittingensis Francus, Poëta Laur. Cæsareus, Eloq. & Histor Professor, deinde etiam Politices Altorfinus, æt. 62. Exaravit *Juvenilia tributa, sive librum Epigrammatum & duas Tragœdias: Herculem Togatum, in funere Friderici, Marchionis Brandenburgici: Speculum Idololatriæ Novantiquæ, sive de fructu ex veteri historia capiendo, adversus Idololatriam: Comment. in Julii Agricolæ vitam: Orationes varii argumenti & programmata.*

31. Octobr. PETRUS KLINCKART, *Germanus*, Bencastello-Trevirensis, Soc. Jesu, Ecclesiastes Coloniæ, Monasterii Westphaliæ, Herbipoli, Badenæ, Treviris, æt. 55. Creutzenaci. Adornavit Germanicè *Puerum Bethlemiticum & Jubileum Natalium, cantu & rythmo: Hortulum Cantionum Selectarum in usum totius anni: Cultum & Xenia Christi nati: Puerum Christianum.*

13. Nov. BENJAMIN JOHNSON, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, æt. 63. Edidit *Poëmata varia, Epigrammata, versiones: L. Comœdias & Tragœdias.*

25. Nov. FRANCISCUS POIRÆUS, *Burgundo*-Sequanus, Bisuntinus, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Professor, Rector domus probationis Nanceja-

næ,

næ, collegii Lugdunensis & Dolani, æt. 53. Typis subjecit *Ignem Holocausti, sive affectum ex divinis literis, quibus animus Sacerdotis ad piè celebrandum disponitur: Modum disponendi se ad mortem: Bonum Pastorem: Triplicem coronam Virgini Dei matri contextam.*

10. Decembr. GEORGIUS PASOR, *Germanus*, Ellaranus, Herbornensis, Theol. & Lingvæ Hebrææ Prof. Herbornensis, deinde Græcæ lingvæ Franekeranus. Struxit *Etymon propriorum nominum in novo Testamento: Pædagogum Christianum, de quinque Religionis Christianæ capitibus: Orationem in obitum Joh. Piscatoris: Analysin difficiliorum vocum in operibus Hesiodi: Syllabum vocabulorum Græco-Latinum Novi Testamenti: Ideam Græcarum N. Test. Dialectorum: Lexicon Græcum Novi Testamenti: Grammaticam Græcam: De Græcis N. T. accentibus: Manuale: Collegium Hesiodeum.*

13. Decembr. JODOCUS DESMARETZ, *Belga*, Antverpiensis, S. J. Rector collegii Malbodiensis, æt. 47. Composuit *Commentarium in Horatium repurgatum ab omni obscænitate.*

15. Decembr. JACOBUS CRUCIUS, *Italus*, Nucerià-Umber, Jesuita, Romæ Philos. & Mediolani Theol. Prof. Collegii Romani & aliorum Rector, demum Assistens Italiæ, & Præpositi Generalis Admonitor, ætat. 92. Reliquit *duas Orationes* Italicè unam *funebrem*, alteram, *de optima ratione gubernandi.*

MAURITIUS BURCHARDUS, *Germanus*, Theol. Doctor & Archidiaconus ad D. Thomæ Lipsiensis. Ejus est *Propugnaculum Christianorum Duodecas pro Augustana Confessione; contra Gim. Töpfferum: Disp. de grandi illo sacrilegio, quod Pontifex Romanus in eo committit, quod dirô fulmine Laicorum manibus & oculis SS. Scripturarum extorquet: De peccato originis &c.*

PHIL. MEYERUS, *Belga*, Atrebas, Scholæ patriæ moderator, ætat. 71. Carmine heroicô formavit *Mahometi Arabis Pseudo-Prophetæ vitam: Epicedium Alexandri Farnesii: Elogia Principum aliquot bellicâ laude illustrium: Panegyricum de Caleto expugnato: Epinicium de Atrebato frustra tentato: Elegiarum & Epigrammatum libros tres.*

THEOPHILUS CASSEGRAIN, *Gallus*, Stanpensis, Ecclesiastes primùm Pontivallii apud Sebusianos, deinde Divionensis, postremò Cabilonensis, ætat. 40. cæcitatis 15. Emisit Gallicè *Certamen ad omnes Theologos Ecclesiæ Romanæ: Epistolam ad Jac. Dan. Perronium.*

PHIL. HANNOTEL, *Belga*, Hesdiniensis, S. J. Philos. Professor Duacensis, æt. 37. Effecit *Meditationes varias & piorum affectuum formulas: Exercitium Amoris pro nobis crucifixi: Praxim meditandi Passionem Christi: Mundi stultitiam.*

HENRI-

HENRICUS BOLTHENIUS, *Germanus*, Herphortensis, Westphalus, Phil. Magister, & 30. annos Ecclesiastes, ad D. Nicolai Stralsundensis. Edidit vernaculè *Consolatorium pro Parentibus in morte liberorum lugentibus*, unà *cum variis precationibus & suspiriis*.

ABRAHAMUS BZOVIUS, *Polonus*, Dominicanus, Theol. Doctor. Commentatus est *Annales Baronii continuatos*: *Nomenclatorem Sanctorum professione Medicorum*: *Monile gemmeum*: *Flores aureos*: *Florida Mariana*: *Panegyricos*: *Precationes devotas*: *Sacrum Pancarpium*: *Conc. Quadragesimales*: *Rosarium*: *Salve Regina, seu Orationes XL*: *Hypomnematum libros XVI*: *Notas ad S. Adalberti vitam*: *Retractionem Bzovianam*: *Pontificem Romanum*: *Conciones Dominicales &c.*

AUGUSTINUS DE WITTE, *Belga*, Bruxellensis. Condidit *Genealogiam Francisci, in qua viros sanctitate, virtute vel doctrinâ illustres* recensuit.

STEPHANUS RODERICUS CASTRENSIS, sive DE CASTRO, *Hispanus*, Lusitanus, Olisiponensis, Med. Doctor & Prof. primarius Pisanus, æt. 78. Hujus supersunt *de Meteoris Microcosmi libri V*: *Tractatus de complexu morborum*: *Asitia*: *De Sero Lactis*: *De mutatione aliorum morborum in alios*: *Comment. in Hippocratis libellum de Alimento*: *Philomelia*: *Posthuma Varietas*: *Castigationes exegeticæ*: *Medicæ Consultationes*: *Syntaxis prædicationum Medicarum*: *Triplex elucubratio de Chirurgicis administrationibus, de potu refrigerato, & de Animalibus Microcosmi*: *Pythagoras*, *De simulato Rege Sebastiano poëmatium*.

obiit ANNO 1637.

JO. TIMÆUS, *Germanus*, J. U. Doctor & Consiliarius Saxonicus. Adornavit *Meletemata ad jus Justinianeum*. (JOANNES TIMAEUS per anagr. ANTE OMNIA JESUS.)

JOH. FABRICIUS, *Prussus*, Dantiscanus, in patria Ecclesiastes & Gymnasii Rector. Adornavit *Apologiam contra probationem & calumniam M. N. qui eum in Calvinianorum pertrahere classem voluit*: *Diascepsin Theol. de Incarnatione Christi*: *Testamentum Mahumedis*: *Religionem Mahumeticam &c.*

PETRUS BARDIN, *Gallus*, Rothomagensis, Normannus, Philosophus & Mathematicus, unus ex Academicis Francicis, ætat. 42. aquis suffocatus periit. Reliquit *Meditationes morales in Ecclesiasten Salomonis*: *Lyceum, in quo Homo politus formatur*.

JOH. BOGERMANNUS, *Belga*, primùm Ecclesiæ Leovardiensis Pastor, Synodi Dordracenæ Præses Ecclesiasticos, pòst Theol. Doctor & Prof. Franckeranus. Evulgavit *Annotationes ad Hugonis Grotii partes priores duas Pietatis, in quibus causam Vorstii & Remonstrantiæ*: *Praxin Pœnitentiæ*; *seu Meditationes in lapsum Davidis*: *Responsum ad Scriptum H. Grotii &c.*

ANNO 1638.

2. Januarii ROCHUS HONARDIUS, *Belga*, Eques Batavus, & in supremo Hollandiæ Consistorio Senator, Curatorque Acad. Lugduno-Batavæ, ad Pacem inter Svecos & Polonos consiliandam Legatus. Dedit Cothurnô verè tragicô *Thamaram Tragœdiam ex II. Samuel. IV. & Josepho lib. VII, 7: Mosen Nomenclasten.*

10. Febr. LEONHARDUS PERINUS, *Lotharingus*, Stannæus in Diœcesi Virdunensi, Jesuita, Parisiis Philosophiæ, Mussiponti verò Rhetor. & Theol. Professor, Universitatis Cancellarius, & Collegii in ea instituti Rector, æt. 71. Publicavit Gallicè *Orationes III. funebres.* Latinè *Justa Carolo III. Lothar. Duci persoluta: Pauli Verrii Calvinistæ Thrasonica: Hilaria Mussipontana &c.*

21. Febr. JOH. SCHREITERUS, *Germanus*, Annæbergensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Joachimo Vallensis Rector, deinde in patria Diaconus tum Ecclesiæ Cadensis in Bohemia Pastor, pòst Theol. Doctor, in Præsulatum Misnensi Superint. Generalis, Consistorii Elector. Sax. Assessor, ac demum Wurzenæ Pastor atque Præpositus, æt. 60. officii 34. Ejus reperitur *Pentadecas citharæ Davidicæ* i.e. *XV. Psalmorum, qui Graduum cognominantur, explicatio methodica: Oratio parentalis in obitum M. Pauli Jenischii: Conciones XX. de rebus metallicis: Decas Mnemoneutica: Vocatio Pauli in Macedonia, sive Cantio Valedictoria: Ministerium pacis, sive concio inauguralis: De Persecutionibus libellus: Conciones jubilææ: Disp. de erroribus Neo-photinianorum: De conjugio Ministrorum Verbi: De æterna Filii Dei generatione, ex Psalmo II. &c.*

7. Mart. EDO NEUHUSIUS, *Germanus*, Steinfurtensis Westphalus, Gymnasiarcha Leovardiensis, ætat. 57. Struxit *Infantiam Imperii Romani, sub VII. Regibus: Principem Agapetianum, sive comment. de officio Principis: Theatrum ingenii humani, sive de cognoscenda hominum indole, & secretis animi moribus libros II: Fatidicam sacram: Trigam Scholasticarum artium, sive ideam Loquendi, Dicendi & differendi; Gymnasium Eloquentiæ, sive institutionem studii Oratorii; Novam Grammaticam.*

9. Mart. GILBERTUS JONINUS, *Gallus*, Arvernus, S.J. inque ea Eloq. Philos. & Theol. Lector, æt. 42. Scripsit *Lyricorum libros IV; Anthologiam sacram; Elegiarum libros III. Hendecasyllabarum libros II; Scazontum libros II. & Jamb. libb. III; Ænigmata; Beatitudines, Miracula, Sidera, Bion, Pleiades, Hyades, libros singulares; Ethicam Poësin.*

12. Mart. PETRUS KIRCHBACHIUS, *Germanus*, Neukirch. Misnicus, Philos. Magister, primùm Concionator

Aulicus Weisensteinensis, dein Ecclesiastes Oderam. postremò Pastor & Superintendens Cygnæus, æt. 49. Minist. 19. Typis subjecit *Decades IV. Concionum sacrarum; in Threnos Jeremiæ; Magistratum à Deo populo suo præfectum; Signa insignia Pareliorum & Ecclipseos Solaris &c.*

13. Mart. BALTHASAR BAEZ, *Hispanus*, Lusitanus, Olissiponensis, Ordinis Fratrum Redemptorum S. Trinitatis, Theol. Doctor Conimbricensis, Regi Hispaniæ à Concionibus, itemque violatæ religionis judicibus à censuræ ministerio, ac ordinis Chronologus. Ejus extant *Commentaria in Canticum Moysis*, Exod. XV; *In Canticum magnum Moysis, Audite cœli, quæ loquor, tomis duobus; In Canticum Ezechiæ, Es. XXXVIII; In Canticum Esaiæ, Confitebor; In Epistolam S. Jacobi, Apostoli.* Linguâ etiam vulgari *Sermones Quadragesimales: De S. Eucharistia &c.*

18. Mart. DUDLEIUS DIGGES, *Anglus*, Chilhamiensis, Artium Baccalaureus, Eques Auratus, ad magnum Russiæ Ducem Legatus, ac demum Magister Rotulorum, ætat. 55. Post mortem ejus prodiit Liber, cujus est titulus: *Legatus omnibus numeris absolutus.*

3. April. JOH. MALSIUS, *Germanus*, Pastor primùm ad Sp. Sancti Magdeburgensis, deinde ad Templum Cathedrale Halensis, æt. 65. Publicavit *Regimen pestilentiale menstruum: Postillam Evangeliorum: Explicationem Psalmi primi: Conciones aliquot de siccitate &c.*

19. Apr. l. HIEREMIAS DREXELIUS, *Germanus*, Augustanus, Soc. Jesu, in ea Rhetor. Prof. dein Bavariæ Electoris Concionator Aulicus, æt. 57. Societ. 40. Posteritati interfuit variis opusculis, quorum hi sunt tituli: *Considerationes de æternitate: Zodiacus Christianus: Horologium Auxiliaris Tutelaris Angeli: Nicetas: Trismegistus Christianus: Amussis sive de recta intentione: Heliotropium: Orbis Phaeton: Gymnasium Patientiæ: Prodromus æternitatis: Tribunal Christi: Infernus damnatorum carcer: Cœlum Beatorum Civitas: Rhetorica cœlestis: Gazophylacium Christi: Aloë amaris; Rosæ selectissimarum virtutum: Aurifodina Artium: Deliciæ gentis humanæ: Vita Elisabethæ, Electricis Bavariæ.* Libri ejus posthumi prodierunt *Noë: Joseph: Job: David: Salomon: Tobias: Daniel: Antigraphæus, de Conscientia.* Opera hæc prostant junctim Latinè, Germanicè, Italicè.

26. April. JACOBUS DHELIOT, *Gallus*, Aginnensis, Jesuita, Coadjutor spiritualis, æt. 74. Scripsit maternâ linguâ *summam Catechisticam: Odas in annua festa.* Latinè *Jambos mordaces in Calvinistam.*

27. April. JACOBUS RHO sive RAUDENSIS, *Italus*, Mediolanensis Nobilis, S. J. Mathem. in ea Lector, deinde Emissarius in orientem, æt. 48. Evulgavit *Epistolas de sua navigatio-*

gatione, & rebus Indicis: Pro reformatione Calendarii Sinensis: Sinicè *Explicationem Orationis Dominicæ: Salutationis Angelicæ: De Mortificatione & jejunio Tomos IV: De Operibus Misericordiæ tomos III: Tabulas motus solaris tom. VIII: Lunaris totidem: De Mensura cœli & terræ tomis II: De motu quinque Planetarum lib. II: Librum de Arithmetica: Regulam proportionum &c.*

1. Maji ANDR. WAGNER, *Germanus*, Suevus, Jesuita, Sacerdos, æt. 50. Neoburgi. Exaravit Germanicè *Colloquium Catholici cum Lutherano*, sub titulo; *Quando vis fieri Catholicus? Colloquium alterius*, hoc titulo; *nondum te accommodabis? Refutationem epistolæ consol. Jo. Conr. Gabelii: Xenia Germanica, pro congregatione civica Ingolstadiana.*

4. Maji GUILIELMUS FEDERLE, *Germanus*, Pfreumdensis Bavarus, S. J. Leopoldi Archiducis Austriæ Concionator aulicus, æt. 51. Emisit, nomine suô suppressô, *Germanicum veridicum.*

6. Maji CORNELIUS JANSENIUS, *Belga*, Laerdamensis Batavus, Theol. Doctor & Prof. Lovaniensis, Acad. hujus Legatus ad Hispanos, demum Episcopus Iprensis & Gandavensis, æt. 53. Reliquit *Alexipharmacum pro civibus Silvæducensibus, sive responsum ad libellum eorum provocatorium: Spongiam Notarum, quibus Alexipharmacum aspersit Gisb. Voetius: Comment. in libros V. Moysis: Comment.*

in IV. Evangelia: Orationem de interioris hominis reformatione: Librum de Hæresi Pelargiana, de auxilio Gratiæ, quem Augustinum inscripsit: Analecta in Proverbia: Ecclesiasten: Sapientiam: Habacuc: Sophoniam: Responsa de vi obligandi conscientias: De Juramento, quod publicâ auctoritate Magistratui designato & aliis imponi solet &c.

20. Maji FRANC. CALYDONIUS, *Italus*, Comes, Vicentinus, Eques Venetus, JC. Mathematicus. Publici juris fecit *Sententias Titi Livii: Avorum suorum elogia.*

31. Maj. ZACHARIAS BOVERIUS, *Italus*, Salutiensis, ordinis Capuccinorum, Phil. & Theol. Professor, æt. 70. Confecit *Annales Fratrum Minorum Capuccinorum: Censuram in libros M. Antonii de Dominis de Republica Ecclesiastica: Demonstrationes Symbolicas veræ & falsæ Religionis adversus Atheistas, Judæos, Hæreticos.*

13. Jul. ZACHARIAS BRENDELIUS, *Germanus*, Jenensis Thuringus, junior, Med. Doctor, primùm Physicus Glauchensis, deinde Angriensis in Westphalia, tum Vinariensis, novissimè in Acad. patria Med. Professor, æt. 46. Struxit *Chymiam in artis formam redactam: Dispp. Medicas de ventriculi imbecillitate: Tractatum de inductorum Purgantium viribus, dosi &c.*

31. Jul. SYBILLA SCHWARTZE, *Germana*, Gryphiswaldensis Virgo, æt. 17. Dedit *Poëmata Germanica.*

8. Aug.

8. Aug. MATTHIAS BERLICHIUS, *Germanus*, Schkoelensis Thuringus, J. U. Doctor & Practicus Lipsiensis, æt. 52. Edi curavit *Conclusiones Practicabiles, secundum Constitutiones Saxonicas, Partibus quatuor: Decisiones Aureas.*

22. Aug. JO. ANTONIUS USON, *Hispanus*, Darocensis, Jesuita, Phil. & Theol. Prof. Complutensis, ætatis 44. Commentatus est *in Partem I. Summæ Theologiæ S. Thomæ: Sermones diversos.*

23. Aug. GEORGIUS MASCHOVIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. patria Professor. Typis subjecit *Commentarium in Epistolam ad Hebræos: Dispp. Theol. de æterna Salvandorum Prædestinatione: De meriti Christi amplitudine &c.*

24. Aug. JO. HOSKYNS, *Anglus*, Herefordiensis, justitiarius Londinensis & Consiliarius regius, ætatis 72. Formavit *Lexicon Græcum: Epigrammata: Epitaphia varia: Artem Memoriæ.*

5. Sept. GEORGIUS ZEÆMANNUS, *Germanus*, Hornbacho-Bipontinus, Theol. Doctor, hujusque primùm in Gymnasio Lavingiano Professor, deinde Ecclesiæ Campidonensis Pastor, tandemque Superint. Stralsundensis, æt. 58. officii 35. Elucubravit *Tractationem de Colloquio Ratisbonensi: Dispp. VII. de Sacra Scriptura: Jesuitam revapulantem, seu Apologetici Gretseriani Refutationem:*

Obiit ANNO 1638.

Gretserum triumphatum, seu Agonistici Gretseriani confusionem: Basin fidei, contra Fullonem Ingolstadiensem: Athletam larvatum, contra Gretserum: Syllogen errorum Cinglio-Calvinisticorum, de Verbo Dei: Carnificinam Esaviticam, contra spontaneam flagellationem: Ideam controversiæ de gratia primi hominis: Controversias de Imagine Dei & Paradiso: Comment. in Epist. Pauli ad Galatas: ad Ephesios; ad Philippenses: ad Colossenses: in utramque ad Thessalonicenses: in I. ad Timotheum. Germanicè *Papismum Acatholicum, ejusdemque Apologiam contra Jac. Kellem: Conciones Jubilæas: Novi anni inaugurales: Funebres: Pœnitentiales: Scholasticas: Festivales: Homilias de Tempore: De Precibus: De Miraculis: Apologiam Spiculi miraculosi, contra Eliam Grafen, Jacobum Bidermannum & Laurent. Forerum &c.*

12. Sept. HENRICUS THUNDERUS, *Anglus*, Cantianus, Jesuita, Audomari Informator juventutis, & Adjutor spiritualis, æt. 66. Composuit Anglicè, præfixis literis initialibus nominis sui, *Modum offerendi se quotidie Deo.*

14. Sept. JOHANNES PAULI RESENIUS, *Danus*, Harsaliâ-Skodborgensis, primùm Scholæ patriæ ConRector, deinde Phil. Magister, Log. ac Theol. Professor, tum Theolog. Doctor, ac demum Episcopus Sædlandiæ & Canonicus Roëskildensis, ætat. 77. Quæ posteritati tradidit, hæc sunt; *Grammatica: Logica: Rhe-*

torica: Scholia in Gemmæ Frisii Arithmeticam: In Euclidem Isagoge compendiosa: Biblia in vernaculam lingvam translata, cum notis marginalibus: Comment. in Novum Testamentum: Catechesis Lutheri, ipsius Lutheri explicationibus polita: Jubilæus Christianus: Lutherus triumphans: Partitiones Evangelicæ: De Sancta Fide in DEum: Dispp. V. de gratia universali, contra Jo. Piscatorem: II. de verbo Dei Domini, quod manet in æternum: De Agapis: IV. de Gratia Dei ex Timoth. II: De Deo Triuno: II. de Mediatore: Dispp. Logicæ variæ: Conciones Pœnitentiales &c.

15. Sept. CHRISTOPHORUS BESOLDUS, *Germanus*, Tubingensis Svevus, J. U. Doctor, primùm in Acad. patria, deinde & Ingolstadiensi Codicis & juris publici Professor, nec non Consiliarius Cæsareus ac Bavarus, ætatis 61. ex Lutherano factus Pontificius. Condidit *Synopsin Politicæ doctrinæ: Differt. de Præcognitis Politicis: De Rep. curanda: De Majestate ejusque juribus: Tractatum de Reip. Statu mixto: Disc. de informatione & coactione subditorum: De Ærario publico: De tribus domesticæ Societatis Speciebus: De jure ordinibusque civium: De Legatis, eorumque jure: De Sessionis præcedentia: De Pacis jure: De Arcanis Rerumpublicarum: De Monarchiis: De arte jureque Belli: De vita & morte: De natura Populorum, & de Lingvarum ortu atque immutatione: De veræ Philosophiæ fundamento: Synopsin rerum ab orbe gestarum: Historiam Constantinopolitano-Turcicam: Historiam urbis & regni Hierosolymitani, Regum item Siculorum & Neapolitanorum: De incrementis imperiorum: Delibata juris: Tract. de Appellatorio juvamine: Comment. ad Constitut. Wurtenbergenses: Consultationes de variis juris materiis: Thesaurum Practicum: Comment. libri I. Pandectarum: Consiliorum juridicorum Decadem: Tractatum posthumum juris publici: Axiomata Philos. Christianæ: Orat. in obitum D. Jo. Valentini Neyfferi: Dispp. varias e. g. de juramento: Homicidio: Injuriis: publicis judiciis &c.*

15. Sept MELCHIOR KNAB, *Germanus*, Ratolpzellensis, Constantinensis, Theol. Licent. S. J. Theol. Mor. Lector & Sacerdos, æt. 77. Formavit *Conscientiæ amussim: Arcam auream.*

17. Sept. JO. ZABELIUS, *Germanus*, Brandenburgo-Marchicus, J. Utr. Doctor, primò Advocatus, deinde Consiliarius Schwartzeburgicus, tum Dicasterii Elect. Saxonici Assessor, ac demum Scabinus & Proconsul Lipsiensis, æt. 53. Publicavit *Exercitationes Feudales: Dissertationem Anti-Bodinam in libb. Bodini de Republica: De jure accrescendi: De Successione Feudi.*

23. Sept. WILH. NIGRINUS, *Germanus*, Cadâ Bohemus, Philos. Magister & Moral. Professor Wittenbergensis, ætatis 50. Scripsit *de Legis impletione, contra Bellarminum,*

Beca-

Becanum & alios: Papisticum Sacræ Scripturæ contemptum: Assertionem Loci cujusdam à Fevardentio citati: Dispp. de Summo Bono: De Honoribus, tum in genere, tum in specie de Nobilibus & Academicis: De justitia: De juramentis: De Societate conjugali: De Familiis in genere: De Civitate & Civibus: De principiis actionum humanarum: De Amicitia: De Domo, Vico, pago, oppido, urbe & civitate: Quæstiones nobiles Practicas &c.

3. Octobr. SAMUEL DRESENIUS, *Germanus*, Dithmarsus, Phil. Magister, Gymnasii in valle Joachimica Rector, æt. 60. Composuit *Orationes de industria: De Aëris salubritate: Panegyricum in laudes Jo. Sigism. Elect. Brandeburgici: Notas in libros VI. Josephi Iscani de Bello Trojano: Dispp. Ethicas.*

10. Octobr. JO. ERASMUS BROCHMANDUS, *Danus*, Coagiensis, Sædlandus, Phil. Magister, primùm regiæ Scholæ Soranæ Moderator, deinde Philos. & Theol. Prof. Hafniensis, æt. 44. Ab eo supersunt *Dispp. III. Physicæ: II. Theologicæ de Ecclesia: Trias Decupla Problematum è cyclopedia Philosophica depromptorum: ἑξὰς Quæstionum Philosophicarum.*

12. Octobr. LUCAS BACMEISTERUS, *Germanus*, Rostochiensis, Th. Doctor, ejusdemque Professor in Academia patria, pòst quoque Superintendens Megapolitanus, ætatis 68. Profess. 38. Reliquit *Dispp. Theol. XXIII. oppositas Decretis Concilii Tridentini: XIII. de Lege, cùm in genere, tum in specie de Decalogo.* Germanicè *De Sacra Cœna Domini, contra Jo. Rhuelium: Fasciculum Quæstionum Theologicarum: Testimonia Calvinianorum propria, quod quis in Religione Lutherana possit salvus fieri: Homilias II. de reformatione D. M. Lutheri &c.*

14. Octobr. GABRIEL CHIABRERA, *Italus*, Savonensis, Poëta, æt. 86. Emisit patriô sermone *Italiam liberatam, sive de bellis Gothorum comœdias: Poëmata tribus voluminibus.*

17. Octobr. STEPHANUS GUYONIUS, *Gallus*, Dolanus, Burgundus, S. J. collegiorum Dolani, Avernionensis, Carpentoractensis & Vesuntionensis Rector, æt. 71. Foràs misit *Orationes.*

18. Octobr. GREGORIUS NYMANNUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Phil. & Med. Doctor, hujusque in patria Professor, æt. 46. officii 21. Exaravit *Dissertationes de vita fœtus in utero: Tractatum de Apoplexia: Tractatum de partibus corporis externis: Examen Animadversionum, quas quidam in suam de vita fœtus in utero dissertationem insulsè evomuit: Epistolam de Venis lacteis &c.*

21. Octobr. GUIL. JANSONIUS CÆSIUS, siue BLAEU, *Batavus*, Amsterodamensis. Divulgavit *Institutionem Astronomicam, de usu Globorum & Sphærarum cœlestium ac terrestrium: Tabulas Geographicas quàm plurimas: Speculum Nauticum, sive Instructionem in arte navigatoria.*

31. Octobr. JO. PERLINUS, *Hispanus*, Madritanus, S. J. in variis regni Peruani locis Theol. interpres, demum etiam Coloniæ Agrippinæ Doctor atque Professor, ætatis 64. Relig. 50: Dunkercæ. Prelo commisit *Apologiam Scholasticam pro magnæ matris ab originali debito immunitate: Sacrum convivium, sive de frequentia & usu Eucharistiæ.*

4. Nov. PETRUS CUNÆUS, *Belga*, Flissingâ-Zelandus, J. U. Doctor, primò Advocatus, deinde Lat. lingvæ, tum Polit. demum hujus & juris Prof. Lugduni Batavorum, æt. 66. Concinnavit *Sardos Venales, seu Satyram Menippæam, in sui seculi homines ineptè eruditos: Satyram in Principes Romanos: Notas & animadversiones in Nonni Dionysiaca: Libros III. de Republica Hebræorum: Exercitationum Oratoriarum inaugurationem: Orationes varii argumenti.*

6. Nov. LUDOVICUS WAPY, *Lotharingus*, Virdunensis, S. J. Phil. & Theol. Lector, collegii Convictorum Rector Mussipontanus, æt. 68. Scripsit Gallicè, suppresso nomine, *Hilaria Mussipontana: De Indulgentiis: Veram Philosophiam hominis Christiani.*

12. Nov. GREGORIUS CNAPIUS, *Polonus*, Masovita, Grodziecensis, Jes. Orator, Math. & Theol. Scholasticæ Prof. æt. 74. Foràs dedit *Thesaurum Polono-Latino-Græcum, seu promptuarium lingvæ Latinæ, Græcæ & Polonicæ: Adagia.*

15. Nov. ANDREAS BAUERUS, *Germanus*, Cizâ-Misnicus, Theol. D. Prof. & Ecclesiæ Nicolaitanæ Archidiaconus Lipsiensis, æt. 49. Reliquit πρόβλημα *Theol: de vera, reali ac substantiali carnis & sanguinis Christi* θεανθρώπε *in actione cœnæ præsentia: Disp. de Lege morali: Conciones aliquot funebres.*

18. Nov. ANDR. SCHILLINGIUS, *Germanus*, Itenheimensis, Alsatus, Phil. & Med. Doctor, primùm Practicus Argentoratensis, deinde ibidem Phys. ac demum Med. Prof. æt. 45. Dedit *Disp. de morborum differentiis: De Urinæ suppressione &c.*

21. Nov. GASP. RUTHARDUS, *Germanus*, Eistettensis Francus, Soc. Jesu, Phil. & Theol. Prof. æt. 44. Struxit *Sacram Cosmologiam, theoriis Physicis illustratam.*

7. Decembr. RICHARDUS JAMESIUS, *Anglus*, Neuporto-Vectus, Artium Magister, Theol. Baccalaureus. Emisit *Conciones ad Clerum & ad populum: Poëmata.* Vertit è Latino *Minutii Felicis Octavium.*

8. Decembr. IGNATIUS ARMANDUS, *Gallus*, Delphinas, Vapinensis, Jesuita, Phil. & Theol. Lector, Collegiorum Turnoni & Parisiis Rector, denique Franciæ Provinciæ Præpositus, nec non Campaniæ, æt. 76. Scripsit *Epist. contra Danielem Chamierum: Paraphrasin in Psalmos: Orat. ad Henricum IV. Regem Galliæ, pro Societatis Innocentia, ejusque in Galliam restitutione.*

23. Decembr. GEORGIUS SCHöNBORNERUS, à Schönborn & Ziesendorff, *Germanus*, Freistadiensis, Silesius, J. U. Doctor, primùm Comitis Hohenzollensis Cancellarius Aulicus, deinde Cancellarius Schaffgucensis, nec non Syndicus Glogoviensis, novissimè Consiliarius Cæsareus, Com. Palatinus, per inferiorem Silesiam ac Lusatiam Patronus Fisci regii, æt. 59. Prelo subjecit *Politicorum libros VII: Statuta Civitatis Saganensis.* Germanicè *Paragraphim Orationis Dominicæ.*

25. Decembr. JACOBUS PERARD, *Gallus*, Campanus, Jesuita, Collegiorum Cadomensis, Venetensis & Rhedomensis Rector, æt. 71. Exaravit Latinè *Apologiam pro Religiosis.* Gallicè *Conciones de Sanctis Tomos II: Conciones Dominicales per annum: Stromata spiritualia.*

JO. JACOBUS HULDRICUS, *Helvetius*, Tigurinus, primùm in patria Plebanus, deinde Græcæ Lingvæ & Theol. Professor, ac demum Collegii Carolini Præpositus, æt. 70. officii 46. Confecit *Vindicias pro Bibliorum translatione Tigurina, adversus Jac. Gretserum: De Religione antiqua & Catholica S. Felicis & S. Regulæ, Protomartyrum Tigurinorum, Historiam: De Ecclesia Electorum Dei, inter medium præteritorum seculorum Papatum ὑπάρξει seu existentia, & conservatione perpetua: De Religione Ecclesiarum Græcanicarum disquisitionem: Orationes: Diatriben de Sacramentis: Vindicias capitis 17. confessionis Helveticæ: Parænesin ad Anabaptistas schismaticos: De certitudine salutis, ex Joh. 10. &c.*

WERNERUS TESCHEIMACHERUS, *Germanus*, Clivensis. Delineavit *Annales Cliviæ, Juliæ, Montium, Marchiæ.*

FRANCISCUS DE BIVAR, *Hispanus*, Matritensis, Monachus Cisterciensis, Phil. & Theol. Professor ad S. Claudii apud Gallæcos, deinde Abbas Nucalensis, demum Generalis in Curia Romana Procurator. Latinè dedit *Commentarium Apodicticum in Flavii Lucii Dextri Chronicon: Apologeticum contra Gabrielem Pennotum, pro eodem Dextro: Comment. in Marci Maximi continuationem Chronici Fl. Lucii Dextri: Sanctos Patres vindicatos à vulgari sententia, quæ illius in controversia de immaculata Virginis conceptione imputari solet: De veteri Monachatu &c.* Hispanicè.

JOSEPHUS MEDE, *Anglus*, Essexiensis, Artium Magister, Ecclesiastes, æt. 52. Composuit *Clavem Apocalypticam: Diatribem in varia sacræ scriptura Loca: De Hebdomadibus Danielis: De Apostasio ultimorum temporum: De Prophetia Petri, concernente secundum Christi adventum: Dissertationes Ecclesiasticas de sanctitate relativa, veneratione sacra & sortitione & alia.* Opera ejus junctim edita sunt.

THOMAS OBICINUS, *Italus*, Novariensis, ordinis Min. Regul. observantiæ,

vantiæ, Orientis Apostolicus Commissarius, & Lingvarum Orient. in collegio S. Petri Montis Aurei Magister. Consignavit *Grammaticam Arabicam*: *Logicam Arabicam.*

JOH. HENRICUS ALSTEDIUS, *Germanus*, Phil. & Theol. Professor in Schola Herbornensi, pòst Albæ Juliæ in Transylvania, æt. 50. Ejus habentur *Encyclopædia Biblica*: *Præcognita Theologica*: *Theologia Naturalis*; *Catechetica*: *Prophetica*: *Polemica*: *Scholastica*: *Didactica*: *Compendium Theologicum*: *Paratitla Theologica*: *Lexicon Theologicum*: *Loci Communes Theologici, perpetuis similitudinibus illustrati*: *Distinctiones Theologicæ*: *Regulæ Theologicæ*: *Methodus Theologiæ*: *Logica Theologica*: *Summa casuum conscientiæ*: *Quæstiones Theol. Philomela Theologico-Philosophica*: *Diatribæ de mille annis Apocalypticis*: *Definitiones Theologicæ*: *Pastor conformatus*: *Turris David*: *Turris Babel*: *De manducatione spirituali*: *Encyclopædia Philosophica*: *Hujus compendium*: *Consiliarius Academicus*: *Clavis Artis Lullianæ*: *Thesaurus Chronologicus*: *Compendium Philosophicum*: *Compendium Lexici Philosophici*: *Systema Mnemonicum*: *Rhetorica*: *Theatrum Scholasticum*: *Logicæ Systema Harmonicum*: *Philosophia restituta*: *Panacea Philosophica*: *Trigæ Canonicæ*: *Metaphysica*: *Physica Harmonica*: *Compendium Logicæ Harmonicæ*: *Compend. Grammaticæ Latinæ*: *Orator*: *Methodus admirandorum Mathematicorum*: *Arithmeticum Compendium.*

CORNELIUS GISELBERTUS PLEMPIUS, *Belga*, Amsterodamensis, J. U. Doctor, Causidicus Hagensis, deinde in patria tranquillo otio vixit. Lusit *Poëmata varia*, simul excusa.

CLAUDIUS GASP. BACHETUS, *Gallus*, Sebusianus, Nobilis. Paravit *Librum de Æsopo & ejus fabulis*: *Comment. in Diophanti Alexandrini Arithmeticam*: *Poëmata.*

LAURENTIUS OLAI VALLIUS, *Svecus*, Nericius, Theol. Doctor, Pastor prim. Holmensis & Aulicus, tum Th. Professor Upsaliensis, tandem Episcopus Stregnensis. Hujus est *Explicatio Problematis*; *An ii, qui Religionem Calvinianam tenent, serioque defendunt, sint Calviniani appellandi? Explicatio Joh. III, 16*: *Disp. XXXIV. in Locos Theol. D. Matth. Hafenrefferi*: *Pentades Quæstionum Theologicarum*: *Disp. de Anti-Christo*: *De æquivocatione Jesuitica commentatio statu mortuorum post hanc vitam*: *Comment. in vitam Ochoziæ Regis Judæorum*: *Memoria Tristium ad amicos super morte R. Gustavi Adolphi*: *Disp. de Papistica religione deserenda, & Lutherana amplectenda*: *Disp. Theol. contra Rob. Bellarminum*: *Comm. in vitam Athaliæ Regis Judæ*: *Disp. IV. de Miæphonia Papistica*: *Postillæ Academicæ Collegium primum*: *Quæstiones Scholasticæ in Evangelia*: *Variæ Disp.* sigillatim emissæ, *ut de Servatore J. Christo*: *De honesta delatione*: *De Theol.*

Theol. in genere: Lingua quoque populari, *Christus Testator*, *de S. Cœna: Vale Stockholmense*, *concio valedictoria*: *Vale Ecclesiasticum*, *conciones III. de benedictione post finita sacra solenni*: *Gaudium Svecicum*, *ob nativitatem Principis Christinæ*. *Consolatoria ad Reginam*, *de obitu Gustavi Adolphi diversa*: *Jeremias consolator*: *Psalterium consolatorium*: *Catechismus*: *Biblia juvenum*: *Observationes in Pentateuchum*: *Conc. quàm plurimæ funebres.*

CAROLUS VERON, *Belga*, Crispiniensis, Hanno, ordinis Eremitarum S. Augustini, Theol. Doctor & Ecclesiastes, Conventus Tornacensis Prior. ordinisque per Belgium Definitor ac Prior Provincialis. Delineavit Gallicè *Triumphum SS. Josephi & Annæ*: *Breviarium Breviarii*: *De Sacri Apostolatus excellentia*, *sive de S. Bartholomæo libros III.*

ANNO 1639.

18. Januar. GUIL. WRIGHTUS, *Anglus*, Eboracensis, Societ. Jesu, Theol. Doctor, Philos. & Theol. Professor partim Viennensis, partim Græcensis, æt. 79. Relig. 60. Scripsit Anglicè, præfixis literis W. G. *in Jo. Whitun*, *Ministrum Calvinianum*: *contra N. E. de 12. spiritibus*: Transtulit ex Latino *Jacobi Gordani controversiarum tomum I*: *Martini Becani Tractatus aliquot*: *Leonh. Lessii de fide & religione capessenda*. Ex Hispanico *Libellum de persecutione Christianorum in Japonia*: *Tractatum de Pœnitentia.*

16. Febr. HIERON. FASOLUS, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Phil. & Theol. Professor, collegii in patria Rector, ætatis 72. Struxit *Commentaria in I. partem S. Thomæ tomis III.*

13. Mart. BERNHARDUS DERSCHOVIUS, *Borussus*, Regiomontanus, Theol. Doctor, in patria Ecclesiæ Palæopolitanæ Pastor & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 48. Emisit Germanicè *Tractatum de ultimis Mundi malis*, *præsertim de Peste*, *Bello & Annonæ caritate*: *Antidotum Spirituale*: *Conciones funebres*: *Disp. de passione & morte Christi &c.*

18. Mart. PHIL. MASSINGER, *Anglus*, Sarisburiensis, æt. 55. In lucem protraxit *Comœdias & Tragœdias XVI.*

22. Mart. CONRADUS DIETERICUS, *Germanus*, Germundanus Hassus. primùm Comitis Laubaco-Solmensis Concionator Castrensis, deinde Archidiaconus Marpurgensis, porro Philos. Practicæ Professor & Pædagogii Director Giessensis, demum Theol. Doctor & Superintendens Ulmensis, ætat. 65. officii 39. Inclaruit ex *Institutionibus Dialecticis*: *Oratoriis*: *Rhetoricis*: *Canonibus Logicis*: *Analysi Evangeliorum*: *Discursu de Formula Concordiæ*: *Quæstionibus*

Theologicis de Fanatismo Swenckfeldianorum: Mysteriologiâ Sacramentorum V. & N. Testamenti: Institutionibus Catecheticis: Elenchô geminô contra Judæos, de adventu Messiæ: Oratione de Hæreticorum in disseminandis dogmatibus suis prudentia: Homiliis in Psalmos Pœnitentiales: Discursu de Somniis: De Eleemosyna: De Præda bellica: Speculo Senum: Concionum Miscellanearum Tomis IV: Concionibus XLI. de Tempore? In Ecclesiasten Concionum Tomis II: In Sapientiam Concionum Tomis II: In Prophetam Nahum homiliis LXIII. &c.

29. Mart. JO. WIGGERS, *Belga*, Diestemius Brabantinus, primùm Philos. in Gymnasio Lilii Prof. deinde in seminario ejus Rector, Theol. Doct. & Profess. Lovaniensis regius, æt. 67. Reliquit *Commentaria in totam D. Thomæ Summam Theologicam.*

29. Mart. JO. MAUSTASIUS, *Gallus*, Lemovicensis, Jesuita, Orator. Lector, Collegii Rupellensis Rector, æt. 46. Dixit *Panegyricum Ludovico XIII. Regi Christianissimo: Ignatio & Xaverio recens in Sanctorum numerum relatis.*

30. Mart. FERDIN. DE SANTIAGO sive de SANCTO JACOBO, *Hispanus*, Hispalensis, Theol. Magister, Salmanticæ, Romæ & aliis in locis Concionator, Granatæ Præfectus, ætatis ferè 100. Typis expressit lingvâ vernaculâ *Considerationes super Evangelia: Sermones de Rege Philippo II: Tractatum de Contritione: Apologiam pro usu æreæ monetæ in Hispania.*

10. April. JO. AUGUSTINUS CONFALONERIUS, *Italus*, Mediolanensis, Jesuita, æt. 81. Societ. 60. Publici juris fecit *de celebratione Missæ opusculum: De Verbo Dei humanato & in Bethlehem nato: Historiam moralem sui temporis: Historiam moralem de antiquis & recentioribus exemplis: Vitam B. Virginis Mariæ.*

18. April. MICHAEL SCHNEIDERUS, *Germanus*, Bitterfeldâ-Saxo, Phil. Magister, & Moral. Professor Wittenbergensis, æt. 27. Scripsit *de morbis nonnullis, qui publicas sæpe res infestare, Galliæque cumprimis regnum miserè vexare solent: De immortalitate Animæ: Tabulam Calumniæ: Cogitationes de morte & vita: Orationem in obitum D. Johannis Gerhardi &c.*

24. April. JO. ISFORDIN, *Germanus*, Monasteriensis S. J. Collegiorum Molshemensis & Passaviensis Rector, æt. 73. Societ. 48. Tacitô suô vulgavit nomine *Elementa Christianæ perfectionis, à Thoma de Kempis IV. libris de imitatione Christi olim comprehensa, nunc iisdem verbis novo ordine per LL. CC. digesta.*

24. April. NICOLAUS BRAUN, *Germanus*, Marpurgo-Hassus, Med. Doctor, hujusque & Physices in patria Professor. Exaravit *Epistolam de gravi Catharro: Quæstiones Medicas de Fumo Tabaci.*

2. Maj.

2. Maj. CHRISTOPHORUS EILARDUS, *Germanus*, Oldenburgicus, Frisius, Phil. Magister, Poës. Prof. Regiomontanus, æt. 54. prof. 21. Scripsit *Poëmata varia: Dispp. de usu Philosophiæ in Republica: De summa civilis administrationis felicitate: Ζητήματα Philosophica &c.*

10. Maj. SAMUEL BOHLIUS, *Germanus*, Gryphenbergâ-Pomeranus, Phil. Magister & Theol. Professor Rostochiensis, æt. 28. Concinnavit *Commentar. Biblico-Rabbinicum in Esaiæ VII. & sqq. Pro Regula rustica reintroducenda in explicatione Sacræ Scripturæ Dispp. XIII: Tractatum contra Matrimonium Comprivignorum: Responsum ad Defensionem in casu Matrimoniali: Dispp. Hebraicas, seu Comment. super Malachiam Prophetam: Tractatum de quibusdam, quæ Deo propriè competunt: Grammaticam Hebræam: Ethicam Sacram, sive Comment. in Proverbia Salomonis: Dispp. super Psalmum XVI: Analyticam Paraphrasin Psalmorum.*

13. Maj. EDOARDUS CHETWYND, *Anglus*, Staffordiensis, primùm Abendonensis, pòst Bristoliensis Prælector, demum Annæ Reginæ à Sacris, & Decanus Bristoliensis. Publicavit *Conciones Sacras super Act. XX. 24: Luc. XIII, 23. 24: Thren. V, 15. 16: Psalm. LI, 10. &c.*

13. Maj PETRUS LAURENBERGIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Med. Doctor, inque Academia patria Prof. æt. 54. Struxit *Apparatum Plantarum libris II: Horticulturam Libris II: Porticum Æsculapii, sive generalem Artis Medicæ constitutionem: Anatomiam corporis humani: De Curatione Calculi Vesicæ: Pansophiam, sive Pædiam Philosophicam: Pasicompsen novam, seu delineationem pulcritudinis: Castrum doloris, sive Orationes funebres: Cynosuram bonæ mentis: Musomachiam, sive Bellum Musicale: Euphradiam, sive promptam ac parabilem Eloquentiam: Cronium, sive seriem compendiosam rerum illustrium à mundi exortu gestarum: Institutiones Arithmeticas: Amphylicum, sive de Natura Crepusculorum: De genuino Globi cœlestis usu & officiis libros III: Acerram Philologicam: Procrestriam Anatomicam: Notas & animadv. in Angeli Salæ Synopsin Aphorismorum: Laurum Delphicam, sive consilium, quô describitur methodus facilis ad Medicinam: Fundamentum Latini Eloquii: Disp. de occultis Qualitatibus: Proloquium in Mnemonica Ciceronis &c.*

14. Maji JULIUS SOLIMANUS, *Italus*, Firmianus, S. J. Rhetor. Romæ, Philos. Pragæ, & Theol. Firmi Professor, æt. 44. Societ. 26. Emisit *Orationes: Elogia Ducum & Regum Bohemiæ.* Sub nomine Collegii Pragensis, *Constantinum Victorem, Hilarem Tragœdiam: Bohemiam exorientem, Gentilem, Christianam, piam, bellicosam, regnantem, imperantem, Austriacam.*

31. Maji NICOL. RICCARDIUS, *Italus*, Romanus, Ordinis Prædicatorum, S. Palatii Apoſtolici Magiſter, æt. 52. Condidit Italicè *Orationes*: Hiſpanicè *Carmina*: *Sermones in Beatificatione S. Tereſiæ*: Latinè *commentarios in omnes S. Scripturæ libros, cum gloſſis & paraphraſi.*

6. Junii PETRUS CRüGERUS, *Boruſſus*, Regiomontanus, Philoſ. Magiſter, Mathem. ac Poëſ. Profeſſor Gedanenſis, ætat. 59. Luci publicæ donavit *Doctrinam Aſtronomiæ Sphæricam*: *Cometicum Uranodromum*: *Diatriben Paſchalem*: *Cupedias Aſtroſophicas*: *Praxin Trigonometriæ Logaritmicæ.*

4. Julii STEPHANUS BINETUS, *Gallus*, Divionenſis, Jeſuita, Collegiorum Rothomagi, Pariſiis, Provinciis, Campaniæ, Lugduni, Franciæ Rector, æt. 71. relig. 49. Edidit maternâ linguâ *Vitas Sanctorum*: *Flores Pſalmorum*: *Teſſeram ſalutis*: *Conſolatoriam ægrorum Scholam*: *Compendium perfectionis*: *An omnes in ſua Religione ſalvari poſſint?* *Motiva excitantia ad opera miſericordiæ*: *Afflictarum animarum conſolationem*: *Ineffabilem Dei miſericordiam in bonum Latronem*: *Efficacia remedia contra peſtem & mortem ſubitaneam*: *De efficaciſſimis amoris Jeſu Chriſti illecebris*: *Felicitatem in infelicitatem exiſtentium in purgatorio*: *Quæſtiones de ſalute originis*: *Praxin divini amoris*: *Principum Operum Dei*: *Excellentias S. Joſephi*: *Auream ad cœli Jannam Eleemoſynam*: *Meditationes in vitam B. Virginis &c.*

9. Jul. ANTONIUS WALÆUS, *Belga*, Gandavenſis, primùm Koukerkæ, deinde Middelburgi in Zelandia Eccleſiaſtes, ibidem Græcæ Linguæ & Philoſ. Profeſſor, poſtremò Theol. Doctor, ejuſdemque Prof. & Paſtor Leydenſis, æt. 66. Formavit *Compendium Ethicæ Ariſtot. ad normam veritatis Chriſtianæ revocatum*: *Locos Communes Theologiæ*: *Enchiridion Religionis reformatæ*: *De autoritate Magiſtratus in rebus Eccleſiaſticis*: *Reſponſionem ad cenſuram Jo. Arn. Corvini in Petri Molinæi Anatomen Arminianiſmi*: *Tractatum de Sabbatho &c.* Opera ejus etiam junctim prodierunt.

24. Jul. JO. WIELEWICKI, *Polonus*, Nobilis, Calisſienſis, S. J. Phil. & Theol. Prof. Bambergenſis, Domus deinde Profeſſæ Cracovienſis, pariterque Collegiorum Leopolienſis, Poſnanienſis & Calisſienſis Rector, nec non Sacerdos, ætat. 73. Societ. 55. Scripſit ex Latino Polonicè *Thomæ de Kempis de Imitatione Chriſti libros IV.* Colligit *Indicem ad P. Scargæ tomum de Vitis Sanctorum.* Linguâ etiam vernaculâ, & ſub alieno nomine *Poëmata varia, de rebus piis, deque aliis moralibus, & contra Hæreticos.*

6. Aug. GUIL. MERCERUS, *Belga*, Hannonienſis; Philoſ. & Theol. Prof. Lovanienſis, Collegii Houterleani Rector & Decanus Eccleſiæ

D. Pe-

D. Petri, æt. 67. Effecit *Commentarium in tertiam partem D. Thomæ.*

20. Aug. JACOBUS BIDERMANNUS, *Germanus*, Suevus, Ehingensis, Soc. Jesu, Humaniorum literarum, Phil. & Theol. Prof. Dilingensis, inde Censor Librorum Romanus, æt. 61. Consignavit *de rebus à B. Ignatio gestis Epigrammatum libros tres: Herodiadem, Poëma Epicum: Prolusiones Theologicas tres: Narrationum Selectarum libros III. ex M. T. Cicerone, Seneca, Gellio, Plinio: Agonisticam pro Miraculis: Ubaldinum: Heroum & Heroïdum epistolas: Sylvulas Hendecasyllaborum: Delicias sacras: Acroamata Academica: Corollaria Philosophica: Opuscula Theol. libris X: Utopiam, sive sales Musicos: Aloysium: Comico-Tragœdias sacras X.*

11. Sept. HERMANNUS HUGO, *Belga*, Bruxellensis, S. J. Scholæ patriæ moderator, tum diversorum Ducum Confessionarius, ætat. 41. Scripsit *de prima scribendi origine & universæ rei literariæ antiquitate: De vera fide capessenda: Pia desideria: Obsidionem Bredanam: De militia equestri antiqua & nova.* Ex Italico vertit *Vitam Caroli Spinulæ &c.*

18. Sept. JOH. HARPRECHTUS, *Germanus*, Wurtenbergicus, Wallenhemiensis, J. U. Doctor, ejusdemque Prof. Tubingensis, æt. 79. profess. 47. Inclaruit variis ingenii sui monumentis, nempe *Tractatu de Processu judiciario: De publicis judiciis: Tractatu criminali: Commentario de jure Tutelæ & Curæ: Repetitione difficillimarum Legum in Pandectis: Disputationibus ad Institutiones Justinianeas: Tractatu de patria Potestate: Commentariis de Legatis: De Lege Falcidia: De Fideicommissis: De Codicillis: Comm. de Actionibus: De rerum divisione: De Successionibus ab intestato: De Servitutibus: De justitia & jure: De usucapionibus & longi temporis præscriptionibus: De Locatione & Emphyteusi: De Emptione & Venditione: De Procuratoribus & Sacerdotibus: De Obligationibus & Mutuo: De Testamentis: De Verborum Obligationibus: De Donationibus: De Exceptionibus: De Replicationibus: De interdictis: De officio judicis: De Mandato: De Fidejussoribus & literarum obligationibus: De Retorsione: Libris IV. Poëmatum: Orationibus atque Dispp. variis.* Prostant Operum ejus Tomi IV.

19. Sept JOH. STRAUCHIUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor, Electoris Sax. Consiliarius Aulicus, deinde Decret. Prof. in patria, & collegii juridici demum Ordinarius, æt. 51. Prodire fecit *Collegium juridicum Successionum ab intestato: Dissertationum de selectis & præcipuis juris materiis Decadem primam: Librum de Legitima: Disput. de Germanorum Principum jure: De Proventione: De Locatione & Conductione, &c.*

20. Sept. MARTINUS OPITIUS, *Germanus*, Silesius, Boleslaviensis primùm apud Transilvanos in Gymnasio

mnasio Albæ Juliæ Poeſ. Profeſſor, deinde Legationis ad Aulam Cæſaream Comes, pòſt Burggravii Dohnani Secretarius, demum Poloniæ Reg's Hiſtoriographus & Secretarius, nec non Principum Lygio-Bregenſium Conſiliarius, cælebs, æt. — Gedani. Condid't *Sylvarum libros II: Epigrammatum I: Florilegium variorum Epigrammatum: Orationes: Animadverſiones in incerti Autoris Teutonici Rhytmum de S. Annone: Proſodiam Germanicam: Veſuvium:* Germanicè expreſſit ex Latino *Catonis Diſticha: Jo Barclaji Argenidem:* ex Belgico *Hugonis Grotii libros de veritate Religionis Chriſtianæ:* ex Gallico *de vanitate mundi libellum*. Convertit quoque elegantiſſimis verſibus *Canticum Canticorum: Pſalterium Daviticum Canticorum: Pſalterium Davidis: Epiſtolas Dominicales.*

20. Sept. JO. MEURSIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, J. U. Doctor, in Acad. Lugduno-Batava primùm Hiſtoriæ, deinde etiam Græcæ Lingvæ Prof. ac Hiſtoriographus Patriæ, demum Hiſtor. & Polit. Profeſſor in Academia regia Sorana, ætatis 61. Celebritatem nominis promeruit, poſtquam Orbi erudito dedit *Notas in Theocriti Idyllia: Comment. ad Lycophronis Caſſandram: Notas in Macrobii Saturnalia: Animadverſionum Miſcell. libros IV: Notas in Catonem de re ruſtica: Ad Arnobium & Minutium: Lib. de Gloria: De Funere: De Puerperio: Romam luxuriantem: Meditationes in Pſalmos CXVI. & CXIX:*

Notas in G. Codrinum de Originibus Conſtantinopolitanis: In Apuleji Apologiam: Ad Phædri fabulas: In Leonis Imp. Tactica: In Heſychii Mileſii opuſcula: Rerum Belgicarum libros IV: Gloſſarium Græco-Barbarum: Notas in Conſtantini Manaſſis Annales: In Palladii Hiſtoriam Lauſiacam: De Populis Atticis: Atticarum Lectionum libri VI: De rebus toto Belgio geſtis ſub Guilh. Auſtriaco libros X: De Saltationibus veterum: De Feſtis Græcorum libb. VI: De Minervæ feſto gemino: De Cereris Eleuſinæ ſacro & feſto: De Tragœdiis Æſchyli, Sophoclis & Euripidis: Notas in Porphyrium: De Magiſtratu Athenienſium: De Athenarum origine & incremento: De Athenarum Arce ejusdemque Antiquitatibus: De Ludis Græcorum: Piſiſtrati Vitam: De Senatu Areopagitico: De præcipuis Athenienſium Antiquitatibus: Athenas Batavas: Vitam Solonis: Regnum Atticum: Hiſtoriam Danicam: Theophraſtum: Miſcellanea Laconica: Cretam &c.

24. Sept. ALBERTUS CAMPANA, *Italus*, Nobilis Florentinus, è Piſano Gymnaſio Codicis Lector Patavinus, Ordinis S. Dominici Doctor. *Lucanum verſibus Etruſcis* reddidit.

28. Sept. ANNIBAL GELLIOT, *Gallus*, Grationopolitanus, Soc. Jeſu, Rhetor. & Philoſ. Lector, Collegii Cabilonenſis Rector, æt. 45. Scripſit librum, cui nomen fecit; *Galaxia, ſive Via lactea, quâ Heroës ad immortalitatem contendere creduntur.*

3. Oct.

3. Octobr. BABTISTA FRAGOSUS, *Lusitanus*, Sylvensis in regno Algarbiorum, Jesuita, Human. & Theol. moralis interpres tam Vlyssipone, quàm Eboræ, S. officii Inquisitionis Qualificator, ætatis 87. Reliquit *Theologiæ moralis, sive Regiminis Reip. Christianæ Tomos III.*

23. Octobr. JOH. COLERUS, *Germanus*, Berolinensis Marchicus, Philos. Magister, primùm Pastor Dolberanus in Ducatu Megapolitano, inde Archidiaconus, ac tandem Superintendens Parchumensis, æt. 74. Ministerii 38. Formavit linguâ populari *Calendarium Oeconomicum & perpetuum: Oeconomiam ruralem & domesticam libris VI: Refutationem relationis anonymi Gustroviensis, de controversiis inter Lutheranos & Calvinianos: Aciem castrorum ordinatam, de Religione Lutherana, Papistica, Calviniana & Turcica: Defensionem verborum Sacræ Cœnæ, contra Joh. Rhuelium: Conciones funebres.*

3. Nov. BARTHOLOMÆUS BATTUS, *Germanus*, Hamburgensis, Philos. Magister, primùm Logices Prof. deinde Theol. Doctor, Prof. ac Pastor Jacobæus Gryphiswaldensis, æt. 68. Professionis 44. Elucubravit *Dispp. XXVI. in Augustanam Confessionem: III. de æterna salvandorum prædestinatione: Orationem de Christo Servatore, contra Socinum: Libros III. de justificatione hominis peccatoris coram Deo: Systema Theologiæ: Dispp. VIII. de Sacra Scriptura: Vindicias Veritatis de probabilitate Apostasias Sanctorum, contra Seb. Benevellum: De Possibilitate Apostasias Sanctorum: Comment. in epistolas D. Pauli ad Galatas: ad Ephesios & Philippenses.*

21. Nov. SEBAST. COYTUS, *Lusitanus*, Eluensis, S. J. Philos. Conimbricensis Prof. postea Theol. Doctor, hujusque Prof. Eborensis, collegiique Bracharensis Rector, ætatis 72. Vulgavit *Logicam: Sermonem contra judaicam perfidiam, & hæreticam pravitatem.*

4. Decembr. JACOBUS FRANCISCUS, *Lotharingus*, Varanæus, Tullensis, Soc. Jesu, Theol. Doctor, Phil. & Theol. Professor, Acad. Mussipontanæ Cancellarius, postea Studiorum superiorum Rector Rhemensis, rerumque spiritualium Præfectus, æt. 65. Scripsit *de causa salutis infantium, contra infanticidium Gebennense: Animæ ad inferos damnatæ Lamentationem, rhythmis latinis: Commentarium in Psalmum CXIIX: Eversionem fidei Calvinianæ: Exercitia Servi B. Mariæ Virginis.*

11. Decembr. LUDOVICUS DUNTE, *Livonus*, Revaliensis, Philos. Magister, Ecclesiæ patriæ ad D. Olai Pastor, Scholæque Inspector, ætatis suæ 43. Minist. 12. Elaboravit Germanicè *Praxin Pietatis: Buccinam Evangelii: Catechismum minorem: Concionem de præstantia & usu Academiarum, cùm Academia Gustaviana Dorpati introduceretur: Decisiones mille & sex casuum Conscientiæ &c.*

11. Decembr. CHRISTOPH. STEBORIUS, *Germanus*, Heligenbergensis Svevus, S. J. Phil. & Theolog. Prof. Academiæ Dilinganæ Cancellarius, tum Rector collegii Constantiensis, æt. 65. Edidit lingvâ vernaculâ, sed tacitô suô nomine, *de Eleemosyna spirituali: De Christianæ fidei rudimentis.*

15. Decembr. MUTIUS ODDUS, *Italus*, Urbinas, Math. Prof. Mediolanus, æt. 70. Exaravit librum *de Horologiis solaris: De Norma: De fabrica usuque circini polymetri.*

19. Decembr. HENRICON WOTTON, *Anglus*, Cantianus, Eques Auratus, Artium Baccalaureus, ad Venetos, Belgas, Sabaudos, Germanos Legatus ordinarius, Collegii demum Eatonensis Præpositus, æt. 71. Æternitati commendavit *Plausus & vota ad Regem è Scotia reducem: Epistolam de Gasp. Scioppio: Elementa Architectonices: Reliquias* h. e. *Vitas, Epistolas, Poëmata &c.*

20. Decembr. JO. BAPTISTA CECCOTTUS, *Italus*, Pisanus, Jesuita, Coadjutor spiritualis, æt. 80. Societ. 68. Romæ. Struxit *Apparatum ad meditationes vitæ Jesu Christi: Meditationes de Votorum renovatione.*

29. Decembr. OCTAVIUS DE TUFO, *Italus*, Neapolitanus, Nobilis, S. J. Marchionis S. Crucis Tierarchæ Confessarius, ætatis 51. relig. 36. Commentatus est *in Ecclesiasticum.*

JO. BRANTIUS, *Belga*, Antverpiensis, J. U. Doctor, primùm Advocatus Bruxellensis, deinde Reip. patriæ ab Actis, postremò à consiliis, ætatis 80. Foràs dedit *Notas Politico-Criticas in C. Julii Cæsaris & A. Hirtii commentarios: Elogia Ciceroniana, sive virorum domi militiæque illustrium historiam, è Cicerone Selectam: Vitam Phil. Rubenii: De perfecti & veri Senatoris officio libros II: Spicilegium Criticum in Apulejum.*

GUILIELMUS AMESIUS, *Anglus*, Theol. Doctor, in Acad. Frisiorum Franequerana Professor. Ejus supersunt *Lectiones in Psalmos: Medulla Theologica: Bellarminus enervatus: Casus Conscientiæ: Catecheseos Sciagraphia: Coronis ad collationem Hagiensem: Tractatus de origine Sabbathi: Anti-Synodalia: Explicatio Epistolarum Petri: Puritanismus Anglicanus: Rescriptio ad Nicolai Grevenhovii responsum de Redemptione generali: Philosophemata: Demonstratio Logicæ veræ: Disput. de incarnatione Verbi, contra Socinianos: Technometria, omnium artium fines circumscribens: Disp. Theol. adversus Metaphysicam.*

FRANCISCUS ALBANUS, *Germanus*, Vangio Palatinus, Theol. Doctor, castris Pontificiorum desertis, ad Evangelicos se contulit, ediditque Wittenbergæ *Anatomiam Papatus, & Asinum Monachalem.*

DOMINICUS GINNASIUS. *Italus*, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiensis. Reliquit *Enarrationes in Psalmos Davidis Tomis II.*

STA-

STANISLAUS LUBIENSKI, *Polonus*, Nobilis, primùm Archidiaconus Cracoviensis, deinde Abbas Tinecensis & Secretarius regius, tum Episcopus Luceoriensis & regni ProCancellarius, denique Episcopus Plocensis, ætat. 67. Consignavit *Tractatum Cometicum*: *Res gestas Sigismundi III. Regis Poloniæ, de motu civili in Polonia libris IV*: *De rebus Silesiacis Discursum*: *Monita de Episcopatu rectè gerendo*: *Vitas Episcoporum Plocensium*: *Epistolarum Decades III*: *Orationes &c.* Opera ejus *posthuma Historico-Politica* junctim prodierunt.

GEORGIUS HAUSMANNUS, *Germanus*, Mitweidensis, Poëta, primùm Scholæ patriæ Conrector, deinde Collega Freibergensis, demum Rector Dresdensis. Vulgavit *Flores de quatergeminis Areolis Horti Evangelici, Latinô Græcô ac Germanicô carmine*: *Laudem posthumam Gustavi Magni Svecorum Regis*, & fortè alia.

LAURENTIUS DE PONTE, *Neapolitanus*, Minorita, ætat. 64. Compluti Scripsit *Commentarium in Matthæum*: *In Sapientiam Salomonis*.

GUIL. WHATLEIUS, *Anglus*, Oxoniensis, Theologus, æt. 56. Exaravit linguâ populari *Proto typos ex Genesi*: *Sermones ex Joh. V, 14*: *ex Psalmo CXIX, 136*: *ex Joh. XV, 2*: *ex Luc. XII, 15*: *Sermonem de Regeneratione &c.*

CASP. MOVIUS, *Germanus*, Parchemo Megapolitanus, Phil. Magister. Theol. Licent. Ecclesiæ Caunensis in Lithuania Pastor. Evulgavit *Demonstrationem orthodoxam, Joh. Bergio oppositam*: *Anti-Crocium*: *Disp. de Sacramento Baptismi &c.*

PHIL. CAROLI, *Germanus*, Neoburgo-Palatinus, per 13. annos Oratoriæ Professor Altorphinus, dein ad Pontificios transiit, inque Austria obiit. Typis is commisit *Varias Lectiones*: *Novarum Lectionum Prodromum*: *Trigam Sœlecismorum Politicorum*: *Dissert. de Rep. Ebræorum*: *Gustum Philologiæ Sacræ*: *Orationem de Criticis*: *Animadversiones in A. Gellium & Curtium*: *Antiquitates Romanas Ecclesiasticas, Civiles, militares & Oeconomicas.*

THONAS CAMPANELLA, *Calaber*, Stylensis, Dominicanus, ex Neapolitano 25. annorum carcere in Gallia degens. Publici juris fecit *Grammaticam*: *Dialecticam*: *Rhetoricam*: *Politicam*: *Historiographiam*: *Philosophiam realem*, videlicet *Physiologiam, Ethicam, Politicam & Oeconomicam*: *Civitatem Solis, seu ideam optimæ Reipublicæ*: *Quæstiones in Epilogismum, adversus Sectarios*: *Philosophiam sensibus demonstratam, adversus Marci Antonii Martæ propugnaculum pro Aristotele in Telesium*: *Rerum Medicinalium libros VII*: *Metaphysicam*: *Philosophiam divinam XXX. libris comprehensam*: *Atheismum triumphatum*: *Librum sub titulo; Quod reminiscentur & convertentur universi fines terræ*: *Monarchiam Messiæ*: *Astronomiam*:

Cosmographiam: De Monarchia Hispanica: De Monarchia Christiana recuperanda: De congregatione sub unum Pastorem orbe toto: Philosophiam Pythagoreorum: Cantica, lingvâ Italicâ: *Commentationem de libris propriis ad Gabr. Naudæum: Apologiam de venarum, nervorum, arteriorum origine: Syntagma de rei equestris præstantia: Tragœdiam Mariæ Scotorum Reginæ: Librum de conceptione Virginis: De regimine regni Neapolitani: Consultationem pro ejusdem regni censu augendo: Defensionem Summi Pontificis adversus oppugnatores: Opuscula de Peste Coloniense: Apologiam pro libro Antonii Persii de potu calido: Apol. pro carminibus Virginii Cæsarini: De Philosophia Gentilium non retinenda: Apologiam pro Scholis: Expositiones Roman. IIX: De Aulicorum technis: Orationes de laudibus D. Thomæ &c.* Opera ejus IX. tomis distingvuntur.

JO. ELICHMANNUS, *Germanus*, Silesius. Emisit *Epistolam Arabicam de usu lingvæ Arabicæ in Medicina: Tabulam Cebetis Græcè, Arabicè, Latinè.*

JO. SALKELDUS, *Anglus*, Westmorlandensis, Rector in agro Somersetensi. Vulgavit *Tractatum de Angelis: De Paradiso &c.*

BERNHARDUS HARDERUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, Pastor primùm Windaviensis, dein Hasenpotensis & Zyraviensis in Curlandia, demum Superintendens Piltensis, æt. 63. Vulgata typis sunt ejus *Hortensia Passionalia, seu Conciones in Passionem Christi: Argumenta Biblica, in singula Bibliorum capita, poëmate Heroicô: Fasciculа Spiritualis: Synopsis controversiarum Theologicarum inter Calvinianos & Lutheranos.*

CRISPINUS KLUGMICHEL, *Prussus*, Phil. Magister, in Academ. Regiom. Phil. Practicæ Professor. Reliquit *Dispp. de ratione, sive normali Philosophiæ principio: Trigam quæstionum illustrium Practicarum &c.*

DANIEL ANGELOCRATER, *Germanus*, Corbachiensis Hassus, Minister Verbi, & Synodi Dordracenæ Assessor. Publicavit *Chronologiam autopticam: Epitomen conciliorum omnium: Opus Historiarum universale: Rationes temporum & rerum totius orbis memorabilium: Doctrinam de Ponderibus, Monetis & mensuris in Tab. redactam.*

ARNOLDUS ENGELBRECHT, *Germanus*, Halensis Saxo, J. U. D. Georgii Ducis Br. & Luneb. consiliarius intimus & Cancellarius. Edidit *Quæstiones ad tit. 7. Aureæ Bullæ, de Successione in Electoratibus: Tract. de jurisdictione tum veteris Reip. Romanæ, tum translato ad Germanos imperio.*

ANNO 1640.

7. Jan. ANDREAS MERCKIUS, *Germanus*, Querfurtensis, Theolog. D. Archiepiscopi Magdeburgensis Superint. Generalis, Halæ Saxonum

ad B. Virginis Paſtor & Scholarcha, æt. 45. Condidit *Tractatum de Weigelianiſmo*: *Apologiam contra Ezechielem Meth*: *Conciones funebres*.

10. Jan. GEORGIUS CONÆUS, *Scotus*, Nobilis, Cardinalium Montcalci & Fr. Barbarini Domeſticus, æt. 42. Dedit *Tractatum de educatione Principis*: *De Statu utriusque Religionis in Scotia*: *Vitam Mariæ, Reginæ Scotiæ*: *Demonſtrationem Religionis Catholicæ*.

19. Jan. LAURENT. CATANEUS, *Italus*, Sarzanenſis in Liguria, Nobilis, Jeſuita, Miſſionarius ad Indos, ætat. 80. Typis vulgavit, Sinenſi lingvâ, *librum de Contritione, ſeu dolore de Peccatis*.

23. Jan. JACOBUS SALIANUS, *Gallus*, Avenionenſis, S. J. literarum humaniorum & ſacrarum in provincia Lugdunenſi interpres, collegii Veſuntionenſis Rector & Eccleſiaſtes Pariſienſis, æt. 83. Rel. 62. Elucubravit *Annales Eccleſiaſticos V. T. ab orbe condito usque ad Chriſti mortem Tomis IV*: *Epitomen eorundem Annalium*: *De Timore Dei lib. IX*: *De Amore Dei lib. XVI*: *Artem placendi Deo*: *Enchiridion Chronologicum ſacræ & profanæ Hiſtoriæ*.

3. Febr. MATTHIAS BERNEGGERUS, *Germanus*, Halſtadio-Auſtriacus, Phil. Magiſter, primùm ſuperiorum claſſium Vicarius, mox Præceptor claſſis primæ, tum Oratoriæ, ac demum Hiſtor. Profeſſor Argentoratenſis, ætatis 58. Inclaruit ex *Anthologico Salluſtiano*: *Quæſtionibus Miſcellaneis*, *ex Taciti Germania & Agricola*: *Idolo Lauretano*: *Pro aulico contra Scioppium*: *Aphoriſmis & Appendice ad Juſti Lipſii Politicam*: *Disquiſitione de Regno Hungariæ*: *Reip. Argentoratenſis delineatione*: *Speculo boni Principis*: *De jure eligendi Reges & Principes*: *Annotationibus in Juſtinum*: *Diatribis in Suetonium*: *Notis in Florum*: *Orationum Academicarum decade*: *Notis in Plinii panegyricum*: *Epiſtolis cum Jo. Keplero, Wilh. Schickardo & Hug. Grotio*: *Obſervationibus Hiſtorico-Politicis*: *Diſputationibus variis &c.*

5. Febr. FRANCISCUS MONTMORENCIUS, *Belga*, Arienſis, Comes Stegrenſis & Morbecanus, Præpoſitus Casletenſis, & magnus Decanus S. Lamberti Leodii, demum S. Jeſu, æt. 62. Societ. 22. Duaci. Scripſit felici venâ *Politicam ſacrorum canticorum expoſitionem & Idyllia Sacra*: *Pſalmos XV. modis Lyricis expresſos*: *Partâ de Batavis ad Antverpiam victoriâ Epinicion*: *Paraphraſin poëticam Pſalmi XLI*: *Pietatem victricem Pſalmis VII. lyricè expreſſam*.

26. Febr. CÆSAR FRANC. DE HARANCOURT DE CHAMBLAY, *Lotharingus*, Nobilis Metenſis, Soc. Jeſu, Human. & Phil. Profeſſor, ut & Concionator, æt. 4 . Soc. 21. Pariſiis. Publicavit Gallicè *Tracta-*

tum de Sanctis Ecclesiæ Sacramentis, Latinè *de usu Horologiorum*.

2. April. PAULUS FLEMMINGUS, *Germanus*, Variscus, Phil. & Med. Doctor, Poëta Laur. Cæsareus, post varia in Asia atque Europa itinera, obiit Hamburgi Sponsus, æt. 31. Reliquit *Poëmatum Germanorum Prodromum: Promum Miscellaneorum Epigrammatum & Odarum: Epigrammatum libros XII. per Ad. Olearium editos: Disp. de Lue Venerea: Carmen Germanicum de Passione Christi*, quod paulò ante mortem composuit, & in deductione funeris sui distribui jussit.

2. April. MATTHIAS CASIMIRUS SARBIEVIUS, *Lithuanus*, Mazovita, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Prof. Vilnensis, Theol. Doctor & Concionator Regius, æt. 45. relig. 18. Varsaviæ. Foràs dedit *Lyricorum libros IV. cum libro Epodon, atque uno Epigrammatum: Orationem de S. Casimiro: Conciones in funere Jo. Stanislai Sapicha Marischalci Lithuaniæ*. Sub nomine collegii Crosensis, *obsequium gratitudinis ab Apolline Crosensi, Jo: Carolo Chodkieviez, Palatino Vilnensi: Sacram Lithotesim in prima Templi collegii Crosensis ab eodem fundati inchoatione: Honorem Sanctorum Reliquiis Vilnæ exhibitum &c.*

5. April. PETRUS KIRSTENIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, primùm Gymnasii patrii Rector, Scholarumque Inspector, pòst Phil. & Med. Doctor ejusdemque in Academia Upsaliensi Prof. & Archiater in Svecia regius, æt. 63. Evulgavit *Decadem Sacram Canticorum & carminum Arabicorum cum Latina interpretatione: Evangelistas IV. ex antiquissimo Codice MSS. Arabico Cæsareo erutas: Tria specimina characterum Arabicorum: Grammaticam Arabicam: Notas in Avicennæ librum secundum de Canone Canonis: Orationem introductoriam in Gymnasio Vratislaviensi: Librum de usu & abusu Medicinæ: Notas in Evangelium S. Matthæi*, ex collatione *textuum Arabicorum, Syriacorum, Ægyptiacorum, Græcorum & Latinorum:* ὑποτύπωσιν *sive informationem Medicæ artis studioso perutilem: Notas in Epistolam S. Judæ &c.*

19. April. ALPHONSUS VAGNONIUS, *Italus*, Nobilis Pedemontius, S. J. Rhet. & Philos. Professor Mediolanensis, tum Missionarius ad Indos & Sinenses æt. 74. Sinensi idiomate expressit *Prolixiorem Catechismum de incarnatione & passione Christi, vita & miraculis B. Virginis*, volumina duo: *De Sanctorum vitis volum. VII: De IV. Novissimis Volumen: De Filiorum educatione volumina duo: De amore veræ virtutis: De imitatione Sanctorum: De consolationibus: De principio & fine mundi: De optima Regni administratione: De Philosophia morali: De Philosophia naturali: De Sphæra mundi: Dialogum de variis materiis: De memoria artificiali: Literas annuas è Sinis anni* 1618. Italicè.

23. April.

23. April. ALEXANDER DONATUS, *Italus*, Senensis, S. J. Rhetor Prof. Romanus, ætat. 56. Prodire fecit *Carminum volumen: Sueviam Tragœdiam: Artem Poëticam libris III: Romam veterem & recentem: Vitam Caroli V. Pont. Maximi: Constantinum Romæ liberatorem: Orationem de Passione Domini.*

9. Maj. PETRUS THEODORICUS, *Germanus*, Cizâ-Misnicus, J. U. Doctor, ejusdemque Professor, ac demum Ordinarius in Acad. Jenensi, æt. 60. Prof. 33. Elaboravit *Collegium Criminale: Synopsin processus, secundum Stylum Cameræ: De Pactis Successoriis: Dispp. varias*, e. g. *Dubia juridica: De fidejussione: De jure divino, sacris Impp. constitutionibus promulgato &c.*

15. Maj. JO. SPEED, *Anglus*, Londinensis, Med. Doctor, ætatis 44. Exaravit *de usu Sceleti.*

21. Maj. JO. BAPTISTA DE MACHAULT, *Gallus*, Parisinus, S. J. Eloq. Prof. Lutetiensis, collegiorum Nivernensis & Rothomagensis Rector, æt. 49. Delineavit *Dissertationem S. Anselmi de felicitate Sanctorum: Triumphum, quô Victor Rupellâ rediens Ludovicus XIII. Lutetiæ exceptus est: Gesta à S. J. in regno Sinensi, Æthiopico & Tibertano, anno 1624. & sqq: Notationes in Jac. Thuani historiam.*

30. Maj. PETRUS PAULUS RUBENIUS, *Belga*, Antverpiensis, Pictor Mantuæ, Romæ, Genuæ & Venetiis inclaruit, æt. 63. Scripsit *opus de Arte Pictoria.*

6. Jun. ORTOLPHUS FOMANNUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, Junior, J. U. Doctor ejusque in Acad. patria Professor, æt. 42. Reliquit *Dispp. aliquot juridicas.*

23. Jun. SIMON BLANCKENHAGEN, *Livonus*, Parnaviensis, Pastor Revaliæ, æt. 51. Typis expressa est ejus *Postilla Esthenica.*

25. Jun. ANTONIUS NESENUS, *Germanus*, Schlangâ-Lippiacus, J. U. Doctor, ejusdemque Professor primarius, & Vice-Cancellarius Marpurgensis. Ab eo habentur *Disputationes de variis juris materiis*, ac fortè alia.

17. Aug. THOMAS FITZHERBERTUS, *Anglus*, Statfordiensis, Jesuita, Præfectus totius Missionis Anglicanæ, æt. suæ 88. Societ. 26. Scripsit Latinè *contra Machiavellum, an sit utilitas in scelere?* Anglicè *Defensionem causæ Catholicæ, cum Apologia pro se ipso, contra fictiones cujusdam Eduardi Squiri: De Politica & Religione Tractatum II. tomis: Supplementum discussionis Rob. Personii, contra Barloum: De juramento fidelitatis, contra Lancelottum Andream: De eodem juramento, Rogerum Widringion: Defensionem apologiæ Card. Bellarmini, contra Collinum Calvinianum.*

27. Aug. JO. JOACH. A RUSDORFF, *Belga*, Aurachus Frisius, Eques, Electoris Palatini Consiliarius intimus, Legatus ad Reges & Principes,

cipes, æt. 51. Hagæ Comitis. Ab eo habetur *Oratio gratulatoria in reditu ex Britannis Friderici V. Electoris, & Elisabethæ, Regis Britanniæ filiæ: Manifestum, seu Deductio Caroli Ludovici ad Cæsarem de jure successionis in Electoratu: Vindiciæ causæ Palatinæ &c. Epigrammata.* Sunt, qui putant, eum quoque, ficto sub nomine Hippoliti à Lapide, edidisse *Dissertationem de Ratione Status in Imperio Romano-Germanico.*

7. Sept. STEPHANUS LUZVIC, *Gallus*, Arvernus, Claromontanus, S J. Spiritualis Adjutor & Ecclesiastes, ætat. 73. Idiomate populari composuit *Fel Pœnitentiæ, & colloquium divini amoris: Cor devotum, Jesu Christi regnum, pacifici Salomonis thronum.*

21. Sept. THOMAS JACKSONUS, *Anglus*, Wittonâ-Dunelmensis, Artium Magister, Theol. Lector, S. Nicolai ad novum castrum Vicarius, dicti deinde collegii Præses, Præbendarius Wintoniensis, Vicarius de Witney, & Decanus Petroburgensis, æt. 61. Scripsit Anglicè *Commentarium in Symbolum Apostolicum: Tractatum de Providentia Dei: Comment. in Pentateuchum: De Creatione: Conciones ex Matth. XXVI, 47: Jerem. XXXI, 21: Galat. IV, 4. &c.*

26. Sept. FACUNDUS DE TORRES, *Hispanus*, Sahagunensis, Monachus Benedictinus, Theol. Magister, Domusque regiæ Benedicti Patriarchæ ejusdem loci Præfectus, Philippi IV. Regis Ecclesiastes, ac demum Archiepiscopus Insulæ S. Dominici apud Indos Occidentales. Typis edidit Hispanicè *Philosophiam moralem.*

2. Octobr. ERICUS HOLSTENIUS, *Suecus*, Phil. Magister, primùm Scholæ Arosiensis Con-Rector & Ecclesiastes, deinde ejusdem Rector, tum Pastor & Præpositus Schedviensis, æt. 54. Reliquit *Theses de Anima rationali: Conc. ex Psalmo XLI, 2. 3. de mendicantibus & causis veræ paupertatis.*

18. Octobr. PAULUS JANI COLDINGIUS, *Danus*, Coldingensis, Phil. Magister, Rector primùm Scholæ Alburgensis, deinde Ecclesiastes Vindigensis in Sædlandia, pòst Prof. Pædagogicus Hafniensis, tum Præpositus Flackebergensis, porrò Scholæ Herlufiholmiæ Præses & Ecclesiæ Pastor, æt. 59. Elaboravit *Historiam Ecclesiasticam, de mutatione Religionis in Germania per Lutherum: Etymologicum Latinum: Dictionarium Herlovianum.*

19. Octobr. AUBERTUS MIRÆUS, *Belga*, Bruxellensis, Canonicus in Ecclesia Cathedrali Antverpiensis, tum Theol. Licentiatus, mox ibidem Scholarcha, Sigillifer & Bibliothecarius, postea Theol. Doctor, Principis Alberti Concionator Bibliothecarius Aulæ, Protonotarius Apostolicus, & postremò Decanus Antverpiensis, atque Episcopus ejusdem Vicarius generalis, æt. 67. Publici

juris fecit *Elogia illustrium Belgii Scriptorum: Elogia illustrium gentis Spinolæ: Vitam Justi Lipsii: Origines Monasteriorum Benedictinorum per Belgium: Carthusianorum per orbem universum: Ordinum Equestrium sive militarium libris II: Virginum ord. D. Virginis Annunciatæ: Ordinis Carmelitani: Ordinum Augustinianorum: Canonicorum Regularium ord. S. Augustini: Originum Monasticarum libb. V: Chronicon ordinis Præmonstratensis: Cisterciense: Benedictinum: De congregationibus clericorum in communi viventium: De collegiis Canonicorum: Notitiam Episcopatuum orbis universi: Politiam Ecclesiasticam: Geographiam Ecclesiasticam: Comment. de bello Bohemico: De Vita Alberti Pii: Chronicon rerum totô orbe gestarum: Fastos Belgicos ac Burgundicos: Rerum Belgicarum Annales: Stemmata Principum Belgii: Bibliothecam Ecclesiasticam: Orationes varias &c.*

19. Octobr. EUSEBIUS CAIMUS, *Italus*, Utinensis, Nobilis, J. U. Doctor, primùm in patria Advocatus; deinde Decurio, Curator limitum, pòst Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus Aquilejensis, tum Orator, demum Episcopus Æmoniensis & Comes S. Laurentii in Dayla, æt. 75. Congessit *Responsorum juris volumina duo: De Retractu libros tres: Miscellanea juris.*

20. Octobr. JO. BALL, *Anglus*, Cassingtonâ-Oxoniensis, Artium Baccalaureus, ætat. 38. Consignavit

Tractatum de Testamento Gratiæ: Tractatum de Fide, deque natura ejus & vita: Catechismum: De pietatis virtute: Dissert. à Schismate cavendum &c.

23. Octobr. JOSEPHUS GUALDUS, *Italus*, Vicentinus, Eques, J. U. D. Archipresbyter Cathedralis Patavinæ, & Prior S. Danielis Montisilicis, æt. 46. Etruscô sermone congessit *Historiam ab anno* 1613. *usque ad An.* 1630: *Carmina.*

2. Novembr. JOS. BALCUS, *Italus*, Nobilis Panormita, Canonicus Barisiensis, Theol. Doctor & Sacerdos, æt. 72. Typis tradidit *Libellum de fœcunditate Dei: De motu corporis naturali: Resolutionem de modo evidenter possibili transsubstantiationis panis & vini in SS. Domini Jesu corpus & sanguinem: ejusdem apologiam.*

7. Nov. ANTONIUS THYSIUS, *Belga*, Theol. Doctor & Profess. in Academia Lugduno-Batava, æt. 75. Scripsit *Tractatum de Prædestinatione: Exercitationes Miscellaneas.* Belgicè *Corpus doctrinæ &c.*

12. Nov. PETRUS MAILLART, *Belga*, Iprensis, S. J. Rector collegii Sylvæducensis, æt. 55. Flandricè, tacitô nomine suô, emisit *Clypeum inexpugnabilem, sive methodum disputandi cum Hæreticis, ex methodo Veroniana: Rhythmos pios:* Vertit *Antonii Sucquet Testamentum Christiani hominis.*

15. Nov. BALTHASAR GUALTHERUS, *Germanus*, Allendorffio-Thuringus,

ringus, Theol. Doctor, Græcæ atque Hebr. Ling. Professor Jenensis, tum Superintendens Gothanus, postremò Brunsvicensis, æt. 54. Consignavit *Diatriben Elenchticam de Constantini M. Baptismo, donatione & legatione ad Concilium Nicænum, contra Baronium: Problemata Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, de Papæ primatu & Anti-Christo: Lutherum natum, denatum, à Papicolæum calumniis vindicatum &c.*

18. Nov. HENRICUS RHALA, *Belga*, J. U. Doctor, primùm Eloq. dein Histor. tum juris in Acad. Franckerana Professor, æt. 49. Emisit *Dissert. Politicas in Tacitum: Topicam juris &c.*

31. Decembr. JACOBUS GEORGIUS, *Gallus*, Bituriensis, S. J. Rhetor. Philos. Mathem. & Theol. interpres, nec non Concionator. Dedit *Orationes varias.*

JO. ISAACUS PONTANUS, *Danus*, Helsingorensis, Med. Doctor, Phys. & Mathem. Prof. Hardevicensis, Daniæ item Regis Ordinumque Geldriæ Historiographus. Inter ingenii sui monumenta excellit *Historia Celtica: Rerum Danicarum Historia: Rerum & Urbis Amsterodamensis historia: Origines Frisicæ: Discussiones historicæ de mari libero & clauso, contra Jo. Seldenum: Disceptationes Chronographicæ, de Rheni divortiis atque ostiis, contra Phil. Cluverum: Libri VI. Poëmatum: Itinerarium Galliæ Narbonensis: Notæ ad Macrobium: Analectorum libri III: Observata Politica ad lib. I. Flori: Observationes in Rob. Hues tractatum de Globis.*

GALILÆUS DE GALILÆIS, *Italus*, Nobilis Florentinus, Academicus Lynceus, Mathem. Professor Paravinus, tum Pisæ Magni Hetruriæ Ducis Mathematicus, æt. 84. luminibus tandem orbatus. Condidit *Nuncium Sidereum: Systema Cosmicum, de Ptolemaico & Copernicano Systemate: Tractatum de proportionum instrumento à se invento: De Phænomenis in orbe Lunæ &c.* Opera ejus omnia Italicè junctim prodierunt.

ANDREAS DUCHESNIUS, aliàs QUERCETANUS, seu A QUERCU, *Gallus*, Turonensis, Geographus regius. Paravit *Bibliothecam Historicorum Galliæ: Seriem Autorum, qui de rebus Francicis scripserunt, tomis V: Historiæ Normannorum Scriptores antiquos: Historiæ Francorum Scriptores coætaneos: Vitas Pontificum Romanorum: Bibliothecam Cluniacensem &c.*

OTTO MELANDER, *Germanus*, Consiliarius Aulæ Cæsareus. Cujus esse puto *Discussiones juris Feudalis: Tractatus de modo discendi jura: Resolutio Quæstionum Processus criminalis adversus Sagas: An Testamentum Actis judic. insinuatum absque testibus valeat? Commentarium in Noe Meurer Processum Criminalem Joco-Seria &c.*

DIDACUS DE CEA, *Hispanus*, Agudensis, Franciscanus, provinciæ Anglorum, Theol. Lector emeritus, inque Romana curia Ultramontanorum

rum sodalium Commissarius generalis. Scripsit *Archielogiam Sacram Petri & Pauli Apostolorum: Thesaurum Terræ Sanctæ, quem Seraphica Minorum religio de observantia inter fideles custodit & administrat.*

JO. STUMPFIUS, *Germanus*, Alsfeldianus, Hassus, Phil. Magister, & Phys. Prof. Giessensis. Emisit *Dissert. de Affectibus corporis humani &c.*

MARTINUS HORTENSIUS, *Belga*, Delphensis, Mathem. Prof. Amstelodamensis. Vertit è Belgico in Latinum sermonem *Commentationes Phil. Lansbergii in motum terræ diurnum & annuum.* Scripsit quoque *Dissert. de Mercurio sub sole viso: Orationem de oculo: Ephemerides motuum cœlestium: Resp. ad Jo. Keplerum.*

JO. DAVENTIUS, *Anglus*, Londinensis, Nobilis, Theol. Doctor, & ad D. Margaritæ Professor Cantabrigiensis, Episcopus demum Salisburiensis. Ejus extat *Expositio Epistolæ Pauli ad Colossenses: Liber de Servitutibus: De Sponsalibus & Matrimoniis: Exhortatio ad fraternam communionem inter Ecclesias: Determinationes XLIX. quæstionum Theologicarum: Prælectiones de supremo judice controversiarum, & de justitia habituali ac actuali.*

JOH. MEELFUHRERUS, *Germanus*, Culmbacensis Francus, Pastor primùm in patria, deinde Consiliarius Ducis Brandeburgensis, Abbas & Theol. Professor Heilbrunnensis, æt. 70. Concinnavit *Vindicias Evangelicas: Postillam Davidicam: Institutiones linguæ Hebrææ: Clavem linguæ Hebrææ: Commentarium in Epistolam Pauli ad Philippenses &c.*

FRANCISCUS DE CASCALES, *Hispanus*, Murcianus, juventutis in patria informator. Exire fecit *Discursum de Civitate Carthaginensi: De Civitate Murcia: De re Poëtica: Artem Horatii in methodum redactam.*

JO. BOISIUS, *Anglus*, Sudovolgiensis, Theol. Doctor, Canonicus Eliensis & Præbendarius Cantuariensis. Elaboravit *Notas in S. Chrysostomum: Collationem in IV. Evangelia & Acta veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus.*

JOH. WILLIUS, *Germanus*, Hassus, Scholæ Bremensis Rector & Pædagogearcha. Typis excusi sunt ejus libri, ut *Præcepta Logica & Metaphysica: Rudimenta Doctrinæ Sphæricæ: Introductio ad artificium disputandi &c.*

CLAUDIUS ACHILLINUS, *Italus*, juris Civilis in Gymnasio Parmensi Professor, Theologus, Mathematicus, JC. Orator & Poëta, æt. 63. Illustris ingenii sui fœtum exire fecit in *Epistolis: Rhytmis: Epigrammatibus.*

ANGELUS CÆSIUS, *Italus*, Romanus, Dux Aquæ Spartæ, Mathematicus & Philosophus insignis. Publicam domi suæ Academiam instituit, quam *Lynceorum* nomine appellavit, in qua & ipse principatum obtinuit. Diversa in vulgus emisit opera, ex quibus sunt *Apia-*

rium: Liber de Cœlo: Metallophytum: Tabulæ Philosophicæ: Physica Mathesis, & universale Rationis Speculum: Moralia: Paradoxa: Monita &c.

ANNO 1641.

6. Jan. NICOLAUS PETRÆUS, *Germanus*, Husano-Holsatus, Philos. Magister & Adjunctus Rostochiensis, deinde Theol. Doctor & per 43. annos Præsulatus Ratzenburgensis Superintendens Generalis, æt. 71. Evulgavit *Disputationes XXXIV. Physicas: XX. Ethicas: XVIII. Theologicas: Orationem in Natalem Adolphi, ducis Holsatiæ: Dispp. de Cometa: De Philosophia, ejusque partibus & instrumentis in genere: De principatu occupando, confirmando & administrando, contra Machiavelli Principem: Conciones funebres varias &c.*

11. Jan. FRANCISCUS GOMARUS, *Belga*, Brugensis Flander, primùm Ecclesiæ Reformatæ Minister Francofurti ad Mænum, deinde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Leydensis, tum Pastor Middelburgensis, ac demum Professor Groningensis, æt. 78. Scripsit *Notas in Marsilii Patavini defensionem pacis: Conciliationem doctrinæ orthodoxæ de Providentia Dei: Anti-Costerum: Speculum veræ Ecclesiæ: Poëticam Hebraicam, sive Commentarium de Lyra Davidis: Locos Communes: De Genealogia Christi.* Opera ejus junctim quoque prodierunt.

18. Jan. JOH. CLOMETOWSKI, *Polonus*, è Soc. Jesu, Rhetoric. Mathes. & Lingvæ Hebrææ Professor, collegii deinde Lublinensis Rector, æt. 44. Vertit Polonicè *Hier. Drexelii Considerationes de Æternitate: Ejusdem Zodiacum Christianum: Francisci Stanislai Phœnicii mancipium Mariæ.*

18. Jan. NICOLAUS ALBERTI, *Germanus*, Veitschocheimensis Francus, S. J. Philos. Prof. Herbipolensis, postea Rector & Cancellarius Molsheimensis, æt. suæ 50. Edidit *Exercitium quotidianum studiosi adolescentis: Libellos Carminum*: Reddidit Germanicè *M. Becani Manuale controversiarum.*

25. Jan. JEREMIAS HOELZLINUS, *Germanus*, Norimbergensis, Philos. Magister, primùm in Gymnasio Ambergensi, tum Hammensi Rector, demum Græcæ Lingvæ in Academia Lugduno-Batava Professor. Publicavit *Scholia & Observationes in Apollonii Rhodii Argonautica: Hexagetica Scholica, h. e. Consilium institutionis puerilis intra sexennium coërcendæ: Paraphrasin epicam novam Davidis Psalmorum.*

7. Febr. JOACHIMUS WILLIUS, *Germanus*, Schmerzzebachiô-Variscus, Philos. Magister, primùm Diaconus Ægidianus, deinde ad D. Virginis Pastor Norimbergensis, æt. 52. Composuit *Symphoniam S. Apostolorum Pauli & Jacobi, ex Jac. II, 24. & Rom. III, 28: Conciones funebres.*

7. Febr. MATTHIAS MAYRHOVIUS, *Germanus*, Landishutanus Bavarus, S. J. Phil. & Theol. Prof. Ingolstadiensis, deinde Rector Academiæ Dilinganæ, nec non Collegii Monachiensis, æt. 93. Luci commisit *Dispp. Theologicas de tribus peccatorum generibus, mortali, veniali, originali, adversus seculi hujus Sectarios: De rerum dominio & justis possessionibus: De voto & juramento: De restitutione: De Sacramento Eucharistiæ & incarnationis mysterio: Quatuor Flumina Paradisi, sive præcipuos fontes Scientiæ de Deo: Piscinam natatoriam, ad quam manuducuntur illuminandi.* Germanicè *Speculum Prædicantium: Apologiam pro eodem &c.*

8. Febr. JO. FREITAGIUS, *Belga*, Vesaliensis, Medicinæ Doctor, ejusdemque Professor Helmstadiensis, inde Archiater Aulicus Osnabrugensis, postremò Med. Prof. in Academia Groningensi, æt. 59. Famam sibi paravit *Lib. IV. de recta purgandi methodo: Noctibus Atticis, sive de abusu Medicinæ: De Opii natura Tractatu: Consiliô de nova Phthisin curandi ratione: Consultatione de Lithotomia, sive calculi vesicæ Sectione: De Paradoxis & erroribus contra Joh. Sperlingium librô: Refutatione novæ sectæ Sennerto-Paracelsicæ: Disputationibus de calidi innati essentia: De Formarum origine: De morbis substantiæ & cognatis quæstionibus: Oratione de persona & officio Pharmacopæi & pharmacopolio ejus rectè instituendo.*

Obiit ANNO 1641.

27. Febr. BARTHOLOM. PARSONS, *Anglus*, Sommersetensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Vicarius de Callingborne, & Rector de Ludgerschall. Scripsit populari lingvâ *in Deuter. XXXIII, 11: Esaiæ LVII, 1. 2: Ruth. IV, 11: Matth. III, 10: Actor. IX, 36.*

2. Mart. ELIAS SCHEDIUS, *Bohemus*, Cadensis, Poëta Laur. Cæsareus, & juris Candidatus, æt. 62. Warsoviæ. Concinnavit *de DIs Germanis, sive veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum, Vandalorum Religione, Syntagmata IV: Franceidem carmine libris quinque.*

4. Mart. HENRICUS RAMPEN, *Belga*, Huensis, Eburo, primùm Græcæ Lingvæ & Philos. Prof. Lovaniensis, pòst Theol. Doctor & Theol. Scholasticæ in cænobio Parcensi, ac Sacræ Scripturæ in Acad. Lovaniensi Professor. Emisit *Comment. in IV. Evangelia, tomis III.*

7. Mart. THEODORUS HOEPINGUS, *Germanus*, Susatensis Westphalus, J. U. Doctor, primùm Orat. & Histor. Professor Marpurgensis, pòst Advocatus & Syndicus Friedbergensis, æt. 50. Posterorum concessit usibus *Consilia juridica: Collegium institutionum & Feudale: Comment. in IV. libros Institutionum: Tractatum de insignium & armorum jure: De Notis naturalibus Genitivis & Gentilitiis &c.*

13. Mart. JO. ALARDUS, *Roxolanus*, Leopoliensis, è Soc. Jesu Sacerdos,

dos, Rhetor. Lector, collegii Niesvisiensis Rector, æt. 78. Consignavit *Devotionem hebdomadariam ad S. Michaëlem: Vitam Nicolai Radzivilii: De miraculis in æde S. Michaëlis prope Nervisium patratis.* Ex Latino Polonicè reddidit *S. Augustini pia aliqua opuscula.*

13. Mart. THEOPHILUS EBERTUS, *Germanus*, Viadrinus, Philos. Magister, primùm Scholæ Grunebergensis Rector, deinde Archidiaconus in patria, & Ministerii Senior, æt. 52. Ministerii 27. Emisit *Exercitationes Ethicas.*

18. Mart. LUCAS DE SORIA, *Hispanus*, Hispalensis, Ecclesiæ patriæ Canonicus. Luci dedit *Opus de Passione Christi: De Separatione fœminarum à viris in templis* Vertit quoque ex Latino in vernaculum sermonem *Bellarmini libros de arte bene moriendi &c.*

23. Mart. CLAUDIUS BERNARDUS, *Gallus*, Divionensis, Nobilis, Ordinis Cisterciensis Sacerdos, æt. 53. Parisiis. Condidit *Carmina.*

8. April. DAVID A MAUDEN, *Belga*, Antverpianus, J. U. Licentiatus, Ecclesiæ B. Mariæ de Capella Pastor Bruxellensis, collegiatæ ad D. Petri Bredanæ Decanus, ætatis 66. Exaravit *Discursum moralem in Præcepta Decalogi: Antidotum seu disc. III. de Montibus Pietatis: Speculum aureum vitæ moralis, sive Tobiam: Alithologiam sive Veritatis explicationem &c.*

17. April. JO. DARDE, *Gallus*, Vindociensis, S. J. Coadjutor Spiritualis, ætatis 46. Reliquit Gallicè *Historiam regni Japoniæ: Historiam Æthiopicam & Malabricam: Compendium Ludovici de Ponte.*

20. April. LUDOVICUS DE PALMA, *Hispanus*, Toletanus, S. Jes. primò Talabricensis Collegii, deinceps Domus Probationis Villaregiensis, nec non Complutensis, Murciani & Madritani Rector, provinciæ Tolotanæ Præfectus, æt. 82. Conscripsit Hispanicè *Historiam Passionis Domini, ex IV. Evangeliis: Viam Spiritualem, prout eam docet Ignatius: Praxim & declarationem brevem viæ spiritualis.* Vertit ex Latino in vernaculum *Caroli Scribani Medicum religiosum: Exercitium mortis.*

13. Jun. ARNOLDUS BUCHELLIUS, *Belga*, Ultrajectinus, J. U. Doctor, inque patria Advocatus, æt. 76. Auctor est *Descriptionis Urbis Ultrajectinæ: Diatribæ de veteri regimine provinciæ Ultrajectinæ: Descriptionis Florum, fruticum, herbarum &c. à Rossoto æri incisorum: Appendicis Atlanti Gerhardi Mercatoris adjectæ: Commentarii & notarum in Bekæ & Hedæ historiam Ultrajectinam.*

18. Jun. MARTINUS LEUSCHNERUS, *Germanus*, Fribergâ-Misnicus, Philos. Magister, Gymnasii Stetinensis Rector & Phil. Professor, ætatis 52. Composuit *Panegyrin Orator. & Ecclesiasticam de calamitoso Germaniæ statu, ejusdemque remediis: Oratio-*

nem

nem funebrem in obitum Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ &c.

19. Jun. JOH. WETZELIUS, *Germanus*, Phil. Magister, Superintendens Generalissimus Cellensis. Evulgavit *Concionem de Re Nummaria: Conciones aliquot funebres &c.*

8. Jul. BALTHASAR MORETUS, *Belga*, Antverpianus. Effecit *Comment. in Abrahami Ortelii Parergon Theatri orbis, sive Veteris Geographiæ Tabulas: Famam posthumam memoriæ Justi Lipsii: Poëmata* sparsim emissa.

9. Jul. JO. THORNBORUGA, *Anglus*, Sarisburiensis, Artium Baccalaureus, Reginæ Elisabethæ à Sacris, tum Decanus Eboracensis, Episcopus Limericensis in Hibernia, unde Bristoliensis, ac demum Wigorniensis, æt. 89. Ejus est liber, cui titulus: *Nihil, aliquid, omnia, de arte aurifera Physico-Chymica: Tractatus de Eucharistiæ Sacramento: Historia Unionis Anglicæ & Scoticæ.*

— Aug. JOH. TESMARUS, Pater, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, primùm Græcæ & Latinæ Lingvæ, pòst Eloq. Professor & Pædagogiarcha per XL. annos Bremensis. Edidit *de Eloquentia, sive Institutionum Rhetoricarum libros VII: Præcepta Rhetorica &c.*

19. Aug. AUGUSTINUS VIVALDUS, *Italus*, Genuensis Patritius, S. J. Philos. & Humaniorum literarum Professor, pòst collegiorum Florentini & Parmensis Rector, tum Lithuaniæ, Parmæ ac demum Siciliæ Provincialis, æt. 76. Scripsit Italicè *Meditationes centum & quinquaginta.*

21. Aug. JOH. HORRION, *Belga*, Eburo-Leodiensis, Philos. ac Theol. Professor tam Moguntinus, quàm Paderbornensis, æt. 66. Coloniæ. Tacitô suô publicavit nomine *Vitam Aloysii Gunzagæ, ex Italico: Comm. Prudentii Sandovalii de Sanctis Leandro, Isidoro, Florentio: Panegyricum de Natali Academiæ Paderbornensis: Titi Livii Historiarum librum XXXIII.*

2. Sept. THOMAS TAMHIUS DE VARGAS, *Hispanus*, Matritensis, Doctor & Prof. Toletanus, tum Legato ad Venetos regio à Secretis, pòst Archi-Gronographus Castellæ & Indiarum, demum in sacro Senatu & regio militarium ordinum Concilio Minister, æt. 54. Latinè edidit *Pauli Diaconi librum, de vitis & miraculis Patrum Emeritensium, notis illustratum: Apospasmacion de rebus Emeritensibus: Luitprandi Episcopi Cremonensis Chronicon, cum notis.* E Latino convertit in Hispanicum *Justi Lipsii librum de Constantia &c.*

15. Sept. JO. SUFFREN, *Gallus*, Salonensis, Soc. Jesu, Philos. Dolæ, & Avenione Theol. Professor, Concionator Reginæ Mariæ, Henrici IV. Viduæ, ac deinde Ludovici XIII. aulicus, æt. 76. Struxit *Concionum Dominicalium Tomum: Testamentum Patriarchæ Jacobi concionibus explicatum: Annum Christianum voluminibus VI: Monita Spiritualia: Exercitia pietatis.*

1. Oct.

1. Octobr. CLAUDIUS D' ALLARD, *Gallus*, Lugdunensis, S. J. æt. 38. Transtulit Gallicè ex Hispanico *Tractatum Francisci Arias de gravitate peccati mortalis*: *Jo. Eusebii Nierembergii amabilem Jesum Christum*, *& modum eum amandi.*

13. Octobr, ROBERTUS BURHILL, *Anglus*, Glocestriensis, Theol. Baccalaureus, æt. 69. Scripsit Latinè *de controversia inter Jo. Howson & Thom. Pyum*, *de novis post divortium nuptiis*: *Pro Tortura Torti contra Becanum*: *De potestate regia & usurpatione Papali*, *pro Tortura Torti*, *contra Parellum Andr. Eudæmon Johannis*: *Assertionem pro jure regio*, *contra Mart. Becanum*: *Pro Buckridgii Episcopi Eliensis responsione*, *ad apologiam Bellarmini.*

24. Octobr. HENRICUS SPELMANNUS, *Anglus*, Eques Auratus. Composuit *Glossarium Archaiologicum*, *continens Latino-barbara*, *peregrina*, *obsoleta & novatæ significationis vocabula*: *Concilia Britannica*, *Scotica*, *Hibernica à primis Christi seculis*, *ad introitum Normannorum an.* 1066: *De non temerandis Ecclesiis*: *Apologiam pro eodem tractatu*: *De Sepultura.*

17. Nov. JACOBUS GORDNUS LESMORÆUS, *Scotus*, Aberdonensis, Theol. Doctor & Prof. in Societate Jesu, Collegiorum Tolosæ ac Burdigalæ Rector, tandem Regi Galliæ Ludovico XIII. à confessionibus, æt. 88. relig. 68. Typis submisit *Opus Chronologicum*, *à mundi exordio ad nostra usque tempora*: *Opuscula tria*, *Chronologicum*, *Historicum & Geographicum*: *Diatribam de Catholica* [...]*tate*: *Biblia Sacra*, *cum commentariis*, *tomis tribus*: *De rebus Britannicis volumen*: *in nuptiis Caroli Regis Britanniæ.*

3. Decembr. JO. PERSEUS, aliàs FISCHERUS, *Anglus*, Dunelmensis, S. J. Theol. Lector Lovaniensis, Missionarius aliquoties in Angliam. Foràs dedit Anglicè *Tractatum de Fide*; *Defensionem ejusdem*, *contra duos Ministros Wottonum & Vitum*: *Librum*, *quô provocat Protestantes*, *ad ostendendam continuam suorum Prædicantium successionem*, *à temporibus Christi*, *prout Catholici ostendunt de suis*: *Responsionem ad IX. Articulos controversos ipsi à Rege Jacobo propositos..*

11. Decemb. CHRISTOPHORUS NEANDER, *Germanus*, Crosnensis Silesius, Phil. Magister, primùm Lingvæ Latinæ extraordinarius, tum Logices ordinarius, demum Philos. Practicæ Professor Francofnrti ad Oderam, & Academiæ **Senior**, æt. 75. Profess. 53. Extant ejus *Disputationes Logicæ*: *Physicæ*: *Physiologicæ*: *Ethicæ*: *Orationes Politicæ*: *Funebres*: *Bacchanalia*: *Discursus de veritate & certitudine cognitionis humanæ*: *De Potestate Principis*: *in Plutarchi Enchiridion Ethicum analysis Grammatica*: *Orationum Isocratis analysis Grammatica &c.*

16. Decembr. GEORGIUS WEBBE, *Anglus*, Brumhamiâ-Wiltoniensis,

Artium Magister, Theol. Baccal. Rector de Steple-Athon, deinde Ecclesiæ S. Petri & Pauli Bathoniensis Præpositus, Theol. Prof. Oxoniensis, nec multum pòst Caroli I. Regis Sacellanus ordinarius, ac demum Episcopus Limericensis in Hibernia, æt. 60. Publici juris fecit *Catalogum sive calendarium Protestantium: Linguam pro Tribunali: Viri Christiani opinionem in hac vita: Conciones XX: Praxin Tranquillitatis*, & alia idiomate populari.

27. Decembr. CLAUDIUS TIPHANUS, *Gallus*, Parisiensis, Soc. Jesu, Phil. & Theol. Prof. hujusq; Doctor, Collegiorum Remensis, Mussipontani, Metensis, & Flexiensis Rector, Academiæ Mussipontanæ Cancellarius, & Provinciæ Campaniæ Præfectus, æt. 70. Evulgavit *Declarationem Scholasticæ doctrinæ de Hypostasi & persona, ad SS. Trinitatis & Incarnationis mysteria illustranda*: Gallicè *Monitionem ad Hæreticos Metenses*.

JO. JACOBUS WOLFIUS, *Helvetius*, Tigurinus, Lingvarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, in patria Professor & Canonicus. Prodierunt ejus *Disputationes Synodales de integritate Contextus Sacri Hebræi Veteris & Græci Novi Testamenti: Anchora fidelium ex Jobi XIX: De Sacerdotio Melchisedeki &c.*

RICHARDUS MONTACUTIUS, *Anglus*, Dorneus in agro Buckinghamiensi, primùm Cissacestriensis, deinde Norvicensis Episcopus. Texuit *Exercitationes contra Cardin. Baronium: Origines Ecclesiasticas de vita Christi: Antidiatribas contra J. C. Bullingerum pro Casaubono: Analecta Ecclesiasticarum Exercitationum: Versionem & Notas ad Photii epistolas: Notas in II. invectivas Gregorii Nazianzeni*, & alia.

JO. BAPTISTA COCCINUS, *Italus*, Venetus, JC. Reliquit *Decisiones Rotæ Romanæ: De Electione Romani Pontificis tractatum.*

PAULUS WALTHERUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, ad D. Virginis Ecclesiastes Flensburgensis in Holsatia. Hujus reperiuntur *Concionum Pœnitentialium de Tempore XII. cum appendice trium concionum singularium, de Bacchanalibus, Luxu vestium & visionibus Angelicis, nec non de Duellis: Exul Christianus: Conciones funebres.*

GEORGIUS CROKE, *Anglus*, Chiltonâ-Buckinghamensis, Eques Auratus, Tribunalis regii Londinensis justitiarius, æt. 82. Congessit *Rerum judicatarum sive Repertorum volumina tria.*

ANTONIUS HIQUÆUS, *Hibernus*, Tuomoniensis. Edidit *in IV. sententiarum libros volumina tria: Vindicias Religionis Franciscanæ, contra Abrahamum Bzovium.*

JACOBUS HERRENSCHMID, *Germanus*, Pastor & Superint. primò Zimmerensis, dein Harburgensis, tandem Nerolingensis, æt. 63. minist. 36. Scripsit haud pauca, ex

quibus sunt Latinè *Osculologia Theologico-Philologica: Amor crucifixus: Dissertatio de Bacchanalibus: Fabrica crucis: Postilla Neo-Symbolica & Theologico-Politico-Physica: Jubilæum Augustanæ confessionis primum: Speculum Philomatheticum: Passionis Dominicæ Violarium: Romanensium Delita scelerolatrica phaleris suis ascitiis denudata, de absurditatibus Romanensium in Reliquiarum cultu: Jesulus infans, i. e. oestimulus Eucharisticus pro Theophaniæ mysterio: Strenographia Rhetica, sub variis animalium, gemmarum & emblematum involucris repræsentata:* Germanicè *Echo ex montibus Israëlis, sive de origine inter Lutheranos & Calvinianos: Angelus Angelorum Germaniæ præfectus: Jesus laureatus sive Conc.*

VII. in nativitatem Christi: Urna Mosaica, sive concio novi anni: Conc. III. Pentecostales: Σημειοσκοπία Christiana, de Prodigiis: Clangor Buccinæ Theologicæ de regina militum: Explicatio Evangeliorum & Epistolarum &c.

HENR. LINDENBROGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Bibliothecæ Gottorpiensis Præfectus. Struxit *Notas in Censorinum de die Natali* & forsan quædam alia.

WILHELMUS VON CALCHUM, dictus LOHAUSEN, *Germanus*, Chiliarcha, in Societate Fructifera dictus Der Feste. Typis subjecit *Resolutiones aliquot Geometricas.* Vertit ex Italico *Virgilii Malvezzi Persecutionem Davidis*: ex Latino *Sallustii historiam de conjuratione Catilinæ.*

ANNO 1642.

1. Jan. NICOL. NESSELIUS, *Belga*, Meseicanus, Ebero, Theol. Licent. Lovaniensis & Protonotarius Apostolicus, primùm in collegio Lovaniensi, pòst Diligemiensi ac Brugensi Theol. Professor, demum Pastor Mechliniæ, & ad S. Paulum Leodii Canonicus, æt. 58. Evulgavit *Tractatum de Avaritia: Theatrum æternitatis libris II. metrô redditum: Thesaurum spiritualem de sacro capite S. Petronillæ Virginis*, Gallicè.

1. Jan. GABRIEL RICHARDSON, *Gallus*, Lincolniensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus. Consignavit *Tractatum*, cujus titulus; *Europæ Status libris XIV.*

7. Jan. ANTONIUS BEATILLUS, *Italus*, Bariensis, S. J. Humaniorum, Hebraicarum & sacrarum literarum Neapoli & alibi Professor, simulque Ecclesiastes, deinde colleg. Tropiensis & Berolitani Rector, æt. 71. Elucubravit Italicè *Historiam vitæ, mortis, miraculorum & translationis S. Irenes Virginis & Martyris Thessaloniensis: S. Nicolai, Archiepiscopi Myrensis: S. Sabini, Episcopi Canusini: Historiam Civitatis Barii &c.*

10. Jan. WILHELMUS BEDELLUS, *Anglus*, Essexiensis, primùm Parochus Edmandslariensis in Suffolcia, tum Legato Regio ad Venetas Capellanus, pòst collegii Dublinensis in Hiber-

Hibernia Præfectus, demum Theol. Doctor, Episcopus Kilmoriensis ac Ardaghensis, novissimè à Rebellibus Hibernis in captivitatem abductus, ibidemque mortuus, æt. 72. Reliquit *Epistolas: Grammaticam Hibernicam: Emblemata Religionis ac precum formulas.* Sub prelo sudare dicitur *Translatio* ejus *Bibliorum Hibernicorum*, quibus hactenus regni hujus incolæ caruerunt.

19. Jan. JO. MOCQUETIUS, *Lotharingus*, Novi-Pontius, Artium Magister, Theol. Baccal. S. J. Philos. & Theol. Prof. Ingolstadiensis, tum Theol. Doctor, Collegiorum Delingani & Oenipontani Rector, æt. 68. Formavit *Tractatum de Sponsalibus & Matrimonio: Gonterianam, seu methodum cum Hæreticis ex solo Dei verbo disputandi, à Joh. Gonterio conscriptam, & à calumniis vindicatam.*

26. Jan. JOH. MATTHIAS MAYFARTUS, *Germanus*, Walwinscceliensis Saxo, Phil. Magister, primùm Latinæ Græcæque lingvæ, ut & Logices, deinde Theol, & Histor. Professor, ac tandem Gymnasii Director Coburgensis, tum Theol. Doctor, Prof. & Pastor primarius Erfurtensis, æt. 52. Inclaruit *Anti-Becano: Suscitabulô clericorum: Meletematibus Theologicis: Arce Sionis ex immotis Scripturæ fundamentis exstructâ: Grawero continuato: Elucidario Theologico, seu Distinctionibus Theologicis: Tubâ novissimâ: Mellificiô Oratoriô: De Pace Ecclesiasticâ tractatu: Tubâ Pœnitentiæ: Ephemeridibus Gymnasticis: Compendiô Geographicô: Nodo Gordio Sophistarum soluto:* Germanicè *Jerusalem cœlesti: Infernali Sodoma: De extremo judicio libellô: Adhortatione ad Academicos: ad Veneficos: Rhetorica &c.*

5. Febr. ANELLUS OLIVA, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Sacerdos Peruanus, Colleg. Orurensis & Callaensis Rector, æt. 69. Scripsit Hispanicè *Catalogum virorum sanctitate illustrium Provinciæ Peruanæ S. J.*

9. Febr. JOACHIMUS KRAKEWITZIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Ethicæ primùm & Histor. in patria, deinde Log. ac Theol. Professor in Academia Sorana, & Ecclesiastes, æt. 33. Reliquit *Dispp. XIII. Ethicas: Disp. ex Joh. I, 14. &c.*

15. Febr, PAULUS ROBERTUS, *Gallus*, Picto, S. J. Humaniorum & sacrarum literarum interpres, nec non Ecclesiastes, ætatis 76. Fecit *Tractatus Controversiarum: Librum de bono mortis.*

21. Febr. PETRUS SASSIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Philos. Magister, in patria Academia per 40. annos Logices Professor, & totius Acad. Senior, æt. suæ 70. Edidit *Dissertationes de variis materiis Philosophicis: Orationem Secularem, de Civitate Rhodopolicate seu Rostochiensi.*

2. Mart. TIMOTHEUS POLUS, *Germanus*, Merseburgensis, Poëta Laur. Cæsareus, Poës. in Gymnasio Revaliensi Professor, æt. 43. Ejus

sunt *Epigrammata & Hyporchemata & Anacreontica: Epigrammata & Miscellanea & Sacra Lyrica: Poëmata varia utriusque linguæ:* Germanicè *Theatrum artificum, opificum, inventorum &c.*

15. Mart. GEORGIUS SCHRETELIUS, *Germanus*, Donawerdanus Svevus, Jesuita, collegii Ratisbonensis & Augustani Rector ac Concionator, Electoris quoque Coloniensis Confessarius, ætat. 81. Formavit *Clavam Herculis: Apem argumentosam mella legentem ex litaniis B. Virginis.*

17. Mart. JACOBUS ZEVECOTIUS, *Belga*, Condensis, Poëta Laur. & JCtus, Histor. atque Eloq. Professor in Gymnasii Geldro-Velavico, æt. 46. Publici juris fecit. *Elegiarum libros III. & Silvarum librum singularem: Obsidionem Leidensem, Tragœdiam, versibus Belgicis: Observata Politica ad Svetonii Julium Cæsarem: Observationes maximè Politicas in L. Florum: Tragœdias duas Mariam Græcam & Rosimundam: Tragicomœdiam Esther.*

20. Mart. THOMAS GODWYN, *Anglus*, Somersetensis, Artium Magister, mox Scholæ Abendonensis in agro Bercherensi Ludimagister, deinde Theol. Doctor & Prof. Oxoniensis, demum Ecclesiæ de Brightwel Rector, ætat. 55. Famam promeruit *Libris IV. Antiquitatum Romanarum: Anthologiâ Historiæ Romanæ: De civilibus & ecclesiasticis Ritibus in usu apud Hebræos libris VI:*

Antiquitatibus Hebraicis & Græcis, sub titulo; *Moses & Aaron: Triumpho fidei: Incremento Gratiæ &c.*

25. Mart. JO. BARCHAM, *Anglus*, Devoniensis, primò Archiepiscopi Cantuariensis Sacellanus domesticus, tum Decanus & Rector Bockinjanus, nec non Theol. Prof. Oxoniensis. Delineavit *Vitam Johannis Regis Angliæ*, & alia.

31. Mart. JOH. HIMMELIUS, *Germanus*, Stolpâ Pomeranus, primùm Scholæ Durlacensis. pòst Spirensis Rector, & Ecclesiastes, tum Theol. Doctor ejusdemque Prof. Jenensis, æt. 61. Posterorum usibus concessit *Memoriale Biblicum: Analysin libri Concordiæ Christianæ: Collegium Augustanum Theologicum: Anti-Calvinianum: Harmoniam Calvino-Papisticam: Syntagma Disputationum Theologicarum: Tractatum de natura invocationis veræ & religiosæ: Jesuitam judaizantem: Tractatum de Canonicatu & jure canonico, & Theologia Scholastica: Trigam Propheticam, Haggæum, Zachariam, Malachiam: Prodromum pacificationis religiosæ: Comment. in Epist. ad Galatas & Philemonem: Passionale: Postillam Academicam: Anti-Majerum: Anti-Alstedium: Anti-Leoninum: Mathæologiam Papisticam: Collegium Irenicum: Disp. Theol. varias &c.*

17. April. PETRUS ROESTIUS, *Belga*, Noviomagensis, S. J. variis in Academiis, Herbipolensi, Moguntina,

tina, Molshemiensi & Coloniensi Philos. atque Theol. Professor, æt. 80. profess. 44. Consignavit *Theses in universam Philosophiam: De Sacrarum Imaginum & Reliquiarum cultu, contra Conr. Vorstium: De Communione sub utraque specie: De justificatione pro Missæ Sacrificio: Pseudo-jubilæum Lutheranum: Hallucinationes de Resurrectione mortuorum, seu contra Syllogismum Lutheranum: Apologiam pro domo Lauretana, contra Matth. Berneggerum: Apologiam pro jure Canonico: Disp. de Paradiso terrestri &c.*

19. April. JO. ASSVERUS AMPSINGIUS, *Belga*, Transysulanus, initio Pastor Harlemiensis, deinde Med. Doctor, & Mauritii Principis Auriaci Archiater, inde in Svecia Practicus, tum Poliater Wismariensis, ac novissimè Medicinæ Professor & Physicus Rostochiensis, simulque Ducis Megapolitani ac Episcopi Swerinensis Archiater, æt. 83. Hujus reperitur *Dissertatio Jatro-Mathematica, de conjugio Medicinæ & Astronomiæ:* Διάλεξις *de morborum differentiis: Hectas affectionum capillos & pilos humani corporis infestantium: Lithotomia, seu de fidelium infantibus in utero regeneratis: Oratio de Theriaca senioris Andromachi: De Syrtibus Calvinistarum: Disputationes tres contra Anabaptistas: De Calculo: De dolore capitis: De Apolecia & Ophiasi &c.*

9. Maj. JACOBUS BONFRERIUS, *Belga*, Dionantensis, è Soc. Jesu, Philos. Lingvæ Hebr. & Theol. Professor Duacensis, Seminarii ibidem Scotorum Superior, æt. 69. Edidit *Pentateuchum Moysis commentario illustratum: In Josue, Judices & Ruth commentarium: Onomasticon Urbium & Locorum Sacræ Scripturæ: In libros Regum & Paralipomenon tom. II.*

10. Jun. HENRICUS HöPFNERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Doctor, ejusdemque in patria Professor primarius, Canonicus Misnensis, æt. 60. profess. 30. Ex *Commentario in Organum Aristotelis: Tractatu priorum & posteriorum Analyticorum libros ejusdem: Saxonia Evangelica, contra Petrum Cutsemium: Disputationibus XII. de justificatione hominis peccatoris coram Deo, adversus Christoph. Majerum: Commentario in Psalmum IIX: Isagoge ad salutarem usum Cœnæ Dominicæ, duobus tractatibus: Commentario in Psalmum XC. & CX: Disputationibus Theologicis XV. in unum fasciculum collectis: Orationibus parentalibus memoriæ Michaëlis Wirthii & Polycarpi Lyseri: Oratione de meditatione Spiritus Sancti, ex Joh. XIV, 16. &c.* longè celeberrimus.

10. Jun. FRANCISCUS LORIOT, *Gallus*, Lavallensis, S. J. humaniorum literarum, Philos. & Theolog. Professor, æt. 71, Exaravit Gallicè *Secreta moralia, spectantia ad passiones & cor humanum: Parallelum divini amoris & humani: Florem Secretorum moralium: insignes & admirabiles divini amoris affectus.*

19. Jul. PETRUS MATTHIAS, *Belga*, Hanno-Montensis, S. J. variis in locis Concionator, Episcopi Namurcensis Confessionarius, ætat. 67. Emisit Latinè *Tractatum de Paradiso cœlesti:* Gallicè *Exercitium Amoris, seu de Stationibus Christi patientis: Cænaculum, seu de Virtutibus, quas Christus in ultima Cœna exercuit, obedientia, humanitate & charitate.*

27. Jul. ANDREAS SENFTLEBEN, *Germanus*, Silesius, Boleslaviensis, Reip. Vratislaviensis Advocatus ordinarius, æt. 39. Posteritati tradidit *Nuces Saturnalitias: Librum de Alea veterum: Silvam antiquarum Navium,* cujus titulus est, *Argo: Phaselum Catulli cum notis: In Parabolas Alani notas &c.*

13. Aug. CONRADUS BERGIUS, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, Theol. Doctor, ejusdemque primus in Electorali Francofurtana Academia, pòst in Schola Bremensi Professor, & Ecclesiæ Collegiatæ S. Ansgarii ibidem Decanus ac Pastor primarius, æt. 50. Struxit *Artificium Aristotelico-Lullio-Rameum: Praxin Catholicam divini Canonis, contra quascunque Hæreses & Schismata Dissertationibus IX: Dispp. II. de Sufficientia & efficacia mortis Christi:* Germanicè *Summam totius Christianismi: Fundamentum Christianismi; Conciones Irenicas.*

13. Sept. AUGUSTINUS BERNAL, *Hispanus*, Magallonensis Aragonus, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. interpres, hujusque Doctor, ætatis 55. Reliquit *Lucubrationes de Philosophia universa: Dispp. de divini Verbi incarnatione: De Sacramentis.*

9. Octob. RODERICUS DE FIGUEYREDO, *Lusitanus*, Eborensis, S. J. Missionarius ad Indos, æt. 48. Edidit Characteribus Sinensibus *Tomos II. variarum precum & devotionum: Explicationem totius Fidei Christianæ libris IV: Aristotelis libros de cœlo.*

21. Octobr. JOSEPHUS GELDOLPHUS A RYCKEL, *Belga*, Brabantinus, Canonicus regularis S. Augustini, primùm in Conventu Lovaniensi Superior, deinde Oosterwicanus Pastor, tandem Abbas ejusdem Prælaturæ, ætatis 61. Ab ingenio ejus provenit *Vita S. Beggæ, Ducissæ Brabantiæ, commentario illustrata: Ancile sacrum, pro Animabus in Purgatorio existentibus: De Sodalitiis in subsidium animarum in purgatorio existentium erectis: Officium defunctorum Glossa illustratum: Diurnale Marianum: De cultu nominis Mariani commentatio: Cultus SS. Trinitatis: Historia S. Gertrudis &c.*

24. Octobr. CLEMENS CYRIACUS, cognomento MANGINUS, *Gallus*, Cabilonensis, Med. Doctor, Mathematicus Parisiensis, æt. 72. Publicavit *Problemata duo, quorum nec analysin Geometricam videntur tenuisse Jo. Regiomontanus & Petrus Nonius, nec non demonstrationem satis accuratam repræsentâsse Franc. Vieta & Mart. Ghetandus, nunc demum diligentiùs elaborata,*

ta, & novis analyseon formis exculta: Opus Problematum &c.

28. Octobr. OLIGERUS ROSENKRANTZIUS, *Danus*, Eques, Rosenholmianus Toparcha, regni Daniæ Senator, æt. 68. Condidit *Speculum Ducum: Psalterium Danicum, cum explicatione Orationis Dominicæ & Benedictionis Aharonis: Dissert. de Legatis & fidei jussoribus.*

5. Nov. LUDOV. DE VALDIVIA, *Hispanus*, Granatensis, è Soc. Jesu, Missionarius ad Indos, deinde Pinciæ in collegio Valisoletano ac Domus Professæ Rector, æt. 81. Societ. 63. Prelo submisit lingva Chilensi *Grammaticam, Vocabularium, Doctrinam Christianam & Confessionarium breve: Mysteriorum fidei Tomum*: Linguis Allentiacensi & Milcajacensi, *Grammaticas, Lexica, Catechismos & methodos confitendi.*

7. Nov. BARTHOLDUS KRAKEWIZIUS, *Germanus*, Wittoviâ Rugiensis, Nobilis, Theol. Doctor, ejusdemque Professor, Generalis in Pomerania anteriori & Principatu Rugia Superintendens, Consistorii Ecclesiastici Præses, & ad S. Nicolaum Pastor primarius Gryphiswaldensis, ætat. 60. Concinnavit *Examen libri 1. & 2. controversiæ 5. generalis, à Rob. Bellarmino pertractatæ, de Sacramento extremæ Unctionis: Tract. de conjugio, contra eundem & Franc. Costerum: Comment. in Proph. Jonam: Illecebras Sacramentarias, contra Calvinianos: Disquisitionem de Cœna Domini, Confessioni Reformatarum Ecclesiarum oppositam: Orationem secularem, de IV. insignibus Dei beneficiis in Ecclesiam ad Scholas superiori seculô collatis: Comm. in Prophetam Hoseam: Orationem de Insulæ Rugiæ præstantia: Consultationem, quâ Principibus Lutheranis ministerium Calvinisticorum Consiliariorum suspectum esse debere & fugiendum, ostenditur: Manuductionem ad beatam ex hac vita emigrationem*: Germanicè *Conc. III. de Persona & beneficiis, ex Nativitate Christi: Testamentum Propheticum Jacobi, ex Genes. XLIX. Concione XVI: De causis, cur cum heterodoxis conjugia non sint ineunda: Explicationem Passionis Dominicæ: De Confessione Ecclesiastica: Decem causas, cur perfractis Calvinianis sepultura solitis Lutheranorum cæremoniis deneganda: Disp. varias &c.*

12. Nov. ANTONIUS FERNANDEZ, *Lusitanus*, Ulyssiponensis, S. J. Novitiorum Magister, Missionarius ad Indos & Æthiopes, æt. 77. Exaravit *Tractatum de erroribus Æthiopiæ*, Sermone Chaldæô: Æthiopicè *Opus sex dierum: De immunitate Ecclesiastica: Instructionem Sacerdotum, pro Confessionibus audiendis: Vitam B. Virginis Mariæ: De jejunio.* Transtulit in eandem linguam *Rituale Romanum: Calendarium Festorum mobilium, juxta computum anni Æthiopici, ut cum Romano conveniat: Librum Synodorum.*

4. Dec.

4. Dec. JO. ARMANDUS PLESSIACUS RICHELIUS, *Gallus*, Pictavus, primùm Epiſcopus Lucionenſis, magnus deinde Reginæ Galliæ Eleemoſynarius, ſacræ tandem Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Ludovici XIII. Galliarùm Regis primus Miniſter & Conſiliarius intimus, æt. 58. Extat Ejus *defenſio præcipuorum Articulorum Fidei, contra quatuor Carent. Miniſtros: Miniſterium.*

14. Dec. JO. THOMAS CLUDIUS, *Germanus*, Helmſtadienſis, J. U. Doctor, inque patria, Academia Julia, Pandectarum Profeſſor, nec non Conſiliarius Guelphicus, æt. 58. Reliquit *Diſp. IV. Feudales: De Imperatore Romano-Germanico & Statibus Imperii &c.*

16. Decembr. HERMANNUS SAMSONIUS, *Livonus*, Rigenſis, Phil. Magiſter, Eccleſiaſtes primùm in patria & Scholæ Inſpector, deinde in Gymnaſio ibidem Theol. Profeſſor, Paſtor & Superintendens per Livoniam regius, æt. 65. officii 34. Inclaruit *Diſputationibus Ethicis: Enchiridio Articulorum Fidei: Syntagmate Hiſtorico Paſſionis Dominicæ, Poëticis numeris incluſo: Anti-Jeſuitâ primô & ſecundô, contra Laurentium Nicolai: Logicæ Syſtemate: Orationibus ac Diſpp. Theologicis quàm plurimis:* Germanicè *Libro de vocatione & ordinatione D. Lutheri & Lutheranorum Verbi Miniſtrorum: Concionibus de Agno Paſchali & S. Cœna: De Cometis: De Anno Jubilæo: De Sagis & Veneficis: De Gogo & Magogo: Homiliis Pœnitentialibus: Explicatione Evangeliorum Dominicalium & Feſtivorum: Theſauro Animæ, ſive Conc. XI. ex Gen. III. de Semine Mulieris: Deductione 132. Veritatum in Religione Evangelica, contra Jeſuitas &c.*

20. Decembr. LUDOVICUS DE DIEU, *Belga*, Fliſſingâ-Selandus, Paſtor Eccleſiæ Leydenſis, & Collegii Gallo-Belgici Regens, æt. 52. Struxit *Commentarios in IV. Evangelia: Animadverſiones in Acta Apoſtolorum: Apocalypſin S. Johannis, charactere Syrô & Hebræô, cum verſione Latina, notis illuſtratam: Hiſtoriam Chriſti & Petri, Perſicè ab Hieron. Xavier multis mendis contaminatam, animadverſionibus notatam: Rudimenta linguæ Perſicæ: Grammaticæ Hebrææ compendium: Grammaticam Linguarum Orientalium: Duo capita Geneſeos, ex interpretatione Perſica Jacobi Tavuſi: Comment. in Pauli epiſtolam ad Romanos, cum ſpicilegio in reliquas ejusdem Apoſtoli, ut & Catholicas Epiſtolas: Commentarium in Vetus Teſtamentum.*

23. Decembr. CLAUDIUS CLEMENS, *Gallus*, Ornacenſis in comitatu Burgundiæ, è S. J. Rhetor. Lector Dolæ & alibi, tum in imperiali collegio Madritenſi Profeſſor regius, æt. 46. Edita eſt ejus *Muſei, ſive Bibliothecæ exſtructio, inſtructio, cura, uſus, libris IV: Oratio de Chriſtiana ſimul & humana majeſtate: Vita Clementis IV. Pont. Maximi: Diſſertatio Chriſtiano-Politica: Machiavelli-*

ſmus

smus jugulatus à Christiana sapientia, Hispanica & Austriaca. Hispanicè *Tabulæ Chronologicæ tres, de rebus Hispaniæ ante & post Christum, & res Ecclesiasticæ ac Politicæ, usque ad annum* 1641.

SUENO JONÆ, *Suecus*, Westrogothus, Phil. Magister, Lingvarum Orientalium Professor Upsaliensis. Ab eo habetur *Elementale Theologicum: Historia Academiæ Upsaliensis: Catechesis minor Syriacè ac Latinè, cum Alphabeto Syriaco: Disquisitio Philol. de constitutione Sacri Ordinis: Investigator Antiquitatum, seu collatio lingvæ Suecicæ cum lingvis Orientalibus: Institutiones Hebraicæ.*

JANUS BODECHERUS BANNINGIUS, *Belga*, Goylandensis, Hollandus, Philos. Prof. in Academia Lugduno-Batava. Edidit *Satyricon in corruptos juventutis mores: Sermones tres: Dispp. Physicas & Ethicas: Poëmata*, ut *Elegiarum, Hendecasyllaborum, Silvarum, Epigrammatum, Carminum adoptivorum libros, cum Dissertatione de Philosophiæ & Poëtices studiis conjungendis.*

JO. WEITZIUS, *Germanus*, Gothanus, Phil. Magister, Philologus. Concinnavit *Commentarium in Comœdias Terentii: in libros Tristium Ovidii: Notas in Flaccii Argonautica: Dissert. de Philologia: De Critica: Notas ad Salvianum: Commentariolum in Virgilii Maronis Capam: Spicilegium in Moretum Septimii Sereni: Comm. in odam II. Horatii de laudibus vitæ rusticæ: Ferias cereales Gothæ transactas: Hymnos Festivales &c.*

MATTHIAS MARTINUS De WAUCQUIER, *Belga*, Middelburgius, in typographeo Plantiniano Corrector. E Gallico vertit in Latinum Sermonem *Petri Bessei conceptus Theol. in omnia Quadragesimæ Evangelia: Ejusdem conceptus de IV. Hominum Novissimis: Petri Cattoni Conciones: Petri Jarrici Thesaurum rerum Indicarum.* Ex Hispanico autem *S. Teresiæ de Jesu opera: Alphonsi Roderici Exercitium perfectionis & virtutum Christianarum.* Edidit præterea *Tetraglotten, sive dictionarium Latino-Græco-Gallico-Flandricum.*

JACOBUS ZEBRAZYNTHIUS, *Suecus*, Angermannus, Log. & Eloq. Professor Upsaliensis, pòst Pastor Stockholmensis, tandem Episcopus Stregnensis. Emisit *Conciones funebres, ex Ezech. XXIV, 15.—20: Ex Philipp. III, 20. 21. &c.*

NICOLAUS BAXIUS, *Belga*, Antverpianus, Eremita S. Augustini, humaniorum & Græcarum literarum Bruxellæ atque Antverpiæ Lector. Vulgavit *Corn. Valerii Rhetoricam, versibus & exemplis illustratam: Phrases sive loquendi modos selectiores: Syntaxin & Prosodiam Græcam è Varennio adornatam: Poëmatum libellos: Orationes & Logidiam patheticam &c.*

MICHAEL ZANARDUS, *Italus*, Bergomas, æt. 72. Effecit *Commentarium in Aristotelem de Physico auditu:*

Tractatum de triplici universo, cœlesti, elementari & mixto: Comment. in Aristotelis Logicam, Physicam, Metaphysicam, & de Anima.

ZACUTUS, *Lusitanus*, Judæus, Medicus Amstelodamensis & Hagensis, ætat. 80. Consignavit *de Medicorum Principum historia libros XI: Introitum ad Praxin & Pharmacopœam: Lib. III. Praxeos admirandæ: De Calculorum generatione.* Opera ejus omnia simul prodierunt tomis II.

PETRUS WILHELMUS, *Germanus*, Theol. Doctor, Religiosus Monasterii Lutzellensis in Diœcesi Basiliensi, postmodum Abbas Rittershusanus in Diœcesi Halberstadiensi, & per Sacri Rom. Imperii provincias Commissarius generalis Ordinis Cisterciensis. Reliquit *Historiam Monasterii Rittershusiani.*

OLIVERIUS UREDIUS, *Belga*, Brugensis JC. Dedit *Sigilla Comitum Flandriæ, cum expositione Historica: Genealogiam Flandriæ Comitum &c.*

JO. CORDESIUS, *Gallus*, Canonicus Lemovicensis, studiis operam dare annô demum ætatis suæ trigesimô cepit, obiitque æt. 72. Adornavit *Tractatum de controversiis Pontificis Pauli V. & Reip. Venetorum: Dissert. de Martiale, Episcopo Lemovicensi:* In linguam Gallicam convertit *Camilli Porciæ tract. de seditione Neapolitana.* Extat quoque literis impressa *Bibliotheca Cordesiana.*

ANNO 1643.

3. Januar. JO. FRANCISCUS DEL CASTILLO, *Hispanus*, Parhormiensis, Legionis militum Hispanorum in Sicilia Auditor generalis, deinde Judex Consistorii & regiæ magnæ curiæ demum Senator Concilii, quod regii patrimonii curam habet, æt. 60. Emisit *Decisiones legales regni Siciliæ.*

6. Jan. THOMAS SCHRöERUS, *Germanus*, Neopolitanus Silesius, JC. Senatui Vratislaviensi à secretis, æt. 55. Hujus est *Tractatus de Jure Feudali: Liber primus Institutionum Imperialium carmine redditus: Institutiones Germanicæ Tutorum & Curatorum: Comœdia de electione Sauli regia.*

8. Jan. CAMILLUS GLORIOSUS, *Italus*, Neapolitanus, Mathem. Prof. Patavinus, æt. 71. Elucubravit *Dissertationem Astronomico-Physicam de Cometis: Resp. ad controversias de Cometis Peripateticas: Decades III. exercitationum Mathematicarum: Resp. ad Vindicias Soveri: Responsionem ad Scholium Fortunii Liceti: Castigationem examinis Scipionis Claramontii: Resp. ad apologiam Bened. Maghetti: Respons. ad Scipionem Claramontium.*

12. Jan. HENRICUS LANCILOTTUS, *Belga*, Mechlinensis, Ordinis S. Augustini, Theol. Licentiatus, Prior Hasseletensis, Trevirensis, Gandavensis, Antverpiensis, ac demum Bruxellensis, definitor ordinis

nis

nis sui per Belgium, Commissarius generalis per tractum Rheni ac Sueviæ, studii Theologici Regens Lovaniensis, ac denique Theol. Doctor, æt. 67. Ex scriptis illius hæc publicè leguntur; *Pharos apostolica, de missione Ministrorum: Capistrum Hunnium: Anatomia Christiani deformati, seu Exegesis Epistolæ D. Judæ: Hæreticum Quare per catholicum Quia solutum: Abecedarium Luthero-Calvinisticum: De libertate Religionis è Rep. Christiana proscribenda: Paralleli Augustini Romano-Catholici: Corona Calviniana: Parænesis ad Romano-Catholicos Duci-Silvios: Os blasphemum Calvini obsuratum: Corona justitiæ Ecclesiæ triumphantis, de beatitudine animæ & corporis: Funiculus triplex religiosæ obligationis, perfectionis & observationis: Viticula Mariana: Lapis adjutorii* h. e. *Psalmi IV. exegesis.*

21. Jan. ANTONIUS SIRMONDUS, *Gallus*, Ricomagensis, S. J. Rhetor. & Phil. Prof. ac Concionator, ætat. 52. Formavit *de immortalitate animæ demonstrationem physicam & Aristotelicam, adversus Pomponatium & asseclas: Auditorem Verbi Dei: Concionatorem: Defensionem Virtutis.*

23. Jan. GUIL. CHILLINGWORTH, *Anglus*, Oxoniensis, Artium Magister, Theol. Professor, Ecclesiæ Satisburiensis Præcentor, & Hospitalis Leicestriæ Magister, æt. 41. Typis submisit librum, cui titulus; *Religio Protestantium via ad Salutem.*

30. Jan. ALVARUS ARIAS DE ARMENTA, *Hispanus*, Hispalensis, S. J. Domus Probationis Montellanæ & Hispalensis Rector, postea Collegii Cordubensis & Hispalensis, ac demum totius provinciæ Bæticæ Præfectus, tum Censor, Romæ demum Assistens apud Præpositum Generalem pro Hispania & India Occidentali, æt. 66. Scripsit Hispanicè *Contractum spiritualem hominis cum DEO: Encomia SS. Eucharistiæ & B. Virginis Mariæ: Meditationes ad Ignatii exercitia: Pactionem sanctissimam cum B. Virgine.*

5. Febr. JOH. STEUBERUS, *Germanus*, Lisbergensis Hassus, Phil. Magister, & primùm Phys. Prof. deinde Theol. Doctor ejusdemque Professor, nec non ordinis Teutonici ad D. Elisabetæ Ecclesiastes Marpurgensis, æt. 53. Struxit *Grammaticam Græcam: Physicam generalem: Doctrinam de Anima: Dissertationes de controversiis inter Lutheranos & Calvinianos motis: Tractatum de Conscientia: Conscientiam boni & mali tabulam:* Germanicè *Christianam ἀθανασίαν: Verum Christianismum: Doctrinam de S. Cœna: Refutationem libri D. Pezelii de Ubiquitate: Vitam Elisabethæ, regiæ stirpis Ungaricæ: Conciones funebres: Disp. Physicas & Theologicas varias.*

17. Febr. HERMANNUS QUERINUS, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, J. U. Doctor, primùm Dicasterii Wolgast. Advocatus, deinde

ordinum Citerioris Pomeraniæ Syndicus, ac demum designatus Eloq. Professor Gryphiswaldensis, æt. 33. Evulgavit *Collegium Institutionum juris: Tractatum de veris & falsis Ministris*, cujus est titulus; *JCtus Doctor & Advocatus: Disp. VII. in Auream Bullam: De Transactionibus: De Litis contestatione: Orationes funebres &c.*

7. Mart. GEORGIUS SANDYS, *Anglus*, Eboracensis, Aulæ B. Virginis Socius Oxoniensis, Poëtarum Anglorum sui seculi princeps, æt. 66. Edidit *Tractatum* hôc titulô insignitum; *Sandysii Peregrinationes libris IV.* In linguam quoque Anglicanam transfudit *Metamorphosin Ovidii notis mythologicis illustratam: Æneidum Virgilii librum primum: Tragœdiam Grotianam de Christi passione, notis dilucidatam: Psalmorum Davidicorum, nec non Canticorum omnium in V. & N. T. occurrentium, paraphrasin: Poëmatum divinorum paraphrasin.*

9. Mart. ODO DE GISSEY, *Gallus*, Burgundus, Soc. Jesu Coadjutor spiritualis, Theol. moralis Professor Albenacensis Residentiæ Rector, æt. 75. Exaravit Gallicè *de vita & martyrio Jacobi Salesii: Historiam B. Virginis Aniciensis, in catalogo Episcoporum Aniciensium.*

19. Mart. JEREMIAS WEBERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. Magister & Theol. Licentiatus, primùm in patria ad D. Nicolai Diaconus, pòst Theol. Professor extraordinarius & Archidiaconus, ætat. 42. Typis exscribi curavit *Lipsiam Paradisum* h. e. *collationem Academiæ Lipsiensis cum paradiso, in memoriam Reformationis secularis:* Germanicè *Lipsiam Evangelicam, quomodo An. M D XXXIX. ad Religionem Lutheranam pervenerit: Hymnologiam sacram, concionibus II: Botrum mysticum, de Passione Christi.*

20. Mart. JO. KIRCHMANNUS, *Germanus*, Lubecensis, primùm Poëf. Prof. Rostochiensis, postea Scholæ patriæ Rector, ætat. 68. officii 40. Concinnavit *Florilegium Ethicum: Rudimenta Rhetorica: Logicam: Tabulas Logicas & Rhetoricas: Notas in P. Manutii Epistolas: Libros IV. de Funeribus Romanorum: Librum singularem de Annulis: Orationes funebres: Σχηρέσιον de Pacificatione Boitzenburgi: Disp. & programmata,*

31. Mart. PHILIPPUS MONETUS, *Gallo-Sabaudus*, S. J. Coadjutor spiritualis, humaniorum & Theol. Lector, æt. 77. Exaravit *Delectum Latinitatis: Abacum Romanarum rationum, seu de re Nummaria Romana & Græca; Rupeculam captam: Cracinam servatam: Originem & praxim Gentilitiæ tesseræ Gallicæ: Geographiam Galliæ veteris ac recentis: Parallelismum linguæ Gallicæ & Latinæ: Copulas partium Orationis utriusque linguæ: Inventarium earundem duarum Linguarum: Nomenclaturam Geographicam Galliarum.* Sub nomine Vilbonii simulato, *Grammaticam Latinam.*

12. April. NICOLAUS HUNNIUS, *Germanus*, Marpurgensis Hassus, primùm Phil. Magister & Ecclesiæ Eilenburgensis in Misnia Pastor & Superintendens, mox Theol. Doctor, postea hujus Prof. Wittenbergensis, ac denique per 20. annos Superintendens Lubecensis, æt. 58. In posterorum usus composuit *Exercitationes Ethicas: Ministerii Lutherani divini, adeoque legitimi demonstrationem: Axiomata ex Aristotelis Organo: Capistrum Hunnio paratum, Lancilotto injectum: Controversiam de universitate meriti Christi, contra Calvinistas Marchicos: Examen errorum Photinianorum: Disputationes Anti-Photinianas: Διάσκεψιν Theologicam de fundamentali dissensu doctrinæ Evangelicæ Lutheranæ & Calvinianæ: Depulsionem duarum gravissimarum accusationum de Papa Anti-Christo: Ecclesiam Romanam non esse Christianam: Apostasiam Romanæ Ecclesiæ: Innocentiam Lutheranorum, contra JCtos Dillingenses & Tannerum: Pellem ovinam Ecclesiæ Romanæ detractam: Harmoniam Evangeliorum Dominicalium cum historiis V. Testamenti:* Nomine *Ministerii Ecclesiastici Lubecensis, Considerationem Theol. Pacificatoriæ Transactionis, inter Religionem Lutheranam & Reformatam, ab Jo. Duræo tentatæ:* Germanicè *de Theologia Paracelsica & Weigeliana: Epitomen credendorum: Explicationem Catechismi D. Lutheri: De legitima Reformatione Papali D. M. Lutheri: Consultationem de Pace Ecclesiastica.* Nomine Ministerii Lubecensis, Hamburgensis & Luneburgensis, *de Religione novorum Prophetarum: Informationem Christianismi: Conciones Jubilæas: De Notis Ecclesiæ orthodoxæ: Dispp. quàm plurimas Philos. & Theol. sigillatim emissas.*

17. April. LAURENTIUS ANDERTONUS, *Anglus*, Lancastrensis, S. J. æt. 67. relig. 40. Struxit Anglicè, tacitô suô nomine, *Funiculum triplicem, quô fidei capita demonstrantur: Progeniem, seu originem Catholicorum & Protestantium: Librum*, cui titulus; *Unus Deus, una fides*, præfixis literis W. B.

25. April. LUCAS POLLIO, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Philos. Magister, Theol. Baccalaureus, & ad S. Nicolai Diaconus Lipsiensis, æt. 38. Paravit populari lingvâ *Castrum doloris, sive IIX. Conciones sacras de Angelis: Conc. X. Pœnitentiales: Anniversariam Ecclesiæ Coronam, super Evangelia Dominicalia: De extremo judicio & inferno libellum: Dispp. de Metallis: De Affectibus &c.*

28. April. PHILIPPUS III. HASSIÆ LANDGRAVIUS, HERSFELDIÆ PRINCEPS &c. ætatis 61. Ab eo translati sunt *Sacræ Scripturæ Libri ex Hebræo Germanicè*, hodiéque in bibliotheca Butzbacensi reperiuntur.

6. Maj. JO. LUDOVICUS DE LA CERDA, *Hispanus*, Toletanus, S. J. Eloq. & Poët. in Carpentanis per 50. annos Prof. æt. 81. Reliquit *Commentarios in omnia opera P. Virgilii*

lii Maronis tomis III: Q. Septimii Florentis Tertulliani opera notis illustrata tomis III: Anniversaria sacra, quibus fax præfertur ad intelligentiam multorum Scriptorum Sacrorum: Psalterium Salomonis Græco-Latinum cum Scholiis: Comment. in Tertulliani librum de Pallio: De excellentia cœlestium spirituum: Calepini supplementum, ex glossis Isidori &c.

15.Maj. ANDREAS KESLERUS, *Germanus*, Coburgensis, Phil. Mag. inque patrio Gymnasio Logices Professor, deinde Pastor & Superintend. Eisfeldensis, tum Theol. Doctor & Antistes Sveinfurtanus, novissimè Pastor ac Superint. Generalis Coburgensis, ut & Gymnasii Casimiriani Scholarcha, æt. 48, Famam promeruit *Tractatu Logico de Consequentia: Examine Logicæ Photinianæ: Physicæ Photinianæ: Fasciculo Disputationum Physicarum: Quadrigâ Discursuum Philosophicô-Theologicorum: Historiâ Epiphanias Dominicæ: Disputationibus Topicis: Responsione belli Ubiquitistici Jes. Laur. Forero oppositâ: Consideratione Scripti Foreriani, Pupillæ Saxon. oppositâ: Methodo disputandi:* Germanicè *Franckenthalensi Lutheranô: Prot-Evangeliô: Manuali Fidei: Viatoriô: Diætâ Christianâ: Pœnitentiâ Christianâ: Patientiâ Christianâ: Prudentiâ Christianâ: Cautelâ Christianâ: De Lutheranismo: De Papismo: Methodô convertendi hæreticos: Bello religioso S. Petri & Rom. Papæ: Bellô religioso Christi & Papæ: Theologiâ*

casuum Conscientiæ: Concionibus, Disputationibus & Orationibus variis.

27.Maj. GEORGIUS DASENIUS, *Germanus*, Sternebergensis, Mecklenburgicus, Phil. Magister, Mathematum Professor, & totius Academiæ Rostochiensis Senior, æt. 75. Scripsit *de Cometa anni 1618. Orationem secularem, de Annorum Jubilæorum origine & periodis ritè numerandis &c.*

28.Maj. HENRICUS WELMANNUS, *Belga*, Groninganus, Med. Doctor, hujusque in Acad. patria Professor, æt. 31. Dedit *Disp. de Crisibus aliisque materiis Medicis.*

29.Maj. JOSEPHUS AUGUSTINUS, *Siculus*, Panormitanus, S. J. Philos. Prof Romanus, Theol. verò Lugdunensis & Avernionensis, tum Theol. Prof. in Gymnasio patrio, S. Inquisitionis Censor & Examinator Synodalis, tandem Procurator Provincialis, æt. 69. Emisit præscriptô nomine Decii Cyrilli, *Brevem notitiam eorum, quæ scitu sunt necessaria confessariis: Commentarium in partem primam S. Thomæ tomis II.*

1.Jun. BERNARDUS WERENBERGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, primùm Spandaviensis, inde Haterslebiensis Scholæ Rector, tandem Philos. Practicæ & Histor. in patrio Gymnasio Prof. æt. 66. professorii 29. Condidit *Dissertationes civilis Doctrinæ de Moribus: Ὀχαρίστικον de Luthero, Stella proximum*

ximum ante seculum Ecclesiæ Boreali, sub mundi vesperam emicante.

2. Jun. STEPHANUS HEIN, *Germanus*, Rostochiensis, Philosoph. Magister, Ebrææ lingvæ in patria Professor, & tum temporis Academiæ Rector, æt. 53. Publicavit *Examen Confessionis orthodoxæ de Persona & officio Christi, contra Jo. Combachium.*

22. Jun. JOSIAS SHUTE, *Anglus*, Eboracensis, Giggleswortensis, Artium Magister, Archidiaconus Colchestrensis, ac demum Pastor S. Mariæ Wolnoth Londinensis. Extat ejus *Commentarius in Exod. VIII, 11. Sermones XIX. de Sara & Hagare, ex Gen. XVI.* ac non nulla alia idiomate populari.

8. Jul. JOH. CONRADUS GOEBELIUS, *Germanus*, Bôrtlingâ-Wirtenbergicus, Philos. Magister, primùm Scholæ Adelbergensis collega, tum Hundsholzii, postea Schornbachii, inde Stutgardiæ, in D. Leonhardi æde Ecclesiastes, porro Senior Augustanus, pòst exul, mox Antistes Durlacensis, iterum Augustanus, æt. 58. Minist. 35. Concinnavit *Conciones in Augustanam Confessionem: Informatorium pro Christianis exulibus: Ad Cives Augustanos Evangelicos, qui Animarum Pastoribus destituuntur, consolationem: Miracula Augustana: Libellum de constantia Evangelica: Historiam Passionis, sive Christum patientem &c.*

20. Jul. JOH. KROMAIERUS, *Germanus*, Dobelensis, Phil. Magister, primùm Diaconus, mox Pastor ad D. Petri & Pauli Islebiensis, deinde Concionator Aulicus, Superintendens Generalis & Pastor Vinariensis, Formavit *Harmoniam Evangelistarum: Examen libri Christianæ Concordiæ: Libellum Precum & Absolutionis: Relationem de nova Methodo in Scholis Weimariensibus: Conciones varias &c.*

23. Jul. NICOLAUS LANGIUS, *Germanus*, Dithmarsus Holsatus, J. U. Doctor & Prof. Gröningensis, æt. 57. Ab ipso lucem viderunt *Exercitationes juridicæ ad textum Institutionum Justinianearum accommodatæ Jus controversum ex Pandectarum & Codicis præcipuis legibus compilatum: Compendium Institutionum majus & minus: Disp. variæ, ut de contractuum præstationibus &c.*

30. Jul. JO. JOBERTUS DE BARRAUT, *Gallus*, Comes, Episcopus Balatensis, & pòst Archiepiscopus Arlesensis. Effecit *Scutum fidei contra Hæreticos.*

2. Aug. JO. PHELIPPÆUS, *Gallus*, Andegavensis, S. J. Concionator & collegii Rothomagensis Rector, æt. 66. Parisiis. Elucubrationes ejus sunt *Oseas Propheta commentariis illustratus: Comment. in XII. Prophetas minores:* Gallicè *Tractatus asceticus, de vera hominis felicitate in Solo Deo ponenda: Opus Sanctorum.*

19. Aug. JO. MALAVALETTE, *Gallus*, Aramonensis, S. J. Huma-

niorum literarum, Philos. & Theol. moralis Lector ac Ecclesiastes, æt. 53. Foràs misit idiomate vernaculô *Manuale veritatis Catholicæ Religionis.*

27. Aug. SIGISMUNDUS PHILO SCHELHAMMERUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, inque patria Parochiæ Petrinæ Archidiaconus, æt. 61. Minist. 30. Reliquit *Conciones quasdam.*

20. Sept. PAULUS TOMASINUS, *Italus*, Patavinus, J. U. Doctor & Advocatus in patria Senior, æt. 59. Scripsit *in laudem Corrarii, Prætoris.*

25. Sept. HENRICUS LAURENTIUS GEIBELIUS, *Germanus*, Giessensis Hassus, Phil. Mag. & Phys. Professor Marpurgensis. Ejus est *Quadriga Disputationum Physicarum, contra Animam ovis sensitivam &c.*

1. Octobr. DUDLEIUS DIGGS, *Anglus*, Chilhamiâ Cantianus, Artium Magister, æt. 29. Contexuit *Tractatum* hôc titulô; *Illicitum esse subditis arma contra Principem quacunque de causa capessere, unà cum responsionibus ad objectiones omnimodas adornatis.*

15. Octobr. JO. SEDWICK, *Anglus*, Oglourniâ-Wiltoniensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Concionator apud Chiswicum, deinde apud Coggesdal, novissimè Ecclesiæ S. Elphegi Pastor Londinensis, æt. 44. Composuit *Antinomianismum: Anatomizatum: Conciones varias.*

3. Nov. PAULUS GULDIN, *Germanus*, Sancto-Gallensis, S. J. Coadjutor spiritualis, Mathem. primùm Græcensis, deinde Viennensis Professor, ætat. 66. In lucem protulit *Refutationem Elenchi Calendarii Gregoriani, à Setho Calvisio conscripti, libris V: Paralipomena ad refutationem prædictam: Problema Arithmeticum de rerum combinationibus: Dissertationem Physico-Mathematicam de motu Terræ: Probl. Geographicum de discrepantia in numero ac demonstratione dierum: Centrobarycorum, sive de centro gravitatis trium specierum quantitatis continuæ, libros IV.*

3. Nov. JO. BAINBRIDGIUS, *Anglus*, Leicestrensis, Nobilis, Med. & Mathem. Professor Oxoniensis. Dedit posteris *Descriptionem Cometæ de anno 1618: Canicularia: Sphæram Procli Græco-Latinam: Ptolomæi Hypotheses Planetarum Græco-Latinas.*

10. Nov. JOSEPHUS VELA, *Hispanus*, Placentinus, Canonum Sacrorum in Acad. Salmantiva Professor, deinde Senator Hispalensis, inde & Granatensis. In publicum venire permisit *de Potestate Episcoporum circa inquirenda & punienda crimina, ac de invocatione brachii secularis Prælectionem: Dissertationes juris controversi in Hispalensi Senatu: Methodicam enarrationem L. contractus XXIII. de Regulis Juris.*

19. Nov. ANDREAS HELWIGIUS, *Germanus*, Fridlandus, Megapolitanus, Phil. Magister & Poëta Laur. Cæsareus, Scholæ primùm Soltquellen-

quellensis, pòst patriæ Fridlandensis, inde Gryphiswaldensis Con-Rector, tum Berolinensis Rector, ac denique Stralsundensis, tandem emeritus, æt. 71. Scripsit *Anti-Christum Romanum in numero Apocalyptico DCLXVI. proditum: Etymologias, sive origines dictionum Germanicarum: Chronologiam: de Homine Christiano carmen &c.*

29. Nov. GULIELMUS CARTWIGHT, *Anglus*, Tewksburiâ-Glocestriensis, Artium Magister, Acad. Oxoniensis Procurator, Poëta & Orator, æt. 32. Consignavit Anglicè *Ludos Scenicos tres argumenti mixti: Comœdiam unam: Poëmata varia: Dies in mense Novembri maximè notabiles: Concionem.*

29. Nov. CONRADUS BAVARUS, *Germanus*, Hallensis Saxo, Phil. Magister, Lingvæ utriusque & Histor. Professor Lipsiensis, æt. 72. Condidit *Carmen Jubilæum, cùm Academia Lips. CII. annum celebraret*; & fortè alia.

7. Dec. FRIDERICUS RICHARDUS MOCKELIUS, *Germanus*, Professor Tubingensis. Edidit *Synopsin Doctrinæ Politicæ &c.*

24. Dec. GUILIELMUS BUCCIUS, *Livonus*, S. J. Rhetor. Lector, Coadjutor Spiritualis, ætat. 88. Vilnæ Idiomate Esthonicô emisit *Institutiones Esthonicas*, videl. *Catechismum, Ceremonias Ecclesiasticas: Quæstiones de omnibus festis anni, hymnos & cantiones sacras, pias ad Deum & Sanctos precationes.*

25. Dec. THOMAS MASTERS, *Anglus*, Cirensestriâ Glocestriensis, Theol. Baccalaureus. Delineavit *Monarchiam Britannicam, sub Elisabetha & Jacobo: Mensam lubricam, carmine Heroicô: In Passionem Christi carmina Græca.*

26. Dec. DOMITIUS PLATUS, *Italus*, Mediolanensis è S. J. in domo Professa Romana, æt. 81. Reliquit *Tractatum de Passione Salvatoris: De praxi Orationis.*

— Dec. SAMUEL WARDUS, *Anglus*, Ecclesiæ Magnæ Mundoniæ in Comitatu Hertfordiensi Pastor, pòst S. Th. Doctor, Prof. Cantabrigiæ in Collegio Margareto, & Sidnei Præfectus. Ab eo est *Magnetis Reductorium Theologicum Tropologicum: Suffragium Collegiale Theologorum Magnæ Britanniæ, de quinque controversis Remonstrantium articulis: Concio de gratia discriminante: Sanctus usus lapidis generosi: Sermones in Exod. XVIII, 21. seqq. Comment. in Matthæum: Scriptum contra Hobbæum: Opera Theologica &c.*

SIMON EPISCOPIUS, *Belga*, Amsterodamensis, primùm Ecclesiæ Bleyvicensis Minister, deinde Theol. Prof. in Academia Lugduno-Batava, æt. suæ 60. Congessit *Observationes super cap. IIX. IX. X. & XI. epistolæ ad Romanos: Notas in Cap. XXIV. Matthæi: Lectiones sacras in Epist. Johannis, & in Cap. I. & II. Apocal: Responsionem ad duas Petri Wadingi epistolas, de regula fidei & de adoratione Imaginum: Disp. Theologicas.*

Opera ejus duobus voluminibus impressa sunt.

CHRISTIANUS JOHANNIS, *Danus*, Ripensis, Phil. Magister, primùm Pædagogicus, deinde Mathematum, tum Græcæ Lingvæ, porro Dialectices, ac demum Ethic. Prof. in Acad. Hafniensi, novissimè Episcopus Alburgensis. Scripsit *de climatibus & Parallelis*: *Theses Philosophicas*: *De Zonis*: *Syllabum Lemmatum Mathematicorum, in primis de Doctrina Eclipsium*: *De peccato originali.*

HENRICUS SPONDANUS, *Gallus*, Mauleosolensis, Episcopus Apamiensis, æt. 75. Exaravit *Annales ab orbe condito*: *Tractatum de Cæmiteriis sacris*: *Epitomen Annalium Card. Baronii, & notas ad eosdem.*

MICHAEL CLERUS, *Hibernus*, Ultoniensis. Edi curavit *sacros & profanos Hiberniæ Annales*: *Dictionarium vocum Hibernicarum.*

TOBIAS ADAMI, *Germanus*, Werdâ-Misnicus, JC. Consiliarius Saxo-Vinariensis & Eisenacensis. Emisit *nonnulla Thomæ Campanellæ scripta*, ut *Philosophiam realem*: *Prodromum Philosophiæ Campanellæ*: *Lib. IV. de Magia &c.*

FABIANUS NATUS, *Germanus*, Th. Doctor & Ecclesiæ Brunsvicensis Coadjutor. Emisit *Concionem adhortatoriam ad constantiam*: *VIII. errores Papisticos de Pænitentia, confessione & absolutione confutatos*: *Pupillam Dei, quàm à nemine tangi, sed bene servari cupit, in solatium pro Evangelio exulum.*

JOH. HARTMANNUS, *Germanus*, Rotenburgo-Tuberanus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, Ecclesiastes primùm Rinterfeldensis, tum in patria Diaconus, ætat. 57. Edidit *Centurias Anagrammatismorum.*

MARCELLUS FRANCKEMIUS, *Belga*, Zutphaniensis, Card. Melch. Cleselii, Legati ad Imp. Ferdinandum II. & Fridericum, Palatinum Rheni, Secretarius, tum Auditor Generalis exercitus in Belgio, denique Regis Hisp. Philippi IV. in regis Nautilis Consiliarius Dunequercæ. Tacitô nomine suô vulgavit *Expeditionem Sicambro-Batavam, ad fidem & virtutem antiquorum*: *Epistolam pro Jatro-Chimica*: *Fidem Bohemo-Palatinam*: *Apologiam*, sub titulo; *Asinus palmatus &c.* *De Jure Belli, contra Hugonem Grotium*, scribere incepit, sed morte præventus non absolvit.

ANNO 1644.

10\. Jan. FRIDERICUS SZEMBEK, *Polonus*, Cracoviensis, è S. J. Theol. in patria Prof. ætat. 69. Relig. 48. Thorunii. Foràs dedit *Instructionem de Jubilæis & Indulgentiis*: *Relationem de Regno Tibet recens invento*: *Rosam cælestem, contra pestilentiam*: *Relationem postremi incendii Vesuviani &c.* Polonicè.

17\. Jan. CAROLUS DE TAPIA, *Hispanus*,

ſpanus, Lancianus, J.U. Doctor, Auditor in Principatus Baſilicatæque, deinde in Salernitata Provinciis, tum Judex criminis Curiæ magnæ Vicariæ, pòſt Regiùs Conſiliarius S. Claræ, & Marchio Bellimontis, demum Cancellarius Neapolitanus ac Proregi à latere, æt. 78. Elucubravit *Commentarium in Rub. & Legem Fin. D. de Conſtitutionibus Principum: Tr. de Religioſis rebus, in Authent. ingresſi C. de Sacro Sanctis Eccleſiis: Additiones ad Reſp. Franciſci Alvarez de Ribera, de Succesſione Portugalliæ: Deciſiones ſupremi Italiæ Senatus: Deciſiones urbis & regni Neapolitani: De præſtantia Regalis Cancellariæ Neapolitanæ.* Hiſpanicè quoque & Italicè nonnulla prodire fecit.

23. Jan. DAVID LINDENERUS, *Germanus*, Chemnicenſis, J.U. Doct. ejusdemq; Prof. Curiæ Provincialis & Collegii Juridici Aſſeſſor, Academiæ Lipſienſis Syndicus, & Conſiſtorii ibidem Eccleſiaſtici Advocatus, æt. 39. Congesſit *Conciliationes Legum civilium: Antinomias de Rei debitæ peremptæ præſtatione & ejusdem ineunda æſtimatione: De Juſtitia Bellorum, quæ ex indictione naſcuntur: Diſp. de Caſibus fortuitis in genere: De caſuum fortuitorum periculo, ratione dominii & posſeſſionis &c.*

1. Febr. ANDR. KOBAVIUS, *Carniolus*, Kirckamenſis, S. J. Rhet. & Mathem. Lector Græcenſis Styrorum, deinde Collegii Judenburgenſis Rector, æt. 51. Struxit *Vindicias*

Aſtronomicas theticas, pro Dionyſio Exiguo, contra eximios Chronographos, de æra vulgari Dionyſiana; Vitam Jo. Dei, Fundatoris Fratrum Miſericordiæ.

18. Febr. RICHARDUS BAKER, *Anglus*, Cantianus, Eques auratus, æt. 76. Contexuit populari ſermone *Meletemata & Diſquiſitiones in Pſalmos VII. Pœnitentiales: In Pſalmum L: Tres ultimos Davidis: In Pſalmos VII. Conſolatorios: In Pſalmum I: Meletemata de caſu Luciferi: Apologiam pro Laicis materiam Theol. tractantibus: Diſticha Catonis moralia paraphraſticè transfuſa: Theatrum triumphans, ſeu Diſſert. de Ludis Scenicis: Meletemata & Diſquiſit. in Orationem Dominicam: Chronica Regum Anglorum.*

10. Mart. GULIELMUS STRODE, *Anglus*, Devonienſis, Artium Magiſter, Acad. Oxonienſis Orator, & Theol. Prof. æt. 42. Reliquit *Conciones III: Comœdiam*, cui titulus, *Inſula fluctuans.*

18. Mart. PETRUS ANELLUS PERSIUS, *Italus*, Maſſalubrenſis, S. J. Theol. moralis interpres, Rector Collegiorum Maſſenſis & Barolitani, Coadjutor ſpiritualis, ætat. 80. Commentatus eſt *de primo & præcipuo Sacerdotis officio libros III: De Divino & Eccleſiaſtico officio, ſeu de horis Canonicis.* Italicè, tacitô ſuô nomine, *Deſcriptionem Civitatis Miſſæ Lubrenſis.*

20. Mart. SEBASTIANUS MATIENZUS, *Hiſpanus*, Burgenſis, S. J. hu-

maniorum literarum interpres, æt. 56. Edidit, ſub nomine alienô, Hiſpanicè *Commentaria in Epiſt. primam Ovidii*: Poſt obitum, & appoſitô illius nomine, prodierunt *Commentationes ſelectæ Ethicæ, Politicæ, in Virgilii Æneidem*: Vertit Hiſpanicè *Hortulum Marianum Franciſci de la Croix*.

28. Mart. NICOLAUS BERZETTUS. *Italus*, Vercellenſis, Jeſuita, Collegii Neapolitani & Romani Rector, tum Provinciarum Romanæ, Siculæ & Neapolitanæ Præfectus, æt. 70. Condidit, ſub nomine Jo. Alberti Buronzi, *Praxim rectè meditandi*: *Inſtitutionem ad bene meditandum.* Sub nomine anagrammatico Cleontis Torbizi, *Vitam S. Patriciæ Virginis.* Tranſtulit Italicè *Ludovici de Ponte Lucem ſpiritualem.*

31. Mart. PETRUS MONODUS, *Allobrox*, Camberienſis, S. J. Rhet. & Philoſ. Lector, Collegii Taurinenſis Rector, ætat. 58. Scripſit Gallicè *Diſquiſitionem hiſt. de Regiis Conjunctionibus Sabaudiæ & Galliæ*: *Amedeum Pacificum, ſeu de Eugenii IV. & Amedei Sabaudiæ Ducis, in ſua obedientia nuncupati Felicis Papæ V. controverſiis, commentarium, in quo continentur accurata Concilii Baſilienſis Hiſtoria*: *Apologiam pro Sabaudiæ Principibus, contra famoſum incerti autoris libellum.* Vertit è Gallico Latinè, & tacitô nomine vulgavit *Bartholomæi Jacquinotii artem vitæ ex Dei nutu in ſeculo inſtituendæ.*

3. April. MEINARDUS SCHOTANUS, *Belga*, Franckeranus Friſius,

primùm Eccleſiæ Britzumenſis, deinde Theol. Doctor & Prof. in Academia patria, tum Paſtor Leovardienſis iterum Theol. Profeſſor Franckeranus, demum in Acad. Ultrajectina Prof. & Eccleſiæ ibidem Paſtor, æt. 51. Paravit *Commentaria Practica in Epiſtolam ad Philippenſes*: *Syſtema Concionum, quibus Doctrina Chriſtiana, praxis fidei & Veræ Religionis traditur*: *Ethnicismum Ariſtotelis*: *Diſp. de Anima*: *De Theologia*: *De Religione*: *De Seceſſione ab Eccleſia Romana &c.*

14. April. PAULUS DUEZIUS, *Belga*, Leodius, Soc. Jeſu, literarum humaniorum Lector atque Sacerdos, deinde Rector Barraduci, Senioribus & Theol. Magiſter, demum Academiæ Muſſipontanæ Rector, ætat. 59. Ab eo ſupereſt *Cantus Muſarum ad Henricum III. Lotharingiæ Ducem*: *Commentarius in ſelectas Tibulli & Propertii elegias*: *Moſella Auſonii, item in ſelecta veterum & recentiorum Epigrammata.* Vertit ex Hiſpanico Gallicè *Alphonſi Rodriguez exercitium perfectionis religioſæ.*

22. April. DANIEL CLEMENTINUS, *Bohemus*, primùm Eccleſiaſtes Gorenſis, pòſt Jodlawiatonicenſis, tandem Chmielnicenſis in Polonia. Typis commiſit *Antilogias & abſurda Socinianorum*: *Antapologiam contra refutationem ſcripti ſui.*

15. Maji JO. ALBERTUS A MANDELSLO, *Germanus*, Nobilis Holſatus, eodem denatus die, quô ante

28. annos natus fuerat. Literis consignavit Germanicè *Itinerarium Orientale*, conversum deinceps per Vicquefortium in Sermonem Gallicum.

15. Maji CASP. JANTHESIUS, *Germanus*, Colbergensis Pomeranus, Spiræ Notarius immatriculatus, pòst Archidicasterii Wolgastani & Stetinensis Advocatus, tum judicii Nautici Secretarius Stetinensis. Edidit inque Germanicam transtulit lingvam *Flaminii Primi de Collè Mirabilia, delicias & Antiquitates Romanas.* Ex Italica in Latinam transposuit *Jo. Antonii Pallazzi de Gubernaculo & vera Status ratione nucleum: Phil. Beroaldi Discursum de Peste: Itinerarium Poëticè conscriptum &c.*

4. Junii THEODORUS VIETOR, *Germanus*, Lichâ-Solmejus, Phil. Magister, & Græcæ Lingvæ in Academia Marpurgensi Prof. tandem emeritus. Struxit *Viridarium Oeconomicum*, & fortè alia.

17. Junii JO. A SANCTO THOMA, *Italus*, Olisiponensis, Dominicanus, Theol. Prof. Complutensis, Philippo IV. Regi Hispaniæ a Confessionibus, æt. 55. Doctrinæ ingeniique ejus clarissima extant documenta, utpote *Ars Logica: Naturalis Philosophia: Cursus Theologicus: Tractatus de opere sex dierum: Compendium Doctrinæ Christianæ.*

4. Jul. BRIANUS TWYNUS, *Anglus*, Wintoniensis, Theol. Baccal. & Oxoniæ in Collegio Corporis Christi

obiit *ANNO 1644.*

Græcæ Lingvæ Prælector, ætat. 65. Typis excudi curavit *Antiquitatis Academiæ Oxoniensis Apologiam: Miscellanea quædam de antiquis locis, Aulis & Studentium collegiis: quondam & hodie in Univers. Oxoniensi existentibus: Catalogum Cancellariorum, Commissariorum & Vicecancell. nec non Procuratorum Academiæ Oxoniensis.*

16. Jul. JO. DU JARDIN, *Belga*, Duacensis, S. J. Ecclesiastes, Adjutor Spiritualis, æt. 79. Publici juris fecit *Manuale præcipuarum Considerationum: Manuale de peccato mortali.* Reddidit etiam Gallicè *Jacobi Alvarez de Paz tractatus de exercitio virtutum & extirpatione vitiorum: Ejusdem de pugna & victoria contra Tentationes: Meditationes.*

24. Jul. JO. MACCOVIUS, *Polonus*, Lobseniensis, Theol. Doctor & Prof. Franckeranus, æt. 56. Reliquit *Collegia Theologica: Locos Communes: Distinctiones & Regulas Theol. ac Philosophicas: Opuscula Philosophica:* πρῶτον ψεῦδος *Anabaptistarum:* πρῶτον ψεῦδος, *sive ostensionem primi Falsi Arminianorum: Prælectiones pro Perkinso contra Arminium: Disceptationes de Triuno vero Deo &c.*

26. Julii MAPHÆUS BARBERINUS, *Italus*, Florentinus, primùm Libellorum supplicum in Curia Romana Magister, tum Abbreviator, postea Cameræ Apostolicæ Clericus, inde Nuntius Apostolicus in Galliam,

porro S. R. E. Cardinalis, ac demum Pontifex Maximus, dictus URBANUS VIII. æt. suæ 77. Pontificatus 21. Luci exposuit *Hymnos in Christi, B. Virginis & aliorum Sanctorum dies festos: Paraphrasin aliquot Psalmorum & Canticorum Veteris Testamenti: In viros illustres Epigrammata: Poëmata alia, variô carminum genere contexta, Græcè, Latinè, Italicè,* quæ junctim edita prostant.

6. Aug. NICOLAUS BORBONIUS, *Gallus*, Barensis, Rhetor. Lector Grasfinensis, tum Eloq. & Græcæ Linguæ in Collegio regio Professor Parisiensis, nec non Canonicus de Langres, æt. 76. Innotuit ex *variis Poëmatibus: Indignatione Valeriano, contra placatum Parlam.*

12. Aug. SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. & J. U. Doctor, *Pandectar.* ac Codicis in patria Professor, demum Ordinarius, S. Consistorii Præses, Canonicus Martisburgensis, supremæ Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessor, Reip. Urbanicæ Consul, ac postremò Electoris Saxon. Consiliarius, æt. 64. Posterorum indulsit commodis *Controversias Feudales: Observationes Practicas: Tractatum de Jure Patronatûs: Dispp. de Jure: De Consuetudine: De Jure Sepulturæ: De Evictionum Jure: De famosis libellis: De incendiis: Decadem quæstionum juridicarum diversarum & controversarum: De morator. præscriptione: De militari Testamento &c.*

16. Aug. FRANC. FREYRE, *Lusitanus*, Estremosiensis, Eborensis, Soc. Jesu, Humaniorum Professor Eboracensis, deinde Theol. Romanus, demum Conimbricensis, æt. 47. Consignavit *de Symbolis Heroum libros V: De excellentia & magnitudine Imperii Austriaci: Musas Christianas: De arte bene moriendi: Apologiam veritatis & justitiæ vindicatricem.*

25. Aug. HENRICUS ALTINGUS, *Belga*, Emdanus, Frisius, Theol. Doctor ejusdemque primùm in Academia Heidelbergensi Prof. & Collegii Sapientiæ Inspector, inde Professor primarius & Ecclesiæ Gröningensis Senior, æt. 61. Prof. Theologicæ 32. Elucubravit *Notas in Decadem Problematum Jo. Behmii, de glorioso Dei & Beatorum cœlo: Locos Communes, cùm Didacticos, tum Elencticos: Problemata tam Theoretica, quàm Practica: Explicationem Catecheseos Palatinæ, cum vindiciis ab Arminianis & Socinianis: Exegesin Augustanæ Confessionis, & Syllabum controversiarum inter Reformatos & Lutheranos: Methodum Theologiæ Didacticæ: Theologiam Historicam.* Opera ejus post obitum prodierunt Tomis tribus comprehensa.

28. Aug. JACOBUS HONORATIUS DURANDUS, *Belga*, Bruxellensis, S. J. Philos. primùm, exinde Mathem. demum Theol. Moralis Professor Græcensis in Austria. Edidit *Elemen-*

Elementa Euclidis à Christophoro Grienbergero contracta: Trigonometriam planorum, cum tabulis sinuum: Problema Mathematicum ex Architectonica militari, de mœnibus inferioribus, an ea infra Horizontem, an supra collocanda.

7. Sept. DANIEL MICHAELIS, *Germanus*, Anclamo-Pomeranus, Phil. Magister, primùm Pastor, tum Superintendens Gustroviensis, æt. 53. Minist. 24. Scripsit *Conciones IV. de certa salutis æternæ exspectatione: Puncta Religionis inter Lutheranos & Calvinianos.*

13. Sept. PETRUS WADINGUS, *Hispanus*, Waterfordiensis, S. J. Poëf. Rhetor. Phil. & Theol. partim Lovanii, partim Pragæ Professor, postea quoque Cancellarius Pragæ, utriusque Facult. Doctor, primus in Universitate Græcensi sacrorum Canonum interpres, ætat. 64. Prelo subjecit *Refutationem scripti, cui titulus; Flagellum Jesuiticum: Tractatum de Incarnatione: Orationem de Ferdinandi III. in Cæsarem electi inauguratione: Tractatum de Contractibus.*

24. Sept. HONORATUS RIO, *Hispanus*, Catalaunus, Jesuita, Sacerdos, æt. 58. Scripsit linguâ vernaculâ *de valore & fructu Missæ: Catechismum: De Purgatorio: De æternitate: De Indulgentiis: Rationes ad peccatorum dolorem excitandum: Remedia ad Castitatem tuendam: Exercitia varia: De Contritione.*

26. Octobr. FRANCISCUS DERAND, *Lotharingus*, Metensis, S. J. Mathem. Prælector Parisiensis, æt. 56. Agathæ. Struxit Gallicè *Architecturam Fornicum.*

2. Nov. PIERIUS WINSEMIUS, *Belga*, Leovardiensis Frisius, J. U. Doctor, primus in Suprema Frisiæ Curia Advocatus, deinde Patriæ Historiographus, inque Acad Franequerana Histor. & Eloq. Professor, æt. 58. Confecit *Historiarum per Frisiam gestarum libros VII: Differt. de causis corruptæ Eloquentiæ: Orationes: Amores: Disputationes: Poëmata varia.*

21. Nov. GASPAR SEGUIRAN, *Gallus*, Aqua-Sextiensis, S. J Eloq. Philos. & Theol. Prælector, Regis Galliæ Ludovici XIII. Confessarius, Rector quoque Domus Professorum Parisiensis, æt. 75. Condidit vernaculè *Tomos II. Concionum in Evangelia Dominicalia totius anni, & in præcipuos festivos dies.*

26. Nov. LUDOVICUS BUSTUS, *Italus*, Venetus, S. J. Theol. moralis Prof. Sociorum Rhegii, Lepidi & Arimini Rector, æt. 56. Foràs dedit *Tractatus asceticos de mentis descensu ad hominis nihilum per Scalam cognitionis sui ipsius: Anatomiam humani nihili.*

3. Decembr. GEORGIUS JUSTINIANUS, *Græcus*, Chius, ex stemmate Principum, Soc. Jesu, Missionarius ad Indos, Romæ, Venetiis, Bononiæ & alibi Concionator, æt. 75. Conscripsit Italicè aliquot opuscula, quorum

quorum tituli sunt; *Dies Spiritualis: Regula vivendi & moriendi Christianè: Oblectamentum Spirituale.*

4. Decembr. JO. CHEVALIER, *Gallus*, Burgundo-Sequanus, Bisuntinus, in Soc. Jesu Rhetor. & Human. Lector, Scholarumque Præfectus in Flexiensi collegio, æt. 57. Struxit *Heroicas Panegyres ad Ludovicum XIII. R. G. capta Rupella: Lyrica ad PP. Societatis: Prolusionem Poëticam: Polyhymniam, sive variorum carminum libros VII.*

8. Decembr. CHRISTOPHORUS RICHTERUS, *Germanus*, Bischoffswerdâ-Lusatus, Phil. Magister, primùm Scholæ Portensis moderator, deinde Diaconus Naumburgensis, tum Pastor & Superint. Eckartbergensis, denique Superint. Rutheno-Plaviensis Generalis, Ecclesiæ Geranæ Pastor, Consistorii Assessor primarius, Gymnasii Inspector & Professor, æt. 54. Ministerii 27. Formavit *Balneum Christianorum: Concionem inauguralem Templi Ebersdorffensis: Concionem de Restiariis: Conc. de Vitro: Conc. funebres: in auspicium novi Anni &c.*

16. Decembr. BERNARDINUS GINNARUS, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Theol. Moralis interpres, Collegiorum Bovinensis, Adriensis & Theatini Rector, æt. 67. Exaravit populari sermone *Xaverium Orientalem: Historiam incendii Vesuviani anno 1613: Tabulam ad horam ortus & occasus solis: Tabulas perpetuas morales.*

30. Decembr. JO. BAPTISTA HELMONTIUS, *Belga*, Bruxellensis, Toparcha in Royenborgh, Pellinas &c. Philosophus per ignem, æt. 67. Reliquit *Febrium doctrinam inauditam: De magnetica vulnerum curatione: De Spadanis fontibus Supplementum: Opera Medica inaudita I. de Lithiasi. II. de Febribus III. de Humoribus Galeni IV. de Peste: Ortus Medicinæ, seu initia Physicæ inaudita.* Prostant & opera ejus Medica simul edita.

30. Decembr. SIMON URSINUS, *Germanus*, Peneunianâ-Pomeranus, Phil. Magister, primùm Scholæ Crosnatensis Vice-Rector, exinde Oratoriæ Prof. & Sub-Rector in Pædagogio Stetinensi, tum Diaconus Ecclesiæ Francofurtanæ ad Oderam, pòst Pastor ibidem & Diæcesis circumsitæ Inspector, demum Theol. Doctor, hujusque Professor, æt. 45. officii 21. Foràs dedit *Disput. de vitæ emendatione Evangelicis summè necessaria: De arduo Prædestinationis mysterio, ex Ephes. I: Bethlehemum Spiritualem, Conciones funebres: Orationes &c.*

MELCHIOR RODRIQUEZ DE TORRES, *Hispanus*, Burgensis, Ordinis Redemptorum B. Virginis de Mercede, Theol. Magister, tandem titularis Episcopus Rossensis in Hibernia, simulque Burgensis Præsidis Vicarius. Typis mandavit *Agriculturam Christianam, sive exercitia Religiosorum: De Victoria Sui: Chronicon ordinis de Mercede &c.* populari linguâ.

SIME-

SIMEON DE MUIS, *Gallus*, Aurelianensis, Ecclesiæ Suessionensis Canonicus & Archidiaconus, Lingvæ Hebrææ in regio Franciæ collegio Professor Parisiensis. Consignavit *Notas in Grammat. Hebræam Bellarmini: Comment. Hebræo-Latinum R. Davidis Kimchi & R. Salom. Jarchi in Malachiam: Psalmum CXII. cum commentario R. Dav. Kimchi: Comment. R. Jarchi, Aben Esræ & Kimchi in Psalmum XIX. Latinè versos: Comment. in Psalmos: Assertionem* 1. & 2. *Veritatis Hebraicæ, cum variis sacris: Castigationem Animadversionum Morini: Notas ad librum primum Criticæ Ludovici Cappelli:* Prostant & opera ejus omnia simul edita.

LEANDER BANTIUS, *Belga*, Flander, Brugensis, Monasterii Dunensis Cænobita. Scripsit *Tractatus aliquot Politicorum: Tract. de Sacramento Pœnitentiæ.* Latinè quoquè reddidit *Librum Caramuelis contra Jo. Bargantium, Hispanicè conscriptum.*

GEORGIUS MARGGRAVIUS, *Germanus*, Liebstadiensis Misnicus, Medicus & Mathematicus, Principis Nassoviæ Joh. Mauritii, Brasiliæ Belgicæ Gubernantis, Geographus atque Architectus militaris, nec non Societatis Brasilianæ Astronomus: denatus in Africa, æt. 34. Composuit *Historiam naturalem Brasiliæ: Tabulam Geographicam, quæ Brasiliam continet tam Lusitanicam, quàm Belgicam: Itinerarium Brasiliæ*, quod proximè proditurum promittit ejus Frater.

MICHAEL DOERINGIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Phil. & Med. Doctor, Caroli Eusebii Lichtensteinenii, Ducis in Silesia Oppaviensis & Carnoviensis Archiater, & Reip. patriæ Physicus. Exaravit *Observationes de Aneurismate, Dysenteria & Aqua Chalybeata: De Calculo Renum, ejusque Sectione epistolam: Observationem de Gangræna, post Hemieraniam, in pede exorta: De nova & admiranda historia Herniæ uterinæ epistolam: De vulnere in Hypochondrio dextro: De Medicina & Medicis, adversus Jatromastigas & Pseudiatros libros II: Observationes de Partu monstroso Pragæ nato: De monstroso tumore Omenti: Acroama Medico-Philosophicum, de Opii usu, qualitate calificiente, virtute Narcotica &c.*

ANTONIUS MANGILIUS, *Gallus*, Bergomas. Scripsit *in universam Aristotelis Philosophiam.*

PHILIPPUS PERSIUS, *Germanus*, Elricensis in Ducatu Luneburgensi, Phil. & Med. Doctor, Physicus Lincensis & Statuum Austriæ, tandem Nobilis & Comes Palat. Cæsareus, demum Comitis Ortenburgici Medicus Aulicus, æt. 75. Reliquit *Consilium de Raucedine, quod in Observat. Medic. Greg. Horstii reperitur.*

ANNO 1645.

10. Jan. GULIELMUS LAUD, *Anglus*, Readingâ-Bercheriensis, Artium Magister, Theol. Prælector, Acad. Oxoniensis Procurator & Comitis Devoniensis Sacellanus, tum Vicarius Stanfordiensis, mox Theol. Professor, nec non Episcopi Rottensis Sacellanus Domesticus, inde Rector de Tylburii & Ruchston, porrò Collegii Nortonensis Præses, & Ecclesiæ Lincolniensis Præbendarius, pòst Archidiaconus Huntingdoniensis, tum Decanus Glocestriensis, ut & Rector de Ihstock, quin & Episcopus Menevensis, deinde Bartho-Wellensis, & post biennium etiam Londinensis, simul Academiæ Oxoniensis Cancellarius, tandem Archiepiscopus Cantuariensis, novissimè ex quadrienni carcere productus, securi percussus interiit, æt. suæ 87. Publicavit *Summam colloquii inter se ipsum & Fischerum Jesuitam: Orationem in camera stellata habitam: Summulam devotionum: Sermones ex Ephes. IV, 3: ex Psalmo CXXII, 6. 7.* aliaque scripta populari sermone.

12. Jan. CORNELIUS PYNACKERUS, *Belga*, Delphensis, J. U. Doctor, inque curia Hollandiæ primùm Advocatus, tùm juris civilis Professor Leidensis, inde Groningensis, nec non Legatus ad Afros, novissimè quoque Franckeranus, æt. 75. Elucubravit *jura & privilegia Militum: Primordium juris justinianæi: Dispp.*

13. Jan. SECUNDUS LANCELOTTUS, *Gallus*, Perusinus, Cœtus Olivetani Sodalis, qui obiit Lutetiæ, Sanguinis ictu. Scripsit *Opus de Re Nautica: Poëmata. &c.*

13. Jan. STEPHANUS FAGUNDEZ, *Lusitanus*, Vianensis, S. J. Theol. Moralis interpres, & in collegio Ulyssiponensi Gymnasiarcha, æt. 68. Edidit *Quæstiones de Christianis Officiis & Casibus Conscientiæ: Apologeticum Tractatum pro suo libro in quinque præcepta Ecclesiæ: in X. Præcepta Decalogi Tomos II. De Justitia tomum: De Justitia & contractibus, & de acquisitione & translatione Dominii.*

21. Jan. CHRISTIANUS STOUGARDIUS, *Danus*, Stenlo Semagliensis, Phil. & Med. Doctor, inque Acad. Hafniensi Prof. æt. 45. Exaravit *de Lingua Latina.*

23. Januar. JO. BAPTISTA SCHELLEMBERCH, *Germanus*, Augustanus, S. J. literarum humaniorum Lector & Sacerdos, æt. 59. Emisit, nomine Collegii Augustani, *Senecam Christianum: Vitam S. Noberti.*

2. Febr. JO. BAPTISTA VALENZVELA VELASQUEZ, *Hispanus*, Canchensis, juris Pontificii Doctor Seguntinus, primò Præsulis sui in patria Vicarius, inde S. Claræ Senator Neapolitanus, pòst Indicarum

rerum

rerum Præses & Consiliarius regius, tum Curiæ Granatensis Regens, tandem Episcopus Salmantinus, æt. 71. In lucem misit *Consiliorum sive Responsorum juris Volumina duo: De Statu ac belli ratione servanda cum Belgis tractatum: Vetera aliqua Hispaniæ monumenta, Seu Lapides & Inscriptiones*, & idiomate populari quædam alia.

26. Febr. DANIEL DILGER, *Borussus*, Gedanensis Phil. Magister, inque patria Pastor, æt. 73. Officii 50. Adoravit *Apologiam pro Joh. Arndii libris IV. de Christianismo: Scholam Pænitentiæ: Concionis &c.*

27. Febr. JO. PRICCIUS, *Anglus*, Cestriensis, S. J. Phil. & Theol. Prælector Vallisoleti & Lovanii, æt. 66. Evulgavit, tacitô suô nomine, *Anti-Mortonum, sive Apologiam contra Thomam Mortonum, Episcopum Dunelmensem.*

3. Mart. CHRISTOPHORUS POTTER, *Anglus*, Kendalliâ in Westmorlandia, Theol. Professor Oxoniensis & Clericus Reginensis, Capellanus, Socius ac tandem Præpositus, tum Canonicus Windelsorianus, Decanus postea Wingorniensis, nec non designatus Dunelmensis, Regiæ quoque Majestati à sacris, æt. 55. Typis mandavit *Tractatum de Christianæ Charitatis defectu in Pontificiis iis, qui Protestantes vitæ æternæ prorsus esse incapaces contendunt: Concionem in Joh. XXI, 17.* Ex idiomate Italico in Anglicum etiam transfudit *Historiam inimicitiarum, quæ Paulo V. Pont. Romano cum Rep. Veneta intercessere.*

4. Mart. MATTHIAS HOE AB HOENEGG, *Germanus*, Austriacus Viennensis, Nobilis, primùm Concionator Aulicus Dresdensis, inde Superintendens Plaviensis in Voigtlandia, tum Theol. Doctor, mox Pastor & Director Ecclesiarum Germanicarum Pragensis, ac postremò Electori Saxoniæ à concionibus primariis, Consiliis Ecclesiasticis, & Confessionibus, æt. 65. De Ecclesia orthodoxa præclarissimè meruit quàm plurimis editis scriptis, inter quæ est *Tractatus Anti-Calvinisticus, Apologetico Wenceslai Wudowez oppositus: Tract. tripartitus in defensionem Ægidii Hunnii: Resp. ad provocationem Samuelis Huberi: Angeli tibicines, seu insigniores Hæretici septem: De Incarnato Deo: De Luthero: Apologia pro Luthero & Augustana Confessione: Labyrinthus Papisticus Gretserianus: Detestatio Papæ & Calvinistarum: De Persona Christi: Enarratio Psalmi VIII. & CX: Problematum Theol. Decades II: Defensio Papillæ Saxonicæ: De Disputationibus Theologicis: Philosophiæ Aristotelicæ Partes tres: Comment. in Apocalypsin:* Germanicè *Enchiridion Evangelicum: Postilla Evangelica: Deductio Religionis Evangelicæ LV. Concionibus comprehensa: Conc. de vera Nobilitate: De S. Cœna: Admonitio ad Berolinenses Evangelicos: Refutatio libri cujus-*

dam Calvino-Berolinensis de Deo ejusque Verbo: Triumphus Calvinisticus Abr. Sculteto oppositus: Discursus, utrum Calviniana Religio extra Oecumenicum Concilium possit damnari: Apologia contra P. Tossanum: Explicatio Epist. Pauli ad Galatas: De Francisco ejusque miraculis: Conciones in Proph. Haggai: Prophetæ Joëlis expositio: Ars moriendi ex VII. Christi verbis in cruce prolatis: Conc. XL. funebres: X. de Luthero: De Magistratus dignitate: VI. Anti-Turcicæ: Tractatus de Fœnore: De Sacramentis N. T. instructio: De jubilæo Lutherano &c.

25. Mart. JO. SKYTTE, *Svecus*, Nicopensis, ex informatore Regis Gustavi Adolphi factus regni Sveciæ Senator & Liber Baro in Duderhoff, Eques Auratus, Ducatus Livonici Ingriæ & Careliæ Gubernator generalis, Acad. Upsaliensis Cancellarius, & Dicasterii Gothorum Præses. Publico communicavit *Animadversiones contra Dan. Cramerum, pro Logica Ramæa: Orationem de primis Scandiæ inhabitatoribus: Differt. Mathematicam de Mechanicæ artis præstantia, emolumentis ac fundamentis, adversus Aristippeos & Epicureos Pilosophos: Orationes de Eloquentiæ præstantia: De Svecorum Gothorumque vetustate & fortitudine: De Artium liberalium majestate: De splendore Collegii Mauritiani: De causis tumultuum in Svecia: Orationes III. ad Magnæ Britanniæ Regem in legatione habitas: Inauguralem, quâ instituit Upsaliæ Professionem ab ipso dictam Skyttianam: Coram Rege. Angliæ Jacobo, in restitutione Periscelidis Equestris: Informationem, quibus artibus virtutibusque oporteat instructum esse ac exertitatum Principem, qui se speret olim ad regni gubernacula venturum.*

6. April. GULIELMUS BURTON, *Anglus*, Leycestriensis, Advocatus Londinensis & Antiquarius, æt. 70. Luce donavit *Descriptionem agri Leycestriensis.*

14. April. JOH. STRUBORGIUS, *Livonus*, Rigensis, Phil. Magister, inque patria Philos. Professor. Struxit *Disputationes Ethicas: Collegium Logicum: Dispp. Metaphysicas & Logicas quàm plurimas:* Sigillatim *de Natura Accidentis Prædicamentalis in communi: De Elementis: De justitia, jure & lege: De principiis Actionum humanarum: De Analogia Entis &c.*

16. April. ALBERTUS CHANOWSKI, *Bohemus*, Suiradicensis Nobilis, S. J. Humaniorum literarum, Mathem. Linguæ Hebr. & Theol. Lector, Collegii Crumloviensis & Convicti Pragensis Rector, æt. 64. Idiomate emisit Bohemicô *Vitas Christi, B. Virginis & Sanctorum in menses XII. digestorum: Vestigium Bœmiæ piæ.*

17. April. DANIEL FEATLÆUS, *Anglus*, Chartoniensis in agro Oxoniensi, Artium Magister, Theol. Baccalaureus, Rector de Morthill, Archie-

Archiepiscopo Cantuariensi à Sacris, deinde Recctor Lambethæ, Theol. Prof. Oxoniensis, Ecclesiæ omnium Sanctorum Rector Londinensis, & postremò Collegii chelseiensis Præpositus, æt. 65. Librorum, quos Anglicè scripsit, omnium ferè hi sunt tituli *Vita Jo. Rainoldi: Jo. Jevelli: Roberti Abbot: Ancilla pietatis: Summa Colloquii cum Fischero: Appendix reti Piscatorio: Sacrilegium Ecclesiæ Romanæ in prohibendo Laicis calicis usum in Eucharistia: Catechismus: Defensio viæ tutæ per Humph. Lynde scriptæ: Stricturæ in Lyndomastigem: Conciones LXX: Catabaptista subversus: Roma Ruens: Sacra Nemesis: Cygnea Cantio: Fons lacrymarum.*

21. April. PETRUS MARIE, *Gallus*, Rothomagensis, S. J. Sacerdos, æt. 56. Dedit Gallicè *Vias Dei in sancta solitudine, ad reductionem peccatorum, & directionem justorum: Scientiam Christi è cruce pendentis.*

8. Maji WILHELMUS ALARDUS, *Germanus*, Wilsterensis, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Scholæ Conrector, deinde Ecclesiæ Pastor Crempensis in Holsatia, æt. 72. Minist. 45. Latinè ab eo prodierunt *Parva Biblia: Excubiæ sacræ: Anacreon latinus: Pædia Christiana: Epigrammata sacra: Commeatus sacer: Reliquiæ Evangelicæ: Sagittæ Parvulorum: Christianus:* Germanicè *Columba gemens: Manuale Evangelicum: Conciones autumnales: Jubilææ: Panacæa sacra: Athenasia: Euthanasia: De Nomine JEsu Concionum Tomi quinque: De nomine Filiorum Dei tomi tres: Pænitentiale Propheticum: Mosaicum: Praxis Catechismi: Nucleus biblicus: Pharmacopolium animæ: Jesus crucifixus: Conciones Meteoricæ &c.*

15. Maji BERNARDUS GORT, *Hispanus*, Barcinonensis, Cartusianus Monachus, Præfectus unius & alterius Portugalliæ Monasterii. Consignavit *librum de Viris virtutum merito eminentibus: Monarchiam Cartusianam.*

4. Jul. JOH. HöPFNERUS, *Germanus*, Roswino-Misnicus, Phil. Magister, ex Diacono Ecclesiæ Lipsiensis Nicolaitano, per omnes Ministerii Ecclesiastici gradus, Pastor & Vicinarum Superintendens, Theol. demum Doctor, Professor primarius, & Canonicus Misnensis, ætat. 63. Enucleavit *Tractatum de Idololatria AntiChristi: Explicationem Prophetæ Malachiæ: Admonitionem pro Postilla Evangelica D. Abrahami Sculteti: Conciones VII. ex Joh. III, 25. 26: Fidem perseverantem, ex Matth. X, 21. 22: Conc. varias funebres: Disp. de Electione: De Induratione: De sanguine Christi: De desertione Christi in cruce: De effectu sacramentorum: De perfectione legis moralis &c.*

21. Jul. GEORGIUS LUDOV. FROBENIUS, *Germanus*, Mathematicus Hamburgensis. Formavit *Indices & Repertoria ad opera Ciceronis: Cyclometri-*

metriam: Epistolas Consolatorias Regum & Principum ad Henricum Ranzovium: Clavem Trigonometriæ.

24. Julii GULIELMUS TWISSUS, *Anglus*, Neuburgo - Bercheriensis, Theol. Doctor, Regis Jacobi Filiæ, Electori Palatino nuptæ, Sacellanus, Ecclesiæ Neuburgensis Parochus, æt. 71. Typis describi mandavit *Responsionem Ecclesiast. ad examen libri Perkinsiani, de Prædestinationis modo & ordine, institutum à Jacobo Arminio: Dissert. de scientia media, contra Gabr. Perrottum & Franc. Suarezium: Animadversiones & Jacobi Arminii collationem cum Francisco Junio & Jo. Arn. Corvino: Resp. ad librum, cui titulus; amor Dei erga mortales, auctore M. Hoard: Dissert. super decreto divino, definitum utrum sit, an indefinitum: Vanitatum D. Thomæ Jackson detectionem: Synodum Dordracensem ad praxin redactam, unà cum responsione ad utramque: Sabbatum Christianum: Tractatum de Reprobatione &c.*

27. Jul THOMAS HAYNE, *Anglus*, Thrussingtonâ Leicestriensis, Artium Magister, Archididascalus Londinensis, æt. 64. Composuit *Linguarum cognationem, sive de Linguis in genere: Grammatices Latinæ compendium: De Dei remediis æqualibus tractatum: Compendiariam sacræ scripturæ synopsin.*

30. Julii THEODORUS BERCKELMAN, *Germanus*, Calenbergicus Neapolitanus, Theol. Doctor. primùm Rector Scholæ Riddageshusanæ, inde Theol. Professor Helmstadiensis, & Abbas Amelunxbornensis, tum Superint. Generalis Göttingensis, æt. 69. Concinnavit *Isagogen de studio Theologico: Hypotyposin Theol. de S. Scriptura &c.*

30. Julii MATTHÆUS BEMBUS, *Polonus*, Posnaniensis, S. J. Theol. Doctor, hujus & Philos. Professor, Collegii Posnaniensis & Domus Professæ Cracoviensis Rector, & Regis Poloniæ Sigismundi III. Concionator aulicus, ætat. 58. Latinè edidit varia, quorum ista est series; *Pax ô pax, seu rationes, quibus confœderationis Evangelicorum cum Catholicis pacem nullô modô veram esse pacem ostenditur: Pacatus impacatus ad examen vocatus: Bellator Christianus: Pastor vigilans, sive ars regendi animas: Epos in nupturientes Evangelicos verbi Ministros: Monita salutaria, contra monita privata S. Jesu: Conciones funebres: Cometa, sive cominatio de cœlo: Relatio de novo Collegio Patrum S. Jesu S. Petri: Defensio Collegii Cracoviensis: Persuasio militaris, seu Rationes, ob quas illustris Ordo militaris Regni abstinere debet ab exactionibus, & oneribus imponendis in bonis Ecclesiasticis: Ritus Armenorum: Invitatio ad unitatem Catholicam Ruthenorum Ritus Græci.*

1. Aug. GEORGIUS SCHONBERGER, *Germanus*, Oenipontanus in Tiroli, Soc. Jesu, Eloquent. Lingvæ Hebrææ, Phil. moralis & Mathem. Professor, deinceps Pragæ Prorector,

ctor, tum Olomucii Rector, æt. 49. Effecit *Demonstrationem & constructionem Horologiorum novorum, radio recto refracto in aqua, reflexo in speculo, solo magnete horas Astronomicas, Italicas, Babylonicas indicantium: Solem illustratum, seu de motu stellarum solarium: Centuriam Emblematum Opticorum.*

18. Aug. HUGO GROTIUS, *Belga*, Delphensis Batavus, primùm Advocatus Hagensis, tum Fisci Hollandici Advocatus, & Civitatis Roterodamensis Syndicus, demum Christinæ, Reginæ Sveciæ, ad Gallos Legatus, æt. 62. Rostochii. Qui ab eo profecti sunt libri, ubivis fermè locorum manibus eruditorum feruntur, quos inter reperitur *Syntagma Arateorum: Adamus exul: Christus patiens, tragœdiæ: Mare liberum: De antiquitate & statu Reip. Bataviæ liber: Lucani Pharsalia cum notis: Poëmata: Chronicon Hollandiæ: Defensio fidei Catholicæ, adversus F. Socinum: De Jure Belli ac Pacis libri tres cum notis: Historia obsidionis Bredæ: Obsidio Grollæ: De imperio summarum potestatum circa sacra: De veritate Religionis Christianæ: Dissertationes de studiis rectè instituendis: Comment. de Anti-Christo: in Tacitum notæ & emendationes: Explicatio Decalogi: Annotata in Georgii Cassandri Consultationem: Annotationes in IV. Evangelia: Dissert. de origine Gentium Americanarum: Votum pro Pace Ecclesiastica: Notæ ad jus justinianeum: De Fato veterum sententiæ: Annotata in V. Testamentum: Epistolæ ad Gallos: Annotata in N. Test: Dissert. de Pace Pragensi: Animadversiones in Andr. Riveti animadversiones: De Trapezitis: Annales de rebus Belgicis: Epistolæ ad Berneggerum: ad Isr. Jaski: ad Gallos &c.*

Obiit ANNO 1645.

25. Aug. PHILIPPUS DU TRIEY, *Belga*, Haureanus Hanno, Soc. Jesu, Phil. Magister, ejusdemque Professor Lovaniensis, pòst Theol. Doctor & hujus Prof. Duacensis, tum ibidem studiorum Præfectus, æt. 62. Reliquit *Manuductionem ad Logicam.*

25. Sept. THOMAS CARLEVAL, *Hispanus*, Beaciensis, in patriæ urbis Gymnasio Philos. Theologiæ & maximè Jurisprudentiæ interpres, tum Advocatus, ac demum supremi Concilii Justitiæ Senator Neapolitanus. Lucubravit *Disputationum Juris Tomum qui est de judiciis: Philosophiam naturalem.*

1. Nov. NICOLAUS PAULI SCANDORPHIUS, *Danus*, Hypodidascalus primùm Soranus, deinde Slaglosiensis, pòst Phil. Magister & Rector Scholæ Herlovianæ, mox Viburgensis, inde Alburgi ad S. Bodulphum Ecclesiastes & Præpositus, postremò Theol. Doctor, ejusdemque Professor Hafniensis, æt. 49. Hujus reperitur *Explicatio orthodoxa ex Epist. ad Philipp. II: Jojadæ Pontificis vita & mores, in obitu D. Joh. Pauli Resenii: Dispp, de Malo: De Justificatione: De rejectione Judæorum & adoptione*

Gentium: *De usu Christianæ libertatis circa Adiaphora*: *De lucta carnis & spiritus*.

13. Novembr. JOH. ZEIDLERUS, *Germanus*, Leobergâ-Silesius, Phil. & Med. Doctor, primùm Practicus Dresdensis, tum Ileburgensis, posthæc Med. Professor Lipsiensis, æt. 49. Scripsit *de Plica Polonica*, & fortè alia.

23. Nov. ARNOLDUS WEICKARDUS, *Germanus*, Bacheracensis ad Rhenum, Med. Doctor, primùm Consiliarius & Medicus aulicus Princip. Palatinæ arcis Polandanæ, pòst diversorum S. R. Imperii Principum Archiater, & Collegii Medici Mæno-Francofurtani Senior, æt. 67. Condidit *Thesaurum Pharmaceuticum, sive Tractatum practicum*: *Pharmaciam domesticam*: *Pharmaciam præparatorum, in qua præparata sive composita rariora ac celebriora, experientia atque usu comprobata describuntur*.

12. Dec. TOBIAS ARNOLDUS, *Germanus*, Schambergensis Moravus, S. J. æt. 48, Transtulit Germanice *Martini de Roa librum de Statu Animarum in purgatorio*.

MARIA JARSIA GORNACENSIS, *Galla*, Virgo nobilis & docta, ætat. 80. Publici juris fecit *Tentamina Montani*: *Fasciculum Pindi*, variaque alia, quæ illâ fato functâ, prodierunt, sub titulo; *L' Ombre de la Damoisella de Gournay*.

DIODORUS TULDENUS, *Belga*, Silvæ Ducensis, Nobilis, J. U. Doctor & Advocatus in patria, ejus mox Senator, inde Paratitlorum Professor Lovaniensis. Typis excudi fecit *Libros IV. de principiis jurisprudentiæ*: *De Caussis ac remediis corruptorum judiciorum libros IV*: *De Regulis juris libb. II*: *Orationes XIII*: *Comment. ad Institutiones juris civilis*: *Comment. ad Codicem Justinianeum*: *De civili regimine libb. VIII*: *De Providentia libros IV*: *Sophiæ Eclecticæ libb. IX*: *Dissertat. Socraticarum libb. II, qui Ethicum & Politicen spectant*.

JO. DOD, *Anglus*, Schotledgensis, Ecclesiastes. Scripsit Anglicè *Casus Conscientiæ*: *De Sacramentis*: *De regimine domestico*: *In Decalogum*: *Paraphrasin in Proverbia*: *Conciones varias*.

JONAS PETRI, *Svecus*, Gothus, Philos. Magister, primùm Lectòr Theol. in Gymnasio Lincopensi, post Episcopus Lincopensis. Reliquit *Dictionarium Latino-Sveco-Germanicum*: *Conciones ex Job. XIX, 25. 26*: *ex II. Corinth. V, 1-7*: *ex Psalmo XXXV, 5. 6*: *ex Rom. XIV, 7*: *ex Matth. XXV, 21*.

JOSEPHUS DELA CERDA, *Hispanus*, Matritensis, Ordinis Benedictinorum, Theol. Magister, & Professor primarius Salmantinus, deinde Episcopus Almeriensis, & post triennium Pacensis. Extant ab eo exarata *de Maria & Verbo incarnato*: *in sacram Judith historiam commentarium*.

JO.

JO. JACOBUS BREITINGERUS, *Helvetius*, Tigurinus, Pastor primùm Zumiconensis, postea in Schola patria Præceptor, inde Collegii Humanitatis Professor Rhetorico-Logicus, tum Minister Ecclesiæ Petrinus, & tandem templi majoris Antistes, æt. 70. Vulgavit *Conciones in Orationem Dominicam: De die censorio conciones: Tractatum de peccato in Spiritum Sanctum: De Sabbatho: De duratione Sectarum, an secta seculum excedat? De Comœdiis: Arborum Affinitatis & Consanguinitatis:* παραμυθίαν *ad domum Wildekensem: Sermonem de Ecclesiarum antiquarum sensu & consensu: Conc. ex I. Cor. X, 8. & Joh. VI. de Cœna Domini: Splendorem Solis orthodoxum, Phosphoro Pontificio oppositum: Versionem N. Test. fontibus proximam.*

GABRIEL ALVAREZ, *Hispanus*, Oporesanus, S. J. Rhetor. & Theol. Lector, deinceps Majoricensis & Barcionensis Collegii Rector, nec non Ecclesiastes, æt. 80. In lucem misit *Esaiam tomis II. expositum: Conciones III.*

JO. SCULTETUS, *Germanus*, Ulmensis, Philos. Med. & Chirurgiæ Doctor, per 20. annos in patria Practicus, æt. 51. Stutgardiæ. Ejus est *Armamentarium Chirurgicum XLIII. tabulis æri incisis exornatum.*

ANNO 1646.

15. Jan. BERNARDINUS MONTEREUL, *Gallus*, Parisiensis, S. J. Phil. & Theol. moralis Professor, æt. 49. Struxit Gallicô idiomate *Vitam Salvatoris mundi Jesu Christi, tomis II: Historiam nascentis Ecclesiæ, complectentem Acta Apostolorum: Ultima Ecclesiæ certamina in Apocalypsis explicatione.*

23. Jan. CHRISTOPHORUS WELHAMERUS, *Germanus*, Ambergensis Palatinus, Phil. Magister, primùm in agro Altorphino, deinde in urbe Norimbergensi ad Sp. S. Pastor, æt. 61. Ministerii 36. Publici juris fecit *Historiam Salomonis ex I. Reg. I. usque ad XI. plurimis Homiliis explicatam: Historiam Susannæ Conc. XX. explicatam; Practicam Evangelicam, seu Explicationem Evangeliorum Dom. & Festivalium: Conciones funebres: Explicationem in Cantica Canticorum.*

25. Jan. JO. JACOBUS PUCHE, *Hispanus*, Cervariensis in Catalaunia, S. J. Phil. Gandiensis & Theol. Barcinonensis Professor & Rector, deinde Sardiniæ Provincialis Designatus, Theol. Doctor, Catalauniæ Collegiorum Visitator & Ecclesiastes, æt. 65. Dedit *Conciones de Inventione Crucis: De exaltatione crucis: Librum de miraculis Sanctæ crucis.*

4. Febr. JOH. POLYANDER A KERCHOVEN, *Metensis*, ex patrisia Gandaviensium familia, primùm in Ecclesia Gallo-Belgica Dracedorna XX. annos Pastor, deinde Theol. Doctor ejusdemque XXXV. annos in Acade-

Academia Lugduno-Batava Professor, octies Rector Magnificus, & XXIII. Synodi Gallo-Belgici Præses, æt. 78. Scripsit Latinè *Theses Logicas atque Ethicas: Resp. ad interpolata Anastasii Cocheletii Sophismata: Judicium de Coma & Vestium usu & abusu: Concertationem Anti-Socinianam: Syntagma Exercitationum Theologicarum: Miscellaneas Tractationes Theologicas: Orat. funebrem in obitum Ludovici de Dieu: Orationes de Christo Immanuele, Summa cum Veneratione exosculando: De cautione adhibenda ad controversias Ecclesiasticas rectè dijudicandas & dirimendas: De SS. Theologiæ nobis in verbo Dei revelatæ præstantia & certitudine: De existentia Jesu Christi essentiali & gloria divina contra Crellium:* Gallicè. *Harmoniam Locorum Sacræ Scripturæ primâ fronte invicem discrepantium: Disp. adversus Invocationem Sanctorum: Contra adorationem reliquiarum.* Vertit quoque è Belgico in Gallicum Sermonem *Andreæ Demetrii historiam de Græcorum ortu & interitu.*

14. Febr. ANTONIUS MILLIEUS, *Gallus*, Lugdunensis, S. J. Rhetor, Philos. & Theol. Prof. Collegiorum Viennæ & Lugduni Rector, postea totius provinciæ Lugdunensis Præfectus; æt. 72. Vulgavit Carmine Heroicô *Mosen viatorem, Seu imaginem militantis Ecclesiæ Mosaicis peregrinantis Synagogæ typis adumbratam, libris XIII. & partem ejus posteriorem libris XV.*

16. Febr. MARCELLUS AUGUSTINI, *Italus*, Famensis, S. J. Coadjutor Spiritualis, Humaniorum literarum & Theol. moralis Professor ac Concionator, æt. 80. Edidit Italicè *Theatrum conscientiæ.*

17. Febr. WILHELMUS WITZENDORFFIUS, *Germanus*, Medingâ Luneburgicus, primùm Philos. Practicæ Professor Regiomontanus, deinde Theol. Doctor, Pastor & Superint. Bardovicensis, postremò Archipresbyter Rastenburgensis, ætat. 37. Prelo submisit *Primam Philosophiam: Prudentiam civilem: Confessionem Fidei: Responsum ad duas quæstiones de salute in Ecclesia Lutherana: Dispp. de arte feliciter administrandi Rempublicam: De hodierni imperii Romano-Germanici statu &c.*

17. Febr. JO. HIERON. KINICH, *Venetus*, Phil. & J. U. Doctor, pòst S. J. Hebrææ & Arabicæ lingvæ pariterque Mathes. Professor Romæ, Dilingæ, Ingolstadii, Pragæ & Viennæ, æt. 64. Dedit *methodum faciendi horologia horizontalia Italica per numeros.*

2. Mart. MATTHÆUS SOHRICH, *Germanus*, Aquisgranensis, Jesuita, Phil. Lector, Collegiorum, Paderbornensis, Aquisgranensis & Herbipolensis Rector, æt. 80. ipsô natali suô. Edidit tacitô nomine *Locos usitatiores Sacræ Scripturæ, pro astruenda Veritate Catholica.*

10. Mart. EMMANUEL ALMEIDA, *Lusitanus*, Vicensis, Jesuita, Evangelii

gelii Prædicator tam in Æthiopia, quàm orientali India, Goæ Rector, Præfectus generalis & visitator, æt. 66. Foràs emisit *librum de erroribus Abyssinorum, & refutatione ejus gentis dogmatum: Literas annuas ex Æthiopia anni 1626: Historiam generalem de Æthiopia alta, seu Presbyro Johanne.*

13. Mart. JO. GREGORII, *Anglus*, Amershamià-Buckinghamensis, Ædis Christi apud Oxonienses Capellanus, Ecclesiæ deinde Sarisburiensis Sacellanus, hujusque pariter ac Cicestriensis Præbendarius, æt. 39. Reliquit *Notas ad juris civilis & Ecclesiastici inspectionem Thomæ Ridley: Glossemata & Annotationes ad loca quædam sacræ scripturæ: Opera posthuma, sive Discursus de LXX. Interpretibus: De Loco I. Corinth. XV, 20: De Episcopo puerorum: De Æris & Epochis: De Monarchia Assyriaca: De usu Globi terrestris & Mapparum: Conciones varias &c.*

3. April. THOMAS LYDIAT, *Anglus*, Alkertonâ Oxoniensis, Artium Magister, Rector in patria, æt. suæ 74. Contexuit *Tractatum de variis annorum formis: Prælectionem Astronomicam de natura cæli & conditionibus elementorum. Disquisit. Physiologicam de origine fontium: Defensionem tractatus de annorum formis, contra Jos. Scaligerum: De nativitate Christi & ministerio in terris: De anno magno: De anni solaris mensura: De emendatione temporum ab orbe condito, contra Scaligerum & alios: De numero aureo: Annotationes ad Edwardi Brerewoodi tractatum de Sabbato: Annotationes ad capita quædam Canonum Chronicorum: De Altaribus in Ecclesiis Christianis collocandis &c.*

29. April. CONRADUS BACHMANNUS, *Germanus*, Milsungensis, Phil. Magister, Poës. & Histor. Professor Giessensis, pòst & Marpurgensis, æt. 74. Publicavit *Poëticæ compendium: Poëmata varia: Beneficium Redemptionis &c.*

5. Maji NICOLAUS LOMBARDUS, *Gallus*, Maceriensis, in Campania, S. J. Rhet. & Human. Prælector, nec non Ecclesiastes, æt. 56. Latinè dedit *Nehemiam & Esdram commentario literali, morali & allegorico illustratos:* Gallicè verò *Veram exaltationem S. Crucis: Pacificum Statum Christiani in submissione propriæ voluntatis: Amorem victorem Tentationum: Mira fidei Christianæ: De frequenti communione.*

9. Maji GEORGIUS HOLZHAJUS, *Germanus*, Usserriedensis, S J. Phil. & Theol. Professor Ingolstadiensis, æt. 75. Composuit Germanicè *Comœdiam de Romano Pontifice & Anti-Christo: Apologiam pro eadem: De vera Christi Ecclesia: Colloquium, utrum in Neo-Evangelicorum Germanicis Bibliis Verbum Dei purum & incorruptum reperiatur. De Justificatione Dialogos duos: Tractatus tres spirituales: Introductionem in cælestem linguam, ipsius sacræ scripturæ fontem:*

Evangelia & Epistolas in Festa & Dominicas, cum notis.

15. Maji FERDINANDUS ARIAS DE MESA, *Lusitanus*, juris interpres Salmanticus, tum Neapolitanus, inde S. Claræ Senator, simulque primarius illius urbis Academiæ Antecessor. Extant ejus *Variarum Resolutionum juris libri III.*

23. Maji GOTHOFREDUS FIBIGIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, J. U. Doctor, primò Advocatus, deinde Juris Prof. Jenensis, ætat. 34. Formavit *Collegium Legale publicum: De Concursu Actionum Tractatum: Vindicias pro Greg. Franzkio & Quæstiones in Pandectas: Electa Juris publici Romano-Germanici: Processum stylo nostrorum temporum accommodatum: Collegium Exercitationum Juridicarum: Dispp. de Confusione Obligationum: De Thesauris eorumque jure: De Momento: Quadrigam conclusionum Practicabilium &c.*

17. Junii ADAMUS ANDREÆ, *Germanus*, Strelicensis Silesius, primùm Scholæ Cadensis Rector, deinde Prorector Tschopensis, postremò Chemnicensis, æt. 60. Erexit *Aram Gratitudinis augustissimo Nomini Jesu, duabus centuriis comprehensam.*

26. Jul. CASP. TAUSCH, *Borussus*, Lubaviensis, S. J. Humaniorum literarum, Philos. & Theol. Prof. Viennæ ac Pragæ, pòst Decanus Olomuciensis, Cancellarius Academiæ ac Instructor tertiæ probationis, æt. 52. Latinè dedit *Fontes Salvatoris: Matrem dolorosam: Sapientiam Christi, sive altissimam humilitatem.*

27. Jul. CORNELIUS MARCI, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister, primùm Catechis. in Academia Altorphina Professor, deinde in patria ad D. Mariæ Pastor, ætat. 52. Emisit *Conciones XXXVI. Super Epistolam Judæ: Strenologiam pro opere Biblico Vinariensi: Conc. VI. in Canticum Ecclesiasticum; Veni Redemptor Gentium: Examen Christianismi annum: Conciones funebres: Strenologiam &c.*

1. Aug. JO. RENAUDIANUS, *Gallus*, Brivensis, Jesuita, Novitiorum Magister, Rector Collegiorum Petrocovicensis, Burdigalensis, Palensis, Ruppellensis, & Provincialis, ætat. 75. Extant ab eo *Affectus animæ devotæ, ex Psalmodia Davidica depromti: Promptuarium prædicabile, in quo divina incentiva piorum affectuum è sacris literis colliguntur.*

5. Aug. GASP. HURTADUS, *Hispanus*, Mondexarensis, Theol. Doctor, Phil. Professor primarius Complutensis, tum Decanus, & supremi Senatus Sacræ Inquisitionis Censor, æt. 71. In lucem misit *Dispp. de matrimonio & censuris: De Incarnatione: De Sacramentis: De Eucharistia, sacrificio Missæ & ordine: De Beatitudine, actibus humanis, bonitate & malitia, Habitibus virtutis & peccatis: De Justitia & Jure: De Deo Trino & Uno.*

9. Aug. PAULUS SHERLOGUS, *Hibernus*, Menapiensis, Soc. Jes. Rector

Compo-

Compostellani & Salmanticensis Collegiorum, Theol. Professor Salmantiæ, deinde sacræ Inquisitionis Censor, æt. 51. Concinnavit *Commentarium in Canticum Canticorum: Vindicias scientiæ mediæ: Antiquitatum Hebraicarum Dioptra, seu de Hebræorum Rep. & Antiquitatibus Biblicis.*

12. Aug. JO. GRUZEWSKI, *Russus*, Jesuita, Theol. Doctor & Prof. Vilnensis, in domo Professa tam Varsaviæ, quàm Vilnæ Præpositus, nec non Ecclesiastes, ætat. 66. Scripsit *de ultima & maxima Hominis mutatione, seu de mystica cum Deo unione: De Fortitudine & Justitia.*

18. Aug. HENNINGUS RENNEMANNUS, *Germanus*, Papæburgensis Saxo, J. U. Doctor, Antecessor & Consul primarius Erfurtensis, nec non Consiliarius Hennebergicus & Solmensis, æt. 80. Ex ingenii sui monumentis *De Abusuum jur. vanitate: De Transmissione Actorum: Collegio juridico: Jurisprudentiâ Romano-Germanicâ: Decisione controversiæ monetariæ, circa valoris vulgo recepti incrementum & decrementum, creditoris, an debitoris lucro veniat? Commentario de jure obligationum circa conventiones: Jurisprudentiâ Justinianeâ: De jure Retorsionum contra verbales injurias: Commentario de suo, quod cujusque est, ab injuria alterius defendendo* &c. longè celeberrimus.

18. Aug. HENRICUS HAVKINS, *Anglus*, Cantianus, S. J. æt. 71. Scripsit lingvâ populari *Partheniam Sacram, de Symbolo B. Virginis*: E Latino reddidit Anglicè *Er. Annosi Synopsin de Apostasia Marci Antonii de Dominis*: Ex Italico *Vitas XVII. Confessorum Jo. Petri Mattei: Historiam de S. Elisabetha: Epistolas S. Hieronymi &c.*

26. Aug. MATTHIAS STEPHANI, *Germanus*, Pyrizâ-Pomeranus, primùm Scholæ Soldinensis Rector, pòst J. U. Doctor, Professor in Academia Gryphiswaldensi emeritus, & Aulæ Wolgastanæ Consiliarius, æt. 77. Elucubravit *Tractatum de officio judicis: Commentarium in Novellas: Exegesin juris civilis & Canonici: Tract. de Nobilitate civili & politica: Discursum de jure publico: De Arte juris: De jurisdictione: Constitutiones publicorum judiciorum Caroli Quinti: Oeconomiam Practicam juris universi: De jure Patronatus Ecclesiarum & Academiarum: De jure Accrescendi: Comment. in librum I. Codicum: De jurisdictione Episcoporum: Dispp. de Transactionibus: De jure scripto & æquitate: De Nuptiis sive Matrimonio: De Consuetudine: De officio judicis in formando processu informativo: De jure & facto &c.*

1. Septembr. JOH. HOFERUS, *Germanus*, Misnicus, Rector Scholæ Spandaviensis, tum ex Lutherano factus Pontificius & Jesuita, æt. 53. Formavit *Historiam suæ*, ceu vocat, *conversionis: Vindicias contra Frideri-*

cum Winchen: Responsum ad censuram Christophori Bulæi.

4. Octobr. FERDIN. QUIRINUS DE SALAZAR, *Hispanus*, Conchensis, Soc. Jesu, Theol. interpres Compluti & Madriti, deinde Sacræ Inquisitionis Censor, Regi Catholico Philippo IV. à concionibus, adhæc Episcopus Malacitanus, postea Archiepiscopus Ciarquensis in regno Peruano. Commentatus est *in Proverbia Salomonis tomis II: in cantica Canticorum: Defensionem pro immaculata Deiparæ conceptione: Praxim frequentandi sacram Communionem.*

16. Octobr. ÆGIDIUS AGRICOLA, *Germanus*, Neukirchio - Palatinus, J. U. Doctor & Professor Altorphinus, Facult. Senior, & Reip. Noribergensis Consiliarius, ætatis 68. Elaboravit *Consilia varia: Disputationes juridicas &c.*

17. Octobr. JO. LE PESSIER, *Belga*, Tornacensis, S. J. Humanit. Philos. & Mathem. Prof. Duacensis, deinde collegiorum Cameracensis ac Duacensis Rector, demum totius Provinciæ Gallo-Belgicæ Præfectus, æt. 50. Paravit *Invitationem ad amplexum crucis: Endologiam morbi tempore: Institutionem ad mortem sanctè obeundam.*

2. Nov. JO. SAUBERTUS, *Germanus*, Altorphinus Noricus, Philos. Magister, primùm Alumnorum Inspector & Catechista, pòst Diaconus & Theol. in patria Universitate Professor, inde Ecclesiæ Marianæ, tum Laurentianæ, ac demum Sebaldinæ Pastor & Antistes Norimbergensis, æt. 55. minist. 29. Inclaruit pluribus Scriptis, ex quibus sunt: *Cassander Evangelicus: Historia Bibliothecæ Norimbergensis: Innocentia Calculi & Podagræ in innocentibus: Anti-Smalcius: Prodromus Philologiæ Sacræ: Pietatis & justitiæ restitutio ex Scholis: Appendix Epistolarum Phil. Melanchthonis: Epitome examinis Philippi Melanchthonis: Schola Crucis: Psychopharmacum: De invocatione Sanctorum contra Barth. Nihusium: Nova Creatura: Septenarius Sacer: Calendarium Christianum: Currus Simeonis: Anatomia Spiritualis: Miracula Augustanæ Confessionis: Lutherus Propheta Germaniæ: De Disciplina Ecclesiastica: Ponderatio salutis: Sirena Josaphica: Icones precantium: Speculum Pænitentiæ, sive XXIX. Conciones super preces Danielis: Medium Pacis inter Deum & Homines: Desiderium pacis nov-antiquum: Liber Providentiæ divinæ specialis: Spes pacis iterata: Considerationes in libellum Christiani Hoburgi de bello Germanico, & Bernh. Baumanni de Christianismo: Summaria Biblica: Postilla Emblematica &c.*

15. Dec. LAURENTIUS PAULINUS, *Svecus*, Sudercopensis Ostrogothus, Mathematum primò, post Theol. Professor Upsaliensis, tum Episcopus Stregnensis, tandem Archiepiscopus Sveciæ, ætat. 81. In lucem misit *Panegyrin Philosophicam: Auream salutis catenam, de Prædestinatione*

tione & Justificatione: Doctrinam de Peccato tum Angelorum, tum hominum: Diatyposin Ecclesiæ Christi & Sathanæ, cum appendice de Ethicæ Gentilis è Scholis Christianorum ejectione: Orationem de studio S. Theologiæ rectè inchoando: Scholas Ethicas, seu animadversiones in defensione Ethicæ gentilis: Festum Jubilæum Gustavianum: Analysin textuum Biblicorum in Jubilæo applicandorum: Orationem de Angelicis & Pythonicis apparitionibus, nominatim verò de præstigiis Kumblæis: Clenodium Ecclesiæ Dei: Historiam Arctoam, ab orbe condito, libris III: Orat. de Regni Christi in his terris constitutione & conservatione: Thesaurum Catecheticum: Orationem de Doctrinæ cælestis promptario & propagandi methodo: Declarationem exegeseos in Catechismum Lutheri: De Jure Patronatus & Vocatione Ministrorum verbi: Dispp. de officio Christi: De bonis operibus: De S. Cœna: Sermone vernaculô Ethicam Christianam tomis VII: Cometoscopiam: Loimoscopiam, seu speculum pestis: Exegesin Catecheticam: Clenodium consolationis de summo Bono: Formulam Precationum: Conciones funebres varias.

28. Dec. FRANCISCUS MAYNARDUS, *Gallus*, Tolosanus, Reginæ Margaretæ Secretarius, deinde Præses Aurillacensis, & designatus Consiliarius Status ætat. 64. Ejus sunt *Poëmata Gallica: Epistolæ Posthumæ.*

31. Dec. PETRUS DEONNATE, *Hibernus*, Vallisoletanus, Emissarius ad Afros, postea Paraquariæ Provinciæ Rector, æt. 79. Congessit *de Contractibus tomos tres.*

ERICUS PUTEANUS, *Belga*, Venlonensis Gelder, Regis Hispaniæ Historiographus, J. U. Doctor & Patricius Romanus, primùm Mediolanensis, pòst Lovaniensis Professor Eloquentiæ, ætat. 71. Elucubravit *Sermones Genitales: Musathenam Faculam Distinctionum: De perfecti Rhetoris officio: De Rhetoribus Mediolanensium: Amorem Laconissantem: De facilitate linguæ Græcæ: Historiam Medicæam: Syntagma de nomine Erycio: De Laconismo Syntagma: Lipsiomnema Anniversarium: Comum: De Libris & Libellis: Palestram bonæ mentis: Cryptographiam: Epistolarum Atticarum centurias IV: Democritum: Encomium Ovi: Consolationem Cæcitatis: Historiæ Insubricæ libros VI: Historiæ Cisalpinæ libros duos: De Cometa: Arcem Lovaniensem à Principibus lustratam: De officio judicis: Suadam Atticam: De laudibus Hiemis: De Pecunia Romana: De stipendio militari apud Romanos Syntagma: Enchiridion Ethicum: Spicilegium in Apulejum: De Eloquentiæ studiis: Carmina selecta: De educatione Principis: Doctrinæ Politicæ fontes: De Induciis belli Belgici: Circulum Urbanianum: Belli ac Pacis Satyram: De obsidione Lovaniensi: De Bissexto: Theatrum heroicum: Munitionum Symmetriam: Vitæ humanæ bivium: Methodum litera-*

serarum: Civilis Doctrinæ lineas: Bruxellam: De Nundinis Romanis &c.

JO. RUDOLPHUS SCHWARTZENBACHIUS, *Helvetius*, Tigurinus, primùm Verbi Divini Minister Grunenbacensis in Algoja, tùm Neftenbacensis in agro Tigurino, Ecclesiæ tandem Abbatissanæ Diaconus & Pastor. Reliquit *Compendium Historiæ Jobi.*

ROBERTUS GOMERSCHALL, *Anglus*, Londinensis, Phil. Magister & Theol. Baccalaureus, ætatis 44. Formavit Anglicè *Conciones in I. Petri II, 13 - 16: Tragœdiam de Sforza Duce Mediolanensi: Meletemata Poëtica super Judicum XIX. & XX.*

JOH. RUDBECKIUS, *Suecus*, Nericius, primò Mathem. dein Lingvarum Orient. tum Theol. Professor & Doctor Upsaliensis, postea Regis Gustavi Adolphi Concionator Aulicus, tandemque Episcopus Arosiensis. Ejus ista reperiuntur; *Articuli Christianæ Religionis XXIV. Disputationibus propositi: Epitome controversiarum Logicarum: Lectiones, Declamationes, Disputationes & exercitia alia in collegio privato habita: Biblia Suecica, cum explicatione difficiliorum Locorum, Supputatione chronologica & Concordantiis: Institutionum Epistolicarum libri duo: Oratio de officio Ministrorum Verbi: De literarum & scholarum necessitate: De officio docentium & discentium in Scholis: Dispp. Synodales de Angelis: De Homine: De Peccato & Servo Arbitrio: De officio Christi: De Lege & Evangelio: De Ecclesia: De Sacramentis: Conciones funebres ex Gen. XLVII, 9: ex Job. VII, 1: ex Psalm. IX, 12: ex Psalm. LXVIII, 20. 21: ex II. Sam. XIX, 31 - 41: Dissertatio de Religione Moschovitarum: Concio de Nundinis & Mercatoribus: De Sacra Cœna: De Pace: Super Evangelia Dominicalia & Festivalia Dissert. De Privilegiis Doctorum Magistrorum & Studiosorum: De Privilegiis Sacerdotum, Chaldæorum, Magorum, Gymnosophistarum, Philosophorum & Druidum: De Immunitatibus Academiarum quarundam: De Immunitatibus Ministerii Ecclesiastici in Svecia: Conciones funebres junctim editæ &c.*

HENRICUS VULPIUS, *Germanus*, Lemgoviâ-Westphalus, Philos. Magister, primùm Scholæ Rostochiensis, deinde Gymnasii Revaliensis per XIV. annos Rector. Edidit *Nomenclatorem Davidicum Hebræo-Latinum: Collegium Ethicum: Arithmeticam: Disputat. de generali Philosophiæ constitutione: Semi-centuriam Quæstionum Ethicarum: De incarnatione Filii Dei, ex Esaiæ VII, 14. &c.*

MICHAEL SENDIVOGIUS, *Polonus*, sive *Moravus*, Baro, trium Imperatorum Consiliarius, Philosophus & Alchymista celebris. ætatis 80. Pauper obiit Gravarnæ in Silesia. Ejus esse dicitur (sub nomine anagrammatistico, Divi Leschi genus amo) *XII. Tractatus de Lapide Philosophorum: Ænigma Philosophorum ad filios*

filios veritatis: Dialogus Mercurii, Alchymistæ & Naturæ: Cosmopolitæ novum lumen Chemicum: Tract. de Sulphure: Lucerna Salis Philosophorum.

ANNO 1647.

3. Jan. LUDOVICUS RIBAS, *Hispanus*, Valentinus, S. J. Philos. Prof. Cæsaraugustæ, tum ejusdem & Theol. Prof. ac Doctor Valentiæ, ibidemque Censor S. Inquisitionis, Rector Collegii & Domus Professæ Præpositus, demum Aragoniæ Præpositus Provincialis, æt. 71. Edidit *VII. Tractatus de Deo.*

12. Jan. ARNOLDUS MENGERINGIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Phil. Magister, primùm, Pastor Colditiensis, tum Sudenburgensis, pòst Löbeginensis, ac mox Halensis, porrò Ecclesiastes Aulicus Dresdensis, inde Altenburgensis, Theol. Doctor ac denique Pastor, Superintendens, ac Gymnasii Inspector Halensis, æt. 51. Plurima reliquit Scripta vernaculô sermone signata, utpote *Scholam Catecheticam: Tobiam conscientiosum: Vade mecum Propheticum: Belialem Stratonicum: Oeconomiam Salomonicam: Catechismum Patriarchalem: Θειθαρχίαν Subditorum gloriosam: Gloriam Scribarum: Soteria Altenburgica: Vota januaria: Belialis Stratonici consobrinum sceleratum Metatorem: Horologium Principum Davidicum: Quinquennium Altenburgicum: Belsazaris Sacrilegium: Gazophilacium Nehemiæ Ecclesiasticum Pentagonum: Informatorium Conscientiæ Evangelicum: Horeologiam: Scrutinium Conscientiæ Cathecheticum: Harmoniam Epistol. Evangelicam: Suscitabulum Conscientiæ Evangelicum: Refectorium Conscientiæ renovatum.*

14. Febr. PETRUS MULERIUS, *Belga*, Harlingensis Frisus, Med. Doctor, primum Practicus Amsterodamensis, inde Phys. & Botanicæ Prof. Grôningensis, ætat. 48. Confecit *Ephemerides sive Calendaria ab an. 1626. ad an. 1636.*

27. Febr. CHRISTOPHORUS ADAMUS RUPERTUS, *Germanus*, Altorphinus, inque Academia Patria Histor. Professor, æt. 35. profess. 9. Concinnavit *Observationes ad Historiæ universalis Synopsin Besoldianam: Methodum tractandi studii Philologico-Historico-Politici: Observationes Politicas ad Ann. Florum: Mercurium Epistolarem: Observationes in Enchiridion Pomponii de origine juris: Dissertationes ad Valerium Maximum & C. Vellejum Paterculum: Notas in C. Sallustium: Oratorem Historicum, XXIV. Orationibus expressum.*

27. Febr. JOH. HERMANNUS, *Germanus*, Rautenâ-Silesius, Poëta Laur. Cæsareus, Ecclesiæ Köbensis ad Viadrum Pastor, ac tandem emeritus, æt. 61. Piis profuit *Exegesi fidei Christianæ: Libello Precum: Suspiriis rythmicis super Evangelia: Laboribus sacris, eorumque continuatione:*

Cruce Christi, seu XI. Concionibus in Passionem Domini: Heptatogô Christi, sive VII. Concionibus, de ultimis Christi verbis: Concionum funebrium tomis quinque: De injusto judice, ex Luc. XIIX. homiliis V: Manuali: Libro de præparatione ad S. Cœnam: De Resurrectione Christi, Conc. X: Devoti Musicâ cordis: De Baptismo Conc. LXXXVI: Concionibus CXLV. Nuptialibus: Monte Oliveti, seu de Passione Christi: Exercitio Pietatis: Explicatione Dictorum ex Evangeliis: Precationibus Poëticis &c. Hæc Germanicè. Struxit quoq; Latinè Epigrammatum libros IX.

27. Febr. HARTVICUS WICHELMANNUS, Germanus, Lunæburgensis, Philos. Magister, & Scholæ Regiomontanæ Rector, æt. 34. Ab eo sunt Dispp. Philosophicæ de sapientia prima, de sex vulgo dictis conditionibus sapientiæ, & de objecto ejus: De tribus Paradoxis circa Logicam: Assertiones quædam Miscellaneæ Philosophicæ: De principiis rerum naturalium: De nonnullis sacrarum literarum vocibus & phrasibus: De Rhetoricæ genere, cognatis, definitione, opere, præsuppositis, fine & speciebus: De Sophisticationibus earumque solutionibus: De Enunciatione & propositione pura & modali: De Politiis, sive Rebus publicis in genere: De respiratione & pulsu cordis: De motu animalium in genere &c. Scripsit & Analyticam, sive doctrinam de demonstratione.

26. Mart. JOH. GUALTHERUS, Germanus, Hirsfeldensis Hassus, J. U.

obiit ANNO 1647.

Doctor & Prof. Marpurgensis. Publicavit Dispp. de Cambiis: De novi operis Nunciatione &c.

29. Mart. CAROLUS BUTLER, Anglus, Wycombâ-Buckinghamiensis, Artium Magister, Bagingstochiæ Ludimagister, Vicarius S. Laurentii Wottonensis, ætat. 88. Vicar. 47. Ejus est Rethorica: Grammatica Anglicana: Oratoria: De propinquitate, matrimonium impediente, regula generalis: Monarchia fœmina, sive de Apibus Tractatus: Principum Musices.

8. April. DIDACUS RAMIREZ, Hispanus, Toletanus, S. J. Humaniorum Lector, collegiorum Almonozilensis & Oropesani Rector, æt. 58. Edidit Compendium Grammaticæ Græcæ: Vitam Rob. Bellarmini Cardinalis: Instructionem Sodalitatis B. Virginis. Ex Italico transtulit Hispanicè Miraculum insigne à Fr. Xaverio patratum.

15. April. GEORGIUS ERNESTUS SCHAD, Germanus, Phil. Magister, Pastor, Superintendens & Consistorialis Meiningensis, æt. 59. Minist. 32. Reliquit Conciones aliquot funebres, & fortè alia.

6. Maji SYLVESTER PETRASANCTA, Italus Romanus, S. J. Humaniorum literarum & Phil. Prof. Picenus, postea Collegii Lauretani in Italia Rector, æt. 57. Texuit Notas in epistolam impiam Petri Molinæi: Vitam Rob. Bellarmini: Sacras Bibliorum Metaphoras: Apologiam pro dictis notis adv. Andream Rivetum: Tesseras Gentilitias: De Symbolis Heroicis libros

bros IX: Thaumasia veræ religionis, tomis III: Vitam Gregorii X. Pont. Maximi: Explicationem Lithaniarum B. Virginis &c.

21. Maji PETRUS CORNEL. HOOFT, *Belga*, Amstelodamensis, Eques S. Michaelis, Dynasta Muidensis, & Judex Provincialis de Goyland, æt. 66. Composuit *Historiam Belgicam: Relationem de Domo Medicorum* Belgicè.

1. Junii MATTHIAS DE SOUSA, *Lusitanus*, Amarancensis, S. J. emissarius ad Indos, Rector Collegii Scalabitani, Procurator Provinciæ ad Curiam Matritensem, æt. 51. Formavit *Compendium eorum, quæ gesta sunt in Japonia ab anno* 1549.

1. Julii FRANC. WALSINGAMUS, *Anglus*, Northumber, primùm Diaconus inter Protestantes, deinde Pontificius & S. J. ætat. 71. Scripsit Anglicè *Disquisitiones de rebus ad religionem pertinentibus, & de sua ad fidem Catholicam conversione: Ratiunculas quasdam ad fidem Catholicam amplectendam inducentes.*

1. Aug. DEGOREUS WHEAR, *Anglus*, Jacobstoviâ-Cornubiensis, Artium Magister, Prælector Historices Camdenianus primus, collegii Exoniensis apud Oxonienses Socius, ac demum Aulæ Glocestrensis Præfectus, ætat. 75. Exaravit *Relectiones Hyemales, de ratione & methodo legendi Historias: Parentationem historicam manibus Camdeni oblatam: Dedicationem imaginis Camdenianæ in Schola historica: Epistolarum Eucharisticarum fasciculum.*

1. Aug. BARTHOLOMÆUS JACQUINOTIUS, *Gallus*, Divionensis, è Societate Jesu, Collegiorum Lugdunensis & Divionensis, Domus itidem Professæ Parisiensis & Tolosanæ Rector, quinque Provinciarum Gallicarum Præfectus, ac denique Galliarum Assistens, æt. 78. Scripsit Gallicè *Artem vitæ ex Dei nutu in seculo instituendæ: Meditationes in singulos anni dies: Christianum ad aras, sive de modestia in templis servanda.*

2. Aug. CHRISTIANUS LIEBENTHAL, *Germanus*, Soldino-Marchicus, Phil. & J. U. Doctor, Eloqu. Professor Giessensis, deinde quoque Consiliarius Darmstadinus, æt. 61. Clagenfurti. Edi curavit *Collegium Politicum, exercitationibus XV: Collegium Ethicum, exercitationibus XVI. propositum: De Privilegiis studiosorum dissertationem: Delineationem juris Fœderum: De regimine Ecclesiastico &c.*

8. Aug. JULIUS CÆSAR RECUPITUS, *Italus*, Neapolitanus, Jesuita, Phil. & Theol. Professor, Collegii Neapolitani Rector, æt. 66. Emisit Italicè *Panegyricarum Concionum tomos II: Tractatum de Deo: De Vesuviano incendio: De novo in universa Calabria Terræ motu:* Latinè *de signis Prædestinationis & numero Prædestinatorum: Epigrammata de Christo*

B. Virgine & Sanctis: *Industrias ad bonam mortem obeundam.*

15. Aug. DIDACUS DE BAEZA, *Hispanus*, Pontferradiensis, S. J. Phil. interpres Valentiæ & Vallisoleti, Concionator, æt. 65. Prelo tradidit Latinè *Commentarios Morales in Evangelicam historiam tomis XI: Conciones VI. de Anti-Christo:* Hispanicè *Mariale, sive conciones de B. V. Maria ternas, in singulis ejus festis: Funerales XIV. & Conc. VIII. de defunctis.*

28. Aug. ALEXANDER PELLEGRINUS, *Italus*, Picenus, S. J. Humaniorum literarum Prælector, Collegiorum Recinetensis, Firmani, Perusini & Lauretani, Confessarius quoque Joh. Casimiri, Regis Poloniæ, æt. 46. Publicavit *Evangelium secundum Matthæum paradoxis illustratum, tomis II: Orationem de Passione Domini.*

14. Sept. LUDOVICUS FLORUS, *Italus*, Perusius, J. U. Doctor, Procurator Silesiæ, tum S. J. ætat. 66. Exaravit Italicè *Tractatum de modo referendi in rationum libros, quicquid datum & expensum est: Exemplar libri sui duplicis domestici cum Diario:* Reddidit ex Latino Italicè *Francisci de la Croix Hortulum Marianum: Hier. Drexelii Gymnasium patientiæ: Infernum damnatorum carcerem: Prodromum Æternitatis: Tribunal Christi: Noën:* Ex Hispanico Italicè *Jo. Eusebii Nierembergii librum vitæ: Ejusdem de affectu & amore erga B. Virginem: Bernhardi de Villigas Soliloquia divina &c.*

8. Octobr. CHRISTOPHORUS LONGOMONTANUS, *Danus*, in Longomontana Parochia, à qua nomen traxit, Phil. Magister, primùm Viburgi Scholæ Rector, deinde Mathem. Professor Hafniensis, Canonicus & Vicarius Lundinensis, æt. 85. profess. 40. Ex quibus famam, latè sparsam, acquisivit, sunt; *Astronomia Danica: Cyclometria è lunulis reciprocè demonstrata: Arithmetica: Inventio Quadraturæ circuli: Coronis Problematica, ex mysteriis trium numerorum: Problemata duo Geometrica: Probl. contra Paulum Guldinum: Rotundi in plano, seu circuli absoluta mensura: ἐνέργεια proportionis sesquitertiæ: Controversia cum Pellio de vera circuli mensura: Admiranda operatio trium numerorum: Caput tertium libri primi de absoluta mensura Rotundi plani, unà cum elencho Cyclometriæ Joh. Scaligeri, & appendice de defectu Canonis: Geometriæ Quæsita XIII: Introductio in theatrum Astronomicum: De Matheseos indole: Dispp. Astronomicæ sex: Dispp. III. de Chorolabio Historico: De origine & utilitate Philosophiæ &c.*

11. Octobr. SIMON VGNIEWSKI, *Polonus*, ex Masovia Nobilis, Jesuita, Orat. & Lingv. Hebrææ Professor, collegiorum Pultoviensis, Pinscensis & Vilnensis Rector, Concionator & Procurator Romæ, æt. 63. Reliquit *Lucubrationem de Morte Christi: Orationes*

tiones gratulatorias: Carmina varia: Vitam S. Ladislai Regis Hungariæ.

17. Octobr. JOH. MECKELIUS, *Germanus*, Philos. Magister, Ecclesiastes Ulmensis, ætatis 63. Typis subjecit *Gnomologiam Patrum.*

21. Novembr. GEORGIUS ALBRECHT, *Germanus*, Pilenhofensis, Palatinus Neoburgicus, Philos. Magister, primùm Diaconus Augustæ Vindelicorum, deinde Superintendens Gaildorfensis, postremò Pastor & Superint. Nerolingensis, æt. 46. Clarum ex tot homiliis editis nomen obtinuit, inter quas referri potest *Pænitentiale Biblicum: Horologium Passionale: Alphabetum Biblicum: Currus Dei mirabilis: Laus Scribæ: Judæus conversus & baptizatus: Gaudium super omne gaudium, seu LXXV. Conciones de vita æterna: Væ Vobis, seu XXXIX. Conc. de inferno: Dulce amarum, sive LVII. Conciones de Morte: Tuba novissima,* LXXIX. *Conc. de extremo judicio: Surgite mortui, XXXVIII. Conc. de Resurrectione mortuorum: Trias Magnalium, Gaudete, Jubilate, Salvete: Repagula Cœli, IV. conc. de Pace nondum concessa: Calendarium Christianum perpetuum: Manus Catechismi: Physiologia Christiana de quinque hominum sensibus: Conciones Pænitentiales: Inaugurales. Valedictoriæ. Nuptiales: Funebres: Speculum Pænitentiæ, seu XXIX. Conciones in orationem Manasse: Lithania concionibus LIX. explicata: Speculum Confitentium: Hierarchia Ecclesiastica, XXXV. Concionibus: Politica, LII. concionibus: Oeconomica LXIV. concionibus explicata: Passio JESU Christi, conc. LXIV: εὐθανασία XII. Conc: Oratio Dominica, sive XXXVIII. Conciones: Volumen Concionum Miscellanearum: Cœna Domini LIX. concionibus: Idea Pænitentis & Confitentis LVII. homiliis explicata: Thesaurus Evangelicus super Evangelia: Phœnix Germanus, seu Postilla Creaturarum: De Blasphemia libellus &c.* Scripsit insuper *Anti-Bellarminum Biblicum, partibus duabus.*

26. Nov. HENRICUS LAMORMAINUS, *Belga*, Arduennas, Jesuita, Sacerdos, æt. 72. Transtulit in Latinam lingvam *Guil. Baile Catechismum controversiarum: Ludov. Richeomi Academiam honoris: Nic. Caussini Aulæ Sanctæ tom. II: Steph. Bineti Magnetem amoris,* aliáque, suppressô suô nomine.

10. Decembr. CONRADUS MATTHIAS, *Germanus*, Grunebergensis Hassus, Phil. Magister, Critices Professor Marpurgensis. Concinnavit *Orationem de Laudibus Critices: Hederam Poëticam: magnorum virorum Scriptis illustrium judicia, encomia, laudes virorum juvenumque doctorum libellum Philicum, sive Album Amicorum &c.*

15. Decembr. FRANC. VIGERIUS, *Gallus*, Rhotomagensis, S. J. Eloq. Prof. Parisiensis & Ecclesiastes, æt. 56. Struxit *Libellum de præcipuis Græcæ lingvæ idiotismis: Eusebii Pamphili*

Præparationem Evangelicam Latinè reddidit, notisque illustravit.

24. Decembr. GEORGIUS VECHNERUS, *Germanus*, Freistadiensis Silesius, Gymnasii Bethaniensis in Silesia Professor, pòst Theol. Doctor, Gymnasii Director, & Superintendens Bregensis, æt. 58. Elucubravit *Palum Pauli*, ex *II. Corinth. XII*, 7: *Regiam animi professionem à Davide factam*, ex *Psalmo CI*: *Discursum de Nobilitate*: *De Theologia Sacra in genere, & de peculiari in pietatis professione instituto*: *Singulare Gymnasii Schönaichiani charisma &c.*

FRIDERICUS LINDENBROGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, Polyhistor & Criticus, obiit sine liberis. A docta ejus manu habentur *Catalecta Virgiliana cum notis*: *Paulus Diaconus*, *Warnefridus & Eutropius cum notis*: *Comment. in L. unic. Cod. Si quis Imperator*, *Terentius cum observationibus*: *Heliodori Optica Græco-Latina*: *Ammianus Marcellinus cum observationibus & variis Lectionibus*: *Jornandes Isidorus & Paulus Warnefridus*: *Codex Legum antiquarum*: *Liber de notis antiquis*: *Glossarium ad Caroli Ludovici Pii leges*: *Facti Species & Consilia in causa Lindenbrogiana.*

THOMAS FARNABIUS, *Anglus*, Collegii Mertonensis apud Oxonienses Socius, Ludimagister Cantinensis. Typis commisit *Notas ad Senecæ Tragædias*: *ad Virgilium*: *ad Lucani Pharsaliam*: *ad Martialis Epigrammata*: *ad Juvenalis & Persii Satyras*: *Systema Grammaticum*: *Indicem Rhetoricum*, *cum formulis Oratoriis & Indice Poëtico*: *Florilegium Epigrammatum.*

CASP. BARLÆUS, *Belga*, Antverpianus, Philos. Professor Amstelodamensis. Condidit *Orationes*: *Epistolas Poëmata*: *Res Mauritii*, *Nassaviæ Comitis*, *in Brasilia per octennium gestas*: *Bogermannum ἐλεγχόμενον*: *Disput. Metaph. de intelligentiis &c.*

FRANCISCUS DE QUEVEDO VILLEGAS, *Hispanus*, Matritensis, Eques S. Jacobi, Dominus Turris Johannis Abbatis in Castella nova, Philippo IV. Regi Hisp. à Secretis, æt. 77. Opera ejus seorsim simulque tribus tomis promulgata sunt, ex quibus *Patrocinium Apostoli Jacobi*: *Introductio ad vitam devotam*: *De remedio utriusque fortunæ*: *Politicus prudens*: *Visiones sive somnia*, Gallicè reddita à Dn. de la Ganeste, & Germanicè à Philandro von Sittenwald: *Parnassus Hispanicus*: *Epictetus Hispanicus*, & quàm plurima scripta alia, idiomate vernaculô.

FRIDERICUS ZAMELIUS, *Borussus*, Poëta Laur. Cæsareus & Consul Elbingensis. Edi curavit *Manipulos Epigrammatum*: *Laudem Drusidos*, *sive Elbingæ patriæ descriptionem*: *Philyram receptam*, *sive Tillium exarmatum &c.*

THOMAS COLEMAN, *Anglus*, Oxoniensis, Art. Mag. Rector de Blyton., deinde Minister Ecclesiæ D. Petri Londinensis, Presbyterianus factus, Theologus demum Westmonaste.

nasteriensis, ætatis 49. Edidit *Conciones IV. coram Parlamento habitas: Defensionem contra Georgium Gillespeium: Enarrationem quorundam, honorem & potestatem Parlamenti impugnantium.*

DAVID AVERBACHIUS, *Germanus*, Theolog. Doctor & Superintendens Bornensis. Dedit *Problema Theologicum; an Calvinianus in sua sententia S. Cœnam dignè participare possit?*

SALVAT. VITALIS, *Sardus*, Marensis. Struxit *Tractatum de Stigmatibus Francisci: Librum de tribus horis, quibus Christus vivus pependit in cruce: Annalium Regni Sardiniæ partes II.*

ANNO 1648.

4. Jan. JOANNES CHRISTOPHORI, *Danus*, Hafniensis, Phil. Magister, Græcæ lingvæ in Academia patria Professor, ætatis 43. Scripsit *Decadem Quæstionum Philologicarum Græcarum: Disputationum ad N. T. Philologicarum præliminarem: Variarum Exercitationum primum: Potiora Meteorologiæ generalis capita.*

11. Jan. ANDREAS CORVINUS, *Germanus*, Westenfeldensis Francus, J. U. Licentiatus, Orat. & Latinæ Lingvæ Professor Lipsiensis, æt. 58. Ab eo prostat *Fasciculus Philologicus, sive Quæstiones rariores, potissimum Rhetoricæ, Philippi X. Disputationibus discussæ: Fons Latinitatis: Bias vapulans, sive de nexu contrariorum, oratio: Dispp. variæ, ut de Temperantia &c. Consilium Catholicum de addiscendis Linguis, præsertim Hebraica.*

4. Febr. HIERONYMUS NAPPIUS, *Italus*, Anconitanus, S. J. Literarum humaniorum & Phil. Professor, Collegii Montis Sancti Rector, & Pater Spiritualis Seminarii Romæ, æt. 46. Edi curavit *Orationes XXXII: De Spiritus Sancti adventu.*

9. Febr. JO. GUIL. STEGHIUS, *Belga*, Jesuita, Coadjutor Spiritualis, æt. 43. Publicavit idiomate Belgicô *Consiliarium Spiritualem: Catechismum imaginibus illustratum pro iis, qui literas ignorant.*

22. Febr. GUILIELMUS LAMORMAINUS, *Belga*, Arduennas Luxemburgicus, S. J. Philos. & Theol. Prof. Græcensis, utriusque Doctor, Collegiorum, Græcensis & Viennensis Rector, Præpositus quoque Professorum Domui Viennæ, ac demum Provinciæ Austriæ, nec non Ferdinando II. Imp. à Confessionibus, ætatis 78. Delineavit *Ideam Principis Christiani, sive Ferdinandi II. Imp. Romani virtutes libris IV.*

17. Mart. CHRISTIANUS BECMANNUS, *Germanus*, Bornensis, primùm Gymnasii Ambergensis Rector, deinde Superintendens Anhaltinus, demum Theol. Professor Servestanus, ætatis 68. Exaravit *Manuductionem ad Latinam Linguam: De Originibus Latinæ Lingvæ: Disputationes Scholasticas pro Petri Rami defensione: Orationem de Barbarie & super-*

superstitione superiorum temporum: Schediasma Philologicum: Orationes de Passione Christi, de Resurrectione ejusdem, & de studio Concordiæ Commentarium in Psalmum XCI: Exercitationes Theol. contra Socinianos: Carmina varia.

23. Mart. PETRUS FRITZE, *Germanus*, Spandaviensis Marchicus, J. U. Doctor, Consul Brandenburgicus, Consistorii Marchici Præses, & aliquoties ad Imper. Comitia Legatus, æt. 64. Scripsit *de Nobilitate civili, ejusque privilegiis.*

1. April. STEPHANUS FABRICIUS, *Helvetius*, primùm Ecclesiæ Sanensis Pastor, inde Diaconus, ac demum Pastor Bernensis, necnon Decanus, æt. 79. Ministerii in urbe 52. Struxit *Conciones Sacras in Prophetas minores: In Decalogum: In Festa: In Psalmos.*

11. April. MATTHIAS APELLES A LÖWENSTERN, *Germanus*, Imp. Roman. Ferdinandi II. & III. Consiliarius, Ducis quoque Munsterbergensis & Oelsnicensis Cameræ Director ac Consiliarius regiminis, æt. 53. Reliquit *Cantilenas pias in Symbola Magnatum*, quas edi curavit Jo. Dan. Major, Med. D. & Prof. Kiloniensis.

16. April. FRAYLANUS DE VROSA, *Hispanus*, Prior Palatiolensis, pòst Abbas Cænobii Hortensis, tum universæ congregationis Cisterciensis de observantia per regna Castellæ Visitator, & mox Definitor, nec non Collegii Salmanticensis Præsul. Scripsit *Libellum pro tyronum ad ordinem venientium educatione: Meditationes per totum annum.*

26. April. JO. MARTINEZ DE RIPALDO, *Hispanus*, Navarrus, Pampilonensis, Soc. Jesu, Philos. Mantfordi, Theol. Salmantiæ Prælector, inde in Regalibus studiis Imperialis Collegii Moralis disciplinæ interpres Matriti, & Duci de Olivarez à Sacris Confessionibus, æt. 52. Congessit *Tomos II. de Ente Supernaturali: Explicationem literæ Magistri Sententiarum, cum quæstionibus: Tomum de Fide, Spe & Charitate.*

27. April. JOH. BEHMIUS, *Borussus*, Regiomontanus, Theolog. Doctor ejusdemque in patria Acad. Professor, Aulæ quoque Elect. Brandenburg. Concionator, & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 70. Typis describi permisit *Pauli Burgensis, è Judæo Christiani, discursum de celebratione Paschatis, notis illustratum: Disputationes VIII. de Voluntate Dei: Tres Chronologicas de modo colligationis exterarum, earumque antiquissimarum Epocharum, ad annos à mundo condito: XX. Dispp. Theol. de justificatione hominis coram Deo, contra Osiandri sententiam: XXIX. de Articulis fidei Christianæ: Resolutionem Virgarum, contra personatum Jo. Montanum: Deductionem annorum à condito mundo ad terminum usque prioris & posterioris Templi, libris duobus: Dispp. VI. de differentia Evangelicarum promissionum, contra Crocium & Bergium: Collegium*

um Anti-Rahtmannianum: Orationes duas historicas de duplici divinæ gratiæ fundamento, cui Borussiaca Academia superstructa est: Disp. Theol. varias: Tract. de efficacia & effectu Verbi divini: De Sessione Christi à dextris: De Exorcismo: De Descensu Christi ad inferos: Refutationem errorum Anabaptistarum: Admonitionem de fugiendis libris Calvinianorum: Conciones festivales: funebres &c.

28. April. JO. JACOBUS DRACO, *Germanus*, Lohrâ Francus, J. U. Doctor, primò juris in Gymnasio Casimiriano Professor, mox Scabinatus Assessor Coburgensis, & unà Curiæ Provincialis Advocatus, demum Consiliarius intimus & Cancellarius Saxo-Coburgicus, nec non Comes Palat. Cæsareus, æt. 53. Struxit *Tractatum de origine & jure Patriciorum.*

29. April. BALTHASAR ETZELIUS, *Germanus*, Bremensis, S. J. literarum humaniorum, Græcarum & Orientalium Professor Moguntiæ, ut & Spiritualis Coadjutor, æt. 81. Emisit *Florilegia seu eclogas & excerpta Homiliarum XXXIII.* Vertit quoque è Syriaco in Latinum *Epistolam secundam Petri: Duas posteriores Johannis: Epistolam Judæ & Apocalypsin.*

2. Maj. JOH. QUISTORPIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Theol. Doctor ejusdemque in Academia patria Professor, tandem Senior, & Ecclesiarum Rostochiensium Superintendens, æt. 64. Ab ipsius profluxit industria *Commentarius analyticus in omnes Epistolas Paulinas: Manuductio ad studium Theologiæ: Oratio contra Schoristas, Nationalia Collegia & Societates Nationales: Exercitationes XI. in articulos Formulæ Concordiæ: Annotationes in omnes libros Biblicos: Disp. Theol. magnô numerô: Conciones in Threnos Jeremiæ: XLII. Conc. in Prophetam Nahum: Perpetuum mobile, sive Conciones de Conscientia &c.*

4. Maji LEVINUS POUCHENIUS, *Borussus*, Regiomontanus, Phil. Magister inque Patria Academia primùm Metaphys. Prof. & in aula Electorali Ecclesiastes, deinde ibidem Logices, & mox Lingvæ Hebr. ac demum Theol. Professor, hujusque Docter, novissimè Concionator Aulicus primarius, & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 54. Elaboravit *Commentarium in Joëlem: Methodū concionandi: Explicationes sacras super historiam Passionis Christi: Disp. de Spirituali Regni Israelis per Christum instauratione, ex Es. IX, 5. 6: De Resurrectione mortuorum: De Pænitentia: De S. Cæna, contra Calvinianos de præsentia corporis & sanguinis Christi in cæna: De Oratione &c. Conciones funebres: Inaugurales: Jubilæas: Explicationem Epistolarum Domin. & Festivalium.*

24. Maji LUBERTUS MIDDENDORFF, *Germanus*, Bilefeldensis, Ravensbergensis S. J. Phil. & Math. Prof. Coloniensis, æt. 55. Composuit *Logarithmiam: Tabellam Horologiariam.*

1. Junii MICHAEL HUDSON, *Anglus* Westmorlandensis, Theol. Doctor, Caroli I. Regis Angliæ in fuga ductor, ætat. 53. Commentatus est *Tractatum de Jure Magistratus divino.*

24. Jun. HENRICUS WIDEBURGIUS, *Germanus*, Neostadio-Brunsvicensis, Phil. Magister & Mathematum Prof. Giessensis, deinde Theol. Doctor ac Pastor Wolfenbytanus. Reliquit *Disputationes Astronomicas: Descriptionem veri Christiani, unde cognosci possit, & quomodo in Christianismo versari debeat &c.*

29. Jun. NICOLAUS BARINGIUS, *Germanus*, Megapolitanus, Theol. Lic. Pastor ad SS. Jacobi & Georgii Hannoveranus, ætat. 42. Emisit *Conciones funebres ex Psalmo XII: Ex Joh. XII, 26. &c.*

11. Jul. ANTONIUS DES LIONS, *Belga*, Bethuniensis, S. J. Ecclesiastes variis in locis, æt. 59. Protrusit in publicum *Elegiarum de cultu B. Virginis Mariæ libros tres: De Angeli tutelaris cultu: Elegias de amore Jesu: Historiam Institutionis confraternitatis S. Eligii apud Bethunienses: De Stationibus Christi patientis.*

16. Jul. SEVERINUS SLüTERUS, *Germanus*, Halâ-Westphalus, Phil. Magister, primùm Scholæ Stadensis Con-Rector, mox Rector, tum Ecclesiæ Buccensis in territorio Luneburgensi, inde Winsensis ad Alleram, demum Hamburgensis Pastor, novissimè Ministerii ibidem Ecclesiastici Senior, æt. 77. Prelo submisit *Anatomiam Logicæ Rameæ: Anatomiam Logicæ Aristoteleæ: Antithesin Philanthropiæ divinæ & misanthropiæ Calvinianæ: Circa æternam hominum salutem: Commentarium in Petri Rami Dialecticam: Discursum Theol. de unione essentialium partium S. Cœnæ.*

18. Jul. CAROLUS PAPINUS, *Italus*, Romanus, S. J. Humaniorum Lector, spiritualis Adjutor, ætat. 62. Edidit Italicè, sub nomine Academici irresoluti, *Flores sacræ Poëseos: Fam. Stradæ Decadem primam de bello Belgico: Hier. Drexelii Considerationes de Æternitate: Pietatem victricem & impietatem dominatam à Carolo Magno, ex Gallico Nicolai Caussini.*

21. Jul. JO. WHITE, *Anglus*, Stantonâ-Oxoniensis, Artium Magister; Verbi Divini Minister Dorcestriensis, Rector in Lambeth. Scripsit *Commentarium in Geneseos capita tria priora: Directiones ad perfectionem, super Matthæum: Directiones ad utilem sacræ paginæ lectionem.*

28. Julii GERHARDUS DE NEUFUILLE, *Germanus*, Vesaliâ-Clivus, Phil. Magister, primùm Mathem. Prof. Extraordinarius Heidelbergensis, inde Phys. ac Math. Professor Bremensis, tum Med. Doctor, ejusdemque Prof. ac Physicus primarius, æt. 58. Ejus reperitur *Arithmetica theoretica & practica: Dispp. Theologicæ: Physica generalis & specialis: Dissert. duæ de quiete terræ: Cosmologia & Anthropologia.*

1\. Augusti MARINUS MERSENNUS, *Gallus*, Cenomanensis, ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, æt. 60. Scripsit *Harmonicorum libros VIII: De Sonorum natura, causis & effectibus: Quæstiones & explicationes in VI. priora capita Geneseos, quibus etiam Græcorum & Hebræorum Musica instauratur: Observationes & emendationes ad Fr. Georgii Veneti Problemata: Cogitata Physico-Mathematica, tomis III: Cosmographiam: Universæ Geometriæ mixtæque Mathematicæ Synopsin, & binos Refractionum demonstratarum tractatus: De veritate scientiarum Scepticos & Pyrrhonicos*, Gallicè.

20\. August. EDOARDUS HERBERTUS, *Hibernus*, Montgromeriensis, Eques aureæ Periscelidis, Baro de Kerrus & Cherburii, Consiliarius regius. Luci publicæ exposuit *De Veritate librum: De causis errorum & de Religione Laici: Expeditionem in Ream Insulam: De religione Gentilium: Vitam Henrici VIII. Regis Angliæ.*

14\. Sept. PAULUS ZEHENTNER, *Germanus*, Oenipontanus, Soc. Jesu, Theol. Prof. variisque in locis Concionator, æt. 59. Millestadii. Struxit *de Verme malæ conscientiæ libros IV: Promontorium malæ spei, seu notam & signum Reprobationis esse: Procrastinationem Pænitentiæ, libb. IV.*

26\. Sept. BERNARDINUS VGOLINUS, *Italus*, Romanus, Jesuita, Pænitentiarius Apostolicus Laureti, æt. 62. Emisit Italicè *Exercitia spiritualia, pro auxilio agonizantium.*

28\. Sep. MELCHIOR INCHOFER, *Germanus*, Viennensis, S. J. Philos. Mathem. ac Theol. Prof. Messanæ, æt. 64. Foràs dedit *Conjectationem ad Epistolam B. V. Mariæ ad Messanenses: Tractatum Syllepticum de terræ solisque motu vel statione: De sacra Latinitate* h. e. *de variis linguæ latinæ mysteriis: Historiam trium Magorum: Annalium Ecclesiasticorum Regni Hungariæ Tomum I: Poëma in laudem Medicinæ, & contra malos Medicos.*

1\. Nov. MARTINUS COWREUR, *Belga*, Audomarensis, S. J. Phil. Duacensis, & Theol. Antverpiensis Professor, deinde Rector Antverpiæ, Camerari & Audomari, Missionarius, ætat. 69. Reliquit Gallicè *de septem signis Prædestinationis: Varia pietatis exercitia: Catechismum: Instructionem pro catechizandis.*

3\. Nov. CASP. HOFFMANNUS, *Germanus*, Gothâ-Thuringus, Med. Doctor ejusdemque Professor Altorphinus, ac Facult. suæ Senior, æt. 76. Professionis 48. Typis exscripti sunt ejus *Tractatus Physiologici, de usu lienis, de usu cerebri: De Ichoribus: Variarum lectionum libri VI: De Thermis Hirsbergensibus liber: De Thorace ejusque partibus commentarius tripartitus: Commentarii in Galeni lib. XVII. De usu partium corporis humani: Rejectanea Pathologica: Notæ in Galeni de Ossibus librum: Pathologia: De locis affectis libri tres: Animad-*

 versio-

versiones in Montani libb. de morbis, & Th. Erasti Anatomen eorundem: Institutionum Medicarum libri VI: Harum Epitome: De medicamentis officinalibus libri duo: Pro Veritate opellæ tres: Digressio ad circulationem sanguinis: De calido innato & spiritibus Syntagma: De methodo medendi: De inversione cordis: Orationes: Epistolæ: Disputationes variæ.

4. Nov. GERARDUS PELLETIER, *Lotharingus*, Tullensis, S. J. Rhet. & Human. Professor, & Coadjutor spiritualis, æt. 62. Erexit *Eloquentiæ Palatium*.

23. Nov. RICHARDUS CHALFORT, *Anglus*, Buckinghamensis, Artium Magister, Theol. Baccal. & Mercatorum Anglorum Roterodami agentium Ecclesiastes. Scripsit *in Jerem. XLIV, 10: In Hebr. V, 4: In Psalm XXIX, 11.*

6. Dec. PETRUS DE LA RUE, *Belga*, Flander, Winocibergensis, Theol. Baccalaureus, Ordinis Cisterciensis, Phil. & Theol. Lector, in cænobio Ravensbergensi ac pòst Sparmaliensi Sacerdos Reliquit *Conciones: Cantiones pias: Comœdias, & diversa opuscula,, rythmis Flandricis.*

7. Dec. MICHAEL SIRICIUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, in patria ad D. Mariæ Pastor. Ab eo est *Homilia ex Ezech. VII. de Duello & Homicidio: Introductoria D. Menonis Hannekenii: Conciones funebres*, & fortè alia.

8. Dec. JO. BAPTISTA POSAREL, *Italus*, Bergomensis, S. J. Phil. & Theol. Prof. cùm Grætiæ, tum Viennæ, Theol. Doctor, Collegii Goritiensis Rector, æt. 65. Formavit *Quadrigam Heroum errantium: Coronam XII. Stellarum, seu de excellentia Virginis duodenaria, ejusque imitatione: Sententias de Philosophia.*

15. Dec. HIERONYMUS PECORARUS, *Italus*, Neapolitanus, Jesuita, Phil. & Th. moralis interpres, Collegii Catacensis Rector, æt. 82. In lucem emisit *Tractatum de Legatis & de debitis: Moralium Probabilitatum Tomos duos.*

28. Dec. FRANCISCUS ROMANUS, *Germanus*, Muckershusius, J. U. Doctor, Professor Lipsiensis, Curiæ Provincialis supremæ in Saxonia Assessor, Canonicus Martisburgensis, & Academiæ Lipf. Syndicus. Dedit *Disputationes Juridicas & Consilia.*

29. Dec. GASPARUS BRANDIS, *Germanus*, Werlensis, Westphalus, S. J. Humaniorum literarum Lector, Ecclesiastes Paderbornæ, Aquisgrani & Embricæ, æt. suæ 60. Struxit Germanicè *Cordiologium, seu speculum cordis.*

ANDREAS ARGOLUS, *Italus*, Taliacotiensis, Eques D. Marci, & in Patavino Gymnasio Mathes. Professor, æt. 77. Composuit *Tractatum de diebus Criticis & ægrorum decubitu: Tabulas primi mobilis: Ephemerides ab anno 1621. ad 1640, ex Prutenicis tabulis supputatas: Astronomicorum*

rum libros tres: Problemata Astronomica: Comment. in Elementa Euclidis: Tabulas secundorum mobilium, secundum Tychonis hypotheses: Catholicæ & probatæ Astronomiæ epitomen: Ephemerides Copernicæas: Tychonicas: Comment. in libros IV. Ptolomæi: De novis Stellis: Practicam Medicinalem.

DIDACUS DE SAAVEDRA FAXARDO, *Hispanus*, Murcianus, Cardinali Borgiæ à Secretis, mox & regius Hispanarum rerum in curia Romana Procurator sive Agens, ad varios conventus apud Helvetios, Germanos & Batavos Legatus, deinde Senator in curia Indicus, D. Jacobi Eques, Sacræque huic Apostolo almæ Cathedralis Sacrorum Collegarum Sodalis. Elaboravit *Ideam Principis Christiano-Politici CI. Symbolis expressam: Coronam Gothicam, Castellanam & Austriacam Politicis notis illustratam*, sed prima tantùm lucem vidit, quæ Gothicum Hispaniæ regnum comprehendit.

MARTINUS ERICI GESTRINIUS, *Suecus*, Philos. Magister, & Mathem. Prof. Upsaliensis. Ejus sunt *Argumenta & notæ in Aristotelis Mechanica: Optica: In Geometriam Euclidis Demonstrationum libri VI: Vraniæ libri VI.*

FLORUS BRUNUS, *Italus*, Florentinus, Monachus ordinis Cisterciensis, Antiquarius. Condidit *Origines præcipuarum familiarum urbis Florentiæ.*

MELCHIOR BRIETO, *Hispanus*, Burgensis, ex familia Redemptorum B. Virginis de Mercede, Theol. Magister, Præfectus Vicarius in Peruanis Provinciis, demum designatus Episcopus Paraquariæ provinciæ in America. Edidit vulgari linguâ *Literalem & mysticam explicationem de excellentia gloriosi Patriarchæ Jacobi: Psalmodiam Eucharisticam: De Obligationibus Episcoporum: In Orationem Dominicam meditationes.*

NICOLAUS BRAVUS, *Hispanus*, Pincianus, Ordinis Cisterciensis, Theol. Prof. Salmantinus, collegii hujus, pòst Matritensis, & demum Olivensis Rector. Scripsit *Vigiliam magnam de Christo, sive Concionum Quadragesimalium Tomum: Sermones de Tempore & de Sanctis: Tractatum de jure & potestate regularis observantiæ S. Bernardi: Comment. in Regulam S. Benedicti.*

ANNO 1649.

11. Jan. ANDREAS WENGERSCIUS, *Polonus*, Ostrorogensis, primùm Pastor Lesnensis & Gymnasii ibidem Rector, deinde Senior in districtu Lublinensi & Chelmensi, ætatis 49. Extare dicuntur ejus Scripta Polonica typis impressa, nimirum *Jo. Amos Comenii Januæ Lingvarum & Vestibuli Versio: Ecclesiastes privatus, domesticus & sacri cœtus*, h. e. *Ratio cultus divini privati, domestici, ecclesiastici, tam præsente, quàm absente Pastore: Versio*

sio Confessionis Latinæ, in Conventu Torunensi 1645. exhibitæ.

8. Febr. WILHELMUS LYSERUS, *Germanus*, Brunsvicensis, Theol. Doctor & Superintendens Torgensis, inde Theol. Professor Wittenbergensis, & Ecclesiæ Misenensis Canonicus, ætatis 57. Concinnavit *Depulsionem Accusationum Jesuitarum contra Augustanam Confessionem: Disputationum Catechetico-Postillarium Decadem: Summarium Locorum Theologicorum: Aphorismos ex Epistola ad Hebræos: Dispp. Exegeticas in Evangelium Johannis: Trifolium veræ Religionis veteris Testamenti, Adamiticæ, Abrahamiticæ, & Israëliticæ: Examen libelli* **Kauff mich dir Reinholds**: *Dispp. sigillatim emissas plurimas.*

14. Febr. JACOBUS DESBANS, *Gallus*, Campanus, Mausomensis, S. J. Rhetor. Lector, pôst Græcæ lingvæ in regia Academ. Madritensi Professor, tandem Collegii Molinensis in Gallia Rector, æt. 56. Vulgavit *Parvum B. Virginis Sacellum Hieroglyphicum distinctum imaginibus: De glorioso Heroicæ Virtutis Regno: Sacram Christi Domini Academiam: Clementem Alexandrinum notis illustratum.*

19. Febr. HIERONYMUS DE GUEVARA, *Hispanus*, Hispalensis, Jesuita, Theol. Moralis Lector, ac Sacerdos, æt. 64. Reliquit *Commentarium in Evangelium Matthæi, tomis tribus.*

23. Febr. PAULUS KüHN, *Polonus*, Posnaniensis, S. J. Humaniorum literarum, Philos. & Theol. Professor, Collegii Gedanensis Rector, æt. 46. Erexit, sub nomine Collegii Cracoviensis & Soc. Jesu, *Trophæum regale Vladislao IV. Cracoviam, ipsô suæ inaugurationis die ineunti: Immortales gratias Eidem Regi, dum, pacatô Septentrione, victorem exercitum in Amurathem, Turcarum Imperatorem, duceret: Arcum Pacis novo sine sangvine Triumphatori Vladislao IV. ab expeditione Turcica reduci consecratum.*

27. Febr. ANTONIUS PEREZ, *Hispanus*, Pontireginensis, Pampilonensis, Jesuita, Philos. & Theolog. Professor partim Salmanticæ, partim Romæ, æt. 51. Prodierunt ejus *in primam partem D. Thomæ Tractatus V: De justitia & jure & restitutione & pœnitentia tomus: Tractatus IV. in secundam & tertiam partem D. Thomæ: Conclusiones Theol. de DEO Trino & Uno.*

2. Mart. SAMUEL MOSBACH, *Germanus*, J. U. Doctor, Professor Lipsiensis, Canonicus Numburgensis, inque Supremo Appellat. judicio Elect. Saxoniæ Consiliarius, æt. 64. Dedit *Disputationes aliquot Theoretico-Practicas ad L. Civit. 27. ff. de rebus creditis. Si cert. petat: De Usucapionibus & præscriptionibus &c.*

7. Mart. ADRIANUS MUELEMAN, *Belga*, Flander, Monachus Cœnobii Dunensis, Universitatis Duacensis Theologus. Conscripsit *Tractatum moralem de justitia & jure: Tract. de Censuris Ecclesiasticis: Annales Monaste-*

nasterii Dunensis. Et suppresso nomine suo, *Deductionem difficultatis, quæ est inter Religiosos B. Mariæ Dunis & Principem Orangiæ.*

10. Mart. JACOBUS LAMPADIUS, *Germanus*, Hainsensis, Lawensteinensis, J. Utr. Doctor, in Academia Julia juris publici Professor extraordinarius, tum Ducis Brunsv. & Luneburg. in Aula Guelphica, pòst quoque in Aula Hanoverana Consiliarius, sæpe Legatus, ac denique Pro-Cancellarius, æt. 55. Monasterii Westphalorum, in ipsa pacis legatione. Publicavit *Tractatum de Republica Romano-Germanica: Discursum de natura Nummi & interpretationem Lib. II. C. de usucap. pro Hered: Thuani descriptionem Germaniæ.*

16. Mart. CLAUDIUS PLUMIUS, *Danus*, Hafniensis, J. U. Doctor, inque Acad. patria Professor, æt. 63. Scripsit *de Usucapionibus: De jure Connubiorum: De Tutoribus & Tutelis.*

22. Mart. JOH. ROTLöBEN, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Phil. Magister, primùm S. R. Mtis Sveciæ 17. annos Concionator Aulicus, nec non cœtus Teutonici Holmiæ Pastor, deinde S. R. Mti Daniæ 10. annos à concionibus sacris, Ecclesiæque Comitatus Binnebergensis Inspector, tandem Harderslebiensis Præpositus, æt. 56. Edidit Latinè *Dispp. Metaphysicas: Examen & refutationem Sophronismi, quem in gratiam Socinianorum evulgavit Isaacus Fœclerus: Germanicè Armamentarium Spirituale: Conc. de Medicina Lepræ Spiritualis: De Baptismo, Abrahamo, Benningio, viro 31. annorum collato: Inaugurationem anni 1626: Super Evangelium XII. post Trinitatis: Conc. funebres varias &c.*

25. Mart. FRANCISCUS RUS DE LA PUERTA, *Hispanus*, Beaciensis, in patria Acad. Philos. Doctor, Prior in Ecclesia oppidi de Bailen, æt. 62. Congessit lingvâ vernaculâ *Historiam Ecclesiasticam.*

27. Mart. GEORGIUS LÆTUS, *Moravus*, Ecclesiastes Lublinensis in minori Polonia, æt. 45. Ejus est *Pauli Apostoli peregrinatio, sive hypotyposis Concionum Practicarum in Act. XXVII. & XXVIII: Commentarium Practicum in Conversionem Pauli Apostoli: Tractatus de Ratione concionandi, ad methodum Anglicanam conformatus.*

2. April. GEORGIUS HAKEWILLUS, *Anglus*, Exoniâ-Devoniensis, Collegii Exoniensis apud Oxonienses Rector, Theol. Doctor & Archidiaconus Surriensis, æt. 72. Composuit Anglicè *Tractatum de Potentia & Providentia divina, in administrando orbe patefactis: Responsionem ad argumenta Doctoris B. Carier, quibus Anglos ad fidem Romanam impellere conatus fuerat: Veteris Ecclesiæ in confirmandis pueris praxeos vindicias: De vanitate oculi: De Sacrificio Eucharistiæ, contra D. Petrum Heylyn: Scutum regium contra regicidas: Conciones XII. circa*

votum Davidis de se ipso, familia, regnoque suo reformandis.

1. Maj. HULDARICUS SCHONBERGERUS, *Germanus*, Weidâ Palatinus, Phil. Magister, utróque lumine captus, ætatis 48. Typis subjecit *Theses Philosophicas: Dispp. de Meteoris aqueis: De cœlo &c.*

5. Maj. CHRISTOPHORUS WACKIUS, *Germanus*, Numburgensis, J. U Doctor & Prof. Wittenbergensis, Curiæ Electoralis Saxon. Scabinus, demum Consiliarius Anhaltinus, æt. 53. Coswigæ. Reliquit *Disputationes de jure singulari: De jure Sepulturæ: De juramentis &c.*

9. Maj. EMMANUEL CORDEIRUS, *Lusitanus*, Auratensis, S. J. Human. & Theol. moralis Lector, tum Missionarius in Africa, Pœnitentiarius Apostolicus in Basilica S. Petri Romæ, & demum Sacræ Inquisitionis in Lusitania Censor, æt. 64. Foràs dedit *Tractatus de Obligationibus clericorum secularium & regularium: De perfecto Parocho, clericoque beneficiato, eorumque privilegiis ac pœnis.*

11. Maj. FRIDERICUS SPANHEMIUS, *Germanus*, Ambergâ Palatinus, Phil. Magister, hujusque primùm Professor & Ecclesiastes Genevensis, tum Theolog. Doctor ejusdemque tam ibidem, quàm in Academia Lugduno-Batav. Prof. & Ecclesiæ Gallo-Belgicæ Pastor, æt. 49. Famam ejus auxerunt opera in lucem edita, & quidem Latinè *Dubia Evangelica*, partibus tribus: *Geneva restituta: Exercitationes in Epistolam ad Hebræos: Chamier contractus: Exercitationes de Gratia universali*, tribus voluminibus: *Vindiciæ de Gratia universali*, contra *D. Amiraldum: De Controversiis Ecclesiarum Anglicarum Epistola: Dispp. Anti-Anabaptisticæ XXX: Dispp. Miscellaneæ:* Gallicè *Miles Suecicus: Mercurius Helveticus: Vita & mors Christophori à Dhona: Memoria Ludovicæ Julianæ, Electricis Palatinæ: Conciones III. Thronus Gratiæ, judicii, gloriæ.*

24. Maj. ATHUR DUCKIUS, *Anglus*, Devoniensis, Nobilis, Artium Magister, J. U. Doctor, Ecclesiæ Batho-Wellensis & Londinensis Cancellarius, tandemque Libellorum Supplicum Magister. Scripsit *de usu & autoritate juris civilis Romanorum in dominiis Principum Christianorum: Vitam Henrici Chichley, Archiepiscopi Cantuariensis.*

30. Maj. JACOBUS MARTINI, *Germanus*, Halberstadiensis Saxo, Phil. Magister; primùm in Frisia Orientali Gymnasii Nordensis Rector, simulque Ecclesiastes & Superintendens Berthuniensis, deinde per 21. annos Logic. Prof. tum Theol. Doctor ejusdemque Prof. tandemque totius Academiæ Wittenbergensis Senior, æt. 79. Professionis 47. Plurimis ingenii sui monumentis inclaruit, ut *Collegio Meteorologico: Logicæ Peripateticæ libris duobus: Exercitationibus X. Theorematum Physicorum: Exercitationibus XVI. de Anima: Collegio Physico Speciali: Exercitatio-*

num

num Metaphysicarum libris II: Miscellanearum Dispp. Logicarum, Metaphys. Physicarum & Ethicarum libris IV: De Communicatione Proprii librô, contra Barth. Keckermannum: De Loco libris duobus: Centuriis X. quæstionum illustrium Philosophicarum: Partitionum Metaphysicarum libris VIII: Partitionum Theologic. Disputationibus XL: Prælectionibus in Systema Logicum Keckermanni: Tractatu de Summo bono Politico: Institutionum Logicarum libris VII: De tribus Elohim libris tribus: Disputationum de Messia Judæorum Decade: Disputationibus IX. de Cognitione Sui: Locis Theologicis: Discussionum Ramisticarum libris duobus: Synopsi Ethicæ: Politicâ: Vindiciis Ecclesiæ Lutheranæ, contra Valerium Magnum: Pædiâ sive de prudentia in disciplinis generali: Systemate Theologico: Synopsi Religionis Photinianorum: Tractatu de causa Peccati: Collegiis Anti-Calvinianis: Collegio Anti-Photiniano: Disputationibus in primum Augustanæ Confessionis articulum: Germanicè *Speculô Rationis: Scriptis apologeticis contra Andr. Cramerum: contra Christoph. Massonium &c.*

1. Jun. SALVATOR DE LEON, *Hispanus*, Murcianus, S. J. Ecclesiastes, æt. 70. Emisit *Expositionem & illustrationem in XIII. capita prima Ecclesiastici.*

3. Jun. ENGELBERTUS TESCHENMACHERUS, *Belga*, Elverfeldiâ-Montanus, Med. Doctor, hujusque & Physices Professor, nec non Poliater Daventriensis, æt. 41. Vulgavit *Calendaria: Orationem de dignitate & utilitate Anatomiæ.*

21. Jun. CHRISTOPHORUS SCHULTETUS, *Germanus*, Stargardiâ-Pomeranus, Philos. Magister, pôst Theol. Doctor, ad D. Jacobi per 24. annos Pastor, ac Consistorii regii Assessor Stetini, æt. 47. Publici juris fecit *Analysin typicam in Jobum: Proditorem Christi detectum: Coronam myrteam, sive Concionum funebrium Volumina quatuor: Dispp. de literis, Punctis & Accentibus Hebræorum: De Peccato Protoplastorum primo, ex Genes. III, 1. 8. &c.*

26. Jun. BARTHOLOMÆUS FISEN, *Belga*, Leodiensis, Jesuita, Rhetor. Professor, collegiorum Hesdinii & Dionanti Rector, æt. 58. Delineavit *Origines Festi Corporis Christi: Paradoxon Christianum, lædi neminem, nisi à se ipso: Historiam Ecclesiæ Leodiensis: Vitas Sanctorum ejusdem Ecclesiæ.*

28. Jul. PETRUS ROVERIUS, *Gallus*, Avenionensis, S. J. Phil. & Theol. Professor, æt. 76. Societ. 57. Formavit *Panegyricum in Instauratione Collegii Godranii: Harmoniam IV. librorum Moysis, cum Commentariis: Historiam Monasterii S. Jo. Reomaënsis &c.*

30. Aug. JOH. VESLINGIUS, *Germanus*, Mindanus, Westphalus, Med. Doctor, Chirurgiæ & Anatomiæ Professor Patavinus. Condidit *Syntagma Anatomicum: De Plantis Ægyptiis*

tiis observationes & notas ad Prosperum Alpinum: Dissert. de Pullitie Ægyptiorum: Epistolas Medicas: Ad rem Herbariam Parænesin: Catalogum Plantarum Horti Patavini: Observationes Anatomicas & Medicas posthumas: Vindicias Balsami &c.

4. Sept. PETRUS MAUCORPS, Gallus, Vernoniensis, Jes. Rhetor. Lector, Collegii Cadomensis Rector, æt. 58. Vulgavit Latinè Tractatum de Paradiso Cœlesti: Gallicè Exercitium Amoris, seu de Stationibus Christi patientis: Cænaculum seu de Virtutibus, quas Christus in ultima Cæna exercuit, obedientia, humilitate & charitate.

6. Septembr. FAMIANUS STRADA, Italus, Romanus, S. J. Rhetor. in patria Professor, æt. 78. Relig. 58. Continuavit Prolusionum Academicarum libros tres: Orationes: Poëmata: De Bello Belgico Decades duas, in varias deinde linguas, Italicam nempe, Hispanicam, Gallicam, Anglicam & Flandricam translatas.

7. Septembr. BARTHOLOMÆUS AMICUS, Italus, Antiensis, S. J. Philos. & Theol. in Collegio Neapolitano Professor, ac deinde Studiorum Præfectus, ætatis 84. Societ. 68. Reliquit in universam Aristotelis Philosophiam notas tomis VIII: De aliquibus principiis communibus Philosophicis & Theologicis libros III: Tractationem de variis formalitatum & distinctionum generibus: Meditationes de Plagis & Vulneribus Jesu & Mariæ: Regulas conscientiæ meticulosæ ex SS. Patrum Doctrina selectas.

16. Sept. JO. FLOUDUS, Anglus, Cantabrigiensis, S. J. in collegio Anglorum Lovaniensi Theol. Professor & Studiorum Præfectus, nec non Concionator, ætatis 77. Relig. 57. Scripsit Latinè, sub nomine Annosi Fidelis Verimontani, Synopsin Apostasiæ Marci Anton. de Dominis, ex ipsiusmet libro delineatam: Detectionem hypocrisis Marci Antonii de Dominis: Censuram decem librorum ejusdem de Republica Ecclesiastica: Anglicè contra Guil. Crashan. contra Eduardum Hobbium, de Purgamento: contra Novatores librum inscriptum, Deus & Rex: Verbum consolationis ad Catholicos in Anglia: Responsum ad Replicam Francisci Viti: Ecclesiam ingenii humani debellatricem: Imposturam pietatis Puritanæ: De præsentia reali Christi in Eucharistia &c.

17. Sept. STEPHANUS GUERRY, Gallus, Parisiensis, Jesuita, Human. Phil. & Theol. Professor, collegii Bituricensis Rector, æt. 70. Relig. 56. Exaravit Gallicè Exercitium animæ devotæ: Sigillum Prædestinationis nostræ: Thesaurum pietatis Marianæ.

19. Sept. FRANCISCUS ALPHONSUS, Hispanus, Malpartidensis, Phil. & Theol. interpres Complutensis, æt. 49. Congessit Tomos V. in universam Aristotelis Philosophiam.

26. Sept. CONRADUS HORNEIUS, Germanus, Brunsvicensis Saxo, Phil. Magister, primùm Ethic. & Logic. Professor, pòst Theol. Doctor, hujusque Prof. Helmstadiensis, æt. 59. Profes-

Professionis 30. In posterorum usum concessit *Disp. Ethicas X. ex Aristotele: Scholia in Homerum: Compendium Dialecticæ: Compendium Naturalis Philosophiæ: Disquisitionum Metaphysicarum libros IV: Institutiones Logicas: Philosophiam moralem: Processum disputandi: Disputationes Logicas: Exercitationes Logicas: Tractatum de sacris & divinis Scripturis: Disputationum Theologicarum Partes duas: Conclusiones Metaphysicas: De summa fidei non qualibet, sed quæ per caritatem operatur, necessitate ad salutem: Compendium Historiæ Ecclesiasticæ: Tractatus aliquot de necessitate studii Pietatis: Expositionem literalem in Epistolam S. Pauli ad Hebræos: In septem Epistolas Catholicas Sanctorum Apostolorum: Compendium Theologiæ: Consilium de Scholis: Orationes & Disp. varias.*

29. Sept. ALPHONSUS GIANOTTUS, *Italus*, Corrigiensis, S. J. Rhetor. & Philos. Lector, Domus Probationis Novellariæ, Collegiorum Buxetani, Reginensis & Bononiensis Rector, æt. 55. Edidit vernaculô sermone, sub nomine Alphonsi Antonii, *Mysticum Heliotropium: Modum bene communicandi: Bellum Christianum: Praxes morales virtutum: spirituales modos se habendi cum infante Jesu & coram sacro sacramento: Diarium religiosum.*

1. Octobr. FRANCISCUS DE CABRERA, *Hispanus*, Antiquariensis, Ordinis S. Augustini, ætat. 68. In vulgus misit *Remedia spiritualia & corporalia contra pestem.*

13. Oct. AUGUSTINUS BARBOSA, *Hispanus*, Lusitanus, primùm Ecclesiæ Guimaranensis Curator, deind Uxentinus Hydruntinæ Provinciæ Episcopus, demum Protonotarius Apostolicus, & sacræ indicis congregationis Consultor, æt. 60. Ab eo reperiuntur *Remissiones Doctorum supra varia loca Concilii Tridentini: Castigationes & additamenta ad Comment. Emman. Barbosæ in ordinationes regias Lusitaniæ: Remissiones Doctorum de Dictionibus & clausulis: De officio & potestate Episcopi: Formularium Episcopale: Variæ Juris tractationes: De officio & potestate Parochi: De Canonicis: Juris Ecclesiastici universi libri tres: Praxis exegendi pensiones: Vota decisiva & consultativa Canonica: Collectanea Bullarii aliarumque Pontificum constitutionum: Collectanea Doctorum in jus Pontificium universum tomis VI: Collectanea juris civilis & canonici: Dictionarium Lusitano-Latinum.*

1. Dec. JOH. HENRICUS TONSOR, *Germanus*, Ickstadiô-Rhenanus, Th. Doctor, primùm Physicæ, deinde Theol. Professor tam Marpurgensis, quàm Giessensis, æt. 54. Vulgavit *Disputationes Catecheticas in Decalogum: Meteorologicam Disp. de Fulmine &c.*

4. Dec. STEPHANUS BAUNY, *Gallus*, Campanus, Mesomensis, Soc. Jesu, Rhetor. & Theol. moralis Lector

ctor, ætat. 84. Relig. 56. Struxit *Theologiam moralem tomis IV: Summam casuum conscientiæ, seu Manuale confessorum.*

5. Dec. ANTONIUS SANCTARELLUS, *Italus*, Adriensis, Jesuita, Humaniorum literarum & Theol. moralis interpres, Concionator Romanus, æt. 81. Societ. 64. Latinè emisit *Tractatum de Hæresi, schismate, apostasia, blasphemia &c. Variarum Resolutionum partem primam:* Italicè *Tractatum de Jubilæis: Vitam Jesu Christi & B. Mariæ Virginis.*

11. Dec. HERMANNUS HILDEBRANDUS, *Germanus*, Bremensis, primùm in Schola patria Collaborator, tum Ecclesiastes ibidem Stephanianus, postea quoque Theol. Professor, æt. suæ. 59. Composuit *Orthodoxam declarationem Articulorum trium de mortis Christi sufficientia & efficacia, Reprobationis causa meritoria, & privata denique communione: Triumphum Christi enucleatum.*

16. Dec. ERHARDUS LAUTERBACHIUS, *Germanus*, Jauriensis Silesius, Phil. Magister, primùm Scholæ Thomanæ Conrector Lipsiensis, tum Pastor ad D. Michaelis Cizensis, pòst Th. Doctor, Præsulatus Numburgensis Superintendens, & Consistorii Elect. Saxon. Assessor, ætat. 80. Minist. 46. Formavit *Orationem in laudem Electoris Mauritii & Christiani primi: Syllogem Disputationum Theologicarum Synodalium: De quæstione; an imagines sint in templis retinendæ: Conciones XV. Pragenses: Miraculum Augustanæ Confessionis: Sacramentum Romano-Catholicum non Sacramentum: Syntagma de præcipuis Fidei articulis: Conciones de diversis materiis: Singularem de encæniis Templi Hainsbergensis: Conciones Jubilæas: Tract. de Prædestinatione: Con. III. contra monstrum Calvinianorum, Absolutum decretum: Scholam Siracidæ &c.*

24. Dec. MICHAEL RABARDAV, *Gallus*, Aurelianensis, Jesuita, Phil. & Theol. moralis Professor, Collegiorum Bituricensis & Ambianensis Rector, æt. 77. Relig. 54. Exaravit librum, sub titulo; *Optatus Gallus de cavendo schismate, levi manu sectus.*

NICOLAUS VERNULÆUS, *Belga*, Luxemburgensis, primùm Rhetorices in Porcensi Gymnasio, Eloq. deinde in Academia Lovaniensi Professor, nec non Cæsareus Regisque Historiographus, ætat. 66. Concinnavit *de arte dicendi libros tres, unà cum praxi Rhetoricæ: Dissertationum Politicarum Decades duas: Institutionum Politicarum libros IV: Institutionum Moralium lib. IV: Historiam Academiæ Lovaniensis: Ephemeridem histor. rerum Austricarum: Certamen oratorium de militari gloria: Dissert. Polit. de bello feliciter gerendo: Tragœdias X: Orationes sacras XXX: Elogia Oratoria: Apologiam pro gente Austriaca: Triumphum Lovaniensem: De causis occupatæ à Francis Lotharin-*

tharingiæ: *De Justitia armorum Batavicorum adversus Regem Catholicum: Orationes Rhetorum Gymnasii Porcensis: De Propagatione fidei Christianæ in Belgio per S. Hiberniæ viros: De virtutibus Gentis Austriacæ, libros tres: Institutionum Oeconomicarum libb. II: Discursus Historico-Politicos tres: Observationum Politicarum ex Tacito Syntagma: Historiam Austriacæ gentis: Epitomen historiæ ab orbe condito ad hæc nostra usque tempora: Imperatorum Symbola: Orationes funebres.*

CLAUDIUS FABER, *Gallus*, Vogelasi Dominus, Baro-Vertit *Curtium* labori 30. annis impensis.

HENRICUS MANRRIQVE, *Hispanus*, Burgensis, primùm Phil. & Theol. Prof. Salmanticensis, deinde Collegii Lauretani ibidem Præfectus, tum Abbas & Hispaniæ totius familiæ magister generalis, demum Philippo IV. Regi à concionibus, ut & Ecclesiæ Pacensis Episcopus, æt. 74. Scripsit linguâ hispanicâ, *De laudibus B. Virginis libros tres: Meditationes Quadragesimales: Festivales: De Martyrio spirituali S. Virginis Mariæ, tempore passionis Christi: Calendarium Sanctorum Ordinis Cistercienfium:* Latinâ autem *Ecclesiasticorum Annalium à condito mundo tomos IV: Apologiam pro Deiparæ Virginis immunitate ac innocentia originali: Pontificale Hispano-Cisterciense.*

SIMON BENEDICTI, *Svecus*, Arbogiensis, West-mannus, Phil. Magister in Gymnasio Arosiensi primùm Log. pòst Theol. Lector, hinc in Tuna, tandemque Holmiæ Pastor. Publicavit Sermone populari *Conciones funebres ex II. Timoth. IV, 6. 7. & Apocal. VII, 13. — 18.*

PAGANINUS GAUDENTIUS, *Italus*, (juxta alios *Helvetius*) JC. & Theologus, in Academia Pisana Eloqv. Professor. Composuit *Velitationes adversus Panstratiam Chamieri: Salebras Tertullianæas: Librum de dogmatibus & ritibus veteris Ecclesiæ: Opus expositionum juridicarum: Librum de moribus seculi justinianei: Librum de Philosophicis Opinionibus veterum Patrum: Comparationem dogmatum Origenis cum Philosophia Platonica: Obstetricem literariam: Librum de Philosophiæ apud Romanos origine & progressu: Librum de prodigiis: Declamationes & poëmata: De Candore Politico in Corn. Tacitum.*

CHRISTOPHORUS DAUDERSTADIUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Ecclesiæ Schkewdicensis Pastor, deinde Pastor & Superintendens Friburgensis. Emisit *Evangelicorum Domin. Dispositionem tripartitam: Doctorem Epistolicum, sive Dispositiones Epistolarum Dominicalium & Festivalium. Apodixin Messiæ: Precationum Joh. Avenarii translationem Græcam: Conciones Passionales, secundum IV. Evangelistas.*

GASPAR SCIOPPIUS, *Germanus*, Neagorâ-Palatinus, Civis Romanus, S. Petri Eques, Comes à Claravalle,

Ferdinandi II. Imperatoris Romani & Philippi IV. Regis Hispaniæ Consiliarius. Inter ea, quæ luci dedit, sunt *Grammatica Philosophica: Minerva Sanctiana, seu Franc. Sanctii de linguæ Latinæ causis commentarius, cum animadversionibus & notis G. Scioppii: Paradoxa literaria, in quibus multa de literis disputatur, sub nomine Pascasii Grosippi: Auctarium Grammaticæ Philosophicæ: Rudimenta Grammaticæ Philosophicæ: Mercurius bilinguis, sive nova ratio Latinæ aut Italicæ linguæ intra vertentem annum perdiscendæ: Priapeia, sive diversorum Poëtarum in Priapum lusus commentariis illustrati: De Rhetoricarum Exercitationum generibus, præcipuéque de recta Ciceronis imitatione: Elementa Philosophiæ Stoicæ moralis: Consultationes de Scholarum & Studiorum ratione, deque prudentiæ & eloquentiæ parandæ modis: Infamia Famiani, sive castigationes Famiani Stradæ: Dissert. de Styli historici virtutibus & vitiis: Observationes juveniles Latinæ linguæ, ad imitationem Antonii Schori: Animadversiones in Ger. Jo. Vossii libro, de vitiis Sermonum Verisimilium libri IV: Ars Critica: Suspectarum Lectionum libri V: Symbola Critica in L. Apuleji opera: Pædia Politica: Pædia humanarum ac divinarum literarum: Auctaria Logica: Suppetiæ Logicæ Scriptoribus Politicis latæ: Ecclesiasticus: Alexipharmacum regium, adversus venena Philippi Mornæi: Collyrium regium, pro Jacobo, Angliæ Rege: Scorpiacum, sive Antidotus contra Protestantium venena: Lectiomastix, pro Ecclesiæ doctrina & sanctorum cœlitum honore, adversus Jacobum Lectium: Thaumatologia de miraculis: Pædagogus Pædagogorum, sive ad utilem Sacræ Scripturæ lectionem parænesis: Ad Apologiam Angliæ Regis Politico-Theologica responsio, de potentia regiaque potestate: Epistolæ de Anti-Christo: De variis fidei Catholicæ dogmatibus: Syntagma de cultu & honore: Hæreticus Elenchomenos,* h. e. *Elenchi sive Syllogismi, quibus Catholicæ Rom. Ecclesiæ fides aperitur: Apologeticus adversus Ægidium Hunnium de indulgentiis: De anno jubilæo: Consilium regium, quibus modis omnia bella feliciter profliganda: Scaliger Hyperbolimæus &c.* Octavius Ferrarius ait; plures libros à Scioppio confectos, quàm annos numeraret, ejusque operâ vel magnam bibliothecam instruere posse.

THEOPHILUS DE LA CROIX, *Gallus*, Cabilonensis, Med. Doctor, inque patria Physicus, æt. 64. Extant eius *Carmina Latina quàm plurima.*

JO. JACOBUS IRMINGERUS, *Helvetius*, Tigurinus, Ecclesiæ patriæ in æde primùm Petrina Minister, postea Basilica. Struxit *Urbis Tigurinæ munimentum, & Musarum Tigurinarum monimentum: Bivium Herculis aliaque Poëmata.* Præterea *Libellum Germanicum de tribus primariis Christianismi Articulis, de vera fide, Resipiscen-*

piscentia, Patientia in Morte & Afflictionibus.

AUGUSTINUS DE HERRERA, *Hispanus*, Hispalensis, S. J. humaniorum literarum Lector & Spiritualis Adjutor, æt. 51. Congessit Hispanicè *Opus de origine & progressu in Ecclesia Catholica Rituum & Cæremoniarum in SS. missæ Sacrificio: De origine & progressu officii divini ejusdemque observationum Catholicarum: Commentarium in Syntaxin Antonii Nebrissensis*, sub nomine alieno.

DESIDERIUS HERALDUS, *Gallus*, JC. & Phil. Parisiensis. Reliquit *Notas in Arnobium: Observationes ad jus Atticum & Romanum: Tractatum de rerum judicatarum autoritate: Quæstionum quotidianarum ex jure Canonico Tractatum: Notas in Min. Felicis Octavium: Commentar. in Tertulliani Apologeticum: Adversaria juris &c.*

ANNO 1650.

7. Jan. LUDOVICUS I. PRINCEPS ANHALTINUS COMES ASCANIÆ, Conditor Societatis fructiferæ, dictus in ea der Nehrende/ æt. 71. regiminis 32. Concinnavit *Meditationem de longa & brevi vita*: Ex Italico *Malvezzi libellos aliquot* in Germanicam lingvam convertit.

23. Jan. ANDREAS DE BOEYE, *Belga*, Furnensis, Soc. Iesu, Human. Professor, Bergis S. Winoci Dunkercanæ Residentiæ, Mechliniensis collegii Rector, æt. 80. Societ. 57. In lucem misit lingvâ vernaculâ *Vitas Sanctorum conjugatorum, qui in Matrimonio virtutibus illustres vixerunt: Gloriam magnorum Patriarcharum Joachimi & Annæ: Vitas sanctorum & illustrium hominum Vet. Test: Devotum Patremfamiliâs*: Transtulit ex Latina lingva in Belgicam *Exercitia S. Ignatii: Iter P. Marcelli Mastrilli in Indiam*: Ex Hispanica verò *Jo. Eusebii Nierenbergii Vitam divinam: De Mariæ amore: De amore Jesu: Normam bonorum famulorum & famularum.*

26. Febr. FRANCISCUS STYPMANNUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, J. U. Doctor, ejusdemque in Acad. patria Prof. nec non Consistorii Regii Assessor, ætat. 37. Professionis 11. Reliquit *Tractatum de jure maritimo & nautico: Discursum Politicum de Sincerationibus: Tract. de Referendariis: De Salario clericorum: Orationes de falsitate Paradoxi veteris, inter arma silent leges: De Charactere boni Magistratus: De Christina, Regina Sveciæ: De Pace Germaniæ: Dispp. de Antichresi: De concursu Actionum ejusque effectu: De Defensione: De jure exequiarum: De Navigatione: De fidejussoribus &c.*

16. Mart. JO. RISERIUS, *Belga*, Amstelodamensis, Batavus, S. Jesu Missionarius & Collegii Antverpiensis Vice-Rector, ætatis 78. Edidit *Elogia ad imagines sanctorum virorum & fœminarum Eremicolarum.*

24. Mart. LAURENTIUS CHRYSOGONUS, *Dalmata*, Spalatrensis, S. J. Sacerdos, ætatis 60. Struxit *Mundum Marianum, seu Mariam Speculum divinitatis, & mundi cælestis*, tomis II.

25. Mart. JOH. LOTICHIUS, *Germanus*, Hildeshemiensis Saxo, J. U. Doctor & Prof. Helmstadiensis, æt. 75. Dedit *Dispp. aliquot*, ut *de Transactionibus, aliisque materiis juridicis*.

30. Mart. JO. BAIOLIUS, *Gallus*, Vasco Condomensis, S. J. Phil. & Theol. Lector, Concionator, æt. 80. Scripsit Gallicè *Pharum Veritatis adversus Calvinistas: Sacram Aquitaniæ historiam*.

30. Mart. HENRICUS VESTRINGIUS, *Germanus*, Ahusensis Westphalus, Phil. Magister, primùm Gymnasii Revaliensis in Livonia Rector, tum Pastor ibidem & Superintendens, tandem emeritus, ætatis 87. Publicavit *Discursum Theologicum de Potestate Ecclesiastica: Conciones aliquot funebres*.

3. April. CHRISTIANUS GUEINZIUS, *Germanus*, Gubenâ-Lusatus, Phil. Magister. Gymnasii Halensis Rector, æt. 58. officii 22. Ab ingenio ejus profluxit *Pietas Sacra Halensis: Analysis dichotomica operis Ciceroniani: Encyclopædia: Divitiæ Evangelicæ: Vitis Historiæ: Delitiæ Epistolicæ Dominicales & Festivales: Discentiæ: Hermes: Strena Halensis Charitas: Sapientia: Patientia: Gymnasii Halensis Natalis LXXVII: Secularis recordatio redintegratæ Halis Eucharistiæ: Christi patientis convivium: De disciplinarum primatu: Dispp. de Cælo: De Musica: De Sale: De Optica: De Poëtica Aristotelica: De generali Arithmetica: Thematologia:* Διάσκεψις *studii Philologici: Exercitationes Synopticæ Historico-Chronologicæ: Præcipuorum auctorum bibliotheca: Quæstionum nobilium aliquot Ethicarum brevis delineatio: B. Lutheri Catechesis minor resoluta cum quæstionibus: Systema Theologiæ &c.*

12. April. TOBIAS HEIDENREICH, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. & J. U. Doctor, Advocatus primùm Magdeburgensis, deinde in patria Facult. jurid. Assessor, & Collegii ibidem Principum collegiatus, ætatis 60. Formavit *Chronicon Lipsiense: Flores & axiomata juris*.

20. April. ANDREAS BRUNNERUS, *Germanus*, Tyrolensis Halensis, Soc. Jesu, Human. & Ethic. Prof. nec non Sacerdos, æt. 61. Relig. 45. Scripsit *Annales virtutis & fortunæ Bojorum*: Suppressô autem nomine suô, *Fastos Marianos, cum illustrium divorum imaginibus*: Sub Collegii Monachiensis nomine, *Nebuchodonosorem in theatrum productum: Excubias tutelares Ferdinandi, Bavariæ ducis &c. Cunis appositas: Demonstrationem divinæ misericordiæ in conversione peccatorum factam VIII. Dramatibus*.

25. April. JOH. ANDREÆ, *Germanus*, Ribnicensis, Megapolitanus, Med.

Med. Doctor, Practicus tam Rostochiensis, quàm Revaliensis, æt. 60. Edi curavit *Quæstiones Physico-Medicas: Dissert. de Syncope: De Cephalalgia &c.*

27 April. CAROLUS ZAMBERTUS, *Italus*, Placentinus, J. U. Doctor, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Moralis 20. annos Professor, æt. 54. Relig. 35. Emisit, sub nomine Lectoris Theol. moralis in Cathedrali Bononiæ, *Decisiones Casuum Conscientiæ.*

8. Maj. PETRUS TAFFINUS, *Belga*, Andomarensis, S. J. Humaniorum variis in locis, tum Philos. Moguntiæ & Theolog. Montibus Hannoniæ Professor, ætatis 52. Composuit *Librum de Veterum Romanorum anno seculari, cum ludorum secularium nova Chronologia.*

4. Jun. JO. CASPARUS UNRATH, *Germanus*, Schönaviâ-Hennebergicus, J. U. Doctor ejusdemque Prof. Jenensis, & Curiæ Provinc. Saxoniæ Assessor, æt. 42. Publici juris fecit *Dispp. de Jure subjectionis: De Tutela Electorali Testamentaria: De Jurisdictione Ecclesiastica, Nobilibus Imperii, Vigore constitutionis, de pace Religionis, in districtibus & castris illorum legitimè competere: De Jure Detractionis & emigrationis: De L. 89. ff. de Legat. 3. &c.*

7. Junii ZACHARIAS HUMERUS, *Svecus*, Smalandus, Histor. Prof. Upsaliensis. Struxit *Opus de Arte Historiæ: Disp. de summo bono civili &c.*

10. Jun. BARTHOLOMÆUS PAPROCKI, *Polonus*, S. J. Humaniorum Lector, Coadjutor Spiritualis & Missionarius, æt. 63. Foràs misit vinctâ ac solutâ oratione *Librum, quô Vladislao IV. Regi Poloniæ, sceptrum ejus regni gratulatur*, hâc epigraphe, *Pharus Sarmatica, Europæo Trioni augustis ignibus radians: Augurium Themidis Christianæ, Jacobo Zadzi, Episcopo Cracoviensi, suam cathedram primùm invisenti: Lunam roridam, in funere Alexandri Sieniawschi: Pritanæum immortalis gloriæ, in funere Nicolai Dianieloniciii, Thesaurarii Regni.*

21. Jun. MELCH. SYLVESTER ECKHARDUS, *Germanus*, Kirchheimensis Suevus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Pastor Biberacensis, inde Superintendens specialis Tutlingensis, tum Pastor Wendlingensis, ac demum Stetensis, æt. 49. Vulgavit *Libros aliquot Epigrammatum & Anagrammatum: Emblemata de Hominis vita: Theologiæ Studiosum: Pastorem Conscientiosum: Christianum Religiosum: Ethicam Christianam:* Germanicè *Tractatum de Blasphemia: Postillam Evangeliorum: Conciones V. Passionales: Clamorem animæ: Suspiria*, aliáque opuscula ascetica.

24. Jun. BALTHASAR CORDERIUS, *Belga*, Antverpiensis, S. J. primùm Græcæ Linguæ & Theol. moralis Lector, pòst Theol. Doctor ejusque Professor Viennensis, ætat. 58. Ab

eo habetur *Catena* 65. *Græcorum Patrum in Lucam: Catena Græcorum Patrum in Johannem: Joh. Philipponi in Cap.* 1. *Geneseos, de mundi creatione libri IV: Opera S. Dionysii Areopagitæ, cum Scholiis S. Maximi & paraphrasi Pachymeræ, Latinè interpretata, & notis Theol. illustrata: Apologi morales S. Cyrilli: Expositio Græcorum PP. in Evangelium Matthæi: Jobus elucidatus: S. Dorothei institutiones asceticæ novâ interpretatione & notis illustratæ: S. Cyrilli Alexandrini in Jeremiam Homiliæ XXIX. latinitate donatæ.*

19. Jun. MATTHIAS MERIAN, *Helvetius*, Basiliensis, Sculptor artificiosus & Bibliopola Francofurtanus, æt. 58. Adornavit *Florilegium Florum & Plantarum: Theatrum Europæum: Figuras Biblicas: Topographias: Genealogias &c.*

30. Jun. NICOL. CABEUS, *Italus*, Ferrariensis, S. J. primùm Philos. Theol. Moralis & Mathes. in Acad. Parmensi Professor, deinde per Italiam Concionator, æt. 65. Genuæ. Elaboravit *Philosophiam Magneticam, de natura Magnetis: Commentaria & quæstiones in libros IV. Meteorologicorum Aristotelis Tomis IV.*

8. Jul. MOEVIUS VOLSCHOVIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Phil. Magister, inque Academia patria Mathem. Professor, deinde Ecclesiæ Bergensis in Rugia, pòst quoque Deminensis Pastor & Synodi Præpositus, tum Theol. Doctor, denique Superintendens Generalis Pomeraniæ anterioris & Principatus Rugiæ, Consistorii Ecclesiastici Præses, Facultatis Theol. in Acad. Gryphica Senior, & ad D. Nicolai ibidem Pastor, æt. 62. officii 38. Concinnavit *Curriculum Mathematicum: Syllabum Disputationum Mathematicarum: Theoriam Micro- & Macrocosmi: Centuriam illustrium Quæstionum Mathematicarum: Computum Astronomicum: Collegia Oratoria de Mathematico exule & reduce, concilio magno: Dissert. Elenchticam, quâ Academiarum nitor & integritas defenditur & vindicatur, contra Weigelianos & Scholæ mastigas: Dissert. de Medicæ Artis cum Theologia, concentu, illiusque vero ortu, cursu vario & usu perpetuo: Aureum Pietatis seculum: ConsultationemTheol. de Pace Religionis conservanda in Pomerania: Dispp. de Liberi Arbitrii natura & viribus: De Manducatione & bibitione spirituali: De Virtutibus naturæ & gratiæ in conversione: De Potestate Ecclesiastica &c.*

9. Jul. GEORGIUS NOESLERUS, *Germanus*, Berolinensis Marchicus, Phil. & Med. Doctor, hujusque in Academia Altorphina 32. annorum Professor, Principis Palatini & Reip. Norimb. Archiater, Facultatis suæ Senior, æt. 60. Edidit *Orationem in alteram Academiæ Altorph. natalem: Dispp. de imperfectè mixtis: De Analogia Macrocosmi & Microcosmi: De*

qua-

quatuor primarum qualitatum definitionibus &c.

18. Julii CHRISTOPH. SCHEINER, *Germanus*, Waldensis Suevus, S. J. Hebrææ Lingvæ & Mathem. Prof. Ingolstadiensis, tum Friburgi, Brisoyæ & Collegii Nissenis in Silesia Rector, præterea Archiducum Austriæ Mathematicus & Confessionarius, æt. 77. relig. 57. Prostat ab eo *Apelles post tabulam, seu epistolæ de solis maculis & faculis: Disquisitiones Mathematicæ de controversiis & novitatibus Mathematicis: Novum solis elliptici Phænomenon: Exegeses fundamentorum Gnomonicorum: Refractiones cælestes, sive solis Elliptici phænomenon illustratum: Oculum, h. e. fundamentum Opticum, in quo accurata oculi anatome exponitur: Rosa Ursina, sive sol ex admirando facularum & macularum suarum phænomeno varius libris quatuor: Pantographice, sive Ars delineandi res quaslibet per parallelogrammum delineare.*

29. Jul. JO. PRIDEAUX, *Anglus*, Stofordiâ Devoniensis, Rector primùm Exoniensis, tum Theol. Doctor & Prof. regius Oxoniensis, adhæc Principi Henrico, nec non Regibus Jacobo & Carolo à Sacris, demum Episcopus Wigorniensis, ætat. 72. Scripsit quàm plurima, ex quibus *Conciones variæ: In I. Sam. XIV, 26: Lectiones X. in totidem Religionis capita: Orationes XII. inaugurales in promotione Doctorum: Pro Isaaco Casaubono, contra Andr. Eudæmon-Johannem: Lectiones XIII: Conciones VI. & Oratio ad Jacobum regem: Fasciculus controversiarum Theologicarum: Manuductio ad Theol. Polemicam: Hypomnemata Logica, Rhetorica, Physica: Tyrocinium ad Syllogismum legitimum contexendum: Heptades Logicæ: Tabulæ ad Grammaticam Græcam introductoriæ: Isagoge ad omnigenæ Historiæ lectionem: Theologiæ Scholasticæ Syntagma & Conciliorum Synopsis: Doctrina de Sabbatho &c.*

17. Augusti. BALTHASAR LOPEZ, *Mexicanus*, S. J. Human. Phil. & Theol. interpres, Missionarius, æt. 49. Commentatus est *de Jure Societatis, quô immunis est à decimis solvendis: De potestate judicis conservatoris societatis.*

23. Augusti. JOH. ROTHMALERUS, *Germanus*, Rudolphstadiensis, Theol. Doctor, Pastor & Superintendens in patria Generalis. Emisit *Conciones in Acta Apostolorum: Oeconomiam Sapientiæ & Prudentiæ Christianæ, cum Sciagraphia Papismi, Calvinismi & Photinianismi, tabulis adornatam: Conciones Paschales: Explicationes variorum nominum Jesu Christi, ex V. & N. Testamento collectorum: Pias considerationes de Providentia DEI: Disp. de necessitate Bonorum operum non qualibet, sed quæ ad salutem esse dicitur &c.*

31. Augusti. MICHAEL BEHMIUS, *Borussus*, Regiomontanus, Theol. Doctor, inque Acad. patria ejusdem

Prof. æt. 38. Reliquit *Concionem ex Luc. XXIV, 36: Apologiam epistolæ à Professoribus Regiomontanis ad Theologos Helmstadienses exaratæ: Dispp. Theol. de Servo Arbitrio: De Sacramento Baptismi: De Gratia & Libero arbitrio hominisque conversione: De Sensu vocis ἀναςήσεως, ex Act. XIII, 32: De quæstione; utrum Christus, ob sanctificationem & missionem in mundum Joh. X, 36. se Filium DEI appellârit, contra Crellium, Socinianum &c.*

7. Septemb. SCÆVOLA SAMMARTHANUS, *Gallus*, Lodunensis, cum LUDOVICO uno genitus utero, lineamentis oris omniumque membrorum staturâ, sincerâ pietate, virtute singulari, temperantiâ ac tranquillitate animi Geminus planè atque Germanus, morúm similitudine, societate studiorum ac fraternâ concordiâ, & ferè perpetuâ vitæ ac virtutis Communitate conjunctissimus, Consiliarii Regii & Historiographi Galliæ, obiit ille ætatis suæ 78. hic (29. April. An. 1656.) 84. Pari animô & labore condiderunt *Historiam Genealogicam Domûs Franciæ, II. voluminibus: Galliam Christianam, sive seriem omnium Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum totius Galliæ:* (Hosce duos tractatus per errorem Patri Scævolæ suprà ad An. 1623. adscripsimus,) *Historiam Genealogicam Domus Beauvcensis.*

11. Sept. HENRICUS TOZER, *Anglus*, Northtamtoniâ-Devoniensis,

Obiit ANNO 1650.

Theol. Baccalaureus, Ecclesiastes ad S. Ægidii & S. Martini Oxoniæ, postremò Roterodamiæ apud mercatores Anglos Pastor; æt. 51. Ejus extat *Directorium piæ vitæ; De dictis & factis Christi, ex IV. Evangelistis collectis, & in ordine dispositis: Conciones variæ.*

28. Sept. BARTHOL. CASSIUS, *Dalmata*, Curictensis, è Soc. Jesu. Missionarius ad Turcas, collegii Reguensis Rector Pœnitentiarius Apostolicus tum Laureti, tum Romæ ad S. Petri in Vaticano. Scripsit bono suæ patriæ *Institutiones linguæ Illyricæ libris II: Historiam Lauretanam libris totidem: Relationem vitæ, miraculorum & canonizationis S. Ignatii: XXV. Sanctarum Virginum vitas: Speculum confessionis, & de communione: Compendium Doctrinæ Christianæ Card. Bellarmini: Cantica spiritualia illyricè scripta: Vitas Christi & Mariæ: Vitam Fr. Xaverii: Rituale Romanum Urbani VIII. P. M. jussu editum linguâ Illyricâ: Evangelia & Epistolas Missalis Romani, linguâ eâdem.*

29. Sept. CHRISTIANUS PERIZONIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Med. Doctor, Poliater primùm Tubantinus, deinde Oldenzaliensis, pòst Med. Prof. Groningensis, & Academiæ illius Secretarius, æt. 41. Reliquit *Curationes & observationes rariores.*

3. Octobr. JACOBUS BEAVFEZ, *Gallus*, Tutellas, S. J. Philos. Prof. & Eccle-

Ecclesiastes, æt. 53. relig. 33. Edidit Gallicè *Collationem habitam Rupellæ cum Vincentio, Calvinistarum ministro: Differt. de Ecclesia: In articulum IV. Confessionis fidei Calvinistarum.*

6. Oct. JOH. COTHMANNUS, *Germanus*, Hervordiâ Westphalus, Theol. Doctor ejusdemque Professor Rostochiensis, Facultatis suæ Senior, æt. 55. Ab eo superest *Invectiva prima & secunda contra ebrietatem: Quæstio de Nuptiis Comprivignorum: Ejusdem defensio: Destructio fundamenti Papatus, contra Eliam Schillerum: Duellum Eucharisticum, sive Tractatus de Cœna Domini: Tractatus de Prædestinatione, contra Wendelinum: Prodromus invictæ demonstrationis, contra Papistas: Perspicillum Inspectori Francofurtensi impositum: Dispp. Theol. variæ.*

12. Oct. JO. HARSCHER, *Germanus*, Ratholdi-Cellensis, Soc. Jesu, human. literarum, Phil. & Theol. Lector, ætat. 47. Congessit *Parallela Evangelicorum & septem priorum seculorum, quibus ad fontes suos referuntur dogmata Lutherana & Calviniana.*

15. Oct. CAROLUS VAN HOYCKE, *Belga*, Iprensis, S. J. human. Lector, Missionarius & Coadjutor spiritualis, æt. 57. Transtulit in Lingvam Belgicam *Tractatum de Tribulatione à P. Ribadeneira Hispanicè scriptum: Lytrum spirituale pro Animabus in Purgatorio, ex Gallico: Tract. de fundatoribus Ordinum, ex eodem.*

23. Oct. ERICUS AXELII OXENSTIERNA, *Svecus*, Comes de Morea Australi, L. B. in Limitho &c. Regni Senator, Cancellarius, Præses Collegii regii Commerciorum, Generalis Gubernator Borussiæ, Legifer Nordlandiarum, Lapponiæ, Jemptriæ & Herredaliæ, æt. 33. Frauenburgi in Borussia: Ejus reperitur *Oratio funebris in obitum Gabrielis Oxenstierna, Regni Svecici Archidapiferi: Oratio de Induciis cum hostibus pangendis.*

24. Oct. ANTONIUS PARENT, sive PARRAN, *Gallus*, Nemausensis, S. J. Humaniorum Lector, & Coadjutor Spiritualis, æt. 63. Conscripsit Gallicè *de Musica speculativa & practica.*

16. Nov. COSMUS A SIMMERN, *Germanus*, Colbergensis Pomeranus, S. Cæs. Maj. Aulicus & Fisci Regii Vratislaviensium Præfectus, æt. 71. Composuit *Opus Cosmographicum diversorum voluminum.*

7. Dec. PETRUS DAGONELLUS, *Lotharingus*, Lifolianus, Tullensis, Philos. Professor, Sacerdos & Missionarius, æt. 64. Vulgavit Gallicè *Tractatum de Indulgentiis: Monita Christiana, ex operibus Francisci de Sales excerpta: Dositheum de religiosa invocatione: Speculum divitum, de bono divitiarum usu, ad cælum promerendum:* Latinè *Officium Christiani in usu sacræ communionis: Scalam Sanctorum.*

12. Dec. GEORGIUS SCHEDIUS, *Germanus*, Glauchaviâ-Misnicus, Philos. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Scholæ Cadamensis in Bohemia pòst Commodoviensis, tum Butzoviensis, demum Gustroviensis Rector, ætat. 71. officii 38. Publicæ luci concessit *Orationes funebres in obitum D. Lucæ Bacmeisteri, & M. Danielis Michaelis: Tragœdiam, sub personis Adadesaris Sabæ, Adadi Damasci, Davidis Judæi, & Thoi Æmathiæ Regum: De Absolone Fratricida, exule, reduce, Drama Sacro-politicum &c.*

16. Dec. JACOBUS DAMIANUS, *Belga*, Atrebas, S. J. Humaniorum literarum Lector, æt. 51. Condidit *Synopsim Historiæ Societatis Jesu primo seculo: Bell. Germanici Decadem.*

DIDACUS DE NARBONA, *Hispanus*, Toletanus, J. U. Licent. in patria Juris interpres, fideique judicum Consultor, Advocatus, Cancellarius Pincianus, ejusdemque Curiæ Senator, æt. 45. Posteris tradidit ingenii sui monumentum *de Ætate ad omnes humanos actus requisita: Horographiam Juris.*

JO. DIGBEY, *Anglus*, Warwicensis, Eques Auratus, Legatus ad Hispanos & Germanos, Regi Jacobo Vice-Camerarius & Baro de Schirebourne, ac demum Comes Bristoliensis, æt. 70. Scripsit Anglicè *Regiæ causæ defensionem: Tractatum de Reunione Angliæ & Scotiæ in unam magnam Britanniam.* Transtulit quoque è Gallico sermone in vernaculum *Petri Molinæi librum de fide Protestantium.*

JOACHIMUS EMDENUS, *Germanus*, Pastor Northusanus. Evulgavit populari idiomate *Variorum mortis Casuum Prodromum, sive XII. Conciones funebres: Casus Tragicos: Speculum Passionis: Jesum Typicum: Fundamentum veri Christianismi: Scopum ejusdem: Praxim veri Christianismi in vita externa: Strenam pietatis geminatam: De genuina inauguratione Campanarum: Catechismum: Concionum singularium Dyadem: Disciplinam Ecclesiasticam: Mercatorem Christianum: Conciones singulares de origine Templorum &c.*

GABRIEL TELLEZ, *Hispanus*, Matritensis, Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Theol. Magister. Ab eo sermone populari, sub nomine Tyrsi de Molina, prodierunt *Comædiarum Partes tres:* opus, cujus est titulus; *utile dulci*, cui proprium nomen affixit.

GERARDUS JO. VOSSIUS, *Belga*, Ruræmundanus, primùm Rector Scholæ Dordracenæ, dein Eloq. ac Chronolog. in Academia Leydensi, novissimè Histor. in Gymnasio Amstelodamensi Professor, æt. 73. officii 50. Celeberrimi nominis famam promeruit *Oratoriarum Institutionum libris sex: De Arte Grammatica libris VIII: Dissertationibus de mundi Creatione, de peccato primo Adami, de Bonis operibus &c. Historiæ Pelagianæ libris*

libris VII: Castigationibus ac notis in fragmenta veterum Tragicorum: De Rhetoricæ natura & constitutione libro: Rhetoricâ contractâ: Arte Historicâ: Grammaticâ Latinâ: Notis in Vellejum Paterculum: Tractatibus de Historicis Latinis: De Historicis Græcis: Librô de satisfactione Christi, adversus Socinum: De Cognitione sui: De Theologia Gentili libris IX: Dissertatione geminâ, de Christi Genealogia & annis, quibus natus, baptisatus, mortuus: Annalibus Hollandiæ & Zelandiæ: De Vitiis sermonum libris quatuor: De Arte Poëtica & imitatione veterum Tractatu: De Baptismo Disputationibus XX: De Poëtis Græcis & Latinis, opere posthumô: De natura & constitutione Logices & Rhetorices libro: Dissertatione de studiis bene instituendis: Institutionibus Poëticis: Harmoniæ Evangelicæ libris III: De Philosophia & Philosophorum sectis, opere posthumô: Isagoge Chronologiæ sacræ: De IV. Artibus popularibus libro: De Philologia librô: De universæ Matheseos natura & constitutione libro: Commentariô de rebus pace belloque gestis Fabiani Burggravii à Dhona: De primatu Papæ tractatu: Notis in Epistolas S. Ignatii: De tribus Symbolis librô: Elementis Rhetoricis: Comment. in epistolam Plinii de Christianis: Rudimentis Linguæ Græcæ: Etymologicô Latinæ Linguæ: Dissert. de Jure Magistratus in rebus Ecclesiasticis: De Manichæis & Stoicis: Orationibus Panegyricis &c.

ROBERTUS DUDLEIUS, *Anglus*, Surreiensis, Eques Auratus, Dux Northumbriæ, Comes Warwicensis, Mathematicus illustris, æt. 77. Florentiæ. Contexuit *de Arcanis Maris libros sex: Catholicon*, librum argumenti Medici: *De pulvere ab eo excogitato* emisit libellum Marcus Cornachinus.

RENATUS CARTESIUS, Perronii Dominus, *Gallus*, ex nobili inter Pictones & Armoricos gente, in obsidione tam Bredana, quàm Repellensi miles, Mathematicus & Philosophus summus, æt. 54. Holmiæ in Svecia Eruditorum manibus teruntur ejus *Meditationes Metaphysicæ: Principia Philosophiæ: Geometria: Dioptica: Dissertatio de methodo rectè regendæ rationis & veritatis in scientiis investigandæ: Compendium Musicæ: Passiones animæ: Tractatus de Homine, De Formatione Fœtus: Querela apologetica: Epistolæ: Tractatus de Mechanica: De Mundo: Opera Philosophica.*

EMMANUEL FARIA DE SOUSA, *Lusitanus*, Marchionis Castri Rodrigi ad Urbanum VIII. P. R. Legati, Secretarius, æt. 60. Edidit Hispanicè *Discursuum Moralium & Politicorum Partes II: Carmina varia Partibus VI. comprehensa: Epitomen Historiarum Lusitaniæ: Historiam Marchionum Castelli Roderici: Stemmata Nobilium familiæ Lusitanæ.*

CHRISTOPH. BUTKENS, *Belgâ*, Antverpiensis Nobilis, Prior ac Prælatus Cœnobii S. Servatoris Ordinis

Cisterciensis. Edidit Gallicè *Annales Genealogicos familiæ de Linden libb. XV: Trophæa sacra & profana Ducatus Brabantiæ libb. X: Genealogiam B. Guilielmi Montis Pessulani &c.*

JACOBUS PINTO, *Sardus*, Sassaritanus, S. J. in Acad. Turritana divinarum scripturarum Professor, Collegiorum Sasseritani & Matritensis Rector, æt. 74. Scripsit *de Christo crucifixo tomos II: Commentaria in caput XIV. Esaiæ.*

GEORGIUS PAULI, *Germanus*, Th. Doctor & Ecclesiastes Calvinianorum Dantiscanus. Formavit *Reformatum Augustinum: Conc. in Evang. Domin. XV. & XVI. post Trinitatis: Conciones funebres &c.*

CLEMENS WALKERUS, *Anglus*, Dorsettensis, Armiger. Sub Theodori Veracis nomine propalavit librum, quem inscripsit *Historiam Independentium.*

MATTHIAS MORONUS, *Italus*, primùm in Casalensi Civitate Medicinæ Practicus, deinde in Montis feranti Statu Protophysicus Ducalis, tum Ludovici XIII. Regis Galliæ Medicus & Consiliarius, æt. 53. Prodiit ejus *Directorium Medico-Practicum.*

PAULUS DURAN, sive JO. PAULUS, *Hispanus*, Barcinonensis, J. U. Doctor & Prof. Præsulis Majoricensis Vicarius, inde Causarum Actor in Curia Matritensi, Archidiaconus in patria, mox supremi sacri Senatus Judex, tum Episcopus Urgelensis, ac demum Archiepiscopus Tarraconensis, æt. 70. Publicavit *de conditionibus & modis impossibilibus & jure prohibitis Contractibus & Testamentis adscriptis: Decisionum sacræ Rotæ Romanæ Partem I. & II.*

HUMPHREDUS SYDENHAM, *Anglus*, Dalvertonâ-Somerstetensis, Artium Magister, primùm Diaconus, deinde Presbyter, tum Rector de Buckington, de Athbritle, de Odcombe. In lucem misit *Conciones varias* & nonnulla alia.

JO. BAUDOVIN, *Gallus*, in Collegio Reginæ Margaretæ Professor Parisiensis, & Academicus Franciscus, æt. 61. Emisit Gallicè *Suetonium: Tacitum: Lucianum: Sallustium: Dionem Cassium: Davilam: Fabulas Æsopi: Emblemata: Iconologiam &c.*

ANNO 1651.

2. Jan. GREGORIUS FRANCUS, *Germanus*, Tauchâ-Misnicus, Phil. Magister, Joh. Georgii, Marchionis Brandeburgici Director Studiorum, tum Græcæ Lingvæ in Academia Viadrina Professor, postea Theol. Doctor, ejusdemque ibidem Prof. tandem Senior & Gymnasii Joachimici Visitator, æt. 67. Professionis 36. Exposuit *luci Lampadem Ecclesiasticam: Lexicon Sanctum: Prodromum de signis extremi diei: Apologias pro Augustana Confessione: Dissertationem de cælo Beatorum, contra Jo.*

Frim-

Frimmelium: De gradibus necessitatis dogmatum Christianorum: De absoluto Decreto: De V. & N. Testamenti convenientia: De potestate Christi data, secundum utramque naturam: De Cheirotonia: De certitudine fidei: De officio Magistratus in religionis negotio: Dispp. varias.

5. Jan. THOMAS RIVIUS, *Anglus*, Langtonâ-Dorsetensis, in Curia Metropolitana Archiepisc. Cantuar. nec non Curia Admiralii Advocatus, tum Legum Doctor, mox Advocatus regius & Eques. Adornavit *Regiminis Anglicani in Hibernia Defensionem: Historiam navalem antiquam: Imp. Justiniani defensionem, contra Alemannum: Historiam navalem mediam: Vicarii Vindicias*, & alia.

7. Jan. ANDREAS RIVETUS, *Gallus*, Sammaxentio-Pictonensis, primùm Ecclesiæ Thoarsensis Pastor, inde Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. Lugduno-Batava Professor honorarius, simul & Ecclesiastes, tum Principis Arausionensium, Guilielmi, Præfectus, demum illustris Collegii Auriaci Bredani Curator, sæpius delegatus, & Synodi Præses, æt. 79. officii 56. Concinnavit *Exercitationes in Genesin: Comment. in Exodum: Prælectiones in Decalogum: Dissertationem de Origine Sabbathi: Comment. in Psalmorum Propheticorum de mysteriis Evangelicis dodecadem selectam: Meditationes in Psalmos VII: Pænitentiales: In Psalmum XCI: In Psal. CXIX: Comment. in Hoseam Prophetam: Isagogen ad scripturas sacras V. & N. Testamenti: Criticum sacrum: Tractatum de præparatione ad S. Cœnam: Catholicum orthodoxum: Apologiam pro S. Virgine Maria: Mysteria Patrum Jesuitarum: Jesuitam vapulantem: Animadversiones in annotata H. Grotii ad Consultationem Cassandri: Examen animadversionum H. Grotii in easdem animadversiones: Apologeticum pro vera pace Ecclesiæ contra eundem: Discussionis Grotianæ Dialysin: Synopsin Doctrinæ de natura & gratia: Decretum Synodi Nationalis Ecclesiarum Reformatarum Galliæ, de imputatione peccati Adami: Dispp. XIII. de Dispensatione Dei circa salutem generis humani: Orationes varias &c.*

12. Jan. MARCELLUS LAURUS, *Italus*, Catanensis in Calabria, S. J. Concionator, æt. 47. Reliquit *Concionem de epistola B. Mariæ Virginis ad Messanenses: Concionum Quadragesimalium volumen.*

15. Jan. NICOLAUS WISMARUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Sophiæ, Daniæ Reginæ, Pastor Aulicus, postea ad D. Mariæ Archidiaconus Gryphiswaldensis, tandem Superintendens & Consiliarius Oldeburgicus. Ab eo habetur *Regina Sophia laudata, deplorata & verè demum felix æstimata: Oratio funebris in obitum Doctoris Barthol. Batti: Delineatio concionum in pericopas totius anni epistolicas: Conciones III. Pænitentiales.*

31. Jan. FRANCISCUS AMICUS, *Italus*, Cosentinus Nobilis, Theol. Doct. & ejusdem in Italia Aquilæ & Neapoli, in Germania Græcii Styriæ annis 24. Professor, Acad. Græcensis Cancellarius, Præfectus generalis studiorum Viennæ, S. J. ætat. 71. Struxit *Cursum Theologicum, juxta Scholasticam Societatis Jesu methodum, tomis IX.*

1. Febr. DANIEL SPALCHAVERUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. Magister, Ecclesiæ Wicensis in Rugia Pastor & Vicinarum Præpositus, æt. 64. Ministerii 33. Ejus extat *Discursus Theologicus, continens tres controversias gravissimas de Sp. Sancto: Psalmorum Pœnitentialium heptas: Iræ divinæ flagellum triplex: Biga concionum Pœnitentialium: Concio Eucharistica, ex Psalmo LX: Conc. III. de Christiana educatione puerorum, ex Marc. X: Hexas Sermonum de Tempore: Commentarius in Prophetam Jonam XXI. concionibus explicatus: Libellus de Cruce ejusdemque solatio: Conciones nuptiales: Funebres: Solatium pro viduis atque orphanis &c.*

3. Febr. LEO SANCTIUS, *Italus*, Senensis, Soc. Jesu, in Collegio Romano Humaniorum, Phil. Matheseos & Theol. Scholasticæ Prof. Studiorum ibidem Præfectus, ætat. 67. Typis vulgavit *Orationes duas ad Perusinos: Solarium Gregorianum, sive de Beneficiis, quibus Gregorius XIII. P. M. solis instar orbem illustravit: Eroparthenicam, sive laudes B. Virginis Elisabetham visitantis: Floridorum libros tres, seu opuscula varia Oratoria:* Tacitô nomine suô, *Encyclopædiam: Gigantem, actionem scenicam: Orationem de Passione Domini: Josephum & Philippum, Tragœdias.*

9. Febr. FRANC. DE OVIEDO, *Hispanus*, Matritensis, è S. J. Phil. Professor Oropesæ & Compluti, deinde Theol. Prof. primarius in Acad. Matritensi, nec non Murciæ & Compluti Scholastici Prof. adhæc Sacro Tribunali S. Inquisitionis à censuris, æt. 49. Elaboravit *Integrum cursum Philosophicum tomis duobus: Comment. in totam primam secundæ D. Thomæ: De Fide, Spe & Charitate opus posthumum.*

10. Febr. JOH. MüLMANNUS, *Germanus*, Lipsiensis Saxo, ex Lutherano factus Jesuita, in Collegio Ordinis sui Phil. & Theol. Lector, Principi Hadamariensi à Confessionibus, æt. 51. Scripsit *de Missis privatis, contra Georg. Calixtum: De Calice Eucharistico, contra eundem: De Libris Machabæorum, contra Christ. Scheiblerum: De Purgatorio contra D. Calixtum:* Vertit ex Hispanico Latinè *Didaci Saavedræ Ideam Principis Christiano Politici.*

14. Febr. JOH. ROBERTI, *Belga*, Arduennas, Andainus, Theol. Doctor & Divinarum literarum cum Duaci, tum Treviris, Herbipoli, Moguntiæ Professor, Rector quoque Collegii Paderbornensis, æt. 82. Publici juris fecit *Mysticas Ezechielis Quadrigas* h. e. *sancta*

sancta IV. Evangelia Historiarum & Temporum serie vinculata, Græcè & Latinè: Theophridi, Epternacensis Abbatis, Flores Epitaphios Sanctorum lib. IV. cum notis: Historiam S. Huberti, Principis Aquitani, cum notis: Vitam S. Lamberti: Nathanaelem Bartholomæum, seu demonstrationem, quâ probatur Nathanaelem esse Bartholomæum Apostolum: Legiam Catholicam: Elogia quinquaginta JCtorum Sanctorum: Tractatus Rudolphi Goclenii de magnetica vulnerum curatione Anatomem: Goclenium Heautontimorumenon: Metamorphosin magneticæ Calvino-Goclenianæ: Goclenium Magum: Curationis magneticæ & unguenti armarii magicam imposturam, adversus Jo. Bapt. Helmontium: Dissert. de Superstitione: Parallelam SS. Missæ & Cænæ Hæreticæ: Anglicanæ Ecclesiæ Reformatæ basin, imposturam, & alia Gallicè ac Flandricè.

, Mart. CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, *Germanus*, Sprottâ-Silesius, Phil. & J. U. Doctor, Physicæ Professor, Facultatis Juridicæ & Nationis Polon. Senior, Comes Palat. Cæsareus, S. R. Imperii Exemptus, & t. t. Academiæ Lipsiensis Rector, æt 71. Struxit *Fabricam corporis humani: Politicæ faciem nativam: Theatrum Ethicum: Dispp. de Donationibus: De virtute morali: De principiis Actionum humanarum: De optimo civitatis statu: De profectione ad exteras Respublicas, Reip. causâ suscipienda: De altera parte Ethicæ &c.*

obiit *ANNO* 1651.

14. Mart. JOSEPHUS ANTONIUS GONZALEZ DE SALAS, *Hispanus*, Matritensis. Eques purpuratus militiæ Calatravæ, æt. 63. Exaravit Latinâ Linguâ *in Petronium Arbitrum Notas: De duplici viventium terra disputationem paradoxicam magni operis: Epitomen Glographico-Historicam:* Vernaculâ autem *Tragœdias: Librum de Poëtica Aristotelis: Compendium Geographicum* h. e. *Pomponium Melam Hispanicè redditum.*

18. Mart. PAULUS RöBERUS, *Germanus*, Wurcensis Misnicus, Phil. Magister, primùm Archidiaconus tum Concionator Aulicus Halensis, pòst Theol. Doctor, Prof. Pastor & Superintendens Generalis Wittenbergensis, æt. 64 muneris Ecclesiastici 37. Professorii 24. Ingenii sui præcellentissimi hæc reliquit monumenta; *Collegium Theologicum XXV. Disputationibus comprehensum de Locis Theologicis: Demonstrationem de mysterio Trinitatis ex V. & N. Testamento: Tractatus, queis Electores, Principes ac Status Protestantium causas exponunt declinati Concilii Tridentini: Orationem de nonnullis Pietatis impedimentis: Meditationes Paschatis Christiani Anastasimi: Thema Jesuli Genethliacum: Cubile Mortis: Orationem de causis Exitiorum in Regnis ac Rebuspublicis: Conflictum Jesuitarum: Vocationem Mosis Aulicam: Arcum Triumphalem: Centuriam funeralium singularem: Conciones selectas XXX. de Tempore: Anti-Melancholicum: De*

Patientia: De Gloria Matrimonii: Conciones Festivales: Prognosticon pro annis novi instrumenti Propheticum: De gloria pennæ scriptoriæ: Meditationes Eucharisticas: Dispp. quàm plurimas e. g. *de carceribus Papistarum subterraneis: De vitæ Evangelicorum emendatione: De Loco Rom. X, 17: De II. Maccab. XII, 39: De legitimo Ministerio Lutheranorum: De Indulgentiis Pontificiis &c.*

24. Mart. JO. MICHAELIUS, *Danus*, Otthiniensis, primùm Scholæ patriæ Rector, mox Phil. Magister, tum Pastor Ecclesiæ Asnensis & vicinarum Præpositus, pòst Latinæ Lingvæ Professor Hafniensis, & simul Ecclesiastes in arce Regia, postremò Th. Doctor & per 34. annos Episcopus Fionensis (quô tempore 408. Pastores sacris initiavit) ætatis suæ 73. Formavit *Examen Philippi, brevibus tabellis comprehensum: Binos Sermones Adiaphoristicos: Conciones funebres.*

3. April. JONAS MAGNI VEXIONENSIS, *Suecus*, primùm Phil. Practicæ Professor, pòst Theol. Doctor ejusdemque Prof. in Academia Upsaliensi tandem Episcopus Scarensis, æt. 68. Prelo subjecit *Defensionem Ethicæ, contra rigidam quorundam censuram: Vindicationem defensionis, problemati de explodenda Ethica Aristotelis oppositæ: Epos in Coronatione Gustavi Adolphi Regis: Synopsin Historiæ universalis: Orationem de Regnorum Svetiæ & Gothiæ, per externos Gubernatores oppressione, eorundemque per Gustavum I. felicissimâ liberatione: Dispp. Politicas XIII. ex Politicis Lipsii: Exercitationes Metaphysicas: Elogium Gustavi Adolphi post victoriam Lipsiensem: Tubam Angelicam, de Antichristo: Dispp. Theol. de sacra scriptura: De Deo: De Providentia: De Peccato: De Prædestinatione: De Persona & officio Christi: De Lege: De Evangelio: De Pœnitentia: De Sacramentis: De Justificatione: De Ecclesia militante: De Ministris Ecclesiæ &c.*

10. April. GEORGIUS STRENGELIUS, *Germanus*, Augustanus in Vindelicis, S. J. Humaniorum, Philos. & Theol. Prof. hujusque Doctor, Collegii Dilingani Rector, ætat. 66. Societ. 50. Ingolstadii. Scripsit varia, nempe *De bono & malo Syllogismo: Rete Catholicum: Dissert. de Laqueis Pontificiis, quos Jacobus Reihinus texuit, ipse retexuit: Secundam Revocationem Jacobi Reihingi ad aram veritatis, de vero sacrificio Missæ: Novam sacræ Scripturæ lineam, seu de recta fidei norma, contra eundem: Scarabæum sive de justificatione, contra eundem: Honorarium Hæreticorum: De duobus Apostatis: Valetudinarium Musis erectum: Æsculapium Conr. Cellarii: Antitortorem Bellarminianum: Templum honoris Jo. Christophoro Episcopo Eystettensi erectum: Gloriæ bellicæ Maximiliani Ducis Bavariæ lib. XX: Rerum variarum lib. III: Indicem & Ducem Hæreticorum hujus temporis: De Festo Nativitatis & Epipha-*

nia Domini libros V: Labyrinthi ab Ægyptiis positi laudes & fraudes: Parænesin de Ruina Luciferi cæterorumque Angelorum: Dispp. Theologicas: Tract. de divinorum judiciorum varietate, justitia & æquitate: Paralipomena Jacobi Gretseri: Vim & virtutem Exemplorum: Ova Paschalia: Sirenam Piorum: Tacitô autem suô nomine, Exegesin super Sacramenti Mariani formula: Tract. de bonis Artibus: Castigationem Philos. malarum Artium: Bonorum quorundam naturæ effectuum delineationem: Judicium de arcanis Naturæ effectibus: Comparationem Peripateticæ Philosophicæ Doctrinæ: Epicum de S. Cruce: Triumphum Veritatis: Ocellum justitiæ: Galliambum de Peregrinatione Jerosolymitana &c.

20. April. CAROLUS DE MAETS, Belga, Leidensis, Batavus, primùm Ecclesiastes Scherpenissanus in regione Tholona Selandorum, inde Medioburgensis, postea Pastor & Prof. in Academia Ultrajectina, nec non Theol. Doctor, ætat. 54. Ejus reperitur Diatribe Theologica de Capillis: Oratio de ædificatione Ecclesiæ seriò promovenda: Sylva quæstionum insignium: Dispp. XIV. de Voto Jephtæ: III. de Sepultura Mortuorum: De Christo Servatore adversus Socinianos: De Melchisedeko: De Ecclesia.

11. Maji ADRIANUS CROMMIUS, Belga, Orschotanus in territorio Silvæducensi, è Soc. Jesu, Phil. & Th. Scholasticæ Prof. Lovanii, ætat. 60. Bruxellis. Foràs misit CL. Psalmos Davidis compendiosâ paraphrasi expositos: Varias Theses Theol. in Genesin, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomicum, sive de Rep. Judaica: In Josue, Judices Ruth. libb. IV. Regum & II. Paralipomenon: In Jobum, Tobiam, Judith, Esther, Esdram & Nehemiam: Sanctissima IV. Evangelia Concordiæ in modum digesta: Linguâ autem vernaculâ, sub nomine anagrammatico Casimiri Dourman, Controversiam de S. Petri primatu, contra Jacobum Triglandium.

18. Maji SEBALDUS SNELLIUS, Germanus, Norimbergensis, Phil. Magister & Alumnorum in Academia Altorphina Inspector, æt. 30. Reddidit Latinè R. Isaaci Lipmanni Disputationem adversus Christianos, ad libros Josuæ, Judicum, Samuelis, Ruthæ, Hiobi, Proverbiorum, Ecclesiastis, Cantici Canticorum, Threnorum, Estheris, Esræ, Paralipomenon; Ad Esaiæ & XII. Minorum Prophetarum libros: Ad Jeremiæ, Ezechielis, Psalmorum & Danielis libros: Ejus quoque est Disputatio, quâ Isaac Abravanel, Hebræus, ad cap. XXXIV. Esaiæ atque Obadiæ Prophetiam, contra fidem Christianam scripsit, accuratius expenduntur.

27. Maji PETRUS TUCKERMANNUS, Germanus, Theol. Doctor, Superint. Generalissimus Guelpherbytanus, & Abbas Rittershusanus. Reliquit Conciones aliquot funebres, & fortè quædam alia.

28. Maji JO. PLANTAVITIUS de Pauſa, *Gallus*, Abbas S. Martini Bellovacenſis, tum Cardinalis Rochefaucaudii Vicarius, poſtea Reginæ Eliſabetæ Eleemoſynarius magnus, ac demum Epiſcopus Lutevenſis, ætat. 75. Concinnavit *Tractatum de Epiſcopis Lutevenſibus: Plantam vitis, ſeu Theſaurum Synonimicum, Hebraico-Chaldaico-Rabbinicum: Florilegium Rabbinicum & Biblicum &c.*

29. Maji STATIUS FABRICIUS, *Germanus*, Dopenaviâ-Hojenſis, primùm Eccleſiaſtes Aulicus Delmenhorſtanus, inque ſacro Senatu Conſiliarius, mox Theol. Doctor, tum Comitatus Delmenhorſtani Superint. Generalis, Theol. inſuper Profeſſ. Helmſtadienſis, ut & Abbas Cænobii Amelunxbornenſis, denique Electoris Brandenburg. Conſiliarius Eccleſiaſticus, & Principatus Halberſtadienſis Inſpector Generaliſſimus, æt. 60. officii 32. Condidit *Diſpp. Theologicas de fictitio Pontificis Romani in Eccleſia Chriſti principatu: De Juſtificatione hominis peccatoris coram Deo: De Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ: Conciones funebres &c.*

30. Maji JOHANNES SMETIUS, *Belga*, L. A. M. Philoſ. Profeſſor, & Paſtor Noviomagenſis, decem Lingvarum peritus. Effecit *Pinacothecam: Antiquitates Neomagenſes: Tract. de Batavorum oppido, Noviomago.*

2. Jun. LAMBERTUS GORIS, *Belga*, Noviomagus, JC. primùm in Hardervicenſi Gymnaſio Juris Profeſſor, inde in patria Syndicus. Scripſit *Adverſaria juris ſubſiciva, ad lucem Conſuetudinis Geldriæ & Zutphaniæ: Commentarium ad L. obſervandum, de officio Præſidis: Tract. de Effeſtucatione: Carmen hendecaſyllabicum de laudibus Noviomagi.*

6. Junii LEO A SANCTO THOMA, *Luſitanus*, Conimbricenſis, S. Benedicti Ordinis Monachus, Tibianenſis Monaſterii Abbas, ac totius congregationis Luſitanæ Præſes, Theol. Prof. Conimbricenſis. Exaravit Lingvâ ſibi vernaculâ *Chronicon Benedictinum: Conſtitutiones Congregationis Benedictinæ: De Porticu Salomonis &c.*

7. Jun. EDWARDUS SIMSONIUS, *Anglus*, Midleſexiâ-Londinus, Artium Magiſter & Theol. Baccalaureus, tum Eccleſiaſtes in agro Cantino, inde in Eccleſia Parochiali apud Cantabrigienſes Verbi Miniſter, poſt Rector de Eaſtbing, nec non Theol. Doctor & Præbentarius de Coringam, æt. 73. In poſterorum uſum confecit *Tractatum de Juſtificatione: Notas ſelectiores in Horatium: Prælectiones in Perſii Satyras: Anglicanæ lingvæ vocabularium Etymologicon: Sanctæ lingvæ ſobolem: Deos Gentium, ſive nominum, quibus Deos ſuos Ethnici appellabant, explicationem: Chronicon Catholicum, ab exordio mundi ad an. Chriſti LXXI.* cui ſubjungitur *LXX. hebdomadum Danielis & vaticinii Jacobæi explicatio.*

10. Jun. JO. COMBACHIUS, *Germanus*, Wetteranus, Philos. Magister, Phys. & Log. Prof. Marpurgensis, inde Ecclesiastes Cassellanus. Congessit *Institutiones Logicas: Physicam: Metaphysicam: Librum de Homine: Disquisitiones de Caseo & divinationibus: Antidotum contra Hesselbeinium de Formarum divisione: Tractatum de Communicatione idiomatum & de Eucharistia: Confessionem de Persona & officio Christi: Tractatum de Philtris &c.*

17. Junii MARTINUS DE LARREATEGUI, *Hispanus*, Cantaber, Juris Civilis Professor Salmantinus, deinde Curiæ Pinsianæ Judex, tandem in supremo Castellæ Senatu Judex. Dedit *Selectarum Juris Civilis Disputationum libros VIII.*

18. Jun. FRANCISCUS RODRIGUEZ DE VALCARCER, *Hispanus*, Zamorensis, juris civilis interpres tam Salmantinus, quàm Pincianus, pòst Canonicus Seguntiensis, ac demum Episcopus Carthaginis novæ in America. Edidit *Epitomen Juris Canonici.*

20. Jun. CHRISTOPHORUS SCHELHAMMERUS, *Germanus*, Hamburgensis Saxo, Medicinæ Doctor ejusdemque Professor Jenensis, æt. 31. Vinariæ. Reliquit *Dispp. Medicas de Febre ardente: De Convulsione: De Humani corporis humoribus: De Peripneumonia: De Paralysi &c.*

2. Jul. NICOLAUS CAUSSINUS, *Gallus*, Trecensis, Soc. Jesu, Rhethor. Rothomagi, Flexiæ & Parisiis Professor, postea Ludovici XIII. Regi Galliæ à sacris confessionibus, æt. 81. Relig. 57. Paravit *Thesaurum Græcæ Poëseos: Electorum Symbolorum & parabolarum historicarum Syntagma: Eloquentiæ sacræ & humanæ parallela: Tragœdias sacras: Angelum Pacis: Regnum Dei sive Dissertationes in libros Regum, cum aliis Tractatibus:* Gallice verò *Aulam Sanctam: Diarium Christianum: Sapientiam Evangelicam: Triumphum pietatis & gloriam armorum Ludovici XIII. Regis Christianissimi: Impietatem domitam à Liliis seu Historiam Saxoniæ à Carolo M. domitæ: Apologiam pro Religiosis Soc. Jesu: Rubum ardentem: Responsionem ad impietates Ministri Drelincourt: Spiritum Francisci Salesii: Vitam S. Isabellæ: Respons. ad objecta Theologiæ moralis: Elogium Ludovici XIV. &c.*

4. Jul. CÆSAR MACRINUS, *Italus*, è castro vetere apud Samnites, S. J. Humaniorum Philos. & Theol. interpres, æt. 67. Prodiit opus ejus posthumum *de substantiis immaterialibus.*

25. Jul. GOTHOFREDUS CUNDISIUS, *Germanus*, Radebergâ-Misnicus, Phil. Magister, primùm Pastor Geringswaldensis, pòst Leisnicensis, Oschatiensis, ac demum Martisburgensis Superintendens, novissimè Theol. Doctor ejusdemque Professor Jenensis, æt. 52. Ab ejus industria habemus *Tractatum de Lege & Evangelio: Collegium Isagogicum de Pœnitentia*

rentia & Justificatione: Notas & observationes in Compendium Theol. Leonhardi Hütteri: Papistam Calvinizantem: Mataeologiam Pareanam dejectam: Disp. in Epistolam ad Romanos: Exegesin Cantici Hannae, ex I. Sam. II: Abdiam enucleatum: Meluemata Nahumitica: Anatomiam veri Christiani: Politicum nec vanum, nec profanum, sed in fide sanum & verè Christianum: Curriculi Merseburgici clausulam bonam: Sterilitatem triumphatam & benignitatem Dei laudatam: Tyskiviciorum ἐλεγχόμθρον: *De Imaginibus Dei & Jesu Idololatricis: Comment. in I. Joh. V: Navem Christi tergeminam: Dispp. Varias,* e. g. *de Aere: De Auditu: De Viris: De Mulieribus: De natura & constitutione Pneumaticae: De Scriptura Canonica in rebus fidei unicè infallibili: De genuino religiosae Adorationis & invocationis objecto: De caritate proximi: De Ecclesiae militantis natura & definitione: De aeterna generatione Filii Dei: De processione Spiritus Sancti: De Torrente in Via: De Syncretismo Zwinglio-Lojolitico &c.*

30. Jul. HENRICUS LUDOV. CHASTEIGNER, *Italus*, Romanus, primùm diversis in locis Abbas, deinde Episcopus Pictaviensis, aetat. 74. Composuit *Commentia in Genesin: in Matthaeum: In Acta Apostolorum: Synopsin Distinctionum Theologicarum & Philosophicarum: Dissertationes Ethico-Politicas Nomenclaturam Cardinalium &c.*

1. Aug. PETRUS REDANUS, *Hispanus*, Medensis, S. J. Humaniorum literarum & Theol. in Collegio Salmanticensi interpres, & Collegii Hibernorum ibidem Rector, aetat. 44. Edidit *Commentarium in Machabaeorum libros.*

9. Aug. JULIUS CÆSAR DE LA COYLTURE, *Belga*, Bruxellensis, è Soc. Jesu, Rhetor. Theol Mor. & Controvers. Professor in Bohemia, Collegiorum Novodomensis & Vratislaviensis Rector, aet. 54. Excudi fecit *Demonstrationes Catholicas, contra Ecclesiam Lutheranam: Controversiarum Partes II: Spectacula Christianorum Heroum.*

19. Aug. GEORGIUS FROMMIUS, *Danus*, Haderslebiensis, Phil. Magister, Logicae, dein oratoriae ac demum Mathes. Professor Hafniensis, aet. 46. Paravit *Disputationem Philol. de legendis cum fructu Latinis melioris notae Scriptoribus: Responsionem ad Morini defensionem Astronomiae restitutae: Dissert. de Astronomico Theatro, pro Longomontano, contra Morinum: Arithmeticam Danicam: Exercitationes Sphaericas III. de principiis, de terrae ac maris superficie, de terrae parvitate: Exercit. Physico-Mathematicam.*

22. Aug. CHRISTOPH. LOVE, *Anglus*, Glamorganiensis, Artium Magister, mox militibus praesidiariis in castro Windlesoriano, pòst Ecclesiae S. Annae prope Portam Aldersgate, tandemque S. Laurentii in Judaismo Londinensi Parochus, aet. 34.

Scripsit

Scripsit sermone patriò *Animæ spe dejectæ medelam* : *Tractatum de Angelis*: *De Omnipræsentia Dei*: *Legatum peccatorum*, *posteris suis consignatum* : *Conciones XV. de veritate*, *incremento gradibusque variis Gratiæ*: *Tractatum de vocatione & electione efficacibus* : *Tractatus binos*, *de gloria cælesti & terrore infernali* : *Virum Christianum Zelo abreptum* : *Pugnam inter carnem & Spiritum*: *Viri Christiani directorium*,

23. Aug. ANTON. DE QUINTANADVENNAS, *Hispanus*, Alcantarensis, S. J. Missionarius, ætat. 52. Congessit *Singularia Theologiæ moralis ad septem Ecclesiæ Sacramenta, tomis duobus* : *De Vitis Sanctorum Ecclesiæ Hispalensis* : *De Vitis Ecclesiæ Toletanæ*: *Doctrinale ad Moniales* : *De Sanctis Martyribus Ursaonensibus*: *De S. nomine Mariæ ejusque excellentiis*: *De casibus occurrentibus in Jubilæo duarum hebdomadarum*: *Instructionem de ordinandis* : *Explicationem Bullæ Urbani VIII. prohibentis in templis usum herbæ Indicæ, vulgo Tabacco.*

25. Sept. HUBERTUS MUGNIER, *Gallus*, Catalaunensis. S. J. Rhetor. & Philos. Lector, Ecclesiastes, Pænitentiarius Pontificius ad Basilicam Vaticanam, & Principi Condæo à sacris Confessionibus, nec non Collegii Senonensis Rector, ætat. 53. Explicavit Gallicè *Veram. Politicam Principis Christiani.*

7. Octobr. GARSIAS DE SALCEDO CORONEL, *Hispanus*, Hispalensis, Eques D. Jacobi, apud Ferdinandum de Ribera, Ducem Alcalitanum Proregem corporis custodum Præfectus, & Capuæ Urbis Administrator. Condidit *Poëmata tomis II*: *Inscriptiones Sepulcrales.*

7. Oct. JACOBUS SIRMONDUS, *Gallus*, Ricomagensis, Soc. Jesu Presbyter, Romæ P. Claudio Aquaviva à secretis, pòst Ludovico XIII. Regi Christianissimo à sacris confessionibus, ætat. 92. Societ. 74. Plurima post se reliquit diuturni studii insignia monumenta, & priscorum Autorum opera, ex quibus typis excusa sunt *Gottfridi Abbatis Vindocinensis Opuscula*: *Flodoardi Presbyteri Historiarum Ecclesiæ Rhemensis libri IV*: *Magni Felicis Ennodii Opera*: *Fulgentii*, *Episcopi Ruspensis*, *de Veritate Prædestinationis & Gratiæ Opuscula*: *Valeriani Episc. Cameliensis Homiliæ XX*: *Petri Abbatis Cellensis Epistolarum libri IX*: *Alexandri III. Papæ ad Petrum & alios Epistolæ*: *Sidonii Apollinaris Opera* : *Vita Leonis Papæ IX*: *Caroli Comitis*, *Flandriæ Martyris*: *Paschasii Radberti Opera* : *Idacii Episcopi Chronicon & Fasti Consulares*: *Marcellini Comitis Illiriacin Chronicon*: *Beati Eugenii Opera*; *Anastasii Bibliothecarii sedis Apostolicæ collectanea*: *Caroli Calvi & Successorum aliquot Regum Franciæ Capitula*: *Facundi pro defensione trium Capitulorum Concilii Chalcedonensis*: *Concilia antiqua Galliæ tomis III. Opuscula dogmatica veterum quinque scriptorum*:

ptorum: *Appendix Codicis Theodosiani*: *Augustini Sermones novi XL*: *Theodoreti opera omnia*: *Testamentum Gregorii Nazianzeni Latinè redditum*: *Aviti opera*: *Fulgentii librorum contra Fabianum excerpta*: *Eusebii Pamphili opuscula*: *Antiqui scriptoris anonymi opusculum contra hæresim Prædestinatorum*: *Hincmari opera*: *Theodulphi opera*: *Rabani adversus Gadeschalchum*: *Historia Prædestinatiana*: *Amolonis Epistolæ*: *Augustini Sententiæ*: *Servati Lupi de tribus quæstionibus Liber*: *Ruffini Palæstini de Fide*: *Marcelli & Faustini libellus precum*. Hæc notis à Sirmondo illustrata sunt. Scripsit etiam ipse de suo sequentia, *Censuram Scripturæ Anonymi scriptoris de Regionibus & Ecclesiis suburbicariis*: *Adventoriam Epistolam de suburbariis Regionibus & Ecclesiis*: *Propempticon Cl. Salmasio de Suburbariis*: *Antirrheticum de Canone Arausicano*: *Dissert. de discrimine Dionysii Parisiensis & Areopagitæ*: *Quæstionem triplicem de Lege celebrandis*, *de paragrapho duorum fratrum*, *de calice Alarii Regis*: *Triplicem Nummum*: *Antritistanos duos*: *Historiam publicæ Pænitentiæ*, *& de Azymo*.

10. Oct. HENRICUS ALBERT, *Borussus*, Musicus Regiomontanus. Edidit *Cantilenas varias*.

22. Oct. JOH. HUSWEDELIUS, *Germanus*, Hamburgensis Saxo, Phil. Magister, primùm Scholæ Suerinensis, deinde patriæ Conrector, tum Scholæ Senatoriæ Rostochiensis, & Græcæ Lingvæ, ac demum Philos. Practicæ in eadem Academia Professor, æt. suæ 76. Formavit *Orationes*: *Poëmata*: *Dispp. Varias*.

8. Nov. BONIFACIUS CONSTANTINUS, *Sabaudus*, S. J. Rhetor. ac Philos. Lugduni & Viennæ Professor, nec non Sacerdos, ætat. 61. Emisit Gallicè *Vitam Claudii de Granier*, *Episcopi Genevensis*, *libris IV*: *Triplicem Sacramenti coronam*: *Experimenta piorum in S. Eucharistiam affectum*: *Ideam piæ mortis & præparationem ad felicem è vita exitum*. Latinè quoque *Historias S. Angelorum*.

10. Nov. PETRUS HURTADUS DE MENDOZA, *Hispanus*, Cantaber, è S. J. Philos. Pompejopoli, Theol. Vallisoleti & Salmanticæ Interpres, deinde studiorum in Collegio S. Ambrosii Vallisoletano ac Salmanticensi Præfectus, & S. Inquisitionis Censor, æt. 73. Ejus extare perhibentur *Commentarii in universam Philosophiam*: *Commentaria de Fide*, *Spe & Charitate*, *tomis duobus*: *De Incarnatione verbi divini Tomus*.

12. Nov. TERENTIUS ALCIATUS, *Italus*, Romanus, Nobilis, S. J. Phil. & Theol. in Collegio Romano Professor, postea Vaticanæ Pænitentiariæ Rector, & domus Professorum Præpositus, ætat. 81. Soc. 60. Edidit Italicè, sub nomine Eminii Taciti, *Vitam Petri Fabri*: *Orationem de Passione Domini*.

13. Nov. THOMAS MAJUS, *Anglus*, Eques Auratus, Poëta & Historicus, æt. 55.

æt. 55. Dedit *Supplementum Luciani libris septem: Historiæ Parlament: Angliæ Breviarium, partibus III:* Anglicè *Virgilii Georgicam cum notis: Tragædiam de Cleopatra, Ægyptii Regina: Aliam de Julia Agrippina.*

28. Nov. CHRISTIANUS TAUBMANNUS, *Germanus*, Wittenbergensis, J. U. Doctor ejusdemque in Academia patria Professor, Scabinatus Electoralis & Provincialis Curiæ Lusatiæ inferioris Assessor, ætat. 54. Publicavit *Collegium Institutionum: Dispp. Juridicas de Absentia: De Exceptionibus redemptoriis: De Actionibus & Satisdationibus: De quæstionibus forensibus, & Elect. Saxon. Joh. Georgii I. Process: De Peculio &c.*

9. Dec. GEORGIUS RICHTERUS, *Germanus*, Norimbergensis, J. U. Doctor. primùm in patria Advocatus, deinde Consiliarius, sæpe Legatus, ac demum Academiæ Altorphinæ Procancellarius, æt. 60. Concinnavit *Orationem funebrem in obitum Ernesti Soneri: Digesta Pietatis, sive de cultu Orationis Collectanea Theoretico-Practica: Orationum variarum Decades tres: Epistolas Selectiores: Memoriam Georgii Nosleri.*

10. Dec. MICHAEL CWELIER, *Belga*, Hannoniensis, S. J. Mathes. Ethic. & Phil. Lector, tum Principi Neoburgico primùm à disciplinis Mathematicis, deinde à sacris Confessionibus, æt. 51. Emisit *Annonam spiritualem, seu Meditationes per anni cursum.* In Latinum ex Gallico vertit *Pauli Barrii solitudinem Philagiam: Ejusdem Triduum: P. Suffrenii circum perfectionis: Avilæ ideam viri Apostolici: Juliani Haynovii viam veritatis ad vitam, seu exercitia spiritualia.*

12. Dec. HENRICUS JULIUS SCHEURLIUS, *Germanus*, Helmstadiensis, Phil. Magister ejusdemq; in Acad. Lipsiensi Assessor, inde in patria Acad. Moralium Professor, demum Facultatis suæ Senior, æt. 52. Confecit *Dissertationum Politicarum Decadem: Statuam Mercurialem: Bibliothecæ Augustæ, quæ est Wolferbyti, descriptionem: Philosophiam Moralem: Bibliographiam Moralem: Orationem in Visitatione Academiæ Juliæ habitam: Epitomen Theologiæ moralis: Dispp. de divitiis, deque inventione & usu Nummi: De causis mutationum Rerumpublicarum: De Bono & Malo: De Civitate & Rep. in genere: De Libertate voluntatis humanæ: De discrimine continentis & intemperantis: De Temperantia: De Aristocratia: De educatione & institutione juventutis: De præcipuis animæ nostræ potentiis &c.*

17. Dec. WOLFGANGUS SCHöNLEDERUS, *Germanus*, Monacensis, Soc. Jes. Spiritualis Coadjutor, Rhetor. Lector & Missionarius, æt. 81. Halæ. Prostat ejus *Promptuarium Germanico - Latinum: Onomasticon Græco-Latinum & Latino-Græcum: Apparatus Eloquentiæ.* Vertit ex Italico Latinè, suppressô nomine suô,

de exercitiis spiritualibus ad Confessionem & communionem ritè obeundis Tractatus VI, quorum primus exiit inscriptus *Sacra Tempe, de sacro Exercitiorum secessu exempla.* Edidit præterea, sub alieno nomine, *de modo Musicè componendi: Architectonicen Musices universalem.*

19. Dec. HIERONYMUS PRÆTORIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, primùm Philos. Moralis, tum Physices in Acad. Jenensi Professor, inde primus Herbipoli Lutheranæ Religionis Ecclesiastes, Theol. Prof. & Superint. postea Aulæ Vinariensis Concionator, porro Silusii Professor & Superintendens, ac tandem Smalcaldiæ Ephorus, æt. 56. Composuit *Canones Metaphysicos: Philosophiam Practicam: Theatrum Ethicum & Politicum: Notas in Marcum & Lucam* (quæ extant in Bibliis Vinariensibus) *Conciones funebres*, & fortè alia.

CLAUDIUS DE L' ESTOILE, *Gallus*, Parisiensis, Eques, Academicus Francicus, æt. 50. Vulgavit *Diarium rerum memorabilium, quæ sub Henrico III. acciderunt: Comædias de pulcra Captiva &c.*

CAROLUS MONTCHALLUS, *Gallus*, Canonicus Engolismensis, post Abbas de S. Amand, & demum Archiepiscopus Tolosanus. *Eusebii Historiam Ecclesiasticam innumeris locis correxit & edidit.*

JO. LAURENTII STALENUS, *Suecus*, Smolandus, Theol. Doctor, primò Græcæ Lingvæ, de hinc Th. Prof. Upsaliensis, tum Superintendens Dorpatensis in Livonia, ac demum Episcopus Wexionensis. Ejus sunt *Dispp. in Articulum IV. Augustanæ Confessionis de justificatione: De miraculosa primorum generis nostri Parentum formatione, & de Imagine DEI: De Loco: De Cœlo: Conciones quædam sacræ &c.*

JO. GRAVIUS, *Anglus*, Artium Magister, Prælector Geometriæ Greshamensis & Astronomiæ Professor Savilianus in Academia Oxoniensi. Emisit *Abulphedæ descriptionem Chorasmiæ & Mawarzalnachræ Arabicè & Latinè: Tabulas de collatione Epocharum Orientalium, secundum traditionem Ulug-Beighi: Elementa Astronomiæ, ex traditione Shahcholgii, Persico-Latinè: Elementa Lingvæ Persicæ: Anonymi Persæ de Siglis Arabum & Persarum Astronomicis tractatum, cum annotationibus: Demonstrationem Heliaci ortus Sirii pro Parallelo inferioris Ægypti: Binas tabulas Geographicas, unam Nassir-Eddini, & alteram Ulug-Beighi: Longitudinem & latitudinem insigniorum aliquot stellarum, ex tabulis Ulug-Beighi: Diatriben de pede & denario Romano: Descriptionem de Turcico Seraglio.*

MELCHIOR DE VALENTIA, *Hispanus*, Zafrensis, J. U. Doctor & Professor Salmantinus, deinde Judex Granatensis, tum in Concilio Rationum regiarum, nec diu pòst inter Patres magni Castellæ Senatus, æt.

63. Reliquit *Illustrium juris tractatuum libros III: Epistolicas juris Exercitationes.*

THOMAS WILSONIUS, *Anglus*, Catterleno-Cumberlandensis, Artium Magister, primùm Capellanus Surriensis, deinde Hampshirensis, & alibi, æt. 50. Publicavit Anglicè *Dictionarium sacrum: Tractatum de æterna Dei Prædestinatione: Comment. in epistolam ad Romanos: Tractatum de vocatione Christi ad Ecclesiam: Zacheum conversum: De disciplina Liberorum: Media ad fidem.*

CAROLUS GYLLENHIELM, CAROLI IX. REGIS SVECIÆ filius naturalis, Liber Baro in Berquara, Senator Regni & Archithalassus. Ab eo edita reperitur *Schola captivitatis*, h. e. *refutatio dogmatum Pontificiorum, quibus fuit impeditus: Versio Psalmorum Davidicorum ex Germanico in Svecicum* (elaboravit hæc in carcere apud Polonos) *Nosce te ipsum:* h. e. *descriptio vitæ propriæ*, rythmis Svecicis.

TIMOTHEUS DE CIABRA & PIMENTEL, *Hispanus*, Olissiponensis, Carmelita, Theol. Magister, domique Professor ac Concionator. Scripsit *Panegyricum de Johanne Evangelista: Sermones de Christo & ejus Apostolis: Sermones de Sanctissimo Sacramento, contra Judæos.*

FRANCISCUS WOODCOCK, *Anglus*, Cestriensis, S. Olai in agro Surriensi Parochus, æt. 37. Delineavit *Testes binos, concionibus duabus in Apoc. II. patefactos: Conciones varias.*

ISAACUS ROTHOVIUS, *Svecus*, Smolandus, primùm Caroli Regis Ecclesiastes aulicus, dein per XXVII. annos Pastor Nycopensis, demum per XL. annos Episcopus Aboensis. Scripsit *de Novi Testamenti Sacramento Initiationis, seu Baptismo: Conc. in Evangelium Dom. Lætare: In Evang. Dom. II. Epiphaniæ: In Psalmum CXXII. & CXXIX: Conciones XX. in Threnos Jeremiæ: Conc. de Conciliis: Pænitentiales, ex Gen. VI, 1—9: ex Joël I, 14: ex Psalm. CXLVII, 12. Dispp. Synodales in August. Confessionem: Conc. funebres &c.*

ANNO 1652.

3. Jan. GUTERIUS MARQVEZ DE CAREAGA, *Hispanus*, Bæticus, JC. primùm Segoviæ, Granatæ & Madriti Vicarius Prætoris, deinde Regii corporis custodibus Judex, ac denique Cancellariæ Pincianæ Judex criminum vindicandorum. Formavit *Tractatum de Fortuna: De Jurisdictione civili & criminali in supremo consilio Bellico: Resolutiones Theol. & Juridicas &c.* Hispanicè.

6. Jan. TOBIAS MAGIRUS, *Germanus*, Angerimundâ-Marchicus, Phil. Magister, primùm Sub-deinde Con-Rector in Vallis Joachimicæ Schola, inde in Acad. Viadrina tam Logicæ, quàm Physicæ Professor, ætat. 65. Foràs dedit *Sabbatum Christianum*, *sive*

five Meditationes Patrum orthodoxorum in Evangelia anniverſaria: Oratorium Chriſtianum: Polymnemona five Florilegium Locorum communium: Eponymologium Criticum: Decades VI. Problematum Metaphyſicorum: Diſpp. varias, ut de Mundo &c.

6. Jan. JOH. HÖVELIUS, *Livonus*, Rigenſis, Med. Doctor, Ducum Curlandiæ Archiater, Reip. patriæ Phyſicus, & Gymnaſii ibidem Phyſic. Profeſſor, æt. 51. Emiſit *Orationem funebrem memoriæ Guſtavi Adolphi, Regis Sueciæ: Panegyricum ad Jacobum, Ducem Curlandiæ: Diſpp. varias*, ex quibus *de Meteoris aqueis: De principiis rerum naturalium, materia, forma & privatione: De natura ſummi boni: De natura & conſtitutione Ethices: De Elementis: De Anima rationali: De ſenſibus externis: De ſenſibus internis: Problemata Phyſica: De Variolarum & morbillorum natura ac curatione &c.*

13. Jan. CASP. KLEE, *Germanus*, Geroldshovienſis, Philoſ. Magiſter, per 62. annos diverſis in locis, & poſtremò Eccleſiæ in Inſula Rupertina Paſtor, æt. 87. Vulgavit ſermone populari *Apem ſpiritualem, ſive Chriſti ejusque Eccleſiæ cum apibus comparationem: Manuductionem ad vitam æternam.*

5. Febr. SCIPIO SGAMBATUS, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Theol. Prof. & Concionator Viennenſis, æt. 56. Emiſit Italicè, ſuppreſsô ſuô nomine, *Compendium vitæ Franc. Borgiæ: Elogium Ignatii Lojola Franc. Xaverii: Joſephi Anchietæ.* Latinè autem, ſuô additô nomine, *Gratulationem ſecularem: Orationem in exequiis Melch. Kleſſelii, Cardinalis: Orat. de B. Virgine Lauretana Nikelſpurgenſi: Exercitationem Theologicam: Inſtitutionem vitæ ad exemplar Paſſionis Domini: Vitam Mariæ Magd. Carafæ.*

17. Febr. JO. JACOBUS FESCHIUS, *Helvetius*, Baſilienſis, J. U. Doctor ejusque in patria 50. annos Profeſſor & Reip. Syndicus (is CCXXX. Doctores juris creavit) æt. 81. Fecit *Diſputationes Juridicas*, & nonnulla alia.

16. Mart. NICOLAUS LANCITIUS, *Lithuanus*, Neſviſienſis, S. J. Theol. in Academia Vilnenſi Profeſſor, Collegiorum Caliſſienſis & Cracovienſis Rector, deinde Præpoſitus Provincialis Lithuaniæ, ac denique Sacerdotibus tertiæ Probationis tum in Lithuania, tum in Bohemia Præfectus, æt. 77. Conſignavit, ſuô non additô nomine, *Gloriam S. Ignatii:* Sub ſuo etiam nomine, *de Induciis & gradibus profectus in virtutibus: Opuſcula ſpiritualia*, tomis duobus: Polonicè *Octo monita pro Nobilitate Polona.*

13. April. GEORGIUS FOVRNIER, *Gallus*, Cadomenſis, è S. J. Spiritualis Coadjutor, Humaniorum literarum & Matheſ. Profeſſor, Operarius tam in Urbibus Provinciæ Franciæ, quàm in Miſſionibus navalibus æt. 57. Contexuit, linguâ vernaculâ,

Commentaria Geographica, Hydrographiam: Architectonicam militarem: Preces dicendas Missæ tempore: Euclides Elementorum VI. libros priores commentario illustratos: Introductionem ad Cosmographiam: Geographicam orbis notitiam per litera maris & ripas fluviorum.

— April. CASP. ERASMI BROCHMANDUS, *Danus*, Coagiensis, Phil. Magister, primùm scholæ Herlufsholmensis Rector, inde Latinæ & Græcæ linguæ in Academia Hafniensi Professor, pòst Theol. D. & Principis Christiani informator, Canonicus Roëskildensis & Lundensis, tum Theol. Professor, ac demum Episcopus Sædlandiæ, æt. 67. Ex editis inclaruit scriptis, inter quæ sunt *Disputationes Philosophicæ: Dispp. Theol. de præcipuis Christianæ Religionis capitibus: De Articulis Fidei: Vera de Hæresi Doctrina Verbo Dei asserta: Commentarius in Epistolam Jacobi: Systema universæ Theologiæ:* λύχνος λόγου προφητικοῦ, *speculo Veritatis Pontificiæ Christiani Wilhelmi, Marchionis Brandenb. oppositus: Apologiæ speculi Veritatis Brandenburgici Confutatio: Speciminis Scriptorum Ecclesiasticorum Exercitationes quinque: De Pontifice Romano libri quinque: Systematis Theologici epitome: Orationes funebres: Adhortatio ad Resipiscentiam: Oratio pro Pace restituta: Oratio de Angelis: De Sacramentis Dispp. VIII:* Danicè *De Passione & Morte Christi: Manus Domini, seu*

institutio pia de Peste: Christiani hominis certamen: Sabbathi Sanctificatio: Coronatio Regis Friderici III: Conc. funebres.

20. April. PETRUS DELLA VALLE, *Italus*, Patricius Romanus, æt. 66. Extat ejus *Historia de Schach. Abas, Persarum Rege: Epistolæ LIV. de rebus Turcicis Persicis & Indicis: Itinerarium.*

29. April. BALTHASAR BALDUINUS, *Germanus*, Dresdensis Misnicus, Philos. Magister, primùm Ecclesiastes Dobelensis, inde Pastor & Superintendens Chemnicensis, tum Zwickaviensis, denique Theol. Doctor, Pastor & Superint. Ratisbonensis, Consistorii ibidem Assessor & Scholarcha, æt. 47. Ministerii 22. Edidit *concionem de Pace Ratisbonensi: Thesaurum domesticum, Scholasticum & Ecclesiasticum: Conciones II. de inundatione: Antilogiam circa orationem, contra Calvinianos: Locustas Papales cum Rege Apocalyptico in Cap. IX. oratione demonstratas: Meteorologiam sacram: Papam & Papatum proprio gladio jugulatum &c.*

9. Maji SAMSON DU RIEV, *Gallus*, Vasio, Convenensis, S. J. literarum humaniorum & Philos. Lector, nec non Ecclesiastes, collegii item Ruthenensis Rector, æt. 63. Condidit Gallicè *Tractatum de Occasionibus Peccatorum.*

16. Maji PHIL. D'OUTREMAN, *Valentianus*, Jesuita, Sacerdos, æt. 67. Delineavit Gallicè *Verum Christianum:*

num Catholicum: Pædagogum Christianum, cujus Tomus I. de fuga peccati & bonorum operum exercitio, Tomus II. de remediis malorum omnium.

25. Junii. ABRAHAMUS A FRANCKENBERG, *Germanus*, Ludwigsdorffensis, æt. 59. Scripsit idiomate vernaculô *Nosce te ipsum: De errore & secta Ezechielis Meths: Oculum æternitatis: Libellum ad Esaiam Stiefelium: Viam veterum sapientum.*

3. Jul. FRANCISCUS STANISLAUS PHÆNICIUS, *Polonus*, Leopoliensis, S. J. literarum humaniorum & Theol. Moralis Lector. æt. 61. Sendomiriæ. Emisit Latinè *Mariæ Mancipium, sive modum tradendi se in mancipium B. Virginis Deiparæ:* Polonicè & tacitô suô nomine, *officium immaculatæ conceptionis B. Mariæ Virginis: Officium B. Stanislai Kostkæ.*

28. Jul. ANDREAS GERUNDA, *Italus*, Bariensis in Apulia, Phil. & Theol. Professor, Studiorum in collegio Firmano Præfectus, ac demum Neapoli in domo Professorum Præfectus Ecclesiæ, æt. 63. Struxit *de Episcopo libros IV. sive de Episcopatus ratione, necessitate, statu casu &c.*

11. Auguft. MICH. ALFORDUS, *Anglus*, Londinensis, S. J. Philos. in Hispania, & pòst Theol. interpres Lovaniensis, Romæ Pænitentiarius Pontificius, collegii immaculatæ Conceptionis Rector, æt. 65. Societ. 45. Audomaropoli. In lucem misit *Britanniam illustratam, cum appendice de Paschate Britannorum, de Clerico-*

rum nuptiis, & num olim Britannia coluerit Rom. Ecclesiam? Annales Ecclesiasticos Britannorum Saxonum & Anglorum à N. C. ad annum 1189. tomis IV.

14. Aug. JACOBUS FABRICIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Med. Doctor, primùm Aulæ Lupzensis Medicus, inde Ducis Megapolitani Archiater, mox Med. & Mathem. Professor Rostochiensis, demum emeritus, & Academiæ Senior, simulque Daniæ Regum Personæ-Medicus primarius, æt. 75. Profess. 40. Concinnavit *Institutiones Medici Practicam aggredientis: Periculum Medicum, seu juvenilium fœturos priores: Uroscopiam seu de Urinis Tractatum: Differt. de novantiquo capitis morbo & dolore: De Vulneribus capitis & aliarum partium Epistolam: Orationem de causis cruentantis cadaveris, præsente homicidâ: Dissp. de Juramento Hippocratis: De Colica: De Vertigine: De Catarrho: De Peripneumonia: De Pleuritide: De Empyematis natura & curatione: De Hæmortysi: De Phthysi: De Angina: De Tussi: De Asthmate: De Epilepsie: De Dysenteria: De Scorbuto: De Variolis: De Cholera: De Ictero: De Peste: De Calculo: De Deliriis &c.*

14. Aug. GEBHARDUS RAZENRIEDT, *Germanus*, Razenriedensis Suevus, S. J. Rhetor. & Humanit. Lector, collegiorum Eistadiensis & Augustani Rector, Claræ Eugeniæ, Austriæ & Mantuæ Ducissæ à sacris confessionibus, æt. 69. Relig. 49.

Foràs

Foras dedit *Hebdomadam Marianam: Vindicias pro Pontificis in Ecclesiam potestate: Modum Luthero-Lælianum eversum: Linguarium: Clavum clavi: Ceram Ulyssæam: Maculam Solis: Offam triplici Cerebro Ecclesiam allatranti objectam: Lælium convictum: Purgatorium: Manuductionem ad Ecclesiam supra petram à Christo ædificatam: Lapidem Lydium veræ fidei: Demonstrationem de Cœna &c.*

24. Aug. JOH. SALVIUS, *Svecus*, Stregnensis, primò Medicus, pòst Nobilis, cognomento ADLER, Judicii supremi regii Holmensis Assessor, postea Secretarius Statûs, ad Polonos, Germanos, Danos sæpe Legatus, tum Cancellarius Aulæ, Consiliarius demum Regni, Liber Baro, & ad Pacem Germaniæ Plenipotentiarius, æt. 63. In juventute publicavit *Orationem de Eloquentia, ejusque dignitate & præstantia.*

3. Sept. CLAUDIUS SALMASIUS, *Gallus*, Divionensis, Eques. ex Pontificio factus Reformatus, JC. & Polyhistor, tandem in Academia Lugduno-Batavica Professor Honorarius, æt. 56. in acidulis Spadanis. Eruditorum teruntur manibus sequentia ejus scripta; *Commentarius in Florum: Duarum Inscriptionum Græcarum explicatio: Liber de Primatu Papæ: Eucharisticon Jacobo Sirmondo, pro adventoria de Regionibus & Ecclesiis suburbicariis: Confutatio animadversionum Dion. Petavii ad Tertulliani Pallium: Exercitationes*

Plinianæ in Solinum: De Calculo: De Usuris: De modo Usurarum: De Fœnore Trapezitico: Comment. de lingva Hellenistica: Funus lingvæ Hellenisticæ: Comm. in Epictetum & Simplicium: De mutui alienatione, contra Wissenbachium: De Episcopis & Presbyteris, contra Petavium: De Mutuo: Miscellæ defensiones de variis observationibus ad jus Atticum & Romanum pertinentibus: De Cruce & Hyssopo: Judicium de libro posthumo Hug. Grotii: De Transsubstantiatione liber, contra eundem: Tractatus de subscribendis & signandis Testamentis, contra Heraldum: De annis climactericis & antiqua Astrologia: De Coma: Defensio regia pro Carolo I. Rege Angliæ: Epistolarum Tomus: Comm. de militia Romanorum: Apologia contra Miltoni defensionem, pro populo Anglicano: Differt. de Sacchare & Manna &c.

5. Sept. FRIDERICUS LEIBNüTZIUS, *Germanus*, Altenburgensis, Philos. Magister, Notarius Publicus, Academiæ Lipsiensi ab Actis, tum Facultatis Philos. Assessor, & demnm Philos. Moralis Professor, ætat. 55. Reliquit *Dispp. Philosophicas*, & fortè nonnulla alia.

6. Sept. PHILIPPUS ALEGAMBE, *Belga*, Bruxellensis, è Soc. Jesu, Theol. Doctor, hujus & prius Philos. in Academia Græcensi Professor, deinde Principis Eggembergii in peregrinatione Confessarius, tum Romæ Præposito Generali à secretis, demum Præfectus rerum spiritualium

in domo Professa, atque Confessarius in Templo, ætat. 60. Soc. 39. Typis exscribi curavit *Bibliothecam Scriptorum Societatis Jesu*: *Horas & victimas caritatis Soc. Jesu*: *Mortes illustres & gesta eorum de S. J. qui in odium fidei ab Hæreticis, vel aliis occisi sunt*: *Vitam Joh. Cardini, Lusitani, S. J.*

7. Sept. MATTHÆUS VARSAVIENSIS, *Polonus*, Varsaviensis, Patricius, S. J. literarum humaniorum & Hebraicarum, nec non Theol. Professor, Concionator ac denique instructor Patrum in tertia probatione. æt. 73. Edidit Polonicè librum inscriptum *Vox Salomonis, tempus putationis advenit, sensu morali explicata.*

13. Sept. ADOLPHUS BRACHELIUS, *Belga*. Adornavit *Historiam nostri temporis rerum pace belloque gestarum per Europam, usque ad annum* 1651.

14. Sept. JACOBUS GROSSIUS, *Germanus*, Brandenburgensis Marchicus, Phil. Magister, primùm 14. annos Pastor & Superintendens Soltquellensis, deinde ad D. Catharinæ 17. annos Pastor Hamburgensis, æt. 61. Ejus reperitur *Trias Propositionum Theol. Græcum N. T. stilum à barbaris criminationibus vindicantium, cum observationibus apologeticis*: *Tertia Triadis de Stilo N. T. conscriptæ defensio, contra M. Jo. Musæum*: *Anti-Christus Orientalis, ex vaticiniis Propheticis demonstratus*: *Anti-Primatus, contra Papam*: *Vindicatio B. Lutheri, quod veram Ecclesiam & ordinem Politicum restituerit*: *Comparatio Germaniæ cum Nebucadnezare*: *Currus Pacis spiritualis*: *Conc. Inauguralis, valedictoriæ &c.*

29. Sept. JEREMIAS REUSNERUS, *Germanus*, Lemburgo-Silesius, J. U. Doctor & Prof. Wittenbergensis, æt. 62. Formavit *Methodum Juris Feudalis, Communis & Saxonici*: *Decadem controversarum Juris positionum*: *Dispp. de Fato*: *De Hospitatione militari*: *De Mutuo & Usura*: *De Jure Retensionis*: *De præmiis & pænis*: *De Actionibus personalibus & realibus*: *De Exemptione Clericorum*: *De Emphyteusi*: *De Recusatione suspecti Judicis*: *De Dilatione moratoria &c.*

30. Sept. FLORENTIUS VAILLANT, *Belga*, Bethuniensis, Soc. Jesu, Græc. & Lat. Linguæ Lector, Scholarumque Rector, æt. 61. Emisit Gallicè *Præcepta Spiritualia*, *De perfecta orationis sacramentorumque atque operum bonorum exercitatione.*

1. Octobr. ATHURUS WILSON, *Anglus*, Norfolciensis, Nobilis, Collegii S S. Trinitatis Convictor Oxoniæ, Mathematicus & Poëta, Comitis Warwicensis Dispensator, æt. 54. Scripsit *Historiam magnæ Britanniæ, sive de vita & regno Jacobi Regis*, Anglicè.

6. Octobr. MARTINUS L' HERMITTE, *Belga*, Armenteriensis, Jesuita, Pœnitentiarius Apostolicus, Philos. Mathes. & Theol. Scholasticæ Professor

fessor Duacensis, æt. 56. Publici juris fecit sermone Gallicô *Historiam Sanctorum Gallo-Flandriæ: Historiam Ducum & Ducissarum Duacensium.*

12. Octobr. JOH. MOCHINGERUS, *Borussus*, Gedanensis, primùm in patria Ædis Catharinææ Diaconus, mox Eloq. Professor, pòst ejusdem Templi Pastor, æt. 50. Ministerii 23. Concinnavit: *Discursum Philologicum de Nominibus Dei Hebraicis, Biblicis & Rabbinicis: Oratoris boni, sicut & Rhetoristæ industrii ideam atque descriptionem: Sylvam floridorum è Dissertationibus Rhetoricis super Cicerone habitis: Orationes XV. de variis argumentis: Hermathenas Gymnasii Gedanensis: Comenii Januam Linguarum reseratam, cum collaterali Germanica & Polonica versione &c.*

15. Octob. BERNHARDUS SCHOTANUS, *Belga*, Frisius, J.U. Doctor, primùm in suprema Frisiorùm Curia Advocatus, pòst Civitatis patriæ Syndicus, tum in Acad. Franekerana juris, inde in Vltrajectina juris & Mathem. ad extremum in Acad. Lugduno-Batava juris Professor primarius, æt. 54. Struxit *Examen Juridicum: Collegium Quæstionum & Institutionis: Comment. ad Pandectas: Processum Judicialem: Dispp. Anniversariis ad Instituta: Disp. de Præsumptionibus & conjecturis circa ultimas voluntates &c.*

30. Octob. HENRICUS HOFMANNUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, initiò Mathematum in Academia Marpurgensi, deinde in patria Professor, æt. 76. Professionis 43. Hujus est *de Octantis, instrumenti Mathematici novi, libellus: Euclides Germanicus, sive Geometriæ pars I.*

2. Nov. ROLANDUS HEELAUT, *Belga*, Gandavus Flander, Ordinis Cistercienfis Subprior in Baudelo, à Confessionibus Sanctimonialium Domus Gaudii. Scripsit Latinè *de prudentia & discretione Confessariorum sanctimonialium libellum:* Belgicè *Normam seu amussim superiorum regularium ad rectè gubernandum: Speculum veræ conversionis ad vitam religiosam: Tractatum de mortificatione & remediis Passionum &c.*

4. Nov. JO. CAROLUS DE LA FAILLE, *Belga*, Antverpiensis, S.J. Sacerdos, Mathem. primùm in Collegio Dolano apud Sequanos, dein Lovanii, demum in Acad. Madritensi Professor, Johanni Austriaco à studiis Mathematicis, & postea Proregi in exercitu regio Doctor supremus, æt. 55. Societ. 39. Barcinone. Publicavit *Theoremata de centro gravitatis partium circuli & eclipsis: Theses Mechanicas.*

13. Nov. BALDVINUS CABILLIAVUS, *Belga*, Iprensis, ordinis Jesuitici, Humaniorum literarum Prælector & Scholarum Præfectus, Missionarius per 45. annos, æt. suæ 84. E vena ejus poëtica profluxere *Lemmata novo-antiqua, pancarpia, ex natura, historia, moribus, illigata Tetrastichis: Epigrammata selecta de*

multis: Magdalena elegiacô carmine: Phosphorus, sive Joh. Baptista, ejusque nativitas, vita, mors, Lyricis, symbolicis, epigrammatis, elegiis: Sacra Venatio, seu puer amissus, elegiis 80: Agar, secundò exul.

14. Nov. RICHARDUS STEWARD, *Anglus* Northamptonensis, Artium Baccalaureus, Decanus Cinstrensis & S. Paulinus, Præpositus Eatonensis, tandemque Decanus Westmonasteriensis, & Sacelli regii in Anglia, æt. 58. Scripsit *Theologiam Catholicam: In I. Corinth. X, 32. Matth. XXVIII, 6. I. Corinth. XV, 29: In Marc. VI, 20. Phil. IV, 17. Hebr. X, 1. 2: in II. Reg. XVIII, 12.*

22. Nov. JO. BORGESIUS, *Belga*, Omlandicus, Med. Doctor, hujusque primùm Practicus, deinde Mathem. Professor in Academia Gröningensi, demum cæcus, æt. 34. Dedit foràs *Lælium emendatum, sive de Amicitia Christiana: Orationem de Mercurio: Disput. de Catharro: Demetrii Pepagomeni tract. de Arthritide ex Græco Latinè* reddidit: *Laur. Jouberti librum de Vulgi Erroribus Latinum à se factum* illustravit.

23. Nov. EGIDIüS VAN DER MYLE, *Germanus*, Colbergâ-Pomeranus, initiò Reip. patriæ Secretarius, deinde Senator, demum Elect. Regiminis Brandeburgici in Ducatu Pomeraniæ Orient. & Principatu Camminensi Archivarius, ætat. 58. Ejus est *Oblectatio rei rusticæ: Hortolinum Timæanum*.

23. Nov. THEOPHILUS FEIGIUS, *Germanus*, Poëta Laur. Cæsareus, per Ducatum Ligiensem & Volav. Vice-Superintendens, Pastor & Consistorii Ecclesiastici Assessor. Struxit *Parentationes & Conciones funebres.*

27. Nov. HENRICUS AUBERIUS, *Gallus*, Borbonius, S. J. literarum human. Lector, & Magnatibus diversis à sacris Confessionibus, æt. 81. Edidit *Missum Poëticum, seu varia carmina: Tragœdiam Cyrum, carmine Heroicô, cui accessit Psalmi CXVII. paraphrasis elegiaca: Iter Principis Condæi: De D. Virgine Garazonia: Vota pro salute Regis: Delphini Genethliacon: Lucatæ triumphum.*

2. Dec. SAMUEL EDELIUS, *Germanus*, Ulmensis Suevus, Philos. Magister, in patria ad SS. Trinit. Pastor, æt. 60. Typis commisit *Thesaurum Catecheticum: Summam Christianismi: Conc. de Incendiis &c.*

6. Dec. JOACHIMUS HERTZBERG, *Germanus*, Wismariensis, Phil. Magister, inque patria Superintendens, æt. 53. Emisit *Conciones aliquot funebres.*

11. Dec. DIONYSIUS PETAVIUS, *Gallus*, Aurelianensis, S. J. Rhetoris annos XI. & sacrarum literarum XXIV. annos Professor Parisiensis, ætat. 69. relig. 47. Plurima posteris tradidit, utpote *Senesii opera à se in Latinum è Græco conversa, & notis illustrata: Themistii Euphradæ Orationes cum notis & conjectaneis: Juliani Imp. Orationes tres Græcè & Latinè: Nicephori Breviarium Historicũ cum notis chronologi-*

nologicis: Epiphanii opera cum notis: Opus de Doctrina temporum adversus Jos. Scaligerum: Vranologium: Variarum Dissertationum librum: Rationarium Temporum: Miscellaneas Exercitationes adversus Cl. Salmasium: Lapidem Lydium Chronologicum: De Photino Hæretico dissertationem: Psalmorum omnium & Canticorum Biblicorum paraphrasim Græcis versibus expressam: Diatribam de Potestate consecrandi: Dissertationum Ecclesiasticarum libros duos: Opera Poëtica: Theologicorum dogmatum tomos V: de Pænitentia publica & de præparatione ad Communionem: De Lege & Gratia libros II: Elenchum Theriacæ Vincentii Lenis: Ciceronis Paradoxa: De Tridentini Concilii interpretatione, è S. Augustini doctrina dissertationes II: Dissertationem de Adjutorio: Orationum & Epistolarum libros tres: Ciceronis Lælium Græcè redditum.

14. Dec. PETRUS PUTEANUS, *Gallus*, Parisiensis, Regi Christianissimo à Consiliis & Bibliothecis, æt. 69. Elucubravit *Historiam Franciæ: Tract. de Rege Franciæ: Peroniana: Scaligeriana: Thuanea, seu excerpta ex ore Card. Perronii, Jos. Scaligeri & Jac. Augustini Thuani: Tractatum de processu Equitum Templariorum.*

17. Dec. FRANCISCUS DE LUGO, *Hispanus*, Matritensis, Licent. Juris, S. J. Grammat. & Theol. interpres, Missionarius ad Indos, reversus factus est librorum Censor, demum Collegii Pinciani Rector, ætat. 73. Societ. 52. Formavit *Commentarios in primam partem S. Thomæ de Deo, Trinitate & Angelis: De Sacramentis in genere, Baptismo Confirmatione & Sacra Eucharistia: Discursum præ vium ad Theol. moralem: Quæstiones morales de Sacramentis.*

22. Dec. DANIEL MICHAELIS, *Germanus*, Gustroviensis, Megapolitanus, Theol. Doctor ejusdemque in Acad. Rostochiensi Professor, æt. 31. Reliquit *Exercitationes adversus Calvinianos: Dispp. de loco Esaiæ IX, 6. 7: De Angelis in genere: De primo Hominis primi peccato: De loco Danielis I, 1. 2. &c.*

25. Dec. ALPHONSUS DE SANDOVAL, *Hispanus*, Hispalensis, S. J. Missionarius ad Peruanos, ætat. 76. Exaravit populari sermone *Vitam Franc. Xaverii, & gesta à PP. Societatis in India: De natura, Politica, sacra & profana, & moribus, ritibus, disciplina & Catechismo Evangelico omnium Æthiopum: De instauranda Æthiopum Salute.*

26. Dec. JO. ANGELUS A WERDENHAGEN, *Germanus*, Helmstadiensis Saxo, J. U. Doctor, primùm Ducis Brunsvicensis Consiliarius, deinde in Academia patria Professor, pòst Syndicus Magdeburgensis, inde Consiliarius tam Administratoris Halensis, quàm Archiepiscopi Bremensis, iterum Syndicus Magdeb. simulque Consiliarius Brunsvicensis, demum S. C. Maj. Consiliarius ac Residens Lubecæ, æt. 72. Raceburgi.

Publicæ luci donavit *Poëmata juvenilia: Medullam VI. librorum Joh. Bodini de Republica: Tractatum de Rebuspublicis Hanseaticis: Introductionem in omnes Respublicas: De Circulis S. Rom. Imperii in Germania: Psychologiam veram Jacobi Bohemi XL. quæstionibus explicatum, & Rerump. vero Regimini applicatam: Verum Christianismum: Germaniam supplicem ad D. Ferdinandum III. Cæsarem.*

ANDREAS SEMPLE DE TOVAR, *Hispanus*, Matritensis, puerorum nobilium Reginæ Aulæ Institutor in Latinis, ut & Ecclesiastes. Linguâ emisit vernaculâ *Sermones varios Festivales: Quadragesimales: Dominicales.*

JO. PETRUS LOTICHIUS, *Germanus*, Hanoviensis Francus, Med. Doctor, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Aulæ Nassovia-Hadamarianæ Archiater, tum Physicus Francofurtanus, inde Med. Professor Rintelensis, aliquandiu etiam Cæsareo-Bavaricus Medicus Castrensis, tum Prof. Medicinæ Marpurgensis, inde Poliater Herbornensis, iterumque ad Mænum Francofurtanus, æt. 54. Delineavit *Impp. Romanarum à Julio Cæsare usque ad Ferdinandum II. vitam & res gestas: Bibliothecæ Poëticæ partes IV: Variarum Lectionum libros XII: Petri Lotichii, Abbatis Solitariensis, vitam: Studiosum militem, seu Dialogum elegiacô carmine: Orationem de fatalibus Academiarum in Germania periculis: Comment. in Petronium: Tractatum de Casei nequitia: Satyricon de Lana Asini: Orationem de opinione: De Gummi Gotta, sive Laxativo Indico discursum: Paradoxon, sive de Febribus dissertationem: Consiliorum & observationum Medicinalium libros VI: Censuram sive Promulsidem Criticam super Poëtis Latinis novantiquis: Compendium Belli Germanici: Splendorem Austriacum: Historiam Holofernis: Hortulum Smirzicianum:* Germanicè *Theatri Europæi partem quintam: Tractatum de nobilitate sexus fœminei &c.*

EUSEBIUS SAVINUS aliàs SURRINUS, *Italus*, Ordinis Cisterciensium in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ & Academiæ Florentinæ Prof. deinde variis in Monasteriis, & novissimè S. Salvatoris de Pinu in diæcesi Fesulana Abbas, æt. 71. Condidit *Elysiorum libros V: Otia Palladis, Volumen, elogia & carmina, de diversis materiis, continens: Angeleidos, seu de natura Angelorum libros VI: Bibliothecam magnam, sive Apolianteam in sacram scripturam: Librum Oratinum de Pace: De perenni Philosophia libros IV: De Consolatione Philosophiæ: Somnium Scipionis.*

30. Jul. JO. CLOPPENBURGIUS, *Belga*, Amstelodamensis, primùm Ecclesiastes Heusdanus, mox in patria, tum Briclanus Theol. Doctor, ejusdemque in Gymnasio Hardero-vicensi, ac demum in Academia Franekerana Theol. Professor, ac Pastor, æt. 60. Minist. 36. Ab ejus ingenio habetur *Syntagma selectarum*

Exer.

Exercitationum Theologicarum: Sacrificiorum Patriarchalium Schola sacra: Epistola de die, quô Christus & quô Judæi comederint Agnum Paschalem: Tractatus de Sabbatho Deuteroproto: Exercitationes juvenis & deliciæ Biblicæ Brielenses: Institutio de Fænore & Usuris: Exercitationes super Locos Communes Evangelicos & Aphorismos Theologiæ Christianæ: Dispp. XV. de Canone Theologiæ & Judicio controversiarum: Gangræna Theologiæ Anabaptisticæ: Dispp. VII. ad quinque Articulos Remonstrantium: Compendium Socinianismi confutatum: Vindiciæ pro Deitate Spiritus Sancti: Anti-Smalcius, de divinitate JEsu Christi: Res judicata, contra Antonium Deusingium: Tractatus de Sabbatho Christiano. Opera ejus omnia Amsterodami nuper junctim prodierunt.

DANIEL REICHARD, *Germanus*, Philos. Magister, Superintendens Pirnensis, æt. 72. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

JACOBUS GOTHOFREDUS, *Gallus*, J. U. Doctor, & Reip. Genevensis Senator, æt. 65. Posteritati tradidit *Commentarium in Codicem Theodosianum*, VI. *voluminibus: Manuale Juris: Diatriben de Jure Præcedentiæ: In Titulum ff. diversis Regulis Juris antiqui: Fontes juris civilis quatuor, nempe Leges XII. Tabularum, Juliam, Papiam & edictum perpetuum: Tract. de Salario: Opuscula varia Juridica, Politica, Historica, Critica: Philostorgium unà cum aliquot Dissertationibus.*

JO. BAPTISTA ESCARDUS, *Hispanus*, Majoricensis, S.J. Eloq. interpres Cæsaraugustanus, postea in præcipuis illius provinciæ Urbibus Ecclesiastes, æt. 71. Formavit *Rhetoricam Christianam, sive ideam Concionatorum ad explicandum populo Verbum Dei.*

PAULUS SPERLINGIUS, *Germanus*, Lauchâ-Thuringus, primùm Pastor Stolpænæ, deinde Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Friebergensis. Prelo submisit *Decades Dispositionum Textuum funebrium.*

ANNO 1653.

7. Jan. JOH. STUCKIUS, *Germanus*, Langenhagius, J. U. Doctor, Dicasterii Wolferbrytani Assessor, mox Prof. Juris Helmstadiensis, tum Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium Consiliarius ac Cancellarius, Sæpe Legatus, demum S. R. Majestatis Sveciæ Consiliarius intimus, inque Ducatu Bremensi ac Verdensi Cancellarius, ætat. 65. Famam magni JCti promeruit *Consiliis Juridicis: Exercitationibus ad Institutiones Juris: Disputationibus selectissimarum materiarum Academicis junctim editis: De Vindicta, defensione & moderamine inculpatæ Tutelæ: De Majestate, ejusque juribus: De Eminentia & Juribus Principum Germaniæ &c.*

17. Jan. CAROLUS MUSART, *Belga*, Ariensis, S. J. tam Duaci, quàm Viennæ Rhetor. Philos. & Theol. Professor, hujusque Doctor, nec non Ecclesiastes, ætat. 60. Societ. 51. Edita ab eo sunt opuscula, his prænotata titulis; *Clava Trinodis Herculis Christiani: Speculum mortalitatis humanæ: Anima evigilans à somno peccati: Tres claves aureæ: Lilium Marianum: Adolescens Academicus sub institutione Salomonis: Sunamitis Christiana: Filius prodigus: Cor devotum Jesu: Liber vitæ: Actus virtutum interiores & exteriores: Peregrinatio ad montem Calvariæ; Manuale Parochorum: Vita Stanislai Kostkæ: Christus passus: Nova Viennensium peregrinatio.*

22. Jan. JO. ALOYSIUS CONFALONERIUS, *Italus*, Mediolanensis, S. J. Philos. Perusiæ & Romæ, Theol. verò Scholasticæ & Moralis Professor Mediolani, Collegii primùm, deinde totius provinciæ Mediol. Rector, denique in congregatione generali decima Assistens pro Italia, æt. 53. Relig. 38. Dedit *Orationem de Passione Domini: Aliam de Spiritus Sancti adventu.*

13. Febr. JOH. TIMÆUS, Junior, *Germanus*, Magdeburgensis, J. U. Doctor, primò Consiliarius El. Martisb. pòst Administratoris Episcopatus Magdeb. Dn. Augusti, Ducis Sax. Consil. Aulicus & Salin. Hallensium Comes, æt. 54. Adornavit *Meletemata ad Jus Justinianeum: Tractatus de Salariis: De Lytro* publicam lucem sperantes.

19. Febr. EDMUNDUS CHILMEAD, *Anglus*, Glocestriensis, Artium Magister, Ædis Christi apud Oxonienses Sacellanus, Mathematicus & Criticus. Vertit è Gallico in Vernaculum Sermonem *Jacobi Gafferelli Curiositates inauditas: Husium de Globis: Thomæ Campanellæ tractatum de Monarchia Hispanica: Jacobi Ferrandi de erotica Melancholia, ejusque essentia, causis & Symptomatibus.*

20. Febr. PAULUS MARQUARDUS SLEGELIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. & Med. Doctor, hujusque in Acad. Jenensi Professor, tandem in patria Physicus, æt. 47. Extat ejus *Commentarius de motu sanguinis: Dispp. Medicæ de natura Lactis: De quartana intermittente: De Ascite &c. Adversaria Memorabilium Medic.*

23. Febr. HENRICUS SCHMIDIUS, *Germanus*, Nurttingâ-Wurtenbergicus, primùm Ecclesiæ Tubingensis Symmystes, tum ibidem Græcæ Lingvæ, postea Theol. Professor, hujusque Doctor, ac demum Ecclesiæ istius Collegiatæ Decanus, nec non Alumnorum Principalium Inspector, æt. 42. Composuit *Orationem panegyricam de Pace Germaniæ: Christum patientem, carmine Græcô: Dispp. de Cathedra Petri, sive de infallibilitate Pontificis Romani &c.*

28. Febr. ANTONIUS OUDINUS, *Gallus*, Secretarius & Lingvarum exoti-

exoticarum interpres, Regis Ludovici XIII. ad Italos, Sabaudos, & demum ad Urbanum VIII. Pont. Rom. Legatus, pòst Regis in Lingvâ Italica informator. Edita est ejus *Grammatica Gallica*: *Nomenclatura Gallica & Hispanica.*

1. Mart. ANGELINUS GAZÆUS, *Belga*, Atrebas, S. J. Eloq. & Græcæ Lingvæ Lector, deinde collegiorum Atrebatensis, Valencenensis & Cameracensis Rector, tum Præposito Generali ab epistolis, ætat. 85. Confecit *Piorum Hilariorum tomos duos*: *Eligias aliquot.*

4. Mart. VINCENTIUS GUINISIUS, *Italus*, Lucensis, Nobilis, Jesuita, Rhetoricæ Prof. Romanus, pòst Præposito Generali à secretis, ætat. 65. relig. 52. Edidit *Allocutiones Gymnasticas*: *Poësin vario carminum genere*: *Drama de S. Ignatio*: *Orationem in Parasceve habitam.*

6. Mart. JO. DE DICASTILLO, *Hispanus*, Neapolitanus, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. interpres Toleti, Murciæ & Viennæ, postea Comitissæ Ciruelensi à sacris Confessionibus, mox & Imp. Ferdinandi III. conjugi à concionibus, inde Dilinganæ Acad. Cancellarius, & demum studiorum Præfectus Ingolstadii, æt. 68. Relig. 53. Typis excudi curavit *de Justitia & Jure tomos duos*: *De Sacramentis tom. III*: *De Juramento & censuris Tractatus II.*

19. Mart. AMABILIS BONNEFONS, *Gallus*, Ricomagensis, S. J. literarum amæniorum Lector, tum in domo Professa Parisiensi Catechista, ætat. 53. Societ. 35. Struxit varia opuscula Gallicè, videlicet *Historiam sacram verbi incarnati*: *Neophytum seu Cathechismum*: *Officium Christiani*: *Pium Paræcum*: *Compendium vitæ Jesu & Mariæ*: *Pium Christianum charitate præditum*: *Scientiam Christiani*: *Tria animæ devotæ itinera, ad Præsepe, ad crucem, ad Altare Domini*: *Varias praxes pro Confessione & S. communione*: *De XII. cæli Januis, cum totidem clavibus ad ingressum*: *Annum Sanctum, seu elogia sanctorum in singulos anni dies*: *Occupationem interiorem*: *Doctrinam Christianam*: *Epistolas & Evangelia cum Meditationibus*: *Templum Veritatis*: *Calvariam mysticam*: *Axiomata Christi & Sanctorum*: *Puerum Catechismo instructum*: *Instructionem pro sacra communione*: *Librum vitæ.*

22. Mart. FRANCISCUS HARLAY, *Gallus*, Archiepiscopus Rotomagensis, æt. 68. Congessit *Synodicon Ecclesiæ Parisiensis.*

23. Mart. CHRISTIANUS ARNDIUS, *Germanus*, Gustroviensis Megapolitanus, Phil. Magister, & Logices Prof. Rostochiensis, æt. 30. Reliquit *Orationem de vero usu Logices in Theologia*: *Dissp. de Philosophia veterum*: *De principiis constituentibus & conservantibus Rempublicam &c.*

29. Mart. JO. BOURGHESIUS, *Belga*, Malbodiensis, Jesuita, Phil. & Th. tam Scholasticæ, quàm Moralis Pro-

 fessor

fessor, Collegiorum Valencensis, Malbodiensis & Audomaropolitani Rector, demum Romæ in congregatione Procurator. Ab eo in lucem missa sunt varia, hisce titulis; *Societas Jesu Deiparæ Virgini sacra: De bono sodalitatis Parthemiæ: Vitæ, Passionis & mortis Jesu Christi mysteria: Exercitationes in XV. mysteria Rosarii Deiparæ Virginis: De contemptu Mundi: De Humilitate Christiana: De Senectute Christiana: De Jubilæo Societatis Jesu: Æternitatis trutina: Peregrinus Christianus moralis: Historia & Harmonia Evangelica: De continentia Christiana: De Amicitia Christiana.*

3. April. JOHANNES JOHANNIS RESENIUS, *Danus*, Hafniensis, primùm Scholæ Herlovianæ Rector, mox Phil. Magister, tum in Acad. patria Philos. Prof. extraordinarius, ejusdemque Notarius, porrò Metaphys. & Log. Prof. Ordin. tum ad D. Virginis Pastor primarius, simulque Consistorii Assessor, brevi pòst Theol. Doctor & Prof. tandem Sædlandiæ Episcopus, æt. 56. Professionis 29. Publici juris fecit *Amnologiam sacram: Uranologiam sacram: Orationem in obitum Christiani Frise Cancellarii: Logologiam Sacram: Ideam boni Pastoris: Explicationem Psal. VI: ἑτεροδοξίαν Pontificiorum, de adoratione Sanctorum: Dispp. Logico-Metaphysicas.*

14. April. CHRISTOPH. ELDERFIELD, *Anglus*, Harvellâ-Bercheriensis, Artium Baccalaureus & Ecclesiastes, Rector de Burton, cælebs, æt. 59. Scripsit *De jure decimarum civili: De Regeneratione & Baptismo.*

15. April. ALBERTUS STEINHUSIUS, *Germanus*, Hildeshemiensis, Philos. Magister, primùm Scholæ Brunsvicensis Martinianæ Sub-Conrector, deinde ibidem Con-Rector Scholæ Ægidianæ, demum Rector, post hæc Pastor Gadenstadensis, inde ad S. Lamberti in patria per XXXI. annos Pastor, novissimè S. Ministerii Senior, æt. 64. Reliquit *Conciones aliquot funebres &c.*

19. April. LUDOVICUS DE MERTOLA, aliàs DE PRÆSENTATIONE, *Hispanus*, Lusitanus, ordinis Carmelitarum, Præfectus generalis in Brasilia & Maragnonia, ætat. 71. Vernaculâ lingvâ exaravit *Vitas diversorum Patrum: Tractatum de Eleemosyna: Contra errores Hebræorum & Hæreticorum.*

20. April. COELESTINUS MISLENTA, *Borussus*, Gutteno-Angerbergensis, Nobilis, Theol. Doctor hujusque ac Hebr. Lingvæ Prof. Regiomontanus, Ecclesiæ Cathedralis Pastor, Consistorii Sambiensis Assessor, ætat. 65. Prof. 34. Pastor. 27. Typis publicis commisit *Discussionem Disquisitionis Sachsianæ, de communicatione idiomatum: Defensionem demonstrationis de communicatione hypostaseos, naturæ & idiomatum carni à λόγῳ assumptæ: Dissert. de Statu Religionis in Prussia: De Christo media-*

tore,

tore, secundum utramque naturam: Manuale Prutenicum: Mævium Hæreticum: Conc. Jubilæam ex Psal. XLVIII, 9. — 15: Dispp. Chronologicas & Theol. quàm plurimas.

26. April. MATTHIAS FABER, *Germanus*, Bavarus, ex Parocho Neumarcensi. per Diæcesin Aichstadianam Visitator, Pastor ad D. Mauritii Ingolstadii, Professor simul & Pro-Cancellarius Universitatis, tum demum Soc. Jesu Sacerdos, æt. 67. Societatis 16. Publicavit *Concionem opus tripartitum: Controversias contra Altorfienses Professores: Conciones de Tempore & Sanctis.*

29. April. HENRICUS GEBHARDUS, aliàs WESENERUS, *Germanus*, Erfurtensis, J. U. Doctor, Consiliarius & Cancellarius primùm Ruthenicus, deinde Saxo-Altenburgicus, æt. 75. officii 43. Scripsit *de Dignitate Jurisprudentiæ: Fontis & principia juris: Tractatum de Juris Romano Germanici principiis & de Regimine Ecclesiastico:* (Sub nomine Gottliebi Heilandi; *Explicationem mysticam in Canticum Canticorum:*) *Tractatum de Usucapione ac de diversis temporalibus Præscriptionibus.*

5. Maji JACOBUS MALEBRANCQUE, *Belga*, Audomarensis, S. J. Humanit. Lector, Concionator, Scholarum Præfectus, & Cætuum Marianorum Director, æt. 71. Soc. 54. Transtulit è Gallico Latinè *Antonii Balinghem Sermones Symposiacos: Stephani Binetti Consolatoriam ægrorum Scholam.* Ipse verò elucubravit *Historiæ de Morinis & Morinorum rebus tomos tres.*

20. Maji PAULUS RODRIGUEZ, seu ROTERICIUS, *Lusitanus*, Bracharensis, S. J. Theol. Doctor & divinarum literarum interpres tum Conimbriæ, tum Eboræ, æt. 98. Societ. 84. Formavit *Triumphum veræ gloriæ utriusque Johannis Baptistæ & Evangelistæ.*

27. Maji ADAMUS HELMSIUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, Ecclesiastes in patria, demum Pastor ad D. Petri, & Ministerii Senior, æt. 74. Minist. 43. Reliquit *Dissert. de Conciliis: Conciones funebres: Informatorium pro gravidis & parturientibus.*

5. Jun. JOACHIMUS STOCKMANNUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. & Med. Doctor, primùm in patria Acad. Phys. ac Metaph. pòst quoque Medicinæ Professor, Civitatis ejusdem Physicus, Collegii Medici & totius Academiæ Senior, tandem emeritus, æt. 62. offic. 31. Publicavit *Orationem de quæstione; An per artem possit fieri aurum? Disp. de Deliriis in genere, & in specie de Phrenetide &c.*

7. Jun. LUDOVICUS JUNGERMANNUS, *Germanus*, Lipsiensis, Med. Doctor, hujusque primùm in Acad. Lipsiensi, deinde Altorphina Professor, cælebs, ætat. 81. Prof. 31. Typis exscribi fecit *Catalogum Plantarum, quæ circa Altorfium nascuntur:*

Cornucopiam Floræ Giessensis: Aulæum Academicum, seu Anagrammata Latino-Vernacula: Orationem de quæstione: An Amor vesanus curam admittat & cur lactuca & ruta fervorem inhibere dicantur?

18. Jun. JO. GEORGIUS MACASIUS, *Germanus*, Egranus, Med. Doctor, Archiater Schönburgensis, & Practicus Zwickaviensis, Sponsus. Paravit *Promptuarium materiæ Medicæ: Dissert. de Epilepsia.*

1. Jul. ROGERUS MANWARING, *Anglus*, Strettonâ-Salopiensis, Theol. Doctor, Parochiæ S. Ægidii haud procul Londino Vicarius & Capellanus Regis ordinarius, Rector Stanfordiensis, Decanus Wigorniensis, Episcopus Menevensis. Emisit *Conciones II. de potestate Principis & officio subditorum*, hôc titulô; *Religio & Allegiantia.*

7. Jul. JOACHIMUS WIBELIUS, *Germanus*, Hersfeldensis Hassus, J. U. Doctor, primùm Dicasterii Provincialis Würtenbergici Advocatus, tum Assessor, postea Juris in Acad. Tubingensi Professor, æt. 59. Prof. 14. Formavit *Forum competens: Tractatum de Contractibus mulierum: Exegesin ad 1. Contractus 23. ff. de R. G. Commentationem de Jure Prælationis seu prioritatis in concursu creditorum &c.*

9. Jul. THOMAS PORZECKI, *Lithuanus*, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Professor, Rector quoque collegii Pultoviensis, æt. 42. Composuit solutâ & ligatâ oratione, *Elogia Jagellorum Poloniæ, Hungariæ & Bohemiæ Regum: Elogia Austriacorum Imperatorum carmine: Florilegium: Spem alteram Russiæ, seu Panegyres Raphaëlis Korsack.*

26. Jul. LUCAS VELLOSUS, *Lusitanus*, Ulyssiponensis, è Soc. Jesu, Rhetor. & Theol. Prof. Conimbricensis, ætat. 68. Ejus prodiit *Commentarius in librum Judith.*

19. Jul. GABRIEL NAUDÆUS, *Gallus*, Parisiensis, Med. Doctor, primùm Cardinalis Mazarini, deinde Christinæ Reginæ Sveciæ, Bibliothecarius, Abstemius, æt. 53. Opera ejus Latina sunt *de Antiquitate & dignitate Scholæ Parisiensis Panegyris: De studio liberali syntagma: Quæstionum Jatro-Philologicarum* πέντας: *Bibliographia Politica: De studio militari syntagma: Epigrammatum libri duo: Panegyricus, ob beneficia ab Urbano VIII. P. M. in Thomam Campanellam collata: Bibliographia Kempensis: Dissertatio de ratione Bibliothecam erigendi: Elogia Nicolai, Marchionis Montis-Belli: Ludovici, Marchionis ab Altavilla: Petri Putiani: Jo. Cordesii: Adami Placuodæi: Epistolæ variæ &c.* Gallica verò *De instruenda Bibliotheca Tractatus: Instructio de Fratribus Roseæ crucis: Apologia pro viris doctis de Magia suspectis: Discursus de incendiis montis Vesuviæ.*

13. Aug. VINCENTIUS ARANEA, *Italus*, Aquilanus, S. J. Phil. & Theol. in Collegio Romano Prælector, Collegio-

legiorum Florentini, Perusini & Germanici Rector, æt. 65. Societ. 44. Tacitô suô edidit nomine, *Asserta ex universa Philosophia, libris tribus.*

3. Sept. JOH. HENRICUS HAGELGANS, *Germanus*, Rodachio-Francus, Oratoriæ in Gymnasio Coburgensi Professor, & Convictorii ibidem Inspector, ætatis 47. officii 20. Delineavit *Dissert. de prisca Germanorum ætate: Rosam loquentem, sive Rosæ mysteria primaria: Tractatum de Portugallia seu Lusitania: Genealogiam Ducum Saxoniæ: Lilietum Francicum: Cursum Christianorum Heroum: Descriptionem Belgii: Orationem parentalem de vita & obitu D. Andr. Kesleri: Arminium, Heroëm Germanicum: Descriptionem Ungariæ &c.*

4. Sept. SIDRONIUS HOSSCHIUS, *Belga*, Markemiensis, Iprensis, S. J. Human. literarum Lector, & Sacerdos, æt. 57. Relig. 37. Scripsit *Elegias IV. de Ganda: Poëmation in laudem Matth. Casimiri Sarbievii Elegiarum libb. VI. de cursu vitæ humanæ, de Christo patiente, de lachrumis S. Petri, & de aliis argumentis.*

5. Sept. WOLFGANGUS MEIERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Theol. Doctor, ejusdemque Prof. & Ecclesiæ in patria per 52. annos Pastor, ætat. 76. Ejus est *Oratio de perseverantia Sanctorum.* Cætera me fugiunt.

16. Sept. TANCREDUS COTTHO, *Italus*, Senensis, S. J. Humaniorum literarum Prof. in Collegio Romano,

Confessarius Acad. illius juventutis, æt. 83. Societ. 64. Edidit Italicè, sub nomine Academici occulti, *Tragœdias quinque*, nempe 1. *Olaum* 2. *Eduinum* 3. *Sidrach, Misach & Abdenagum* 4. *Davidem* 5. *Præcipitium falsorum Numinum in verbi incarnatione.* Reddidit etiam Italicè *Rob. Bellarmini librum de gemitu columbæ.*

27. Sept. PETRUS BOURDIN, *Gallus*, Molinensis, S. J. Rhetor. & Mathem. Professor Flexiæ & Parisiis, æt. 58. Societ. 41. Foràs misit *Prima Geometriæ tam speculativæ, quàm practicæ elementa: Introductionem ad Mathematicas disciplinas partibus III: Perspectivam militarem: Architectonicam militarem: Cursum Mathematicum: Opticam.*

3. Oct. MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS, *Belga*, Brabantinus, Bergensis, Eloq. & Histor. in Acad. Lugduno-Batava Prof. æt. 40. Inclaruit pluribus scriptis, è quibus sunt *Historiæ Augustæ scriptores cum animadversionibus, ac notis: Descriptio Hollandiæ: Animadversiones in Suetonium: Poëtæ Satyrici minores cum commentariis: De Rep. Leodensium: Apologia pro navigationibus Hollandorum: Emblemata Politica: Grammatica regia: Character caussarum Patroni: Character Amoris: Quæstiones Romanæ: Monumenta illustrium virorum & elogia: Historia obsidionis Bredanæ: De Typographicæ artis Inventione & Inventoribus: De Trapezitis: Animadversiones in Tacitum: De Amnestia:*

De Successione & Jure Primogenitorum in adeundo Principatu: De Majestate Regum Principumque: Comment. de Statu Confœderatorum Provinciarum Belgii: Historia Universalis sacra & profana: Dissertationes LX. Politicæ: Metamorphosis Anglorum: Orationes varii argumenti: Originum Gallicarum liber: Ideæ Orationum Politicarum: Institutiones Politicæ: Chronologia sacra & profana: Notæ in Dionysia Catonis disticha de Moribus: In Justinum: In Vitam Agricolæ Corn. Taciti: Epistolæ & Poëmata, & non nulla alia.

3. Oct. GUL. LYFORD, Anglus, Neuburiensis in agro Bercheriensi, Artium Magister & Ecclesiastes non longè ab Oxonio, postea Theol. Baccalaureus & Ecclesiæ Shirebornensis Pastor, æt. 54. Inter ejus scripta est detectio errorum, hæresewn & blasphemiarum, quæ in nostro seculo enatæ simul & toleratæ sunt: Fundamenta Religionis Christianæ, sive fidei & bonæ conscientiæ principia: Autoritas magistratuum circa res sacras, cum libertate Christiana conciliata: Interpretatio cognominum, quæ in multis legibus occurrunt: Legatum sive adjutorium junioribus Christianis, ad Sacramentum Eucharistiæ accommodatum: Conciones variæ.

5. Oct. JOSEPHUS CLAUDERUS, Germanus, Mosbacensis Thuringus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæs. primùm in Schola Neustadiensi, deinde Altenburgensi Con-Rector, demum

Archidiaconus Altenburgi, æt. 67. officii Scholastici 19. Ecclesiastici 20. Publicavit Orationem de horrida superioris Pontificiæ, exculiaque & florida nostræ Lutheranæ ætatis Latinitate: Psalmodiam novam, sive selectissimorum hymnorum centuriam: Ærarium Poëticum Weinreichii locupletatum & auctum: Orationem de nomine Jesu &c.

18. Oct. DANIEL BECKERUS, Prussus, Gedanensis, Med. Doctor, inque Acad. Regiomontana Prof. ac Senior, Regis Poloniæ & Electoris Brandenburgici Archiater, nec non regionis Cniphovianæ Physicus, æt. 59. Condidit Spagyriam Microcosmi, quæ tradit medicinam è corpore humano eruendam: Observationem & Curationem de cultivoro Prussiaco: Medicum microcosmum: Historiam morbi Academici, Regiomontani, seu febris malignæ epidemicæ. Anatomiam infimi ventris: Descriptionem Juniperi: Disp. de Asthmate: De Catarrho &c.

10. Nov. CHRISTOPH. SCHEIBLERUS, Germanus, Armsfeldiô Waldecensis, Phil. Magister, primùm Græcæ Lingvæ, mox Log. & Metaph. tum Phys. in Acad. Giessensi Professor, nec non Pædagogii Inspector, inde Superint. in libera Imperiali Tremonia Superintendens & Gymnasiarcha, ætat. 64. Prof. 43. Ministerii 28. Luci exposuit Collegium Psychologicum: Librum Sententiarum: Opus Logicum: Synopsin methodi-

thodieæ Philosophiæ: Librum de Philosophia, natura Logicæ, Prædicabilibus &c. Paradigmata Hebraica: Opus Metaphysicum: Epitomen Metaphysicæ specialis: Tractatum Logicum de Propositionibus sive Axiomatibus: Tract. Logicum de Syllogismis & Methodis: De vita verè Philosophica: Librum commentariorum Topicorum: Philosophiam compendiosam: Epitomen Logicæ: Manuductionem ad antiquam fidem catholicam: Introductionem Logicæ & de Anima: Theologiam naturalem & Angelographiam: Opera Philosophica: Manuale ad Theologiam Practicam, de IV. Novissimis: Veritatem Evangelicam de vera Ecclesia, contra Pontificios ad D. Wittfeldium: Libellos Germ. contra Joh. de Recke, & Walenburgios: Probam Religionis Pontificiæ: Aurifodinam Theologicam: Dispp. varias.

12. Nov. JACOBUS FULIGATUS, *Italus*, Romanus, Soc. Jesu, Concionator variis in urbibus, Præses Congregationis B. Virginis Assumptæ, æt. 76. Societ. 58. Conscripsit Italicè *Vitas Rob. Bellarmini, Bern. Realini: Petri Canisii: Compendium vitæ Fr. Xaverii: Martyrium Abundii, Abundantii, Marciani & Joannis:* Vulgavit quoque *Epistolas Card. Bellarmini.*

13. Nov. FRANCISCUS DE SACRA QUERCU, vulgo HOLYOKE, *Anglus*, Whitacriâ-Worwiensis, Southaniæ Pastor, æt. 87. Struxit *Dictionarium Etymologicum Latinum Anglicè explicatum: Concionem de obedientia in Matth. XIII, 17.* & alia.

15. Nov. ALOYSIUS JUGLARES, *Italus*, Niciensis, Soc. Jesu, in qua Rhetor. & Mathem. Professor, Ducis Sabaudiæ Caroli Emmanuelis Informator, nec non Concionator, æt. 46. Soc. 31. Posteris concessit *Centum Elogia Dei hominis, Jesu Christi: Vitam & Virtutes Ludovici XIII. Regis Christianissimi: Inscriptiones, Epitaphia & Elogia, partibus II: Ariadnem Rhetorum: Orationes funebres: Scholam veritatis apertam Principibus: Panegyricos sacros Christi: Conciones Quadragesimales: Conc. de Adventu &c.*

21. Nov. FRANC. FURTADUS, *Lusitanus*, Fayalensis, Soc. Jesu, Missionarius in Indiam, in qua totos 32. annos operarius, Superior in Residentiis annos 13, Superior domorum Septentrionalium annos 7. Vice-Provincialis totius Missionis 6. ætatis suæ 67. Impressit lingvâ Sinensi, *de mundo & cælo libros sex; De Logica & Metaphysica tomos aliquot.*

28. Nov. ELIAS EHINGERUS, *Germanus*, Dellingensis, Bavarus, Phil. Magister, Rector primùm Rotenburgicus, pòst Augustanus, & Bibliothecarius, tum Portensis, iterum Augustæ Vindelicorum, ac deniquè Ratisbonæ emeritus, æt. 80. officii Scholastici 48. Prelo submisit *Apostolorum Canone & S. Conciliorum decreta Græcè & Latinè: Dissertationem de*

de *Jesuitico* Lysandro: *Exercitationes Augustanas*: *De criteriis scientiarum centuriam*: *Quæstiones Theol. & Philos. Cæsarii Gr. & Latinè*: *Dissertationes de patritia dignitate*: *Passionale Sholasticum, de torcularis Christi Calcatore*: *Velitationem epistoralem cum Jesuitis Monacensibus, de præcipuis fidei articulis*: *De Fide Hæreticis servanda*: *Locos Theologicos Areopagiticè dispositos*: *Phænomena & Miracula Solis*: *Dispositionem Bibliorum & Versionem, tempore Origenis*: *De Germana Pace*: *Judicia Jesuitarum aliorumque Pontif. de Aug. Confessione*: *Dialogismum Christi & Christiani*: *De Honore & præmiis Professorum & Præceptorum*: *De Pareliis*: *De emendandis Germanorum moribus*: *De Civitate Rotenburgo-Tuberana*: *De Athenæo Augustano*: *De Sanctissimo puero Jesu*: *De Passione Christi*: *De anno Jubilæo A. Confessionis*: *De Invocatione Sanctorum*: *De S. Augustino*: *Orationes V. de stimulo virtutum*: *De Amnestia*: *De anno seculari Ecclesiæ Ratisbonensis*: *IV. Hominis Novissima*: *Paradoxon* Φαινόμδρον, *adversis lætari*: *Seculum XV. Historiæ Ecclesiasticæ*: *Tractatum Germanicum de veteri & novo Papismo*: *Judicium Astrologicum de nova stella*: *Vindicias pro vita, doctrina & morte D. Lutheri*: *De quæstione; ubi Ecclesia fuerit Christiana ante Lutherum?* & nonnulla alia.

8. Decembr. ALBERTUS LINEMANNUS, *Prussus*, Fischhusanus, Philos. Magister, & Mathematum Prof. Regiomontanus, ætat. 50. Ejus superest *Memoria Secularis Academiæ Mathematica*: *Manuductio ad Fortificationem Belgicam*: *Deliciæ Calendariographicæ*: *Dispp. de Visionis natura*: *De Anima*: *De Fulmine, turrem pulveris pyrii percutiente*: *De Mathematicis disciplinis in genere*: *De Veritate Fati Astrologici*: *De videndi modo*: *De motu diurno telluri vendicando*: *De Refractionibus Uranicis*: *De Iride*: *De natura Cometarum æthereorum &c.*

13. Dec. JO. BAPTISTA RINUCCIUS, *Italus*, Florentinus, Archiepiscopus & Princeps Firmanus, à Pontifice Romano ad Fœderatos Catholicos Hiberniæ Legatus, æt. 61. Dedit Italicè *Discursum de dignitate & officio Episcopi*.

14. Dec. ALARDUS LE ROY, *Belga*, Insulensis, S. J. Coadjutor Spiritualis, Rhetor. Professor, Scholarum Præfectus, Concionator deinde & Confessarius, æt. 65. Soc. 47. Edidit, tacitò nomine suô, *Iter certum cœli & modum efficacem ad salutem*: *Beatam V. causam omnium bonorum & notam salutis*: *Compendium vitæ B. Francisci Borgiæ*: *Legiam Catholicam & vitam S. Lamberti*: *Documenta virtutis ex consideratione Avium*: *Sanctitatem vitæ, ex consideratione florum*: *Pœnitentiam dilatam*: *Patrem familias*: *Institutionem ad dies Dominicos festosque pie transigendos*.

29. Dec. ROLANDUS MARESIUS, *Gallus*, Parisiensis, Advocatus in patria, mox privatam elegit vitam, donec sexagenarius fermè obiit. Post se reliquit *Epistolarum Philologicarum libros duos*, idiomate Latinô.

30. Dec. BERNARDUS DE VILLEGAS, *Hispanus*, Oropesanus, S. J. Human. Philos. & Theol. interpres, Rector Collegii Murciani & Præpositus domus Professorum Toleti, tum Vice-Provincialis, nec non sacro Tribunali Inquisitionis à censuris & Archiepiscopo Toletano à Confessionibus, ætat. 61. Soc. 46. Formavit *Exercitia sancta diei*: *Favores B. Virginis erga suos devotos*: *Soliloquia divina*: *Pharetram divini amoris*: *Censuram de Apparitionibus Sanctorum martyrum Anonensium*, & *de eorum reliquiis*: *Vitam S. Lutgardis*.

JO. ERNESTUS SCHMIEDEN, Eques Polonus, & nunc Consul Gedanensis, Legatione Brandeburgicâ clarus, Scripsit ad Comitem Menardum de Beaumont, Gallum, *de Jubilæo Romano Anni* 1650. cujus ille tunc Romæ spectator fuit: item Carmina, & alia Panegyrica ad Roman. Pontificem, Innocentium X. Reges, Principes, Proceres: item Cenotaphium Claudii de Salmasia, Literas ad Nic. Heinsium Boxhorn. Jo. Hevelium &c. & fors multa alia, Græca, Italica, Gallica, quæ, dum vivit, Vir Illustris, vix edentur.

JO. STEINBERGIUS, *Germanus*, Gorlicio-Lusatus, J. U. Doctor, primùm Principis Palatini Consiliarius Aulicus, tum Juris Prof. Genevensis, ac demum Grôningensis, æt. 61. Elaboravit *Observationes ad Matth. Wesenbecii Paratitla*: *Dissertationes Justinianeas ad Instit. Juris*: *Epigrammata & Anagrammata*: *Dispp. de interpretatione & Fictione Juris*: *Ad L. contractus 23. ff. de R. Juris*: *Dissertationes IV. elementis juridicè tractatis*: *De Majestatis & Regaliorum jure supremaque potestate &c.*

SCIPIO CLARAMONTIUS, *Italus*, Cæsenas, Eques, primùm Perusiæ, tum Pisæ, inde in urbe patria Philosophiæ Professor, demum Sacerdos, æt. 88. Scripsit *Commentarium in Aristotelem de Iride, Corona, Pareliis*: *De Altitudine Caucasi*: *Anti-Tychonem, seu Cometas esse sublunares, non cælestes*: *Apologiam pro suo Anti-Tychone*: *De tribus novis stellis, quæ An.* 1572. 1600. 1604. *comparuêre*: *Examen Censuræ J. Camilli Gloriosi in Claram*: *De sede sublunari Cometarum*: *Historiam Cæsenæ Urbis*: *Libros X. de conjectandis cujusque moribus & latitantibus Animi Affectibus*: *De Phasibus Lunæ*: *De Horizonte sensibili*: *De usu speculi pro libella & de tota libratione*: *Opus de Universo*: Italicè *de Cometa illo magno, qui anno* 1618. *visendum sese orbi præbuit*: *De Ratione Status &c.*

GULIELMUS GOUGE, *Anglus*, Stratfordensis in Midlesexia, Theol. Doctor. Commentus est lingvâ vernaculâ *in Psalmum CXVI*: *In Episto-*

lam ad Hebræos: In Canticum: In Orationem Dominicam: In Ezech. XXIV, 16. Nehem. V, 19. II. Chron. VIII, 9: De tribus sagittis Dei: De Sabbatho: De Armatura spirituali: De officiis Oeconomicis & Domesticis.

JO. JACOBUS LUCKIUS, *Germanus*, Argentoratensis, ætat. 79. Collegit *Syllogen Numismatum elegantiorum.*

JACOBUS BARTHOLINUS, *Danus*, Hafniensis, Professor Soræ designatus, sed in itinere Heidelbergæ denatus. Editus est ab eo *Liber Cabalisticus, Maajan Hahhochma, fons sapientiæ: Alius liber illustris, primæ antiquitatis, Bahir dictus, autore R. Nehhonia.*

MATTHIAS COLDENBACHIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, in Acad. Viadrina Prof. & Electoris Brandenburgici Consiliarius. Composuit *Nucleum Controversiarum de Contractuum materia: Dispp. de atrocitate delictorum & pœnarum ex asperatione: De legali Actuorum pœnitentia &c.*

GULIELMUS STAMPE, *Anglus*, Oxoniensis, Artium Magister, in Ecclesia S. Abdati Prædicator, Rector de Stepney, Theol. P. tum Carolo II. Regi in exilio, ac demum Reginæ Bohemiæ à sacris, æt. 43. Hagæ Comitis. Reliquit *Spiritualem infatuationem, variis concionibus traditam: Vindicias Liturgiæ Ecclesiæ Anglicanæ: Explicationem Esaiæ LIX, 1. 2.*

JOH. WEBERUS, *Germanus*, Ohrdrusiensis Thuringus, Theol. Doctor, Concionator Aulicus Gleichensis. Elaboravit *Disquisitiones III. Philologico-Theol. Goclenio oppositas: Tractatum de Prædestinatione adversus Jo. Keckium: Controversias de Cæna Domini: Elenchum Prodromi: Anti-Lampadium: Lampadium nescium Sententiam Lutheri de Doctrina Calvinianorum: Desiderium Gentium: Indicem antiquæ & salvificæ fidei: Monotriadem Gersonicam, sive tria opuscula Jo. Gersonis: De sanctificatione fidelium, contra Enthusiastas & Weigelianos: De Auctoritate sacræ scripturæ, contra Gretserum: De vero usu S. Scripturæ in controversiis fidei &c.*

BALTHASAR BONIFACIUS, *Rhodiginis*, annô ætatis 18. creatus J. U. Doctor, ejusdemque in Collegio Rovigano Professor, inde tam literarum humaniorum in Academia Pataviensi, quàm in Gymnasio Venetorum Juris Civilis Prof. demum Protonotarius Apostolicus, Abbas & Archidiaconus Tarvisinus. Lucubrationes ejus Latinô Hetruscoque sermone plurimæ reperiuntur, ex quibus sunt *de Animæ immortalitate Liber: De Aristocratia Dissertatio: De quadragenis Romanæ Historiæ Scriptoribus judicium: De Archivis liber: Prælectiones, & civilium Institutionum epitome: Conjecturæ in Martialem: Musarum, seu Latinorum Poëmatum Pars prima: Historia Ludicra: Orationes variæ: Tragœdiæ: Epistolæ: Elogia Contarenorum Heroum &c.*

JO. RI-

JO. RICHARDSONUS, *Anglus*, Cestriensis, Theol. Prof. Dubliniensis, tandem Episcopus Ardacensis in Hibernia, æt. 74. Adornavit *Observationes selectas in Vetus Testamentum: Sacras Consolationes.*

CASP. HORNIUS, *Germanus*, Freibergensis, Misnicus, Med. Doctor, primùm Dresdæ per septennium, deinde Plaviæ Varisc. Physicus, hinc in patria Medicus ordin. per 20. annos, æt. 70. *Gebri Arabis Chymiam innumeris locis emendavit, additâ suâ Medullâ Alchimiæ Gebricæ.*

ANNO 1654.

1. Jan. THOMAS DE HERRERA, *Hispanus*, Medinæ-Campensis, Eremita S. Augustini, Theol. Prof. Complutensis, hinc Cardinali Augušt. Spinolæ à Confessionibus & Consiliis Theologicis, pòst Provinciæ Salmanticæ Præfectus, æt. 69. Scripsit Latinè *Alphabetum Augustinianum: Bibliothecam Augustinianam: Compendium Præsulum Ordinis Eremitici: Responsionem ad Apologeticum Lucæ Waddingi de prætenso Augustiniano Monachatu D. Francisci: Clypeum hujus Responsionis:* Hispanicè *Historiam de Conventu S. Augustini in Salmantia, Doctrinam Christianam.*

4. Jan. JOH. MAJOR, *Germanus*, Reinstadiô-Thuringus, primùm Diaconus Vinariæ, inde Jenæ Pastor & Superintendens, tum Theol. Doctor ejusdemque Professor, ac demum totius Academiæ Senior, ætat. 90. Ephoriæ 49. Prof. 43. Minist. 62. Typis subjecit *Orationem Poëticam: Postillam Poëticam: Aristotelis Ethicam: Diascepsin de vasis iræ & misericordiæ, nec non honoris ac ignominiæ, contra Calvinianos: Antenclema defensioni D. C. Horneji oppositum: Judicium de Acatholicorum credendi regula, contra Valerium Magnum: Conciones funebres: Jubilæas: Dispp. Philos. & Theol. varias.*

4. Jan. JOH. ADOLPHUS TASSIUS, *Germanus*, Vörda-Bremensis, Professor Mathem. Hamburgensis, æt. 69. Ejus prostat *Compendium Arithmeticæ Empiricæ: Compendium Geodesiæ: Disp. de Mundi axe & polis, itemque telluris figura,* Plura ejus editurus scripta promisit V. Cl. Henricus Siverus.

15. Jan. FRANCISCUS AGUARDUS, *Hispanus*, Madritensis, S. J. Magister Novitiorum Villaregii & Madriti, Rector Collegii Complutensis, Provincialis Toletanus, Præpositus domus Professæ Madritensis, Romæ in comitiis Procurator, pòst Elector futuri Generalis in congregatione octava Generali, demum Concionator Regis Philippi IV. Aulicus, æt. 82. Relig. 65. Condidit Hisp. *Opus de perfecto Religioso: De Sapiente Christiano: De summo fidei Sacramento: Exhortationes varias doctrinales: Sermones de Adventu & Quadragesima: De Fidei mysteriis.*

21. Febr. JACOBUS KOCKERTUS, *Germanus*, Lubecensis, Scholæ patriæ Sub-Rector, æt. 58. Concinnavit *Indicem Terentianum*: *Scandenbergium, de Georgii Castrioti, quondam Epirotarum principis, vita & morte.*

28. Febr. JO. LUDOV. GUEZIUS, Dominus de BALZAC, *Gallus*, Nobilis. Reliquit *Carminum libros tres*: *Aristippen, sive de Aula*: *Epistolas selectiores &c.* Opera ejus prostant duobus voluminibus.

28. Febr. JO BONNETUS, *Gallus*, Tolosanus, S. J. Theol. moralis Professor, Concionator, Collegii Xantonensis Rector, æt. 70. Societ. 55. Pictavii. Emisit idiomate vernaculô, *Commentarios Paraphrasticos IV. Evangeliorum.*

10. Mart. SEBASTIANUS BECKIUS, *Helvetius*, Basiliensis, Theol. Doctor, primùm in patria Veteris per Septennium, deinde Novi Testamenti per 36. annos Professor, ætat. 71. Composuit *Dissertationes Theologicas*, & non nulla alia.

14. Mart. JO. HOPPIUS, *Germanus*, Phil. & Med. Doctor, Pathalog. Professor, & Facult. Medicæ in Academia Lipsiensi Senior, æt. 37. Dedit *Dispp. de Catarrho suffocativo, aliisque materiis Medicis.*

17. Mart. GEORGIUS MANCELIUS, *Livonus*, Mitoviâ-Semgallus, Theol. Licentiatus, primùm in Acad. regia Dorpatensi Theol. Professor, ibidemque Præpositus, deinde Ducis Curlandiæ Concionator Aulicus, æt. 61. Juris fecit publici *Meditationem Theologico-Physicam de Terræ Motu*: *Dispp. Theol. de sacra scriptura aliisque locis Theologicis*: *Concionem ex Jos. I, 1. — 5. cum Dux Curlandiæ Jacobus regimini admoveretur*: In lingva etiam Lettica, *Postillam*: *Vade mecum*: *Colloquia.*

17. Mart. JACOBUS BRUNO, *Germanus*, Megapolitanus, Philos. Magister, Ethicæ & Græcæ Lingvæ Professor Altorphinus, æt. 59. Struxit *Notas in Agapetum de officio boni Principis*: *Exercitationes Ethicas XIII*: *Dispp. IX. ad Libros III. offic. Ciceronis*: *Dispp. de origine virtutum moralium*: *De Actionibus humanis &c.*

18. Mart. JO. JACOBUS RüDEN, *Germanus*, Ratisbonensis, Philos. Magister, primùm Rector Schwandorffensis, deinde Ecclesiastes Norimbergensis, & ad D. Laurentii Senior, æt. 64. Minist. 42. Edidit *Apothecam Animæ*: *Conciones aliquot funebres.*

24. Mart. SAMUEL SCHEIDIUS, *Germanus*, Hallensis Saxo, Archiepiscopi Magdeburgensis Organista & Capellæ Magister. Typis exscribi curavit *Psalmorum & Cantilenarum Canones*: *Concertationes sacras*: *Librum*, quem vocant *Tabulatur-Buch &c.*

11. April. JACOBUS TRIGLANDIUS, *Belga*, Vianâ ad Leccam Hollandus, ex Pontificio factus Reformatus, primùm Scholæ Vianensis Rector & Ecclesiastes, inde Amsterodamensis per

24. annos Pastor, denique Theol. Doctor & Prof. primus in Academia Lugduno-Batava, 71. Post se reliquit *Librum de gratia universali: De Episcopatu, contra Nicol. Vedelium: Dispp. Theologicas in Confessionem Remonstrantium: Antapologiam, sive Examen & Refutationem totius Apologiæ Remonstrantium: Dispp. varias de statu Humiliationis Christi &c.*

14. April. JACOBUS CLAUDERUS, *Germanus*, Altenburgensis, Philos. Magister, primùm Ecclesiæ Luccaviensis Pastor, deinde Diaconus Altenburgensis. Exaravit *Orationem de εὐθυμία, sive Animi Tranquillitate: De Pace Religiosa: De quæstione bipartita in Papam Romanum, I. num & Cæsarea Majestas ab ejus coronatione dependeat? II. num indirectè summa potestate in temporalibus fulgeat? Concionem ob pacem sancitam habitam &c.*

20. April. STEPHANUS SCHULTETUS, *Germanus*, Osterburgo-Marchicus, Med. Doctor, ejusdemque & Mathem. Professor Rostochiensis, æt. 51. Reliquit *Dispp. de Anima vegetante, de natura Lienis, & materiis tam Philosophicis, quàm Medicis.*

21. April. LAURENTIUS LUDENIUS, *Germanus*, Ecklenfordensis Holsatus, Phil. & J. U. Doctor, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Poës. & Hist. tum quoque Mathem. & Philos. Practicæ per 17. annos in Acad. Gryphiswaldensi, inde Juris, Orator. & Poës. in Academia Gustaviana, quæ Dorpati in Livonia est, Professor, demum Bibliothecarius ibidem Regius, æt. 62. Prodiit ab ejus industria *Historia Practica, sive liber de viro Practico, deque mediis ad vitam practicam deducentibus, exercitationibus XXXVIII. propositus: Liber de quatuor felicitatis humanæ gradibus, exercitia LXXXIX. complectens: Collegium de informatione Prudentiæ: Collegium Chronographicum: Tractatus de Anima: Encomium Regis Sueciæ Gustavi Adolphi: Parentationes anniversariæ VII. in ejusdem Regis obitum: Orationes in Coronationem Christinæ Reginæ: In Natalem Ejusdem: De Livonia: De Moscovia: De Borussia: De Statu Regni Sueco-Gothici: De Poloniæ Regno: De Germania: De Monarchia Græcorum: Persarum: De Jure Civili Sueco-Gothico: De Civitate Dorpatensi: De Historia tam Romanarum, quàm Suecicarum Gothicarumque Legum: De Studiosorum obedientia: Elogium Ludovici Hintelmanni: Dispp. de Præcognitis Oratoriæ facultatis: De Rhetoricorum ad Cl. Herennium libro primo: De M. T. Ciceronis ad P. Fratrem de Oratore Dialogo: De Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica libro: De Publ. Virgilii Maronis Georgicon libro II. III. & IV. de Arborum & Armentorum cura: De Historia Sueco-Gothica Regum internorum, ut & Gothorum Regumque externorum: De Oratoria Ecclesiastica: De Fine: De Fortitudine: De Theoria solis: De Meteoris: De Tempore: De Homine: De Motu corporis naturalis in genere: De Morte:*

De Optica: De principiis internis corporum naturalium: De Terra: De studio Honoris: De mente dirigenda in deliciis: De usu divitiarum: De Turbulentorum directione: De Regno: De Legibus: De Feudis: De Nobilitate: De Civitate: De Bello: De Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur: De Justitia: De naturalis scientiæ constitutione: De Emptione & venditione: De Actionibus: De processu juris: De rerum divisionibus & acquirendo ipsarum dominio: De Futurorum meditatione: De Demonstratione: De praxi Politica in exercitiis militaribus &c.

17. Maji DANIEL STAHLIUS, *Germanus*, Hammelburgo Francus, Phil. Magister, Logicæ & Metaphys. Professor Jenensis, ætat. 65. Prof. 31. Divulgavit *Canones Metaphysicos: Regulas Philosophicas: Institutiones Metaphysicas: Quæstiones Logicas: Institutiones Logicas: Philosophiam Moralem: Notas & observationes in Conr. Horneji Compendium Dialecticæ: Compendium Metaphysicæ in XXIV. tabulas redactum: Dispp. Philosophicas, de Gradibus Necessitatis: De ratione definiendi relata: De verbo infinito: De tertio modo καθ' ἀυτὸ: De enunciatione conditionali &c.*

20. Maji JO. STRANGIUS, *Scotus*, Cunigamiensis, Philos. Magister, primùm Gymnasii Leonardiensis Regens, deinde Ecclesiæ Areliensis Presbyter, pòst Theol. Doctor, & in Academia Glasguensi Prof. primarius, æt. 70, Edenburgi. Scripsit

de Voluntate & Actionibus Dei circa peccata: De interpretatione & perfectione sacræ scripturæ: Opuscula de Sabbatho: De imagine Dei: De Polygamia, & aliis.

23. Maji ANDR. PINTUS RAMIREZ, *Lusitanus*, Ulyssiponensis, Phil. Magister, S. J. Humaniorum literarum interpres Villagarsiæ, tum quoque Concionator & Theol. Prof. Salmanticæ, inde in Collegii Montfortensis secessu degens, ætat. 60. Soc. 37. Commentatus est *in Canticum Canticorum: In Epistolas Christi ad VII. Episcopos Asiæ in Apocalypsi: De Deiparæ ab originis peccato prærogativa: Utriusque Principum Politices Parallela justæ & iniquæ, ad cap. XIV. Esaiæ: Sacræ Scripturæ selecta, sive specilegium sacrum: Philallela.*

12. Jun. PETRUS A STREITHAGEN, *Germanus*, Aquisgranensis, Nobilis, primum Comitum Nassaviensium Concionator Castrensis, inde Pastor Emmericensis, tum Friderici V. Regis Bohemiæ Ecclesiastes Aulicus, postea Inspector Dirmsteinensis, porrò ad D. Petri Pastor Heidelbergensis, ac demum Electoris Heidelb. Consiliarius Ecclesiasticus, Consistorii Assessor primarius & Concionator Aulicus, æt. 62. Minist. 39. Formavit *Novum Hominem, sive Tractatum de Regeneratione:* Ex Anglico in Germanicum transtulit *Joh. Cattoni viam vitæ, XXXIV. Concionibus explicatam.*

27. Jun. JOH. VALENTINUS ANDREÆ, *Germanus*, Tubingâ Wurtembergensis, Theol. Doctor, Consiliarius Ducum Brunsvicens. & Wurtembergens. Abbas deinde & Superint. Generalis Adelbergensis, æt. 68. Delineavit *Famam Andreanam reflorescentem*: *Vitam Joh. Conradi Goebelii laudatam*: *Mythologiam Christianam, sive virtutum & vitiorum vitæ humanæ imaginem*: *De Curiositatis pernicie Syntagma*: *Selenialia Augustalia*: *Opuscula de restitutione Reip. Christianæ in Germania*: *Gratitudinem in bene meritos*: *Subsidia rei Christianæ & literariæ*: *Theophilum, sive de Christiana Religione colenda*: *Florem virtutum Ehrenrici Hohenfelderi*: *Joh. Sauberti Umbram*: *Chronologiam sacram*: *Summam doctrinæ tergeminam*: *Menippum*: *Memorialia*: *Augustum, Principis exemplum, in plausum natalis sui LXVI*: *Turres Babel, seu judiciorum de fraternitate Rosaceæ crucis chaos &c.*

23. Jul. HORATIUS GRASSIUS, *Italus*, Savonensis, S. J. Mathes. Genuæ atque Romæ Professor, deinde Rector Collegii Savonensis, ætat. 71. Soc. 54. Edidit, suppressô suô nomine, *Libram Astronomicam & Philosophicam*: *Rationem ponderum Libræ & Symbellæ*: *Disput. opticam de Iride*: *Astronomicam de tribus cometis anni 1618*: *Orationem in parasceve habitam, cum aliis ejusdem argumenti.*

— Aug. VIRGILIUS MALVEZZUS, *Italus*, Boloniensis, Marchio, Theologus, JC, Mathematicus, Med. Musicus, Philologus, & sub Philippo IV. Hisp. Rege Miles. Scripsit *Discursus in Tacitum*: *Historiam Politicam de persecutione Davidis*: *Imaginem Politici Christiani*: *Rationes, ob quas Literati creduntur non posse in Aulis eminere*: *Romulum*: *Tarquinium Superbum*: *Alcibiadem*: *Coriolanum &c.*

8. Aug. JACOBUS FABRICIUS, *Germanus*, Cöslino-Pomeranus, primùm Scholæ patriæ Collega, deinde Ecclesiastes, pòst Concionator Aulicus, simulque Pastor & Præpositus Rugenwaldensis, mox Stetinensis, tum Theol. Doctor, porro Superintendens castrensis, ac Regis Sveciæ Confessionarius, demum Generalis per Pomeraniam Orientalem 20. annos Superintendens, Pastor in templo Cathedrali & Professor in Gymnasio Stetinensi primarius, æt. suæ 61. Emisit *Disputationes in Genesin*: *In Epistolas ad Romanos*: *Orationem de Agno super montem Sion stantem*: *Quæstiones XXXV. militares practicas*: *Conciones Festivales*: *Refutationem calumniæ de Calvinismo Regis Gustavi Adolphi, contra Jo. Conradum Hopfium*: *Justa Gustaviana*: *Pia monita de sacra Cæna*: *Conc. LXXXIII. in librum Judicum*: *Relationem de Benigna, Rege Stetinensi*. *Conc. LXVII. Pœnitentiales*: *Probationem Visionum*: *Defensionem illarum, contra Jac. Stolterfotium*: *Concionum funebrium*

brium Decades quinque: Concionem Comitialem &c.

11. Aug. CAROLUS OGERIUS, *Gallus*, Parisiensis, J. U. Doctor & Advocatus in patria, tum Legato Regio ad Venetos, pòst etiam ad Reges Septentrionales, à secretis, cælebs, æt. 59. Reliquit *Ephemerides, sive iter Danicum, Svecicum, Polonicum.*

22. Aug. THOMAS HORNE, *Anglus*, Derbiensis, Artium Magister, Scholæ Leicestriensis, pòst Tunbridgiensis, demum Eetonensis moderator, æt. 63. Fecit *Manuductionem in ædem Palladis, seu quâ methodô boni Autores legendi: Rhetoricæ compendium.*

28. Aug. PLACIDUS SAMPERUS, *Siculus*, Mamertinus, S. J. Rhetor. Lector & Ecclesiastes. Condidit Italicè *Icanologiam de imaginibus B. Virginis, quæ Messanæ coluntur miraculis celebres:* Et tacitô suô nomine, *Discursum Academicum, in laudem Portus Messanensis.*

31. Aug. OLAUS WORMIUS, *Danus*, Arhusius Cimber, Med. Doctor, primùm literarum Humaniorum, tum Græcæ Lingvæ, pòst etiam Physicæ, ac tandem Med. Professor in Acad. Hafniensi, Canonicus item Capituli Londinensis, nec non Archiater Regius, æt. 66. Inclaruit ex *Quæstionum Hesiodicarum duabus septadibus: Quæstionum Miscellanearum Decade: Exercitationibus Physicis: Cosmologicis Disceptationibus tribus: Jubilæô Evangelicô: Laureâ Philosophicâ, contra Fratres roseæ crucis: Baccalaureo Philosophiæ, cum suis requisitis & privilegiis: Commentariis in librum Aristotelis de Mundo: Fastis Danicis: Historiâ Norwegicâ: Literaturâ Danicâ antiquissimâ: Monumentorum Danicorum libros VI: Lexico Runico: Serie Regum Daniæ: Controversiarum Medicarum Exercitationibus XVIII: Institutionum Med. epitome selectâ controversiarum Medicarum centuriâ: Historiâ variorum Musei Wormiani: Catalogô Musei Wormiani: Historiâ muris in Norwegia depluentis: De cornu aureo: Monumento Strocensi in Scania.*

1. Sept. JACOBUS MICALIA, *Italus*, Peschensis in Apulia, S. J. Missionarius Temisvarius in Illyrico & Laureti Pænitentiarius, ætat. 54. Dedit *Dictionarium Illyrico-Italico-Latinum.*

10. Sept. GEORGIUS KöNIG, *Germanus*, Ambergâ-Palatinus, Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. Altorphina 38. annos Professor, simul Ecclesiæ ibidem 40. annos Pastor, ætatis suæ 63. Elucubravit *Vindicias sacras in difficiliora sacræ scripturæ loca, numero CXX: Orationem de studiis virorum illustrium in colendis Bibliothecis: Casus Conscientiæ Catecheticos: Casus Conscientiæ Miscellaneos: Tractatum de Anti-Christo Romano, contra Michaelem Denckium: Conciones funebres varias: Dispp. Theol. de S. Scriptura: De Deo: De Satisfactione Christi: De legis divinæ dispensatione: De Deo, quod non sit causa peccati:*

De Peccato veniali: De Justificatione: De Sabbato: De fide hæreticis servanda: De vitæ humanæ termino &c.

— Sept. THOMAS GATAKERUS, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Collegii Sidnegensis in Academia Cantabrigiensi socius, deinde Lector Lincolensis, tum Rector de Redrith in Surrey, æt. 80. Ejus reperiuntur *Conciones de Sorte: De Transsubstantiatione & Justificatione: Vindiciæ Annotationum contra Lillæum: Cinnus seu animadversionum variarum liber primus: Diatribe de Stylo Novi Testamenti, contra Pfochenium: De nomine Tetragrammato Jehova: De Diphthongis & aliis literis: Vindicatio dissertationis de nomine Tetragrammato, contra Ludov. Capellum: De infantium Baptismo: Anniversaria memoria Angliæ, ab Hispanica invasione liberatæ: Antithesis Amesii & Voetii thesibus de sorte: Animadversiones in Piscatoris & Lucii scripta: Adversaria de causa meritoria justificationis: Stricturæ in Wegelini Sant Gallensis Disp. Theologicam de obedientia Christi: Adversaria Miscellanea: Comment. in M. Antonini Imp. liberos: Cura hominis Christiani lucrum pietatis: Viri justi gaudium cum characteribus sinceritatis: Oratio Eleazari, bona Uxor donum Dei: Constantia Christiana à Christo coronata: D. Stephani legatum: Oculus Dei super Israel &c.*

29. Sept. HUGO SEMPILIUS, *Scotus*, Craigbaisæus, S. J. Mathematicus, æt. 60. Struxit *de Mathematicis disciplinis libros XII: Experientiam Mathematicam de compositione & divisione numerorum, linearum, quadratorum &c.*

1. Octob. LEONHARDUS WURFFBAIN, *Germanus*, Norimbergensis, J. U. Doctor, per 50. annos in patria Advocatus, & 24. annos Consiliarius, æt. 73. Evulgavit *Relationes Historicas: Lectiones varias de numero septenario: Relationem de Ducatu Mediolanensi: Historicam Relationem induciarum & pacis, inter Austriacos & Hispanos, & inter Gallo-Francos: Tabulas Genealogicas varias: Catalogum Electorum Ecclesiasticorum: Descriptionem oppidi & præfecturæ Altorffensis: Relationem de Statu Romani Imperii post institutam à Caroli M. posteris terrarum & hominum divisionem: Descriptionem itinerum Orientalium filii sui Jo. Sigismundi Wurffbainii.*

5. Oct. NICOLAUS DE CONDE, *Lotharingus*, Claromontanus, S. J. Rhetor. & Philos. Lector & Ecclesiastes, æt. 54. Societ. 32. Emisit, tacitô suô nomine, *Supplementum ad annum Christianum Joh. Suffreni: Orationem funebrem de Ludovico XIII: Vitam Caroli à Lotharingii, è Soc. Jesu.*

12. Oct. GODEFRIDUS WANDELMANNUS, *Belga*, Amstelodamensis, ex Reformato Pontificius, S. J. Missionarius & Concionator, ætat. 64. Scripsit Belgicô Idiomate, *Viam salutis seu declarationem Catholicæ fidei: Claram & rectam demonstrationem*

nem Ecclesiæ Christi: Responsiones aliquot ad libellos Hæreticorum.

16.Oct. SAMUEL BOLTONUS, *Anglus*, Theol. Doctor & Collegii Christi Cantabrigiæ Magister, ætat. 48. Publici juris fecit *Discursum Sacramentalem de arbore vitæ: Confutationem errorum: Limitse Christianæ libertatis: Vestem nuptialem: Navem fluctuantem: De peccato & dominio fidei:*

19. Nov. GODEFRIDUS FRANCKENIUS, *Belga*, Silvæducensis, S. J. Philos. in Academia Olomucensi, pòst Theol. moralis Nissæ Professor, Missionarius in Daniam & Sveciam, Rector Collegii Brugensis, demum Missionarius in Africam, ætat. 62. Relig. 39. Guineæ. Formavit *Assertiones ex universa Philosophia: Problemata XVIII. Optica de visu ejusque objecto.*

28.Nov. EMMANUEL MASCARENHAS, *Lusitanus*, Ulyssiponensis, S. J. Literarum Human. & Theol. moralis interpres, Rector item Collegii Hibernorum Ulyssiponensis. Scripsit *Tractatum de Sacramentis in genere, Baptismo, Confirmatione, Eucharistia & Sacrificio Missæ.*

30.Nov. JO. SELDENUS, *Anglus*, Salvintoniâ Suffexianus, Parlementarius Burgensis, Fecialis, JCtus & Antiquarius, æt. 70. Opera ejus, quibus inclaruit, sunt; *De Jure Naturali & Gentium, juxta disciplinam Ebræorum, Tractatus: Mare clausum, de Dominio Maris libri duo: De Successionibus ad leges Ebræorum, in bona defunctorum: Historia Decimarum: Spicilegium in Edmeari libros VI. Historiarum: Honoris Tituli: De Successione in Pontificatum Ebræorum: Uxor Ebraica, seu de nuptiis & divortiis Libri tres: De Synedriis & Præfecturis judiciis veterum Ebræorum: Vindiciæ maris clausi, contra Burgum: De Dis Syris Syntagma: Fleta, seu comment. juris Anglicani sic nuncupatus: Dissertatio historica ad Fletam: Marmora Arundeliana, cum aliquot inscriptionibus veteris Latii: Janus Anglorum: Analecta Anglo-Britannica: De Anno civili & Calendario Judaico: Versio & comment. ad Eutychii Ecclesiæ Alexandrinæ Origenes: Notæ ad J. Fortescutum de laudibus Legum Angliæ: Tractatus Gallicanus de agendi excipiendique formulis: Baronum Anglicorum in Parlamento consridentium privilegia: Duelli seu Certaminis origo,* & si quæ ejus supersunt scripta alia.

6. Dec. JOSUA HOYLE, *Anglus*, Sorbeiâ-Eboracensis, Collegii SS. Trinit. in Academia Dublinensi socius, Theol. Doctor & Professor, deinde Collegii Universitatis Oxoniensis Præfectus, & Theol. Prof. regius. Fecit *Replicationem adversus responsum Gul. Malone S. J. de reali præsentia.*

27.Dec. PETRUS OELHAFIUS, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, primum in Civitate patria Secretarius, deinde ibidem Professor Juris & Histor. nec non Inspector Alumnorum, demum J. U. Doctor, æt. 55.

Enuclea-

Enucleavit *Exercitationes Justinianeas*: *Systema Politicum*: *Systema Ethicum*: *Exercit. Oeconomicas*: *Tractatum de spiritu universi & Lapide Philosophorum magno*: *Dispp. de morbis totius substantiæ*: *De consilio & neutralitate*: *De Ente*: *De necessitate & contingentia*: *De præcognitis Logicæ*: *De tribus naturalium principiis Peripateticis &c.*

27. Dec. THEODORUS ZWINGERUS, Junior, *Helvetius*, Basiliensis, primùm Archidiaconus in patria, deinde Antistes & 24. an. Theol. Professor, æt. 57. Hujus est *Theatrum Sapientiæ cælestis*: *Analytica recensio epistolæ ad Romanos*: *Syntagma exercitationum selectarum*: *Conc. de Cœna Domini*: *Dispp. de Paschate V. & N. Testamenti*: *De Fœdere gratiæ, Lege item & Evangelio*: *De discrimine fidei Electorum & Dæmonum ex Jac. II, 19*: *De certitudine gratiæ Dei & salutis æternæ &c.*

30. Dec. GULIELMUS ABINGTON, *Anglus*, Audomaropolitanus, æt. 49. Publicavit *Edoardi IV. Regis Angliæ vitam*: *Poëmata.*

ANDREAS JOHANNIS PRITZ, *Svecus*, Sudercopensis, Phil. Magister, Eloq. Prof. Upsaliensis, pòst Superint. Gothoburgensis, & tandem Episcopus Lincopiensis. Scripsit *Orationem de modo studia rectè suscipiendi, & feliciter absolvendi*: *Comœdiam de Olao Rege Sveciæ*: *Aliam de Gustavo I. R. Sveciæ*: *Conciones aliquot funebres.*

JO. DONINICUS SALA, *Italus*, Patavinus, Med. Doctor inque Patria Professor, æt. 65. Vulgavit *Artem Medicam*: *De alimentis & eorum recta administratione librum*: *De natura Medicinæ libellum &c.*

ABRAH. WHELOCUS, *Anglus*, Salopiensis, Arabicæ Lingvæ in Academia Cantabrigiensi Professor, ibidemque Bibliothecarius. Huic debetur *quatuor Evangelistarum Versio Persico-Latina.*

JO. STOINIUS vel STATORIUS, *Polonus* Eques, Pastor Racoviensis Socinianus, pòst exul, ætat. 64. Imprimi curavit *Relationem Disputationis de Jesu Christi divinitate & remissione peccatorum nostrorum per eundem parta*: *Precationum Polonicarum librum*: *Præfationes &c.*

ANNO 1655.

1. Jan. HIERONYMUS FERRANTINUS, *Italus*, Anconitanus, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Moralis Romæ Professor, Collegii Maronitarum Rector, æt. 79. Relig. 61. Emisit *Dispp. theoreticas & practicas de Scandalo & correptione fraterna*: *Carminum & solutæ orationis opusculum.*

3. Jan. CAROLUS ANTON. THESAURUS, *Italus*, Taurinensis, J. U. Doctor, utriusque tam in Universi-

tate Pisana, quàm Taurinensi Professor, tum S. J. & Theol. moralis interpres, ac annos amplius XX. Romæ Pœnitentiarius Pontificius, æt. 68. Soc. 38. Composuit *de Pœnis Ecclesiasticis latæ sententiæ praxim bipartitam.*

7. Jan. INNOCENTIUS X. ante dictus JOH. BAPTISTA PAMPHILIUS, *Romanus*, Pontifex Max. æt. 81. Pontificatûs 10. Ejus prodiit *Bulla adversus Cornelii Jansenii tractatum de Gratia: Constitutio, quâ declarantur & definiuntur quinque propositiones in materia Fidei: De conceptione immaculata B. Virginis: Declaratio Nullitatis Articulorum Pacis Germanicæ.*

14. Jan. JO. CAROLUS HORWARDUS, *Germanus*, Bojus, Monacensis, S. J. Philos. & Theol. Græcii in Austria Lector, æt. 66. Viennæ. Dedit *Elucubrationes Philosoph. de corpore naturali ejusque passionibus.*

17. Jan. ÆGIDIUS GERARDI, *Belga*, Antverpiensis, è S. J. Scholarum Rector, Missionarius, Concionator & Director Sodalitatis B. Virginis. Exaravit Belgicè *Speculum Philotheæ.*

21. Jan. GEORGIUS FERUS, *Bohemus*, Tinensis S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Professor, Concionator, æt. 70. Relig. 53. Edidit Bohemicè *Vitas SS. Apostolorum, Martyrum & Virginum: Martyrologium Romanum: Horatii Tursellini Historiam Lauretanam: Thronum Marianum: Precationum libros: Militum Psalterium: Civitatem morum: Calendarium spirituale: Historiam, quô tempore quævis Provincia Ecclesiæ accesserit: Scutum fidei: Tract. de cruce Hispanica: Peregrinationem ad sacrum cruorem: Jubilæum primi seculi Soc. Jesu: Prophetias de Passione Christi: De conformitate voluntatis humanæ cum divina: Libellum catecheticum: Catholicum subsidium animarum: Draconem Apocalypticum: Grammaticam Linguæ Bohemitæ*, & non pauca alia.

22. Jan. CHRISTIANUS MATTHIÆ, *Germanus*, Meldorfiô-Dithmarsus, primùm Gymnasii Durlacensis Rector, tum Theol. Doctor & Prof. Altorphinus, pòst Ecclesiarum Dithmarsianarum Superintendens, inde Professor Soranus in Dania, tandem Pastor Hagensis in Belgio, postremò senex emeritus, æt. 71. Trajecti ad Rhenum. Concinnavit *Historiam Alexandri Magni: Systhema Ethicum: Logicum: Metaphysicum: Politicum: Methodicam sacræ Scripturæ loca vindicandi rationem: Systema Theologicum minus: Theologiam typicam: Collegium Anti-Photinianum: Historiam Patriarcharum: Theatrum Historicum de IV. Monarchiis: Sophisticam: Analysin typicam Evangelii secundum Matthæum: Explicationem Psalm. XLV. & CXXVIII: Dispp. varias, de judice controversiarum: De Christi secundum utramque naturam adoratione &c.*

1. Febr. JO. BAPTISTA FERRARIUS, *Italus*, Senensis, S. J. literarum amæniorum & Hebrææ in Collegio Romano Lector, ætat. 71. Societ. 53.

Congessit *Floram seu de cultura florum libros IV: Laudationem Marseli: Cognati, Medici: Nomenclatorem Syriacum: Orationem de Christi liberatoris obitu: Orationes XXV: Hisperides, sive malorum aureorum culturam & usum libris IV: Collocutiones.*

4. Febr. JO. STEPHANUS MENOCHIUS, *Italus*, Papiensis, Jacobi JCti filius, S J. Theol. in Collegio Mediolanensi Professor, Collegiorum Cremonensis, Romani, domus Professæ Mediol. Rector, tum Præpositus & Provincialis Madiolanensis Provinciæ, nec non Romanæ ac Venetæ, hujusque Visitator, demum quoque in congregatione octava & nona generali Procurator, æt. 80. Soc. 62. Publicæ luci commisit *Explicationem sensus literalis totius sacræ scripturæ tomis duobus: Hieropolitica, sive institutionis Politicæ è sacris scripturis depromptæ libros tres: Institutionis Oeconomicæ ex S. literis depromptæ libros duos: De Rep. Hebræorum Libros VIII: Historiam Sacram vitæ Christi tomis II: Historiam Sacram de Actibus Apostolorum: De Oeconomia Christiana libros VIII: Historiam Miscellaneam sacram ex variis auctoribus collectam: Diatribas eruditas tomis VI.*

6. Febr. DIDACUS DE TUREGANO BENAVIDES, *Hispanus*, Matritensis, Carmelita, Theol. Magister & Professor Complutensis, imo & Provinciæ Rector. Scripsit *Lecturas literales & morales super scripturam ac de arte & methodo scripturam interpretandi: Lectiones Magistrales in IV. libros sententiarum.*

10. Febr. ANTONIUS MYLIUS, aliàs GöRING dictus, *Germanus*, Jenensis, primùm Rudolstadiensis, deinde Anhaltino-Schwartzburgicus Concionator Aulicus, & Superint. Chanichfeldensis, æt. 62. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

14. Febr. JOACHIMUS CRELLIUS, *Germanus*, Rugià-Pomeranus, Philos. Magister, Polit. & Histor. in Academia Dorpatensi in Livonia Professor, æt. 44. Argentorati. Emisit *Dispp. Logicas: De natura Historicæ & modo rectè tractandi studium Historicum: De Temperamentis: De Monarchia &c.*

25. Febr. DANIEL HEINSIUS, *Belga*, Gandaviensis, in Acad. Leidensi Polit. & Histor. Professor ac Bibliothecarius, nec non Consiliarius & Historiographus Suecicus, S. Marci Eques, æt. 73. Celebritatem nominis consecutus est *Crepundiis Silianis: Auriaco: Notis in Hesiodum: Scholiis in Theocritum: Interpretatione Ethicæ Aristotelicæ Andronici Rhodii: Notis in Maximi Tyrii Dissertationes XL: Satyris duabus: Poëmatibus: Dissertatione de Nonni Dionysiacis: Notis in Theophrasti Eresii opera: In Aristotelis librum de Poëtica: De constitutione Tragica libro: Animadversionibus in Senecæ Tragædias: Homiliis in Theophaniam: In cruentum Christi sacrificium: Peplo Græcorum Epigrammatum: Notis in Horatium: Orationibus:*

Emendationibus in Aur. Clementis Alexandrini opera: De prima Romanorum ætate & virtute ad Florum: De secunda eorum ætate ad Tacitum: De contemptu Mortis libris IV: Paraphrasi in Aristotelis Politica: Aristarcho sacro: Dissertatione de servitute naturali: Homiliâ in Joh. XVII: Historiâ rerum Belgicarum: Notis in Prudentii Opera: Exercitationibus sacris ad N. Testamentum: Emblematibus amatoriis: Poëmatibus Belgicis, & nonnullis scriptis aliis.

8. Mart. RICHARDUS SCHMID, *Anglus*, Lincolnienſis, Theol. Doctor, Epiſcopus Chalcedonenſis, totius Angliæ & Scotiæ ordinarius, æt. 88. Typis ſubjecit *Reſponſionem ad Belli provocationem: Prudentialem trutinam Religionis: Flores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Gentis Anglorum libris VII: Collationem Doctrinæ Catholicorum & Proteſtantium lib. II.*

21. Mart. JACOBUS USSERIUS, *Hibernus*, Dublinienſis, Artium Magiſter, mox Collegii Catechiſta, Sacerdos, tum Theol. Baccalaureus & Profeſſor, Collegii Dublinenſis Præpoſitus, poſt Theol. Doctor & Epiſcopus Midenſis, demum Archiepiſcopus Armachanus, & totius Hiberniæ Primas, æt. 76. Condidit *Annales V. & N. Teſtamenti: Hiſtoriam Gotteſchalci: Corpus Theologiæ: Hiſtoriam Pelargianam: Syntagma de LXX. interpretum verſione: Syllogen veterum Hibernicarum epiſtolarum: De Eccleſiarum Chriſtianarum ſucceſſione & ſtatu: De primordiis Eccleſiarum Britannicarum: Annotationes in Ignatii epiſtolas: De Romanæ Eccleſiæ Symbolo Apoſtolico vetere & aliis fidei formulis: De Anno ſolari Macedonum: De variantibus textus Hebraici Lectionibus: Diſſertationes de Cainaane ſuperaddito: Chronologiam Sacram:* Anglicè quoque *Tract. de Religione ab Hibernis & Britannis antiquis profeſsâ: Aſiæ Minoris deſcriptionem Geographicam: De origine Epiſcoporum & Metropolitarum: Catechiſmum parvum: De Incarnatione Filii Dei: Reſp. ad provocationem Malonei Jeſuitæ: Concionem de univerſalitate Eccleſiæ: Reductionem muneris Epiſcopalis: Judicium de extenſione mortis Chriſti: De Sabbato: De ordinatione Miniſtrorum: De poteſtate Principis: Conciones.*

27. Mart. ALOYSIUS ſive LUDOV. ALBRITIUS, *Italus*, Placentinus, S. J. Rhetor. Profeſſor, Collegii Bononienſis Rector, Concionator 42. annis, in variis Italiæ civitatibus, tum Pontificum Rom. Urbani VIII. & Innocentii X. in Palatio Apoſtolico Eccleſiaſtes, demum emeritus, æt. 76. Vulgavit Italicè *Concionum Tomum I: Panegyricos ſacros: Orationes ſeorſim excuſas tres: Conciones coram ſummo Pontifice habitas.*

30. Mart. JOH. LOESELIUS, *Pruſſus*, Med. Doctor ejuſdemque in Acad. Regiomontana Prof. æt. 48. Ab eo habetur *Tractatus de Podagra: Scrutinium Rerum: Tractatus de Pulmonibus: De Epate: De Ventriculo: Hiſto-*

Historia Curii: Disput. variæ Medicæ, de Ophthalmia vera, pro gradu.

6. April. DAVID BLONDELLUS, *Gallus*, Cabilonensis, per quinquennium in Gymnasio Amstelodamensi Histor. Professor, æt. 64. Cæcus demum factus est ex sedulis lucubrationibus. Paravit *Pseudo-Isidorum & Turrianum vapulantes: Apologiam pro sententia Hieronymi de Presbyteris & Episcopis: Genealogiam Francicam, contra Joh. Chiffletium: Scholia ad Hug. Grotium de imperio Potestatum summarum circa sacra: Tractatum de Jure Plebis in regimine Ecclesiastico: De Johanna Papissa: De formulæ (regnante Christo) in veterum monumentis usu: Discursum de Sybillis: Explicationem S. Cœnæ: De primatu in Ecclesia &c.*

8. April. HUGO ROBINSON, *Anglus*, Angleleiensis, Scholæ primùm Wintoniensis Archidascalus, postea Theol. Professor, Ecclesiæ Wellensis Canonicus & Archidiaconus Glocestrensis. Scripsit *Grammaticalia quædam: Rhetoricam brevem: Antiquæ historiæ Synopsin: Fœderis solennis Vindicias: Preces, in usum Scholæ Wintoniensis: Annales Mundi universales.*

12. April. FRANCISCUS GUVETUS, *Gallus*, Andegavensis, Abbas Santandreanus, æt. 80. Prodierunt ejus *Commentarii VI. in P. Terentii Comœdias.* Scripsisse etiam fertur *Observationes in Hesychium: Philoxenum &c.*

25. April. JO. TOBIAS MAJOR, *Germanus*, Jenensis, Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. patria Salana Prof. æt. 40. Profess. 10. Enucleavit *Dissertationes de Oratione pro Defunctis, contra Hug. Grotium: Apologeticum pro Parente, Jo. Majore, adversus Valerium Magnum: De natura & cultu Angelorum exercitationem: Annotata in Acta Apostolorum: Super Epistolam ad Ebræos Commentationes: Dispp. de Jure Divino imputandi peccatum primum Adamiticum toti generi humano: De Filiatione Christi: De potestate clavium: De Tentationibus spiritualibus: De Verbo Dei & Traditionibus humanis: De Sedibus Episcopalibus primariis in veteri Ecclesia, præcipuè verò Romana: De Sabbato: De Scientia Dei media: De Dan. XI, 31. seqq. De conflictu Jesuitarum Calvinientium in articulo Prædestinationis.*

11. Maji. CHRISTOPH. BONNET, *Anglus*, Somersetensis, Artium Magister, Med. Doctor, Collegii Medicorum Londinensis Socius. Dedit *Theatri Tabidorum Vestibulum: Sanitatis profectum vel augmentationem.*

12. Maji. NICOL. DU SAULT, *Gallus*, Santonensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. moralis Lector, tum collegiorum Santonensis & Lemovicensis Rector, æt. 55. Soc. 38. Edidit lingvâ vernaculâ *Opera spiritualia varia in Tomos duos distributa: Viam salutis per amorem divinum characteres vitæ & virtutis.*

16. Maji

16. Maji JO. HENRICUS MEIBOMIUS, *Germanus*, Helmstadiensis, Med. Doctor, ejusdemquè in Acad. Julia Professor, deinde Archiepiscopi Bremensis & Episcopi Lubecensis Archiater, demum Reip. Lubecensis Physicus ordinarius, æt. 65. Concinnavit *Commentarium in Jusjurandum Hippocratis*: *Tractatum de Flagrorum usu in re Venerea*: *Vitam Mæcenatis*: *Librum de Vino & Cerevisiis*: *De κυνοφορία seu Canis portatione ignominiosa*: *Discursum de Mithridatio & Theriaca*: *Dissp. de Phrenitide*: *De Phthisi &c.*

18. Maji LANCELOTUS DAWES, *Anglus*, Bartonâ-Westmorlandensis, Ecclesiæ Bartonensis Rector, ac Præbendarius Carleolensis, æt. 75. Vulgavit *Conciones varias in unum collectas.*

7. Junii HECTOR MITHOBIUS, *Germanus*, Hannoveranus, primùm Ducis Saxoniæ, Francisci Julii, Concionator Aulicus, mox Theol. Doctor, deinde & Superintendens Böblingensis in Ducatu Wurtembergico, tum Generalis Superint. Halberstadiensis, Consiliarius Ecclesiasticus & Pastor, denique Superintendens Generalis Megapolitanus, simulque Pastor Raceburgensis primarius, æt. 55. Minist. 35. Typis mandavit *CXXXII. Conciones in Prophetam Jonam*: *Psalmodiam Christianam*, *de Musica Christiana*: *Conciones duas*, *sub auspicium novi anni, ex Jerem. III, 22. & Psal. L, 14. 15. habitas*: *Conciones funebres varias &c.*

12. Jun. CHRISTOPH. PFLAUMER, *Germanus*, Biberacensis, Suevus, S. J. Concionator annis 25. Sulzbacensis, æt. 59. Societ. 40. Monachii. Emisit Germanicè *Dialogos XXI. de Controversiis Religionis*: *Manuale Catholicum.*

15. Jun. RAPHAEL ROBINSON, *Anglus*, Heswallensis Chestriensis, Artium Magister, Pastor S. Mariæ, Wolnoth Londinensis, æt. 41. Publicavit *πανοπλίαν seu armaturam spiritualem*: *Conciones de vita Christi*: *Allusiones ad Christum*: *Christum super omnia in omnibus*: *Sermones ex Psal. LXXII, 6. ex Cant. I, 2. ex Cant. I, 13. ex Esaiæ XXXII, 2. ex Es. XLII, 6. ex c. XLIX, 2. ex c. LIII, 7. ex Haggai II, 7. ex Malach. IV, 2. &c.*

16. Jun. LAMBERTUS BARLÆUS, *Belga*, Bommelâ-Gelder, primùm Legato Fæder. Belgii ad Gallos à sacris concionibus, deinde Ecclesiæ Amstelodamensis Minister, demum Græcæ Lingvæ in Academia Lugduno-Batava Prof. æt. 60. Ejus reperitur *Luciani Timon, sive de divitiis & paupertate Dialogus, Scholiis, Plutique Aristophanici collatione illustratus*: *Obsidio Sylvæ Ducis*: *Comment. in Hesiodi Theogoniam*: *Oratio in excessum M. Zuerii Boxhornii &c.*

22. Jun. LAURENTIUS MARTINI SCAVENIUS, *Danus*, Skagâ-Cimber, primùm Scholæ Hafniensis Collega, Philos. Magister, tum Pastor &

& Theol. Lector Roëskildiæ, inde ad S. Nicolai Past. Hafniensis, postea quoque Theol. Doctor, & in Acad. ibidem regia Professor, demum Sedlandiæ Episcopus, æt. 56. officii 35. Foràs misit *Redemptionem Zionis: Domum Domini, ex Psal. XXVII, 4: Geneseos Mosaicæ Hexaemeron: Dispp. IV. de Sacramentis: II. Theol. extraordinarias: De Spirituali inter Christum & Ecclesiam conjugio: De Bonis Operibus: De Sanctorum invocatione: De persona & invocatione Christi: De fidei salvificæ principio, Jesu Christo: Orat. in obitum Regis Christiani IV: Conc. Pœnitentiales.*

24. Jun. ANDREAS KOHL, *Germanus*, Marchicus, J. U. Doctor, Vice-Cancellarius Brandeburgensis, & Electoralium Consiliariorum demum Senior, æt. 87. Tractavit *de Servitiis Feudalibus & Subfeudis: De Pactis dotalibus & successione conjugum: Exercitationes Legales.*

28. Jun. CHRISTOPHORUS SIGISMUNDUS DONAUER, *Germanus*, Wisensis Palatinus, Pastor, Senior & Superintendens Ratisbonensis, nec non Consistorii Assessor & Scholarcha, ætat. 62. Minist. 34. Reliquit lingvâ vernaculâ *de controversia Lutheranorum & Calvinianorum Tractatum: Conciones funebres*, & fortassis nonnulla alia.

6. Aug. JO. LATCH, *Anglus*, Somersetensis, JC. Londinensis, ætat. 67. Congessit *Res Judicatas primo Caroli primi triennio.*

28. Aug. PAULUS SLEVOGTUS, *Germanus*, Possendorffiensis Thuringus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Græcæ & Hebr. Ling. deinde Log. & Metaphys. Professor Jenensis, æt. 59. Elucubravit *Pervigilium de dissidio Theologi & Philosophi, in utriusque principiis fundato: Disputationes Academicas, cùm Philosophicas, tum Philologicas XXXIX. uno volumine comprehensas.*

7. Sept. NICOLAUS ABRAMUS, *Lotharingus*, Xarovallæus, S. J. Missionarius, sacrarum literarum in Academia Mussipontana Professor, æt. 66. Relig. 49. Scripsit *Notas in Nonni Panopolitani paraphrasin Evangelii S. Johannis: Comment. in Volumen 3. Orationum M. T. Ciceronis: Comment. in P. Virgilii Æneidem: Pharum V. Test. sive sacrarum quæstionum libros XV. quibus additi sunt, de veritate & mendacio libri IV: Epitomen rudimentorum Lingvæ Hebraicæ Latinis versibus comprehensam: Axiomata vitæ Christianæ.* Gallicè reddidit ex Italico *Danielis Bartoli vitam P. Vincentii Carafæ: Ejusdem hominem literatum.*

27. Sept. ANDREAS VITUS, *Anglus*, Londinensis, S. J. Lingvæ Hebr. & Theol. Lector, Missionarius, ætat. 75. Soc. 48. Digessit lingvâ Marilandicâ *Grammaticam: Dictionarium: Catechismum: Historiam illius gentis.*

8. Oct. JO. DE CORDOVA, *Hispanus*, Abulensis, è Soc. Jesu, Theol. Moralis interpres & verbi divini

Præco, æt. 52. relig. 38. Formavit *Catenam in libros Regum tomis II.*

10. Oct. ADRIANUS DE BOULOGNE, *Belga*, Tornacensis, S. J. Coadjutor spiritualis, Scholarum præfectus, collegii Bethuniensis, Rector, Comiti Mansfeldio à sacris confessionibus, æt. 68. Soc. 47. Tornaci. Reliquit *Epigrammatum libros tres.*

13. Oct. TOBIAS MATTHÆUS, *Anglus*, Oxoniensis, Artium Magister, Eques Auratus. ætat. 77. Plurima idiomate consignavit patriô, nonnulla simulatô nomine, vel nullô prodierunt, ex quibus *Capsula pretiosa gemmis spiritualibus referta: Epistolarum collectio: Luciæ Comitissæ Carleolensis characterismus: Epistolæ complures ad varios.* In Anglicam lingvam transtulit, typisque exscribi curavit *D. Augustini Confessiones: Vitam Teresiæ: Historiam conversionis ac mortis Troili è gente Savellorum, Baronis Romani.*

15. Oct. JOH. ROSENTHAL, *Germanus*, Hertzogradensis, S. J. Græcæ Lingvæ, Latinæ, Philos. & Mathem. Professor, ut & Ecclesiastes Coloniensis, Missionarius dein ad oppidum S. Goaris, & Confessarius Principis Ernesti, Landgravii Hassiæ, æt. 43. Soc. 25. Vulgavit Germanicè *Concionum diebus Dominicis & festivis tomos II: Justam querelam contra Prædicantem Calvinisticam, de controversiis fidei: De ædificio supra Christum: Exercitia & preces, sub titulo Bonum tempus:* Latinè verò *Epistolam Irenicam, ad juventutem Hassiæ, super dissensionibus Doctorum, quos audiunt.*

18. Oct. JOACHIMUS LüTKEMAN, *Germanus*, Demmingensis Pomeranus, Phil. Magister, & Archidiaconus ad S. Jacobi, pòst Phys. & Metaphys. Prof. Rostochiensis, deinde Theol. Doctor, Concionator Aulicus & Superintendens Generalis Wolferbrytanus, nec non Abbas Rittaghausanus, æt. 46. Minist. 16. Concinnavit *Tractatum de vero Homine: De Mundo invisibili & Paradiso: Lineamenta corporis Physici: Suscitabulum Apostolicum super Epistolas Dominicales: Prægustum divinæ gratiæ: Citharam Davidicam, sive Meditationes in Psalm. XXXIII. XXXIV. LXVI. LXVIII. LXXXIV. XCII. CXVI. CXVIII. CXXXVIII. & CXLIV: Concionem pro magistratu inauguralem ex Psal. XXXVII, 34: Conc. Valedictoriam ad Ecclesiam Rostochiensem: Dispp. de Deo naturaliter cognoscibili: De ratione satisfaciendi pro peccatis: De Viribus naturæ & gratiæ in conversione hominis &c. Corpus doctrinæ Catecheticæ Augustum.*

23. Oct. OLIVERIUS BONARTIUS, *Belga*, Iprensis, S. J. Theol. Moralis Professor & Missionarius, æt. 85. Relig. 56. In lucem emisit *de Horis Canonicis libros III: Commentarium in Ecclesiasticum: Comment. in Estherem: De Missæ sacrificio.*

24. Octob. PETRUS GASSENDUS, *Gallus*, Campotercerianus in agro Diniensi, primùm Rhetorices Diniensis, deinde Philos. Aquas-Sextiensis, Professor, post Sacerdos, Canonicus, & Præpositus Ecclesiæ Diniensis, postremò Mathem. Prof. regius Parisiensis, æt. 63. Quæ posteritati tradidit, sunt *Exercitationes Paradoxicæ, adversus Aristoteleos: Exercitationes pro Marino Mersenno, adversus Rob. Fluddum: Parhelia sive Soles quatuor Spurii circa verum: Mercurius in Sole visus: Epistolæ IV. de apparente magnitudine Solis: Epistolæ II. de motu impresso à motore translato: IX. Stellæ circa Jovem visæ: Vita Nicolai Claudii Fabricii de Peiresc: Dubitationes & instantiæ adversus R. Cartesii Metaphysicam & Responsa: Oratio inauguralis Parisiis in Collegio Regio habita: De Proportione, quâ gravia decidentia accelerantur, epistolæ IV. Institutio Astronomica: Philosophia Epicuri: De Vita & moribus Epicuri libri VIII: Vita Tychonis Brahe, Nicolai Copernici, Georgii Peurbachii & Jo. Regiomontani: Calendarium Romanum: Notitia Ecclesiæ Diniensis & Concilii Avenionensis: Observationes de septo cordis pervio: Manuductio ad Theoriam Musices: Proportio Gnomonis ad Solstitialem umbram.* Opera ejus omnia in IV. Tomos distributa prostant.

29. Oct. HIERONYMUS SEGVIN, *Gallus*, Parisiensis, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Professor, æt. 48. Soc. 30. Vulgavit Latinè *Causas commotionis in Gallia, adversus librum de frequenti Communione:* Gallicè autem, tacitô suô nomine, *Applicationem censuræ de libro inscripto; Pacificus verus ad librum, de frequenti Communione: Responsionem ad D. Arnaldum, cum analysi doctrinæ de Pænitentia comprehensæ in libro de frequenti communione.*

5. Nov. CLAUDIUS MAILLARD. *Lotharingus*, Bayonensis, Jesuita, Collegiorum Carolopolitani & Nancæani Rector, Concionator Bruxellis, & alibi per 30. annos, æt. suæ 69. Soc. 49. Formavit Gallicè *Tractatum de Indulgentiis: Artem, quâ quis felicem vitam & salutem æternam in statu matrimonii consequatur: Magdalenam conversam: Tractatum de Jubilæo: Historiam B. V. Mariæ Hallensis: Scalam mysticam P. Læssii de L. nominibus.*

23. Nov. DIDACUS ROSA. seu DE ROSEIS, *Italus*, Aquilanus, S. J. literarum humaniorum, Philos. & Theol. in Academia Firmana Professor, Præfectus insuper Studiorum, Rector Collegii Tiburtini & Residentiæ Tusculanæ, æt. 65. Soc. 45. Edidit *Ethicam Christianam: Politicam: Demonstrationem de fundamento veræ Religionis: Ad beatitatem æternam conquirendam efficaces conatus.*

7. Dec. LUDOVICUS CROCIUS, *Germanus*, Lasphæâ-Witgensteinensis, Theol. Doctor & Professor, Ecclesiæ Marianæ Pastor, Ministerii

Senior & Gymnasii Inspector Bremensis, æt. 70. Elucubravit *de Perseverantia Sanctorum libros VII: Oratorem Ecclesiasticum: Assertionem Augustanæ Confessionis, contra Balth. Mentzerum: Periculum opinionum aliquot præjudicatarum Rob. Bellarmini: Tract. de vera Religione & Catholica Ecclesia: Apologeticum pro Aug. Confess. contra Collationem ac defensionem Anti-Pierianam Balth. Mentzeri: Examen Calvinisticæ descriptionis Matth. Hoëi: Apodixin paræneticam de Messia ad Judæos: Dispp. de Verbo Dei adversus Bellarminum: De fide, contra Joh. Mülhusium: De Christo, capite Ecclesiæ, unico & vero, contra Bellarminum: Totam Theologiam Polemicam Bellarmini abbreviatam: Paræneticum de Theologia Cryptica ad Petr. Bertium: Comment. in Nahum: Cynosuram veritatis, seu vindicias Disputationis de Fide: Marsilium Ficinum de Religione Christiana notationibus illustratum: Corn. Taciti Politicam Germanorum virtutem & libertatem: Ethicam Basilii Magni è Græco in Germanicum translatam: Syntagma SS. Theologiæ: Anti-Socinum contractum: Duodecadem Dissertationum Exegeticarum & Apologeticarum Syntagmatis: Breviarium Doctrinæ Christianæ.*

11. Dec. NICOL. LONGOBARDUS, *Siculus*, Celtageronensis, S. J. Missionarius in Orientem, æt. 90. Soc. 73. Consignavit *Annuas literas è Sinis anni 1598: Libellum precum, cum officio funebri ac sepulturæ:* Sinicô

verò sermone *Formulam examinandi conscientiam, & confitendi: Librum de Anima ejusque potentiis: Tractatum de causis Terræ motus Pekinensis.*

16. Dec. NIC. BALDELLUS, *Italus*, Cortonensis in Hetruria, S. J. Phil. & Theol. Romæ Prof. Collegii Perusini Rector, Pænitentiarius Romanus in Vaticano, ac domus professæ Præfectus, æt. 81. Soc. 66. Prelo commisit *Disputationum ex Morali Theologia Tomos II.*

JO. JACOBUS WERENFELSIUS, *Helvetius*, Basiliensis, in Patria Ecclesiastes, æt. 53. Struxit *Homilias in Ecclesiasten: Vitam Joh. Wollebii &c.*

DAVID CLERICUS, *Genevensis*, in Acad. patria primùm Lingvarum Orientalium 35. annos, deinde quoque ibidem Theol. Professor & Pastor, æt. 64. Ejus supersunt *Poëmata varia, ut Lacrumæ Heidelbergenses, quibus deflet ἅλωσιν illius urbis: Sancheribi Historia: Raporum Sabaudorum laudes: Mauritii Nassovii Arausionensium Principis encomium: Joh. Buxtorffii Synagoga Judaica, Latinè versa: Quæstiones sacræ, in quibus multa sacræ scripturæ loca explicantur.*

MICHAEL CALERTUS, *Germanus*, Theol. Licent. & Superintendens Weissenfeldensis. Consignavit *Dispp. de discrimine Legis & Evangelii, contra Pontificios: Concionem de Pace &c.*

FRANC. BERMUDEZ DE PEDRAZA, *Hispanus*, Granatensis, J. U. Doctor, in patria & regia Curia Ma-

tritensi Advocatus, Ecclesiæ Granatensis Canonicus, & Thesauri Custos, æt. 70. Publicavit Lingvâ vernaculâ *Historiam Ecclesiasticam*, *de principio & progressu urbis Granatensis*: *Tractatum de Secretario Regio*: *De Arte Jurisprudentiæ*.

JACOBUS TYDÆUS, *Germanus*, Piricensis, Pomeranus, Phil. Magister, primùm Ludi moderator in Austria, tum Orat. & Poës. Professor Altorphinus, ætat. 83. Emisit *Carmina Græca & Latina*.

JO. CASP. SUTERUS, *Helvetius*, Tigurinus, Scholæ primùm patriæ collaborator, collegii postea Parthenici Inspector, Ecclesiæ tandem collegiatæ Archidiaconus. Dedit foràs *Catechesin Tigurinam*: *Carmina varia Latina & Germanica*.

JO. BRENNECIUS, *Germanus*; Saxo, Philos. Magister, & Græcæ Lingvæ Prof. Helmstadiensis. Ejus extat *Oratio Græca in obitum D. Conradi Horneji habita*.

ANNO 1656.

14. Jan. EDVARDUS KNOTTUS, vero nomine MATTHIAS WILSONUS, *Anglus*, Northumber, S. J. Collegii Anglicani Romæ Rector, dein Provinciæ istius Viceprovincialis, postea totius Prov. Præpositus, æt. 76. Societ. 50. Librorum, quos ille composuit, hic est titulus; *Misericordia & Veritas*, *seu charitas propugnata à Catholicis, contra Potterum*: *Christianitas propugnata*, *adversus Replicam Chillingworthii Directio prævia*, *ad eundem*: *Infidelitas detecta*, *adversus eundem*.

16. Jan. ROBERTUS DE NOBILIBUS, *Italus*, Politianus Nobilis, S. J. Missionarius ad Indos, æt. 80. Soc. 59. Scripsit pro conversione Gentilium, *Catechismum*: *Lucernam spiritualem*: *Dialogum de vita æterna*: *De Fide*: *De Transmigratione Animarum*, & alia.

— Jan. JOH. KORNMANNUS, *Germanus*, Hammelburgo-Francus, J.U. Doctor & Prof. Marpurgensis. Publici juris fecit *Tractationes Justinianeas & Institutiones Juris*: *Disputationes*: *Orationem parentalem in honorem Jo. Göddæi, JCti &c.*

27. Jan. HIERON. MAJORICA, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Missionarius ad Indos, & Provinciæ Japonicæ Rector, æt. 67. Soc. 51. Traduxit in idiomate Tunchinensi 48. *Volumina instructionem piarum*, interque illa *de præcipuis articulis fidei Christianæ*: *De Passione Christi*: *De Generositate animæ habenda, tempore persecutionis &c.*

28. Jan CONRADUS NEUFELDIUS, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, Scholæ Cathedralis Rector Regiomontanus, æt. 73. Struxit *Vindicias Manualis Prutenici*: *Disp. IV. de Origine Animæ humanæ per Traducem*: *De Legibus*: *III. de Existentia*:

De causa per accidens &c. Apologiam contra D. Dreierum &c.

3. Febr. BARWARDUS REHSUS, *Germanus*, Hildesiensis, Philos. Magister, primùm Scholæ patriæ Rector, deinde ad D. Andreæ ibidem Pastor, demum Superintendens, æt. 70. Minist. 40. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

6. Febr. JUSTUS FEWRBORNIUS, *Germanus*, Hervordiâ-Westphalus, primùm Concionator Aulicus Darmstadinus, deinde Theol. Doctor, Professor primarius & Pastor Giessensis, nec non in districtu Marpurgensi Superintendens, ætat. 69. officii 40. Inclaruit ex *Responsione ad Disp. Philippi Cæsaris, de ultimo Christi Adventu: Resp. ad Raphaëlis Eglini Iconii assertionem de Peccato in Spiritum Sanctum:* Δεμαπίῳ *Disputationum Theol. de quæstionibus, An in infantes actualia cadant peccata &c. Examine confessionis Jo. Combachii de Persona & Officio Christi:* Εκιαγραφίας *Theologicæ Dissert. IX. de Divinæ Majestatis Christo, juxta carnem verè communicatæ, in statu exinanitionis usurpatione: Fasciculis Dissertationum Theol. VI: Antiosterodo: Oratione parentali in honorem D. Joh. Gerhardi, Theologi Jenensis: Syntagmate Sacrarum Disquisitionum: Epitome errorum Calvinianorum: Expositione Epistola Pauli ad Galatas: Commentario in Epistolam ad Romanos: Anti-Enjedino: Concionibus XVII. de Sacra Cœna Domini: Deductione fundamentali contra* ἀμειβαῖα *Cassellana: Concionibus funebribus: Dispp. Theologicis quàm plurimis.*

7. Febr. RICHARDUS VINESIUS, *Anglus*, Blaconensis Leucestrensis, Artium Magister, primùm Ludi moderator Hinckleiensis, deinde Rector Wedlingtonensis, tum Lector Nun-Eatonensis, demum Pastor ad D. Clementis Londinensis, inde Magister Collegii Pembruckensis Cantabrigiæ, novissimè iterum Pastor Londini ad D. Laurentii, æt. 56. Condidit *Tractatum de Institutione, administratione & receptione Cœnæ Dominicæ: Sermones XX*, & fortassis quædam alia.

26. Febr. SIMON FELIX, *Germanus*, Monachiensis. Soc. Jesu, Phil. & Theol. Prof. ac Concionator Ingolstadiensis, æt. 73. Soc. 56. Formavit *Metamorphosim Jacobi Reihingi: Muscas morientes: Vulpeculam Tubingensem.*

6. Mart. AMBROSIUS DE PENNALOSA, *Hispanus*, Mondeiarensis, Theol. Doctor, ejusdemque in Hispania primum, deinde in Austria Viennæ Professor, Philippi IV. Hisp. Regis ejusdemque sororis, Mariæ, Imperatricis, Concionator, S. J. Collegii Conahensis & Domus Professæ Toletanæ Rector, æt. 67. Soc. 50. Effecit *Opus de Christi & Spiritus Sancti divinitate, nec non SS. Trinitatis mysterio: Vindicias Deiparæ Virgi-*

Virginis, de peccato Originali, & debito illud contrahendi.

18. Mart. GEORGIUS CALIXTUS, *Germanus*, Medelobæâ-Holsatus, Theol. Doctor ejusdemque in Acad. Julia Prof. primarius, ac Cænobii Regii Lutterani Abbas æt. 70. Profess. 42. Luci exposuit *Dispp. XV. de præcipuis Christianæ Religionis capitibus: Tractatum de Pontificio Missæ sacrificio: Epitomen Theologiæ: IV. Evangelicorum scriptorum Concordiam: Colloquium Hamelscheburgum, de principio credendorum: Historiam Josephi: De immortalitate animæ & resurrectione carnis librum: Historiam Magorum: De conjugio Clericorum Tractatum: Epitomen Theologiæ Moralis: De Supremo Judicio librum: De æterna Beatitudine librum: An Mysterium SS. Trinitatis, ex V.T. firmiter demonstrari possit? Desiderium & studium Concordiæ Ecclesiasticæ: Resp. ad Ernestum, Hassiæ Landgravium: Tract. de Arte nova contra B. Nihusium: Resp. contra Moguntinorum Vindicias: Expositionem literalem in Epistolam Pauli ad Titum: Ad Romanos: Ad Corinthios: In Acta Apostolorum: In Epist. ad Galatas, Ephesios &c. De Pactis, quæ Deus cum hominibus iniit: Animadversiones in Confessionem Thorunensem à Reformatis oblatam: Apparatum in studium S. Theologiæ: Historiam Ecclesiæ Occidentalis: De Missis solitariis: De Veritate Religionis Christianæ: De Tolerantia Reformatorum: Considerationem Doctrinæ Pontificiæ, juxta du-*

Obiit ANNO 1656.

ctum Concilii Tridentini, & Reformatæ, juxta ductum Confessionis Thorunensis: De Peccato Tractatus diversos: Orationes Selectas XI: Orationes III. de Pontifice Romano: De Jejuniis commentariolam: Lucubrationes ad V. Testamentum: Summa capita Religionis Christianæ è corpore Doctrinæ Julio excerpta: Augustinum de Doctrina Christiana, & Vincentii Lerinensis Commonitorium: Georgii Cassandri de communicatione sub utraque specie Dialogum: Dispp. varias.

4. April. ANDREAS RIVINUS, *Germanus*, Halensis, Saxo, Phil. Magister, primùm Scholæ Northusianæ Rector, deinde Facult. Philos. in Acad. Lipsiensi Assessor, tum Poës. ibidem Professor, demum Medicinæ Doctor ejusdemque Prof. æt. 55. professionis 21. Ejus operâ prodiit *Cœlum terrestre Poëticum trilingue: Anthologia Epigrammatum Veterum Græco-Latina: Pervigilium Veneris: Cœna Cypriani dubia: Vespæ judicium de primatu Coci & Pist: Pædogerontagogus cum lyra Mercurii &c. De Panegyricis Majumis, Maicampis & Roncaliis, Majalibusque aliis: Rei Hortensis & Botanicæ scriptores metrici: Duûm Victorinorum, Pictavensis & Afri, sanctæ reliquiæ: Tertulliani Opera Poëtica cum animadversionibus: Florilegium Græco-Latinum diversorum Epigrammatum veterum: S. Orientii versus commonitorii emendati: Dracontii Hispani libellorum biga: Damasi I.*

Pont.

Pont. Max, carmina sacra: Psalmi Gallicorum scriptorum: Dracontii & Eugenii carmina sacra: Accii & Aviani centuria Apologorum Æsopicorum: Fl. Cresconii Corippi scripta de gestis Justini Minoris Augusti cum notis: Paschasii Ratberti carmen geminum cum notis: De Pollinctura, sive balsamatione cadaverum: Philo-Physico-Logica: De artis Typographicæ initiis & progressu: Græcæ Linguæ Janua binis clavibus reserata: Triplex Delphicus de monte Campaniæ summo ejusque fatidico incendio: Psalmorum 118. *&* 51. *Paraphrasticæ eclogæ: Veterum bonorum scriptorum de Medicina Collectanea &c.*

5. April. RAPHAEL CASTELLUS, *Italus*, Bononiensis, Soc. Jesu, Rhet. & Theol. Moralis Professor, Collegiorum Buxetani, Mutinensis, Ravennatensis Rector, Antistes deinde Mutinensis & Consultor S. Inquisitionis, æt. 65. Soc. 51. Publicavit sub alieno nomine, *libros V. de Donatione Constantini: Synodum Mutinensem anno* 1637. *habitam: Decisiones Mutinenses libris XI: Consultationem de præsentia proprii Parochi in Sacramento matrimonii.*

10. April. JO. ULRICUS PREGITZERUS, *Germanus*, Custerdingâ-Wurtembergicus, primùm Diaconus Tubingensis, deinde Ecclesiæ Calvensis Decanus, postea Pastor, Th. Doctor ejusdemque Prof. Tubingensis, tum vicinarum Ecclesiarum Superintendens, ac demum Præpositus

ac Universitatis Cancellarius, ætat. 79. Minist. 56. Prof. 32. Reliquit *Anti-Fovererum: Propositiones de induratione & corruptelis eorum, qui misericordiam, veritatem & justitiam Dei impugnare non verentur: Conciones de antiqua Fide: Selecta sacræ scripturæ dicta: Dispp. varias e. g. de Regnantium amore & timore: De Imagine Dei: De Filio hominis gloria & honore coronato: De Filio David: De Infallibilitate regni fidei: De Prot-Evangelio: De Catechesi Abrahamitica: De fide Abrahæ: De Schiloh: De Scala & cervicali Jacobi: De Stella Jacobi &c XII. Conc. Pænitentiales.*

11. April. ARNALDUS BOHYRÆUS, *Gallus*, Aquitanus, Vesunensis, S. J. Rhetor. & Phil. Lector, Collegiorum Billomensis, Aniciensis & Tolosani Rector, Præpositus Domus Professæ ibidem Provincialis Aquitaniæ, & Vice-Provincialis Tolosanæ, æt. 84. Soc. 64. Edidit *Elegiarum libros quinque: Theatrum Persei, seu Perseum Francum.*

15. April. MARTINUS CASELIUS, *Germanus*, Bergwitzio-Wittenbergensis, Phil. Magister, primum Diæceseos Jessensis Ephorus, tum Th. Doctor, & Principis Saxo-Altenburgici Concionator Aulicus, mox Superintendens Generalis & Consistorii Ducalis Assessor, æt. 47. Minist. 19. Ab eo reperitur *Systema Ethicum: Metaphysicum: Tractatus de accurato disputandi genere: Exercitationes Metaphysicæ: Tabulæ Ethicæ, Poli-*

Politicæ & Oeconomicæ: Praxis Catechetica: Concio inauguralis & Valedictoria: Speculum Pudicitiæ: Disputationes variæ.

21. April. JOH. DOLMANNUS, *Livonus*, Rigensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes in patria, & Scholæ Inspector deinde Pastor primarius & Theol. Professor, æt. 61. offic. 32. Typis subjecit *Refutationem Anonymi Pontificii de quæstionibus; quid apud Pontificios atque Lutheranos ad Sacramentum Cœnæ requiratur? Num sint fures calicis, quando, sub una specie, cœnam administrant Dominicam? De fundamento labili, quod Struxit Elias Schillerus, S. J: Investuram Regiam: Concionem miraculosam ex Ephes. V, 16: Parturientium Solatia: Conciones aliquot funebres: Dispp. Theol. varias.*

26. April. HIERONYMUS BIGNONIUS, *Gallus*, Parisiensis, Comes Consistorianus, & in supremo Galliarum Senatu primus Advocatus, nec non Bibliothecæ regiæ Præfectus, æt. 66. Commentatus est *Librum de Antiquitatibus Romanis: De Electione Paparum: De excellentia Regis: Notas & Leges Salicas: Notas in formulas Marculphi: Geographicam terræ sanctæ Tabulam.*

26. April. THOMAS FINCKIUS, *Danus*, Flensburgensis, Philos. & Med. Doctor, primùm Ducis Holsatiæ Medicus, Aulicus, deinde in Acad. Hafniensi Mathematum, mox Eloq. ac demum Med. Professor, Canoni-

obiit ANNO 1656.

cus quoque Roskildensis, & Communitatis regiæ Præfectus, æt. 96. Professionis 65. Viduitatis 42. Pater, Avus, Abavus & Atavus 79. liberorum factus. Exaravit *Geometriæ rotundi libros XIV: Horoscopographiam, sive de inveniendo stellarum situ Astrologiam: De Constitutione Matheseos: De Hypothesibus Astronomicis: De ortu & occasu siderum: De diebus & noctibus: De mensibus & annis: Tabulas multiplicationis & divisionis: Ephemerides varias: De Medicinæ constitutione Dispp. XVII: De Canonis Triangulorum usu in Cyclometricis: Dispp. Med. de Peste: De Hydrope &c.*

26. April. PETRUS BIVERUS, *Hispanus*, Matritensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. interpres, Alberto & Isabellæ, Belgii Principibus, & Cardinali Infanti Ferdinando à Concionibus, pariterque Marchioni Aytonæ, Gubernatoris Belgii, à sacris Confessionibus, demum Collegii Matritensis Rector, æt. 84. Soc. 63. Edidit Hispanicè *Emblemata in Psalmum Miserere: Conciones funebres: Oratorium piarum imaginum: Hymnum triumphalem: Orationem panegyricam: Sacrum sanctuarium Crucis & patientiæ Crucifixorum & Cruciferorum: De solemni sapientiæ convivio: De Sacris privilegiis ac Festis Matris Dei: De festis solemnibus Christi & Sacris privilegiis omnium Apostolorum.*

29. April. LUDOVICUS SAMMARTHANUS, *Gallus*, Vid. suprà ad Annum 1650. 7. Septemb.

15. Maji JOSEPHUS GUARNIZUS, *Hispanus*, Matritensis S. J. Phil. & Theol. Toleti interpres, ætat. 41. Soc. 26. Dedit *Piam opinionem de immaculata conceptione B. Virginis Mariæ.*

21. Maji JOH. HOMBORGUS, *Germanus*, Philos. Magister, primùm Phys. dein e Logic. Professor Helmstadiensis, æt. 55. Emisit *Dispp. XXI. Metaphysicas: VII. Physicas: Positiones Philosophicas: De Omnipræsentia Dei: De Anima: De Deo: De triplici primæ causæ efficientia, creatione, conservatione & cooperatione &c.*

28. Maji PAULUS EINHORN, *Livonus*, Ekaviensis, Superintendens Curlandiæ & Pastor Mitaviensis. Publicavit *Orationem gratulatoriam ad Sereniss. Dn. Jacobum, cùm Ducatus Curlandiæ & Semgalliæ regimen, ab Vladislao IV. Rege Poloniæ, ei committeretur: Orat. gratulatoriam Scholasticam, de Corona Vladislao, & Successione Jacobo, ab Altissimo tradita:* Germanicè *Librum de Reformatione Gentis Letticæ in Ducatu Curlandiæ: De Visionibus Georgii Reichardi Relationem: Historiam Letticam, de Populi hujus origine, moribus, Religione, Republica & aliis: Concionem Baptismalem ex Psal. XCII, 13. 16: Inauguralem Templi D. Annæ Mitaviensis, ex Psal. LXXXIV, 1. 5: Conciones funebres varias: Examen manuductionis ad linguam Letticam Jo. Georgii Rhehusii.*

1. Jun. ALEXANDER DOMINICUS

DE ROS, *Hispanus*, Catalanus, Iterdensis, Ecclesiæ Dertusensis Decanus, Protonotarius Apostolicus. Formavit *Discursus Politicos de Catalonia: Orationem de Apibus, Symbolo Barbarinis gentilitio, & non nulla alia.*

6. Jun. GEORGIUS CHRISTOPH. WALTHERUS, *Germanus*, J. U. Doctor, Comitum in Castel, & aliorum Statuum Circuli Franconici, ut & in primis Reip. Rotenburgensis ad Tuberim Consiliarius, æt. 55. Prodire fecit *Postillam Theologico-Juridico-Politico-Philosophicam: Tractatum de Statu, juribus & Privilegiis Doctorum omnium Facultatum: Eunomiam Metatorum, seu de Jure Metationis.*

6. Jun. JO. BAPTISTA ROSSI, *Italus*, è Monte regali, S. J. Rhet. Phil. & Theol. Professor, Collegii Taurinensis Rector, demum Censor Romæ Generalis librorum à Societate edendorum, ætat. suæ 79. Soc. 63. Edidit, sub nomine Philomari de Eusebii Theopolitani, *Lilium Virgineum: Oscula spiritualia quatuor: Distinctiones ex comment. S. Bonaventuræ in IV. libb. Sententiarum: Dispp. de Pœnitentia obedientiali Creaturarum: Triumphum divinæ gratiæ: Clypeum Castitatis.*

14. Jun. BERNARDINUS MAZZIOTTA, *Italus*, Capuanus, S. J. Phil. & Theol. Prof. Domus Professorum Neapoli Præpositus, æt. 69. Soc. 50. Reliquit *Quæstiones selectas Philosophicas,*

phicas, ad mentem D. Angelici: Quæstiones Selectas Theologicas.

21. Jun. MAXIMILIANUS SANDÆUS, *Belga*, Amstelodamensis, Jesuita, Theol. Doctor & Prof. Moguntinus, deinde Seminarii Herbipolensis Præfectus, ætat. 78. quot etiam scripsisse libros perhibetur, quorum præcipui sunt *Opuscula de omnipræsentia essentiali Dei: De libro vitæ, mortis, monumenti: Castigatio conscientiæ Jesuiticæ cauteriatæ, confictæ in Hollandia: De Jubilæo Lutherano: Demonstratio ad controversias Hollandicas prodroma: De Donario cordis Episcopi Herbipolensis: De Rege Romanorum: Hydrus Hollandicus: Admonitio de Cauteriata Jesuitarum conscientia: De Hyperbole Jesuitica conficta: De Prædestinatione Catholicorum: Considerationes de Synodo Dordrechtana: Grammaticus profanus: De Jubilæo clericali: De Morte: De Vita: Theologia varia: Theologia Symbolica: Mystica: Theol. Juridica: Theol. Medica: De mundo fallaci: Elogium Constantiæ Coloniensis: Thesium diversarum libelli: Aviarium Marianum: Maria, flos Mysticus; Patrona: Gemma mystica: Luna mystica: De modo dedicandi se Deiparæ: De Oratione Dominica: Maria Sol mysticus; mundus mysticus: Pacificatrix mundi: De salutatione Angelica: De liberato Christiano: Clavis Theol. mysticæ: Jubilum Soc. Jesu seculare: Artifex Evangelii: Admiranda Purgatorii: Maria bona fortuna Christianorum: Aquila mystica: Stella mystica: Mons mysticus: Magnetismus Marianus: Horologium mysticum: Marianum Pentaphyllum: De Christo crucifixo centuriæ decem: Militia Christiana: Architectura Christiana: Prolegomena Theologiæ Scholasticæ: Staurophilorum Historiæ &c.*

Obiit ANNO *1656.*

29. Jun. IGNATIUS DERKENNIS, *Belga*, Antverpiensis, è Soc. Jesu, Rhetor. Mathes. Philos. & Theol. Professor Lovaniensis, studiorum ibidem Præfectus, Collegiorum Iprensis & Lovaniensis Rector, æt. 58. Soc. 42. Reliquit *Positiones de Eucharistia: De Deo Uno & Trino: De Gratia, Libero Arbitrio, Prædestinatione &c. contra Corn. Jansenium.*

16. Jul. JO. BAPTISTA TROTTA, *Italus*, Populensis, S. J. Philos. Mathem. & Theol. Lector, studiorum item Præfectus, ætat. 69. Soc. 51. Evulgavit *Praxim Horologiorum: Novum Horologium nocturnum è stellis.*

20. Jul. JO. BAPT. MUSCULUS, *Italus*, Neapolitanus, Rhetor. Sacrarum & Ebraicarum literarum Prof. æt. 74. Scripsit *Lyricorum Libros X: Vesuvianum incendium anni 1631. libris X: Encomia cœlestium digesta per singulos anni dies, tomis II: Persecutiones Ecclesiæ cruentæ: Lectiones veterum sanctorum Patrum tomis IV.*

21. Jul. SAMUEL LINCK, *Germanus*, Freibergensis, Phil. Magister, Consistorialis & Superintendens Meiningensis, æt. 61. Minist. 32. Prelo

dedit *Conciones Pœnitentiales*: *Conciones funebres &c.*

22. Jul. ERNESTUS PFUEL, *Germanus*, Berolinensis, U. J. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, ac Dicasterii Elector. Brandenburgici Advocatus Ordinarius, æt. 46. Edidit *librum de Origine Juris*: *Tractatum de usu Feudi*: *Dispp. de Donationibus*.

27. Jul. SALOMON GLASSIUS, *Germanus*, Sondershusanus Thuringus, Theol. Doctor, Hebr. & Græcæ Ling Professor Jenensis, inde in patria Superintendens, tum Theol. Prof. Jenensis, demum Generalis Superint. Gothanus, ætat. 63. Minist. 35. Longè lateque inclaruit ex *Onomatologia Messiæ Prophetica*: *Institutionibus Grammaticæ Hebrææ*: *Oratione de Sessione Christi ad dextram Dei*: *Philologia Sacra*: *Christologia Davidica*: *Anniversaria D Joh. Gerhardi memoria*: *Meditationibus sacris super Epistolas Domin. & Festivales*: *Dispp. Theologicis super August Confessionem*: *Christologia Mosaica*: *Exegesi Evangelicorum & Epistolicorum textuum quadripartita*: *Compendio Theologiæ Hütterianæ*: *Concionibus XII. super Psalmum LXXX*: *Arbore vitæ*: *Postilla Prophetica*: *Enchiridio sacræ Scripturæ practico*: *Schola Tentationum*: *Infamia Ebrietatis*: *Libello precatorio*: *Fundamento Fidei*: *Selectis scripturæ divinæ Mosaicæ*: *Selectis scripturæ divinæ Davidicæ*: *Εὐθανασία*: *Considerationibus super controversias Theologorum Saxonum & Helmstadiensium*: *Dispp. Philologicis & Theol. variis*.

30. Jul. FRANCISCUS GARCIA DE VALLE, *Hispanus*, Calaguritanus, S. J. Collegii Ocaniensis Rector, æt. 81. Soc. 66. Struxit *Evangelicum Concionatorem*: *Historiam de nativitate mundi, adversus Atheos*. Alienô etiam nomine, *Vitam ad unionem, & communionem cum Deo*.

1. Aug. BARTHOLOMÆUS ROGATUS, *Italus*, Stabiensis, è S. Jesu, Phil. & Theol. Lector, Concionator, Collegii in patria Rector, ætat. 60. Soc. 43. Condidit Latinè *Sacrarum Elegiarum libros quinque*: *Orationem in funere Cardin. Boncompagni*: Italicè *de Regno Gothorum attrito & reparato in Hispania, partes V.*

7. Aug. BALTHASAR WILLIUS, *Germanus*, Bremensis, Phil. Magister, Practicæ Philos. in patria Professor, tum Theol. Doctor & Antistes Ecclesiæ Marianæ, pòst quoque Theol. Prof. & S. Angarii Decanus, denique Superintendens, æt. 50. offic. 28. Ejus superest *Propheta Zacharias commentario illustratus*: *Prophetæ Haggæus & Malachias commentario illustrati*: *Ethica, Oeconomica & Politica*: *Sacrorum Analyticorum Dissertationes XIII*: *Exemplorum analyticorum in Epistolam ad Galatas Dissert. X. Exercitationes Dominicales in Evangelia & Epistolas*: *Compendium S. Theologiæ*: *Dissert. Theologicæ de Cœna Dominica, contra Erida Eucharisticam Mich. Havemanni*; *Oratio Inaugu-*

auguralis, de Philosophiæ reverentia & obsequio erga Theologiam.

8. Aug. HARMANNUS CREIDIUS, *Germanus*, Friedbergensis Wetteranus, Phil. Magister, primum in Schola patria collaborator, deinde Scholæ Rector & Symmysta Urselliensis, mox Pastor Osenheimiensis, tum Friedbergensis, ac demum ad D. Annæ Augustanus, æt. 50. Minist. 23. in Acidulis Schwalbacensibus. Confecit idiomate vernaculô, *Ideam mundi, ex Jacobi IV, 1. 2. 3. concionibus quinque: Ταλαιπωρίαν divitum, ex Jac. V, 1. — 6: Explicationes in Threnos Jeremiæ: Lithaniam LIX. concionibus illustratam: Conc. Valedictoriam, ex Gen. II, 1. 2: Inauguralem ex Psalmo XII: Conc. X. de Pace: Postillam Evangeliorum: Nosce me & nosce te, super Evangelia: Regale Sacerdotium, concionibus VIII. explicatum: Postillam Epistolicam: XCI. Conciones in Epistolam D. Jacobi: Querelam, medelam, cautelam super Evangelia: Conciones Miscellaneas: Meditationes Apostolicas Epistolares: Funeralia.*

13. Aug. OTTO ZYLIUS, *Belga*, Ultrajectinus, S. J. Collegiorum Sylvæducensis & Gandensis Rector, ætat. 68. Edidit conscriptam à se *Historiam miraculorum B. Virginis Mariæ, Sylvæducensis: Ruræmondanam illustratam.* E Græco Latinè reddidit *Camerarum obsidione liberatum* & nonnulla alia.

15. Aug. CHRISTIANUS MüLLERUS, *Germanus*, Svedo-Marchicus, Philos. Magister, & Pastor ad D. Mauritii Halensis, æt. 51. Emisit *Concionem Jubilæam: Funebres.*

26. Aug. FABRITIUS PIGNATELLUS, *Italus*, Neapolitanus S. J. Humaniorum literarum & Phil. in Acad. patria Prof. Collegii Barolitani ac domus probationis Rector, demum Provincialis Neapolitanus, æt. 47. Soc. 33. Typis subjecit *Libros IV. de Missæ sacrificio: De Apostolatu Nathanaelis Bartholomæi.*

8. Septemb. PETRUS ZIMMERMANNUS, *Prussus*, Thorunensis, Theol. Licentiatus, Ministerii patrii Senior & Gymnasii Rector, in utroque officio per annos XXX. Reliquit *Orationes*, & fortè quædam alia.

11. Sept. SIMON BIRCKBECK, *Anglus*, Hornbeiâ-Worstmorlandensis, Theol. Baccalaureus, Ecclesiæ Gillingensis & Forcetensis Vicarius. Struxit *Protestantium Vindicias: Responsionem contra Antidotistam Pontificium: Tract. de morte, judicio, inferno & Cœlo.*

17. Sept. HENRICUS SCHUCKMANNUS, *Germanus*, Osnabrugensis, J. U. Doctor, Cameræ Imperialis Provinc. Mecklenburgensis Advocatus, tum Consiliarius Aulicus, mox Prof. Juris Rostochiensis & Ducalis Consist. Assessor, æt. 76. Offic. 42. Paravit *Dispp. de Exceptionibus: De continentia causæ: De publicis judiciis: De Transmissione &c.*

21. Sept. RICHARDUS CAPEL, *Anglus*, Glocestriensis, Artium Magister, Ecclesiæ de Estington Minister, æt. 69. Publicavit Anglicè *de Tentationibus Partes IV: Apologiam pro eadem: Appendicem de Fœnore: Reliquias ad librum de Tentationibus: Conciones varias.*

26. Septembr. JO. FABRICIUS, *Germanus*, Fischelensis in Diœcesi Coloniensi, Soc. Jesu, Sacerdos, Bonnæ & Santis Sociorum Præfectus, æt. 61. Prodidit Germanicè *Libellum de peccato gravi Detractionis.*

30. Septembr. JO. PENDARVES, *Anglus*, Crowaniâ-Cornubensis, primùm Collegii Exoniensis Oxoniæ Socius, deinde Anabaptista, æt. 33. Scripsit *Quærenda pro manifesta patefactione mysterii iniquitatis: Conamina pro reformatione Vestitus: Quæstiones solvendas à Tremulis*, & alia.

6. Octobr. FABRITIUS BRITIUS, *Italus*, Acebutensis, S. J. Phil. Math. & Theol. interpres & Sacerdos, æt. 64. Formavit *Synopsim Scripturæ Sacræ universæ.*

16. Octobr. DIDACUS NISSENUS, *Hispanus*, Pinciensis, ordinis S. Basilii. Prelo subjecit *Concionum Dominicalium & Festivalium Volumina IV: Conciones de Abrahamo, Isaaco, Jacobo: De Basilio Magno: De Evangelista Johanne &c.*

17. Octobr RENATUS MOREAU, *Gallus*, Andegavensis, Med. Doctor, Regiusque in Aula Cameracensi Medic. & Chirurg. Professor emeritus, ætat. 69. Exaravit *Epistolam de Laryngotomia: Animadversiones in Scholam Salernitanam: Epist. de Loco affecto in Pleuritide: De missione Sanguinis in Pleuritide.*

19. Octobr. FRANC. SCORSUS, *Italus*, Panormitanus, S. J. Rhetor. Phil. moralis, Hebr. Lingvæ, ac demum Sacrarum literarum Professor, novissimè Sodalitii Mariani in Collegio Panormitano Rector, æt. 63. Soc. 50. Reliquit *Theophanis Caramei Homilias Græcas in Evangelia Latinè à se redditas: Latium Christianum, sive Latinæ elocutionis vocabula & phrases ad res Ecclesiæ Christianæ explicandas accommodatas.*

21. Octobr. ALOYSIUS LANUZZA, *Aragonus*, S. J. Sacerdos & Missionarius, ætatis 65. Paravit *Antidotum pretiosum contra pestilentiam peccati lethalis.*

6. Nov. JO. BAPTISTA MORINUS, *Gallus*, Francopolitanus, Bellijonensis, Med. Doctor & Mathem. Professor regius, ætatis 74. Posteritati tradidit *Novam mundi sublunaris Anatomiam: Astronomicarum Domorum Cabalam detectam: Anti-Villonianum, seu contra theses Antonii Villonii: Solutionem Problematis de telluris motu & quiete: Trigonometriæ Canonicæ libros tres de Triangulis: Astronomiam restitutam: Ejusdem defensionem contra Georgium Frommium: Notas Astrologicas in Nic. Burdini centiloquium Ptolomæo vulgo adscriptum: Defensionem Dissertationis de Atomis & Vacuo: Refutatio-*

futationem Libri de Praeadamitis: De vera cognitione DEI, ex solo naturæ lumine: Astronomiam Gallicam in XXVI. libros distributam.

21. Nov. JOHANNES MAIERUS, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, Ecclesiæ primùm Geildorffensis Diaconus, pòst ibidem Superintendens &, inde Ecclesiæ in patria Minoritanæ Pastor, ac demum Ministerii in alma Vindeliorum Augusta Evangelici Senior, æt. 42. Minist. 21. (quô tempore 2801. conciones habuit) Formavit vernaculè *Biblico-Historicam Christianismi structuram, sive Conciones XLV. ex singulis libris Biblicis sigillatim adornatas; Praxim Christianismi; Theologum & Concionatorem orthodoxum, seu Viatorium ad libros Symbolicos; Castrum doloris memoriæ Ferdinandi IV. Rom. Regis Sacrum; Nummum Jubilæum, sub novi anni auspicium; Politicum Christianum &c.*

2. Decembr. JACOBUS GRASSETTUS, *Italus*, Mutinensis, S. Jesu, primò Rhet. & Sacrarum literarum, tum Theol. moralis Parmæ & Arimini Prælector, collegiorum Mirandulani & Ariminensis Rector, æt. 78. Soc. 59. Foràs dedit Italicè *Vitam B. Catharinæ Bononiensis; Compendium Vitæ Aloysii Gonzagæ; Manuale exercitiorum spiritualium Thomæ Villacostin* ex Hispanico fecit Italicum.

4. Decembr. MATTHIAS NENNICHEN, *Germanus*, Pruthenus, Allensteinensis, S. J. Concionator in Austria & Bohemia, æt. 66. Relig. 45. Typis impressit, tacitô suô nomine, *Libellum, dic ubi sit scriptum? de autoritate Traditionum: Tractatum de communicatione sub utraque specie; Gratulationem de inauguratione Ferdinandi II. in Regem Romanorum.*

11. Decembr. JO. RUDOLPHUS SALTZMANNUS, *Germanus*, Argentoratensis, Med. Doctor, ejusdemque in Academ. patria Professor primarius, Collegii Thomani Decanus, & Reipubl. Physicus, æt. 83. Ab eo reperitur *Epistola Medica de Diæta Fractorum Ossium, utrum scilicet alimenta conducant crassa & viscosa, an verò tenuia & subtilia? Consultatio de curando Melancholico: Varia observata Anatomica: De Balneis Seelbacensibus: Oratio de duplici Medicina, spirituali & corporali: Dispp. de morborum differentiis &c.*

13. Decembr. EDMUNDUS WINGATE, *Anglus*, Bedfordiensis, collegii Reginensis apud Oxonienses Socius, JCtus & Mathematicus, æt. 62. Contexuit *de Arithmetica naturali & artificiali libros duos: Tabularum Logarithmeticarum constructionem & usum: Ludum Mathematicum, sive explicationem constructionis & usus Tabulæ Proportionum: Tabulas Logarithmeticas de veris Sinubus & tangentibus graduum omnium & scrupulorum in Quadrante Mathematico: Statutorum Anglicorum epitomen: Corpus juris Angliæ Municipalis: Axiomata*

rationalia: Commentarium in Bractonum.

23.Decembr. FRANCISCUS LAHIER, *Lotharingus*, Tullensis, Soc. Jesu, Human. & Theol. moralis Professor & Sacerdos, æt. 64. Soc. 35. Mussiponti. Vertit è Latino in lingvam Gallicam *Synopsim præcipuarum rerum à Soc. Jesu gestarum seculô ejus primô, scriptam à Jac. Damiano: Literas annuas Provinciæ Paraquariæ annorum* 1635. 1636. *&* 1637: *Magnum Monologium Sanctarum Virginum.*

FRANCISCUS FONTANA, *Italus*, Neapolitanus, Mathematicus. Ejus sunt *Novæ rerum Cœlestium & Terrestrium Observationes.*

CHRISTIANUS II. DUX ANHALTINUS, in Societate Fructifera dictus der unveränderliche / æt. 57. Ex Gallica in Germanicam linguam convertit *Caroli Drelincourti libellum de perseverantia Electorum & Amoris divini*: ex Jtalica *Principem Christianum.*

JOH. SPARRE, *Suecus*, Liber Baro de Croneberg. Edidit *Orationem gratulatoriam in Natalem Christinæ Reginæ.*

JO. MEHLBAUM, *Germanus*, J. U. Doctor & Professor Helmstadiensis. Reliquit *Disputationes de Concursu Actionum: De Jure venandi: De Transactionibus: De Jure Primigeniture: De Delictis & inprimis de Feudis: De Præscriptionibus Jurium ex quasi Possessione: De Injuriis & famosis libellis: De contractu Emptionis, Venditionis & Actionibus empti venditi: De Tutela: De Testamentis in genere: De Emphyteusi: De Pactis: De Tutela & cura: De Muneribus & honoribus &c.*

JOSEPHUS HALLE, *Anglus*, Leicestrensis, primùm Rhetor. in Universitate Cantabrigiensi Professor, deinde Ecclesiastes Halstedensis, pòst Waltheniamensis, Deputatus ad Synodum Dordrechtanam, Episcopus Exoniensis, ac demum Norvicensis, æt. 82. Concinnavit *Contemplationes in V. & N. Testamentum: Soliloquia sacra: Meditatiunculas subitaneas: Henochismum, sive de modo ambulandi cum Deo: Tela ignita Sathanæ: De Religione veteri: De αὐταρκεία: Balsamum Gileard: De moderatione Christiana: Orationem ex Eccles. VII, 16. in Conventu Dordrechtana habitam: Casus Conscientiæ: Sermonem ex I. Timoth. VI, 17: Mysterium Pietatis: Cogitationes selectas: Sermonem ex I. Sam. XII, 24. 25: Apologiam Ecclesiæ Anglicanæ, contra Chiliastas: Romam Irreconciliabilem: Responsum ad Urbani Papæ Romani epistolam: Paraphrasin in Biblia: Contra Profanationes: De vero Christiano: Meditationes Passionales: Characteres virtutum & vitiorum: De vera literatorum gloria &c.* Opera ejus tribus tomis constat.

BALTHASAR GOCKELIUS, *Germanus*, Philos. Magister & Ecclesiastes Ulmen-

Ulmensis. Emisit *XIX. Conciones de Vitiis: Conc. de D. Martino.*

HELVICUS DIETERICUS, *Germanus*, Kyrttorfiô-Hassus, Med. Doctor, Archiater Hassicus, pòst Brandenburgicus, demum Danicus. Excudendum dedit *Elogium Planetarum cælestium & terrestrium Macrocosmi & Microcosmi: Puerperium Martis: Vindicias adversus Otthonem Tackenium: Responsa Medica de Acidulis Schwalbacensibus.*

ALPHONSUS MENDEZ, *Lusitanus*, Eborensis Nobilis, S. J. primùm Sacrarum literarum in Academia patria interpres, deinde Æthiopiæ Patriarcha, æt. 77. Soc. 64. Extat ejus *Oratio gratulatoria ad Philippum III. Regem Catholicum, de ejus adventu in Lusitaniam: Relatio de Martyrio D. Apollinaris, de Almeyda, Episcopi Niceni, & sociorum: Catechismus Æthiopicus de erroribus Æthiopum & fidei Catholicæ mysteriis: Expeditionis Æthiopicæ suæ libri tres, cum Auctario.*

JOH. GISENIUS. *Germanus*, Osnabrugo-Westphalus, primùm Rector in Gymnasio Lemgoviensi, deinde Theol. Doctor, ejusdemque in Academiis Giessensi, Argentoratensi ac Rintelensi Professor. Obiit in Fischbeck. Ex *Calvinismo: Papismo: Photinianismo fugiendis: Analysi Formulæ Concordiæ: Meditatione viæ salutis: Examine Theologico: Catechismo seu parvis Bibliis: Catechismi defensione: Tractatu de Hæresibus: Reformatione Evangelica: De Jure & regimine Academiarum: Repurgatione Collegii Rintelensis: Dispp. Theologicis de erroribus Pontificiorum: De Justificatione intrinseca &c.* admodum conspicuus.

CAROLUS GUILLEMEAU, *Gallus*, Med. Doctor & Practicus Parisiensis. Scripsit *Commentarium Gallicum in Aphorismos Chirurgicos Hippocratis.*

JO. HALES, *Anglus*, Græcæ Lingvæ Prof. regius Oxoniensis & Canonicus Windesoriensis. Publicavit *Orationem in obitum Thomæ Bodleyæ. Sermonem ex II. Petri III, 16.* & lingvâ sibi vernaculâ quædam alia.

CASP. TITIUS, *Germanus*, Lobejungensis, Phil. Mag. Ecclesiæ Hedstensis Pastor, æt. 78. Vulgavit *Locos Theologiæ Allegoricos: Locos Theol. Historicos: Conciones funebres: Cistulam similitudinum.*

ANNO 1657.

2. Jan. HIERONYMUS DEPKIN, *Livonus*, Rigensis, Phil. Magister, Pastor Ecclesiæ Siselgallensis in Livonia, æt. *Dispp.* habuit præsidendo *De bono cive: De fine & principiis Actionum humanarum: De Syllogismo infinito: De Ente ut sic.*

15. Jan. OBADIAS SEDGWICK, *Anglus*, Ogbourniâ-Wiltoniensis, Baroni à Tilburi à sacris, Theol. Baccalaureus, Parochus de Coggershall in Ecclesia S. Mildredæ Lond. Prædicator, in Conventu Theol. West-Monasteriensium Assessor, &

Ecclesiæ S. Pauli Rector, ætat. 56. Adornavit *Tractatum in Act. XVI*, 30. 31: *Christianissimi dubitantis resolutionem: Humiliati peccatoris directorium: Fontem reclusum, sive Conciones in Esaiæ LV*, 1. 2. 3: *Divitias Gratiæ explicatas: Catechismum: Parlamentarias conciones &c.*

18. Jan. CASP. ZIEGLERUS, *Germanus*, Cotho-Lusatus, J. U. Doctor, Advocatus primùm, mox Consiliarius, tum Scabinatus Assessor, & demum Proconsul Lipsiensis, æt. 75. offic. 42. Vulgavit *Communes conclusiones ad auream praxin Nic. Calvoni*, & fortè alia.

22. Jan. NICOLAUS AGARDUS, *Danus*, Viburgensis in Jutia, Phil. Magister, primò Scholæ Herlovianæ Rector, inde Pastor Faxoviensis, mox ejusdem Nomarchiæ Præpositus, tum Eloq. in Acad. Sorana Professor, demum Academiæ illius Bibliothecarius & Notarius, æt. 45. Scripsit *de optimo genere Oratorum: De Ignibus subterraneis, super Justinum: Animadversiones in Ammianum Marcellinum: De Stilo N. Testamenti: Dissert. de Digramma: Dissp. in Tacitum: De Rep. gerenda: De usu Syllogismi in Theologia, contra Nicephoram Gregoriani: De nido Phœnicis, ex Lactantio.*

22. Jan. JO. GRISEL, *Gallus*, Rothomagensis, S. J. Concionator & Rector Collegii Aurelianensis, æt. 55. Soc. 41. Edidit Gallicè *mysterium Hominis Dei: Conciones de Adventu: In Dominicas & Festa per annum. Quadragesimales: Orat. funebrem Ducis de Bellagarde.*

22. Jan. ÆGIDIUS STRAUCHIUS, *Germanus*, Wittenbergensis, Theol. Doctor, Pastor & Superint. primùm Ossitiensis, tum Doliciensis, inde Merseburgensis, ac demum XL. annos Dresdensis, nec non Proto-Synedrii Elect. Assessor & Consiliarius Ecclesiasticus, ætat. 73. Minist. 57. Paravit *Illustrium Quæstionum centurias duas: Refutationem errorum Pontificiorum, quibus Joh. Salmuth Lutheranos deformare voluit: Concionem Valedictoriam ex Marc. VII*, 37. *&c.*

10. Febr. GERARDUS LANGBAINIUS, *Anglus*, Westmorlandensis, Theol. Doctor & Prof. Oxoniensis, Collegii ibidem Reginensis Præpositus, æt. 50. In lucem emisit *Dionysii Longini librum de Grandiloquentia, sive sublimi dicendi genere, è Græco Latinè redditum, & notationibus illustratum: Concilii Tridentini è Gallico in Anglicanum transmissi examen: Prologum ad D. Joh. Cheri librum de Rebellione: Fœderis Scotici examen.*

17. Febr. JO. RIOLANUS, *Gallus*, Med. Doctor & antiquior Scholæ Medicæ Magister Parisiensis, æt. 77. Condidit *Anatomiam, sive Anthropographiam & Osteologiam: Animadversiones in Syntagma Anatomicum Jo. Veslingii: In Historiam Anatomicam Andreæ Laurentii: Opuscula Metaphysica de Anima mundi: Disquisitionem de Transpositione partium naturalium &*

& vitalium: Explanationes Apologeticas pro Galeno, adversus novitios Anatomicos: Resp. ad duas exercitationes Anatomicas D. Harvei de circulatione sanguinis: Resp. ad experimenta Anatomica nova de venis Lacteis Jo. Pecqueti: Excursum in Battologiam Quercetani, contra Alchymiam: De motu sanguinis ejusque circulatione, ex doctrina Hippocratica: Examinatam Anacephalæosin Highmori, Angli, totius sanguinis circulati per universum corpus: Annotationes in tract. D. Gassendi de circulatione sanguinis: Defensionem adversus inquisitionem Pauli Marquardi Slegelii de motu sanguinis: Admonitionem ad Petrum Guiffartum de cordis officio novo: Enchiridion Anatomicum & Pathologicum: Opera & Opuscula Anatomica: Comparationem veteris Medicinæ cum nova, Hippocratica cum Hermetica, dogmatica & spargyrica: Joh. Antarveti (i. e. Riolani) *Apologiam pro Judicio Scholæ Parisiensis de Alchymia, contra Harveum & Baucynetum.*

19. Febr. REINHOLDUS BAKIUS, *Germanus*, Magdeburgensis Saxo, Phil. Magister, primùm in patria Diaconus pòst Pastor & Superintendens Grimmensis, tum Theol. Doctor, denique in patria Antistes & Ecclesiæ Cathedralis Pastor, æt. 70. Minist. 47. Innotuit *Expositione Evangeliorum Dominicalium: Amphitheatro mortis: Concionibus VIII. in Psalmum XCI: Concionibus Jubilæis: In Augustanam Confessionem: Commentario in Psalmos: Evangeliis præfiguratis &c.*

25. Febr. VITALIS THERONUS, *Gallus*, Limosensis, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Moralis Lector, & 50. annos in præcipuis totius Galliæ Urbibus Concionator, Collegii Montelbanensis Rector, & Provinciæ Tolesanæ Præfectus, æt. 85. Soc. 72. Lusit carmine *Delphinum coronatum Latinè & Gallicè: Calendas Januarias anni* 1618: *Rupellæ deditionem: Christum infantem, silentem, operantem, docentem, patientem: Christum in V. T. per antiquos præfiguratum: Jordanem captivum & Delphino supplicem: Votum Lauretanum Christinæ, Sueciæ Reginæ.*

23. Febr. JOH. HERTZOG, *Germanus*, Numburgensis, Phil. Magister, primùm Concionator Aulicus Wesenteinensis, deinde Diaconus ad D. Virginis Dresdensis. Edidit *Speculum virtutum & vitiorum, sive CC. conciones super Decalogum: Conciones aliquot funebres*, & fortassis alia.

26. Febr. PETRUS DE LA ESCALERA GUEVARA, *Hispanus*, Brugensis, J. U. Doctor, causarum in curia Matritensi Patronus, & regii corporis Custos. Exaravit *de Metatis & Epidemetricis, ad tit. XLI. libri XII. Codicis Justin. tractatum.*

3. Mart. JO. BABTISTA CYSATUS, *Helvetius*, Lucernensis, S. J. Mathem. Prof. Ingolstadiensis, Collegiorum quoque Lucernensis, Oenipontani & Eystadiensis Rector, æt. 69. Soc. 53.

Formavit *Tabulam Coſmographicam verſatilem: Mathematica Aſtronomica de Cometa anni* 1618.

7. Mart. BARTOLDUS NIHUSIUS, *Germanus*, è Catholico Reformato in Pontificium transmutatus, Archiepiſcopi Moguntini in Pontificalibus Erfurti Vicarius, & Epiſcopus Myſiæ. Conſignavit *Diſpp. XI. Logicas: Comment. Logicum de Enunciationibus & Syllogiſmis Modalibus: Annotatione de communione Græcorum ſub utraque ſpecie contra D. G. Calixtum: Ad IV. præcipua capita Becani de communione ſub utraque ſpecie: Tractatum Chorographicum de Aſiæ Provinciis: Epigrammata:* Germanicè Monitorium pro Ducatu Brunſvicenſi & Luneb. &c.

12. Mart. JO. DORISY, *Gallus*, Moſomenſis, Rhenenſis, S. J. literarum humaniorum, Phil. & Theol. Moralis Prof. Pariſienſis, ætat. 72. Soc. 51. Vulgavit Latinè *Quæſtiones curioſas de Venetorum origine, de acceſſu & receſſu maris: Vindicias S. Auguſtini adverſus Pſeudo-Auguſtinum Cornelii Janſenii: Refutationem Catechiſmi de Gratia, ex ſola doctrina S. Auguſtini: Refut. ejuſdem Catechiſmi compendioſam: Praxim Confeſſionis Sacramentalis excerptam ex S. Auguſtino.*

16. Mart. SIMON WANGNERECKIUS, *Germanus*, Monachienſis, Jeſuita, Adjutor ſpiritualis, Eloq. Profeſſor, æt. 52. Soc. 37. Ab eo eſt *Pietas Mariana Græcorum ex XII. tomis Menæorum, & VII. reliquis Græcæ Eccleſiæ voluminibus depromta.*

obiit ANNO 1657.

27. Mart. JODOCUS KEDDE, *Germanus*, Embricenſis in Clivia, S. J. Rhetor. & Dialect. Prof. Sacerdos & Miſſionarius, æt. 60. Soc. 40. Viennæ. Scripſit Latinè *Conſtantinum Magnum Romano-Catholicum: Eccleſiam antiquam Rom. Catholicam: Deductionem Catholicæ Religionis ex Rom. Imperatorum legibus civilibus, Edictis, Reſcriptis: Examen Reformatæ Religionis: Parænesin ad X. verbi miniſtros: Ideam cauſarum, cur Lutheraniſmus, aliæque ſectæ abjiciendæ: Primos Regis Hungariæ Chriſtianos Romano-Catholicos:* Germanicè *Heliopolim ſeu ſolis civitatem: Speculum Religionis: Maculas ignominiæ, quibus Miniſtri Calviniani ſuam Religionem dehoneſtârunt: Characterem Anti-Chriſti: Coronam honoris: Stateram veritatis: Manuale Catholicum: Declarationem fidei Romano-Catholicæ: Perpetuam miſeriam infidelium non poſſe Salvari: Purgatorium Prædicantium: Cordis motorem Chriſtianum: Hortulum ſacræ ſcripturæ: Hortulum Paſſionis Chriſti: Reformationem reſponſi contra X. Prædicantes: Informationem de communione ſub utraque: Vale Lutheri & Calviniſti officii Prædicandi abſque vocatione: Speculum æternitatis: Sex nodos textorios per modum Dialogi: Pallium Reformatæ Religionis: Novo-Evangelicorum torcular & prælum cordis: Cantum agreſtem Prædicantium: VIII. conſidera-*

tiones

tiones circa veritatem & falsitatem Religionis: Simplicitatem Ministri Calvinistici Wesaliensis in Schola Jesuitarum eruditam: Resp. ad calumnias Trewmanni.

29. Mart. ANDREAS BLANCUS, *Italus*, Genuensis, è Soc. Jesu, Rhet. & Phil. Prof. ac Concionator, æt. 69. Soc. 55. Struxit *Epigrammatum libros VI: Orationem de singulari sapientia Caroli Borromæi: Pistomachiam, sive pugnam fidei: Animæ suspiria: Conciones de festis Christi & S. Sacramento: De Passione XII. Sermones: Passionem Christi figuratam & historicam XXX. Sermonibus explicatam: Paraphrasin in Psalmum Miserere: Quæstiones Philos. & Academicas:* Sub nomine Candidi Philalethi, *de opinionum praxi: De Cambio tractatum: Pios mores & sanctos amores Epigrammatis expressos.*

31. Mart. MARTINUS OLAI, *Suecus*, Nycopensis, Phil. Magister, Optices & Mechan. Prof. Upsaliensis. Ejus extat *Compendium universæ Geographiæ: Dispp. de Habitibus Intellectus acquisitis: De Anima: Quæstiones Miscellaneæ.*

1. April. MICHAEL DE FAUCHEUR, *Gallus*, Ecclesiastes Charontonensis. Publicavit *Sermones sacros: Tractatum de Eucharistia: Alium de Actione Oratoria.*

5. April. PETRUS WITFELD, *Germanus*, Coesfeldensis Westphalus, S. J. Theologiæ Monasterii Westphal. & Paderbornæ Lector, studiorum Præfectus, æt. 70. Soc. 50. Reliquit *Theologiam Catecheticam: Placida Juridica de immunitate Ecclesiastica: Polemica varia.*

6. April. JACOBUS CATERUS, *Belga*, Antverpiensis, Jes. Sacerdos, collegii Cortracensis Rector, ætat. 46. Elaboravit *virtutes cardinales Ethicis Emblematibus expressas.* Tacitô nomine suô, *Acroamata nuptialia: Ideam publici honoris exhibiti Ferdinando, Infanti Hisp. Brugas introeunti.*

17. April. HENRICUS COSELIUS, *Germanus*, Pragâ-Bohemus, primùm Advocatus, mox J. U. Doctor, tum Juris Prof. Wittenbergensis, & Elector. Curiæ ac Scabinatus Assessor, æt. 41. prof. 8. Commentatus est *ad librum unicum Cod. ne quis in sua causa, vel sibi jus dicat: Dispp. de Electoribus Imperii Romano-Germanici: De Comitiis Imperii Rom. Germanici: De Parricidio: De Furtis: De Successionibus &c.*

19. April. LUDOVICUS MAGNETIUS, *Gallus*, Parisiensis, S. J. Human. & Theol. Moralis Lector, dein Concionator & Missionarius, Collegiorum Rhemensis, Metensis & Carolopolitani Rector, demum Provincialis Campaniæ, æt. 82. Soc. 62. Vulgavit *Paraphrasin Poëticam in omnes Davidis Psalmos & Cantica Breviarii Romani.*

27. April. JACOBUS CRANFORD, *Anglus*, Coventriâ-Warwicensis, Artium Magister, primò Brockholensis, tum Londinensis, ad S. Christopho-

stophori Rector, æt. 54. Composuit *Gangrænam Hæreseos ex II. Timoth. II, 17.* & alia argumenti Theologici non pauca.

30. April. JOH. BAPTISTA SAINCTIURE, *Gallus*, Metensis, S. J. Ambiani, Aleconii, Aureliæ, Parisiis in Domo Probationis Rector, æt. 69. Soc. 53. Delineavit Ascetica varia Gallicè *de cognitione & amore Jesu Christi: De Homine spirituali: De Homine religioso: Modum bene moriendi: De tribus virtutibus Theologicis: Jesum Christum docentem homines: Librum Prædestinatorum: Exercitia spiritualia: Manuductionem ad præcipuas vitæ Christianæ actiones: Meditationes de præcipuis Fidei mysteriis: Sanctam occupationem Creaturarum: Vitam D. de Renti.*

7. Maji CHRISTIANUS LANGE, *Germanus*, Naumburgensis, Phil. Magister, Pastor primò in Meuselwitz, inde in Luccavia, tum ad D. Nicolai Pastor Lipsiensis, demum Theol. Doctor, ejusdem in ea Academia Professor, Ecclesiæ Thomanæ Pastor, & vicinarum Superintendens, Consistorii Elector. Facul. Theol. & Nationis Misnicæ Senior, Ecclesiæ Cathedralis Misnensis Canonicus, æt. 71. Minist. 43. Publici Juris fecit *Homilias Epistolares: Conciones funebres varias: Dispp. Theol. de Creatore Triuno: De Votis Christianorum: De Loco II. Maccab. XII: De veterum sacrificiis: De S. Scripturæ autoritate, sufficientia & perfectione, ex II. Timoth. III, 14.—17: De incarnatione Filii Dei, ex Joh. I, 14: De Passione Dominica, ex I. Petr. III, 18. &c.*

3. Jun. GUILIELMUS HARVEUS, *Anglus*, Folkstonensis, Med. Doctor, collegii Medici Londinensis Socius & Consiliarius, Anot. & Chirurg. Professor, nec non Regum Jacobi & Caroli I. Archiater, æt. 80. Concinnavit *Tractatum de Pulmonum usu & motu, de eventilatione omni aëris que necessitate & usu, de variis & differentibus organis hujus causa in Animalibus factis: Tractatum de quantitate sanguinis in uno quoque aut singulis pulsationibus protrusa, item de circuitûs causis, utilibus & sanguinis arcanis: Observationes de usu Lienis: Exercitationes de Respirationis causis, organis & usu: Observat. de motivis organis Animalium & de Musculorum fabrica: Tractatum de Animalium amore, libidine & coitu: Observationes Medicinales de Herniæ carnosæ curatione: De Nutritionis modo: Historiam animalium, præsertim insectorum: Anatomiam Medicam.*

7. Jun. HENRICUS STAHLIUS, *Livonus*, Revaliensis, Philos. Magister, Pastor primùm ad S. Petri & Matthæi Jerwenensis, dein ibidem ad S. Catharinæ, & Præpositus in Wiria atque Jerwonia, tum Pastor Germ. Revaliæ Cathedralis, Præpositus & Consistorii Regii Assessor primarius, demum Superintendens Ingermanniæ & Narvensis, nec non Nobilis, æt. Minist. 35. Edidit

Manu-

Manuductionem ad Linguam Esthonicam: Manuale Esthonicum: Casus Conscientiæ: Speculum Laicorum super Evangelia &c.

27. Jun. MARTINUS WOLDERUS, *Germanus*, Paswalcô-Pomeranus, Phil. Magister, Ecclesiæ Palæopolitanæ Regiomonti primùm Diaconus, dein Pastor & Consistorii Sambiensis Assessor, æt, 58. Minist. 33. Publicavit *Concionum super Evangeliis anniversariis, Decalogo & Historia Passionis, aliisque textibus sacris, cursum annuum I. & II: Soliloquium afflicti Davidis, ex Psalmo XLII, 12: Conciones inaugurales: Funebres &c.*

28. Jun. MATTHIAS RELANDUS, *Livonus*, Rigensis, Philos. Magister, in patria ad ædem Cathedralem Pastor, æt. 58. minist. 29. Ab eo habetur *Concio Pœnitentialis, cùm anno 1650. à 1. ad 5. diem Aprilis, in suburbio Rigensi ingens esset inundatio. Concio sacra de partu monstroso, quem ultra Dunam an. 1655. die Palmarum piscatoris edidit conjux.*

4. Jul. ANDREAS ALBERTUS, *Italus*, Niciensis, S. J. Eloq Lector, Ecclesiastes in celebrioribus Italiæ Urbibus, æt. 46. Soc. 29. Edi curavit Latinè *Vitas & elogia Patrum: Orationem ad Jo. Baptistam Lerearium: Vitam Pauli Mariæ de Jesu centurione Carmelitæ: Historiam panegyricam: Eneadem: Impietatem flagellatam à S. Zelô Eliæ.*

6. Jul. AGGÆUS FRIDERICI, *Belga*, Frisius Orientalis, Phil. Magister, Rector primùm Scholæ, deinde in Gymnasio Græcæ Lingvæ Professor Rigensis, æt. 73. offic. 42. Reliquit *Dissertationem Scholasticam de Impedimentis Scholasticis.*

7. Jul. JO. FALCONERUS, *Anglus*. Dorcestrensis, S. J. Romæ Pœnitentiarius ad Basilicam Vaticanam, æt. 85. Soc. 53. Scripsit *Refutationem errorum Jo. Thraski Puritano-Judæi: Vitam B. Virgin.* Vertit Anglicè *Vitam S. Wenefredæ: S. Catharinæ Svecicæ: Fasciculum Myrrhæ de Passione Domini: Speculum conscientiæ, pro quotidiano conscientiæ examine.*

15. Jul. FRIDERICUS LöWENSTEIN, *Livonus*, Mitoviâ Semgallus, Ecclesiæ Pernoviensis Germanicæ Pastor, & Scholæ Inspector, æt. 54. minist. 26. Typis subjecit Germanicè *Tympanam Livonicam: Tubam Belli: Quaternionem Sacramentalem, sive IV. Conciones de S. Cæna Domini: Scaturiginem Sacramentalem, sive VII. Conc. super verba Institutionis S. Cænæ: Descriptionem novi orbis, sive de novo seculo tractatum: Pœnitentiale Livonicum: Animam animæ, sive de vita Dei in homine renato.*

26. Jul. GEORGIUS SALEMAN, *Germanus*, Schlatensis Pomeranus, Pastor ad Sp. Sanctum Revaliensis, ætat. 60. minister. 31. Prelo dedit *Precationes Sacras pro Esthonica Ecclesia, in idioma vernaculum translatas: Cantilenas pias B. Lutheri & aliorum*

orthodoxorum Doctorum Esthonicis versibus expressas.

29. Jul. JO. DE PINA, *Hispanus*, Madritensis, Soc Jes. Concionator, collegiorum Almonacidensis, S. Clementis, Ocaniensis, Madritensis, Domus Probationis Villareginensis, & demum Provinciæ Toletanæ Rector, æt. 75. Soc. 55. Elaboravit *Commentarios in Ecclesiasticum*, *tomis quinque &c.*

3. Aug. REINHOLDUS A MITTENDORFF, *Livonus*, Rigensis, Phil. & Med. Doctor, inque patria Physicus primarius, ætat. 61. Edidit *Gratulationem Holmensem, ad Christinam, Sueciæ Reginam: Dispp. de Cholica: De Scorbuto.*

9. Aug. ABRAHAMUS WINCKLERUS, *Germanus*, Friburgensis Thuringus, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes per sexennium Pirnensis, dein Exul, demum Pastor Ecclesiæ Acropolitanæ Revaliensis in Livonia, Consistorii ibidem Regii Assessor primarius, & Harriæ Orientalis Præpositus, æt. 51. minist. 24. Literis exscriptæ sunt ejus *Conciones funebres ex Esaiæ XXX, 15: ex Gen. XXXII, 24. seqq: ex Sapient. IV, 7-14: ex II. Corinth. V, 1. 2. 3: ex Esaiæ XXXVIII, 14: ex Ef. LVII, 1. 2: ex Esaiæ XLIX, 14. 15: ex Psalm. LXVIII, 20. 21: ex Joh. XII, 32: ex Num. XXIII, 10. &c.*

12. Aug. HERMANNUS SCHWEMLERUS, *Germanus*, Colledâ Thuringus, primùm Dicasterii regii Dorpatensis in Livonia Advocatus, dein Comiti Magno Gabrieli de la Gardie à Secretis, demum judicii in districtu Kokenhusensi Assessor Regius, & Nobilis, dictus van *Lossinon*. Typis subjecit populari sermone *Libros tres Poëmatum, quorum primus Heroës recenset Svecorum, secundus & tertius Miscellanea continent.*

15. Aug. MATTHÆUS WILLEBRANDIUS, *Germanus*, Rapinô-Megapolitanus, Pastor ad S. Nicolai Revaliensis, æt. 37. minist. 7. Exire fecit *Cogitationes Passionales, sive Poëma Germanicum de Passione & morte Christi.*

21. Aug. PETRUS DE TAPIA, *Hispanus*, Salmantinus, Dominicanus, Phil. & Theol. Lector tam in patria, quàm Compluti, inde Episcopus Segoviensis, mox Seguntinus, porro Cordubensis, & postremò Hispalensis, æt. 75. Struxit *Catenas moralis doctrinæ, tomis II.*

26. Aug. RÖTGERUS BECKER, *Livonus*, Rigensis, Pastor Felinensis, æt. 57. Ejus est *Exactor reædificationis Domus Domini, ex Haggai I: Lintenm exorcisticum, sive Conciones V. de Magia illicita.*

1. Sept. ARNOLDUS VINNIUS, *Belga*, Monasteriensis Batavus, J. U. Doctor, in Academia Leidensi Antecessor, æt. 70. Notæ sunt ejus *Notæ in Institutiones: Quæstiones Juris selectæ: Partitionum libri quatuor: Tractatus de Pactis: De Jurisprudentia & Imperio: Comment. in Petrum Beckium,*

kium, de Re nautica: Tract. de Jurisdictione Pactis, Transactionibus & collationibus: Collectanea de Favore. Nondum prodiit ejus *Comment. ad tit. de Regulis Juris & Lib. L. Pandectarum.*

2. Sept. NATALIS RONDININUS, *Italus*, Romanus, Alexandro VII. Pontifici Maximo ab epistolis, Canonicus Vaticani Basil. æt. 29. Prostant ejus *Poëmata posthuma.*

9. Sept. GILBERTUS WATTS, *Anglus*, Eboracensis, collegii apud Oxonienses Lincolniensis Socius, Theol. Professor. Vertit è Latino in Anglicum *Franc. Baconis Verulamii de augmentis Scientiarum libros.*

12. Sept. ANTONIUS COLERUS, *Germanus*, Lubecensis, primùm Capituli Brunsvicensis Canonicus, tum J. U. Doctor & Advocatus, pòst Ecclesiæ Cathedralis Halberstadiensis & Ducis Brunsvicensis Consiliarius, nec non Supremi Dicasterii in Ducatu Wolffenbytano Assessor, inde Consiliarius & Vice Cancellarius Ducis Saxo-Lavenburgici, Judicii Raceburgensis Præses, Sæpe Legatus, demum in Patria Consul, æt. 72. Vulgavit *Isagogicam Jurisprudentiam: Dissert. de Jure Imperii Germanici: De conservandis Canonicorum Collegiis*, Suô Suppressô nomine.

13. Septemb. JO. LANGLEY, *Anglus*, Oxoniensis, Artium Magister, Archididascalus Glocestriensis, tum ad D. Pauli Ecclesiastes Londinensis. Exaravit *Rhetoricam: Polid. Virgilii de rerum inventoribus libros* ex Latino in Anglicum vertit.

obiit *ANNO* 1657.

14. Sept. JO. BAPTISTA WENS, *Belga*, Antverpiensis, S. J. Concionator, Collegiorum Ruræmundensis, Mechliniensis & Antverpiensis Rector, ætat. 70. Societ. 53. Formavit *Comment. in Prophetam Jonam per sermones exegeticos L X. distributum.*

15. Sept. BERNARDUS DE ALDERETE, *Hispanus*, Zamorensis, è Soc. Jesu, Philos. Compostellæ & Vallisoti, Theol. autem Salmanticæ Interpres, nec non Theol. Doctor, collegii quoque Salm. Rector, æt. 63. Soc. 44. Scripsit *de Incarnatione Tomos II: De Visione & scientia Dei: De Voluntate Dei, Prædestinatione & Reprobatione.*

23. Sept. JOACHIMUS JUNGIUS, *Romanus*, Lubecensis, Phil Magister, Mathematum primò Prof. Giessensis, pòst Rostochiensis, tum Med. Doctor, ejusdemque Professor Helmstadiensis, iterum Mathem. Prof. Rostochiensis, tandem Scholæ Hamburgensis Rector, novissimè Gymnasii ibidem Log. & Phys. Prof. æt. 70. Prelo submisit *Logicam: Geometriam Empiricam: Doxoscopiam Physicæ minorem: Relationem de Didactica Wolf. Ratichii: Dispp. varias* e. g. *De Aristocratia: De principiis corporum naturalium: De definitione motus Aristotelica: De Pseudo-axiomate Aristotelico Lib. I. Phys. t. 50. & 56: De forma substantiali: De naturali Dei cognitione: De notionibus secundis:*

cundis: De Demonstratione tritermina: De figuris locum replentibus &c.

11. Oct. MARCUS PAULUS LEO, *Italus*, Romanus, J. U. Doctor, Procurator Provinciæ Romanæ, demum Jesuita, ætat. 69. Soc. 12. Confecit *Praxim ad literas majoris Pœnitentiarii: Tract. de auctoritate & usu Pallii Pontificii.*

18. Oct. LUCAS PAPROCKI, *Polonus*, Dobriniensis, S J. Theol. Moralis Prof. & Scholarum Præfectus, Collegii Placensis Rector, æt. 51. Soc. 33. Scripsit Polonicè *de miraculosis Gratiis in Templo Assumptionis B. Virginis Mariæ Czerwinsci: De origine Stemmatis Czymala.*

28. Oct. JO. BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Germanus*, Rochlitzensis Saxo, Phil. Magister, initio Pastor Meusselwitzensis, inde Diaconus Lipsiensis, demum Theol. Doctor, Professor & Ecclesiastes ibidem Thomanus, æt. 50. minist. 25. Inclaruit ex *specimine Theologiæ Chemnitianæ, in duobus locis de Deo & Christo: Collegio Anti-Papistico: Systemate Theologico: Hodogetico pro collegio Concionatorio concepto: Vindicatione doctrinæ orthodoxæ de Sacramentis in genere à corruptelis Tridentinorum: Isagoge in libros Ecclesiarum Lutheranorum Symbolicos: Fulcris Patientiæ Christianæ: Vindicatione clavis ligantis, contra falsas accusationes Hieronymi Mülmanni: Concione Jubilæa, ex Psalmo 138: Concionibus funebribus & Dispp. Theologicis variis.*

2. Nov. CHRISTIANUS COLBIUS, *Prussus*, Regiomontanus, Theol. Doctor, Pastor & Archipresbyter Bartensteinensis, æt. 29. Ex re fecit *Gregorium Theologum in Mislenta Theologo olim redivivum, nunc iterum denatum, sive Orat. funebrem in obitum D. Cœlestini Mislentæ: Dissertationem de fulcris Atheismi in Ecclesia, omnibus sive negligenter, sive curiosè rem sacram curantibus, oppositam: Dispp. de Innocentia Bellorum Christianorum: De Agnoëtismo: De sanguine Jesu Christi, ex I. Joh. I, 7: De Resurrectione Christi: De æterna Christi divinitate & temporaria humanitatis illius unctione, ex Psalmo XLV, 8. &c.*

4. Nov. JOACHIMUS COLBIUS, *Germanus*, Silesius, Saganus, Phil. & Med. Doctor, Practicus primùm Altenburgensis, deinde Archiater Schlaizensis, ætat. 72. Composuit *Judicium & consilium super miro veneficii casu: Miracula Poëtica.*

7. Nov. MARIUS BETTINUS, *Italus*, Bononiensis, S. J. Ethicæ & Math. in Acad. Parmensi Prof. æt. 79. Soc. 62. Quæ scripsit, eorum hic est syllabus; *è moralibus Politicis & Poëticis: Urbanitatis Poëticæ: Rubenus Hilero, Tragœdia Pastoralis: Clodoveus seu Ludovicus, tragicum Sylvilu-dium: Eutrapeliarum, seu urbanitatum Poëticarum lib. IV: Florilegium variorum Poëmatum & Dramatum Pastoralium libri IV: Apiaria Philosophiæ Mathematicæ: Euclides explica-*

plicatus: Ærarium Philos. Mathem. in III. tomos distributum.

11. Nov. LAURENTIUS STEPHANI, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, J. U. Doctor, Ducis Megapolitani in Aula Gustroviensi Consiliarius, Consistorii Ducalis Assessor, Judicii Provincialis Vice-Præses, & Universitatis Rostochiensis Antecessor, ejusdemque Senior æt. 69. offic. 43. Reliquit *Dispp. Juridicas de Justitia & Jure, eoque scripto vel non scripto: De Statu Hominum: De donatione simplici &c.*

18. Nov. ALPHONSUS DE PENNAFIEL, *Peruanus*, Riobambensis, S.J. Phil. & Theol. primò Cuschi, tum Limæ Lector, Operarius quoque Indorum, æt. 63. Soc. 47. Emisit in lucem *Cursum Philosophicum tomis IV: De Obligationibus & excellentiis trium ordinum militarium S. Jacobi Calatravæ & Alcantaræ: Theologiam tomis II.*

25. Nov. SEVERINUS PETRÆUS, *Danus*, Calundanus in Sædlandia, Phil. Magister, primùm Scholæ Hafniensis Conrector, tum Rector, postea Ethices in regia ibidem Acad. Professor, æt. 50. prof. 12. Publicavit *Dispp. Ethicas IX: Disquisitionem de fundamento Philosophiæ moralis: Grammaticam Hebræam: Grammaticæ Græcæ ideam Synopticam*

26. Nov. MICHAEL EIFLERUS, *Prussus*, Zintensis, Phil. Magister, primùm Logic. pòst quoque Metaph. in Acad. Regiomontana Professor, nec non Alumnorum Electoralium Inspector primus, ætat. 56. offic. 27. Imprimi fecit *Methologiam particularem: Angelognosiam Theologicam: Comitem agonisticum Lectionum Metaphysicarum: Politicum bonum & malum: Intelligentiam subtilitatum: Primordia Philosophiæ: Frontispicium Logicum: Primordia Pansophiæ: Gnostologiam: Gaudium magnum de nato Servatore: Dispp. varias.*

10. Dec. THOMAS LAWRENCE, *Anglus*, Bristoliensis, Theol. Doctor, Ecclesiæ Lichfeildensis Præbendarius, collegii Balliolensis Præfectus, D. Margaretæ Prof. Campellanus regius ordinarius, demum Ecclesiæ Colnensis Vicarius. Scripsit *in Exod. XX, 21. in I. Corinth. I, 10: in Exod. III, 5. &c.*

12. Dec. JUSTUS SINOLT cognomentô SCHÜTZE, *Germanus*, Butisbacensis Wetteravus, U. J. Doctor, ejusdemque in Acad. Marpurgensi Professor, Consiliarius Principis Hassiæ intimus, postea Dicasterii Provincialis simul & Academiæ Giessensis Cancellarius, nec non Legatus, æt. 65. offic. 32. Paravit *Dissertationes de Vicariis Imperii Romano Germanici, eorumque jure & officiis: Exercitationes Juris XXV. ad Institutiones Justinianeas: Collegium Publicum Dispp. XXX. de statu rei Romanæ voluminibus II: Collegium Pandectarum Disputationibus XV: Dispp. separatim emissas varias.*

13. Dec. GREGORIUS BICCIUS, *Germanus*, Budissinâ Lusatus, J. U. Doctor, Institutionum, pòst Pandect. Professor, Canonicus quoque Collegii Thomani Argentoratensis, æt. 53. offic. 20. Prostant ab eo *Aurea Juris civilis, sive res quotidianæ: Collegium Juridicum Argentoratense Continuatum: De Librorum Juris Romani quantitate & qualitate: De Possessione duorum pluriumve unius ejusdemque rei: Dispp. de Antichresi: De Dispensatione: De fidejussoribus eorumque jure &c.*

21. Decembr. BALTHASAR DE BUS, *Gallus*, Catellionensis, S. J. Rhetor & Phil. Lector, nec non Ecclesiastes, æt. 70. Soc. 50. Dedit Gallicè *Præparationem ad mortem, ad exemplum Christi mortui: Incitamenta ad mentem contritione purgandam: Occupationem interiorem ad duas Passionis Dominicæ hebdomadas transigendas: Motiva ad excitandam devotionem erga B. Virginem: Exercitium præsentiæ Dei.*

24. Decembr. THOMAS LANSIUS, *Germanus*, Bergensis, J. U. Doctor, illustris Collegii Tubingensis Ephorus, Principis Würtenbergici Consiliarius intimus, Academiæ Visitator & Commissarius, æt. 80. offic. 51. Celebrem se & commendabilem posteris reddidit, scribens *Consultationes de Principatu inter Provincias Europæ: Mantissam Consultationum & Orationum: Comment. de Academiis: Differt. de Lege Regia: De civili cura Sacrorum: Epistolas VII. de Jesuitarum privilegiis &c.*

27. Decembr. GULIELMUS BURTON, *Anglus*, Londinensis, J. U. Baccalaureus, Hypodidascalus Cantianus, tandemque Scholæ Kingstoniensis prope Londinum Archididascalus, æt. 48. Composuit *Orationem in obitum Thomæ Alleni: Annotationes ad Clementis Apostoli epistolam I. ad Corinthios: Historiam Græcæ Linguæ: Historiam Persicæ Linguæ: Commentarium in Itinerarium Antonini, quatenus res Britannicas attinet.*

30. Decembr. GEORGIUS HAGEN, *Germanus*, J. U. Doctor, Archiepiscopi Magdeburgensis Scabinus Senior. Condidit *Comitiologiam Ratisbonensem.*

ÆSCHILLUS PETRÆUS, *Suecus*, Wermelandus, Phil. Magister, hujusque Facultatis in Acad. Upsaliensi primùm Adjunctus, deinde tam in Gymnasio Theol. Lector, quàm in Acad. Aboënsi Professor, ibidemque & Nummensium Pastor, demum Theol. Doctor, Episcopus & Procancellarius Aboënsis. Ejus sunt *Collegium Physicum, Dispp. XVIII. absolutum: Versio Bibliorum Sacrorum in linguam Finnicam: Institutio linguæ Finnicæ: Enarrationes in Evangelia Dominicalia & Festivalia: Modus visitandi ægrotos: Expositio Textuum in concionibus Pœnitentialibus annis singulis propositorum: Meditationes Sanctæ in Epistolas Dominicales & Festivales: Tractatus de Conjugio: Dispp. de Romano Pontifice: De justificatione hominis: De finito & infinito: De*

Anti-Christo Magno: De V. & N. Test. discrimine: Conc. funebres.

MARTINUS RUARUS, *Germanus*, Crempâ-Holsatus, primò Scholæ Racoviensis in Polonia Rector, deinceps Pastor Straffini ad Gedanum, æt. 70. Confecit *Notas in Catechesin Ecclesiarum Polonicarum: Epistolarum Selectarum centuriam* 1. & 2.

JOH. PEDANUS, *Prussus*, Sensburgensis, Phil. Magister, Alumnorum Electoralium in Acad. Regiomontana Inspector Secundus, pòst Pastor & Archiepresbyter Insterburgensis. Elaboravit *Dispp. VI. de Historia: II. de crucis Christi, per Helenam Constantini M. Imp. Rom. Matrem, inventione: De naturali desiderio sciendi: De circumstantiis nativitatis Christi: De Veterum Symbolis civilibus & Ecclesiasticis &c.*

JOH. MöLLERUS, *Germanus*, Erfurtensis, primùm in patria Syndicus, tum J. U. Professor, demum ejusdem Reip. Prætor, æt. 47. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Pace: De Fictione juris: De Sequestratione &c.*

JO. MESTREZATIUS, *Gallus*, Minister Ecclesiæ Reformatæ Cabilonensis. Adornavit *Expositiones in Epistolam ad Hebræos quinque voluminibus: In primam Epist. D. Johannis tomis duobus: Tractatum de Scriptura Sacra, contra Regourdum S. J. & Perronium Cardinalem: XX. Sermones super aliquot Scripturæ Sacræ loca: Tract. de Ecclesia: De S. Eucharistia, contra Bellarminum & Perronium &c.*

JACOBUS RAGGIUS, *Italus*, Genuensis, Nobilis, Capucinus. Edidit, sub nomine Anagrammatico, Girago, *centuriam primam de Regimine Regularium.*

PHILIPPUS LUDOV. EBENUS, *Germanus*, Neoburgensis ad Danubium, Phil. & Med. Doctor, Ducis Palatini Archiater, pòst Physicus Ulmensis, inde Memmingensis, æt. 81. Vulgavit *Dissert. de Hydrope.*

LUDOV. LOCATELLUS, *Italus*, Pergamensis, Chymicus & Practicus Mediolanensis. Struxit *Theatrum Arcanorum Chymicorum, sive de Arte Chymico-Medica tractatum.*

GEORGIUS SCHLEIFFIUS, *Germanus*, Colbergâ-Pomeranus, Log. & Metaph. Professor Gryphiswaldensis, æt. 33. Reliquit *Dispp. aliquot Philosophicas.*

ANNO 1658.

7. Jan. FRANCISCUS ROUSE, *Anglus*, Haltoniâ-Cornubiensis, Collegii Eatonensis Præpositus & Baro, æt. 79. Edidit *Academiam cælestem: Caritatem Catholicam: Mella Patrum: Matrimonium Musicum: Antiquitates Græcas: Artem felicitatis &c.*

15. Jan. PAULUS BELLIUS, *Siculus*, Messanensis, Nobilis S. J. Collegiorum Platiensis, Syracusani, Catenensis, Drepanitani, Seminarii Romani, Domus Probationis Messanensis Rector, æt. 70. Soc. 55. Scripsit *de Veritate epistolæ à Deipara*

ad Messanensis missæ, Sub nomine Lælii Palumbi.

16. Jan. JOH. BERINGIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis, Pomeranus, primùm in Patria Mathem. Prof. deinde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. primarius, Pastor & per Pomeraniam regiam Vice Superintendens, æt. 51. Habuit *Dispp. de Jesu Christo* Θεανθρώπῳ: *De Merito Christi: De dicto Genes. XIV, 18: De Resurrectione Christi & corporum nostrorum: De Veteris Testamenti natura: De Spiritu Sancto: De manducatione & bibitione spirituali: De Mysterio SS. Trinitatis è solius V. T. libris demonstrabili: II. contra Henricum à Diest, Prof. Daventriensem &c.*

20. Jan. MARCUS SALMERON, *Hispanus*, Conchensis, Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, Theol. Magister, Philippo Regi IV. Hisp. à Concionibus, Præfectus Domus Matritensis & Castellanæ Provinciæ, tum Generalis Præfectus Aragoniæ & Navarræ, denique Episcopus Tuxiliensis apud Indos Occidentales, æt. 60. Exaravit *Discursus Historicos & Politicos: Sacram Apologiam: Rapsodiam: Conciones de Infantia Christi: Super Evangelia &c.*

22. Jan. JOACHIMUS RENNEKAMPFFIUS, *Livonus*, Rigensis, Juris primùm in Gymnasio patrio Professor, dein ejusdem Reip. Senator ac Sub-Prætor, æt. 40. Luci exposuit *Dispp. aliquot juridicas* e. g. *de*

Mutuo: De Societate: De Donationibus mortis causâ & inter vivos: De Juribus Majestatis &c.

27. Jan. ISAACUS ISTMENIUS, *Suecus*, Sudermannus, Phil. Magister, Phys. Professor Upsaliensis, demum Pastor Orebrogensis. Formavit *Dissert. de natura Physices: De Magistratu Politico & rebus civilibus in Articulo XVI. Aug. Confessionis: De Elementorum natura in genere: De ortu Formarum: De communicatione proprii: De corporum naturalium materia: De Veritate morali &c. Memoriam Jacobi Andreæ, Gevaliensis.*

28. Jan. MATTHIAS PASOR, *Germanus*, Herbornâ-Nassovius, Phil. Magister, primùm Phil. & Mathem. Professor Heidelbergensis, deinde Lingvarum Arabiæ & Chaldaicæ Oxoniensis, tum Phil. Moralis & Math. Prof. Gröningensis, novissimè Theol. Doctor ejusdem ibidem Professor, æt. 58. prof. 39. Adornavit *Ideas in Artem Architectonicam: Systema Ethicum: Politicum: Oeconomicum: Geometriam: Dispp. de somno & vigilia: De Stellis: De Radiatura: De Anima: De Lege: De Providentia Dei: De vita æterna: De Tentationibus &c.* Recognovit quoque Parentis sui, Georgii Pasoris, scripta.

11. Febr. HARTMANNUS MOGIUS, *Germanus*, Gettenaviensis Wetteravus, Phil. Magister, Ecclesiastes Giessensis, æt. 56. minist. 26. Collegit atque edidit Libellum Germ.

cujus est titulus: *Propria Calvinianorum testimonia.*

12. Febr. CONRADUS CARPZOVIUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor, in patria Prof. & Dicasterii Provincialis Assessor, pòst Comes Palat. Cæsareus, Archiepiscopi Magdeburgensis Consiliarius intimus & Cancellarius, ætat. 65. Scripsit *de Decimis: De Regalibus: De Pace Religiosa &c.*

15. Febr. SAMUEL HOARD, *Anglus*, Londinensis, Artium Magister, Rector Mortonensis, Theol. Baccalaureus, æt. 59. Extant ejus scripta, quorum tituli sic se habent; *Dei erga genus humanum amor, absolutum illud de eorum damnatione decretum refutando patefactus: Ecclesiæ autoritas vindicata; ex I. Corinth. XIV, 40: Animæ miseria & ejusdem liberatio, ex Ephes. IV, 30. &c.*

28. Febr. JOH. LAURENBERGIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Medic. Doctor, in Acad. Sorana Mathem. Professor, æt. 68. Hujus industriâ supersunt *Antiquarius: Logarithmica: Lusus & recreationes ex fundamentis Arithmeticis: Joco-Seria: Gromaticæ libri tres, quibus Jus Terminale & Finium regundorum leges explicantur: Arithmetica & Algebra: Otium Soranum, sive Epigrammata: Satyræ: Græcia antiqua cum Tabulis Geographicis,*

5. Mart. FRANC. LOPEZ DE ZARATE, *Hispanus*, Lucroniensis, Roderico Calderoni Marchioni à Secretis, pòst officialis Cancellariæ Statûs, æt. 71. Exire fecit *Poëma heroicum de inventione crucis per Constantinum Magnum: Tragædiam Herculis: Opera varia.*

10. Mart. PETRUS MOLINÆUS, *Gallus*, Vexinates, primùm Scholæ Leidensis moderator, mox ejusdem Academiæ Professor Log. & Physices, dein Ecclesiæ Parisiensis Pastor, tum Catharinæ Borboniæ, Henrici IV. Regis Sorori à Sacris, inde in Acad. Lugduno-Batava Theol. Professor, novissimè Pastor & Professor Sedanensis, æt 90. off. 66. Inclaruit ex *Votivis Tabulis: Elementis Logicis: Meditationibus in Psalmum CXXIII: Tractatu de Peregrinationibus & Altaribus: Apologiâ Cœnæ Domini: Anatomiâ Arminianismi: Defensione Fidei Catholicæ: De impletione Prophetarum: Heraclito, seu meditationibus de vanitate & miseria vitæ humanæ: Theophilo, seu de amore Dei: Responso ad XXXII. quæsita Petri Cotoni: Actis disputationis cum P. Caxerio: De Monarchia temporali Pontificis Romani: De Pœnitentia & Clavibus: De Cognitione Dei: Judicio de Mosis Amyraldi & Frid. Spanhemii libro, seu Apologia pro Dei misericordia, sapientia & justitia: Hyperaspiste contra Sylvestrum Petrosanctum: De Præcognitione futurorum & bonis malisque Prophetis: De vocatione Pastorum &c.* Prostant ejus quoque *Opera Philosophica & Didactica.*

25. Mart. GUIL. MONTANUS, *Belga*, Athensis, S. J. Coadjutor Spiri-

Spiritualis, æt. 94 Soc. 74. Scripsit Gallicè *de Confessione Sacramentali*: *Praxim bonarum intentionum*: *Praxim Christianarum virtutum*: *Exercitium pietatis super Pater noster, Ave Maria & Credo*: *De Virtute pœnitentiæ*: *De methodo serviendi Deo, colendi B. Virginem & bonas intentiones exercendi.*

28. Mart. JO. BOLTHE, *Germanus*, Monasteriensis Westphalus, S. J. Phil. Professor & Ecclesiastes, æt. 75. Soc. 51. Struxit varios libellos, utpote *de quinque columnis contritionis*: *Speculum ex speculis, seu mores cleri ex SS. Patribus*: *Scalam Jacobi docentem pia in cælum desideria*: *Iter vitæ, seu Orationem Dominicam explicatam*: *Sacram Fœderum normam*: *Laureolam SS. Ignatii & Xaverii*: *Manna absconditum S. Eucharistiæ*: *Borromæum redivivum, seu canones clericales*: *Auream clavem Paradisi, Virtutes XII. Christianas.*

28. Mart. BALTHASAR RHAWE, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm in Acad. patria Log. & Metaph. Professor, pòst Theol. Licent. Pastor Marianus ac Consistorii Assessor, demum Ecclesiæ Stralsundensis ad D. Nicolai Pastor & Superintendens, æt. 57. offic. 33. Concinnavit *Papatum Conciliis Apostolicis & antiquis denudatum*: *Tractatum de Angelo Tenebrarum simulante se Angelum lucis*: *Discursum Academicorum bigam, de imminente ruina Academiæ Gryphiswaldensis*: *Disputat. de Anti-Christo*: *Theologiam Catecheticam*: *Homilias C. in Danielem*: *De caritate proximi*: *Decus Sacri Matrimonii &c.*

7. April. JO. EUSEBIUS NIEREMBERGIUS, *Hispanus*, Matritensis, S. J. Missionarius, in Acad. patria Hist. naturalis & S. Scripturæ Interpres, æt. 63. Soc. 44. Plurima exaravit, & quidem Latinè *de Arte Voluntatis libros VII*: *De Adoratione in spiritu & veritate lib. IV*: *Sigalion, sive sapientiæ mysticæ libros VIII*: *Historiæ naturalis, maximè peregrinæ lib. XVI*: *De Origine sacræ scripturæ lib. V*: *Stromata S. Scripturæ*: *Doctrinæ Asceticæ, seu Institutionum spiritualium Pandectas*: *Theopoliticum*: *Homilias catenatas ex Patribus*: *Trophæa Mariana*: *Opera Parthenica, de puritate Matris Dei, & conceptione ejus immaculata*: *Doctorem Evangelicum*: *Hieromelissam Bibliothecam*: *Succum prudentiæ sacro-politicæ*: *Sylvam catechisticam*: *Syllogen Axiomatum Christianæ Philosophiæ*: *Virginem Victoriatam*: *Notas in Psalmos Salamonicos*: Hispanicè *Manuale Principum*: *De affectu & amore erga Mariam & Jesum*: *De alimento divini amoris*: *De cupiditate sancta Gratiæ & meritorum*: *De Devotione erga animas Purgatorii*: *De vita divina*: *Praxim Catechismi Romani*: *Occultam Philosophiam de antipathia & sympathia*: *Philosophiam curiosam*: *De æstimatione & pretio divinæ gratiæ*: *De Pulcritudine Dei*: *Prodigium divini amoris*:

ris: Flores spirituales: Flammas amoris divini: De perfectione religiosa: De causa & remediis malorum publicorum: Epistolas spirituales: De constantia in virtute: De conformitate voluntatis humanæ cum divina: De discrimine inter temporale & æternum: De Devotione erga S. Michaelem: Vitas Illustrium Soc. Jesu tomis IV. &c.

25. April. JACOBUS MÆSTERTIUS, *Belga*, Flander, Teneramondensis, J. U. Doctor, in Acad. Lugduno. Batava Antecessor, æt. 48. Exaravit *Tractatum de Lege Commissaria, Compensationibus & secundis Nuptiis: Sedes materiarum illustrium Juris: De Justitia Legum Romanarum libros duos: Artificium disputandi in Jure: Analysin Juris Feudalis VI. Disputationibus comprehensam: Descriptionem urbis & agri Temeramundæ.*

25. April. ÆGIDIUS GONGALEZ D' AVILA, *Hispanus*, Abulensis, Canonicus Salmanticus, primùm Castellæ, dein & Indiarum chronographus regius, æt. 81. Condidit Hispanicè *Historiam Salmantinam: Theatrum Ecclesiasticum de Ecclesiis Indicis: De Ecclesiis Hispanicis: Vitas illustrium*, & alia.

3. Maji JO. BAPT. ENGELGRAVE, *Belga*, Antverpiensis, Jesuita, Rector primùm Collegii Brugensis, tum Provinciæ Flandro-Belgicæ, ac demum domus professæ in patria, æt. 57. Confecit *Meditationes in omnes Dominicas & Festa.*

14. Maji PHIL. REINDELIUS, *Germanus*, Monachiensis, S. J. Humaniorum Lector & Concionator, æt. 62. Soc. 46. Formavit *Gladium Israel, de VII. peccatis capitalibus.*

5. Jun. ALBERTUS INES, *Polonus*, S. J. Human. Lector & Concionator, æt, 38. Soc. 1. Cracoviæ. In lucem emisit *Acroamatum Epigrammaticorum centurias VII: Lechiadem, sive Ducum, Principum ac Regum elegia Historico-Politica.*

6. Jul. SEVERINUS KARVAT WOKICIEWICZ, *Polonus*, Jesuita, Regi Joh. Casimiro à Sacris concionibus, æt. 54. Soc. 39. Edidit, nomine Collegii Cracoviensis, *Lachrymas vectigales magnis Manibus magni Sigismundi III. in parentalia sacra persolutas: Siradiam trabeatam: Elogia XII. Cæsarum.*

9. Jul. LAURENTIUS SCHIFLETIUS, *Gallus*, Bisuntinus, S. J. Human. Phil. & demum Theol. Professor, æt. 60. Soc. 41. Composuit *Ideam præcipuorum actuum ad invocandam misericordiæ matrem: Psalterium B. Mariæ: Doctrinam Christianam: Coronam Rosarum B. Virginis: Exercitia infirmorum: Praxim devotionis: Praxim exercitii: Collectionem Compendiariam operum spiritualium: Perfectam consociationem Ecclesiæ militantis & patientis: Catechismum: Grammaticam Gallicam: Lapidem Lydium optimè invocandi B. Virginem: Officium & actum invocandi S. Josephum: Praxim examinis conscientiæ: Praxim be-*

ne communicandi: Methodum recitandi Rosarii &c.

12. Aug. JOH. SPERLINGIUS, Germanus, Zeuchfeldo-Thuringus, Phil. Magister, Phys. Professor Wittenbergensis, æt. 55. Publicæ luci donavit Tractatum Physico-Medicum, de morbis totius substantiæ, & cognatis materiis, pro D. Dan. Sennerto, contra Jo. Freitagium: Orat. auspicalem de Physica lugente: Tract. de calido innato: Defensionem ejusdem de origine formarum: De Formatione hominis in utero: Institutiones Physicas: Differt. de principiis corporis naturalis: Anthropologiam Physicam: Antiparasceven pro Traduce: Synopsin Anthropologiæ Physicæ. Differt. de semine: Synopsin Physicam: Perturbationem calumniatoris contra Jo. Zeisoldum: Meditationes in Julii Cæs. Scaligeri exoticas Exercitationes de subtilitate: De principiis nobiscum natis: Defens. Synopseos Physicæ: Carpologiam Physicam: Exercitationes Physicas: Zoologiam Physicam: Dispp. Philos. quàm plurimas.

26. Aug. ANDREAS LUCAS DE ARCONES, Hispanus, Granatensis, S. J. Ecclesiastes & Theol. in Collegio S. Pauli Granatæ annis circiter 30. interpres, æt. 66. Soc. 48. Vulgavit Latinè Esaiæ Prophetæ elucidationem literalem, mysticam & moralem tomis II.

27. Aug. JOH. SCHMID, Germanus, Budissina-Lusatus, Phil. Magister, primùm Collegii Prædicatorum Inspector, dein Theol. Doctor & Prof. Argentoratensis, tandem Conventus ibidem Ecclesiastici Præses, & Capituli Thomani Præpositus, æt. 64. Prof. 35. Concinnavit magna cum laude Refutationem scripti cujusdam Calviniano-Colmariensis: Orat. parentalem in D. Thomam Wegelinum: Commentarium in Prophetas minores: Conciones Pœnitentiales, ex Joel II. 12. seqq. & Jos. VII, 12: Super Coloss. III, 16: In Psalmum I: Asylum afflictorum ex Psal. XC: Sapientiam Christianam, ex Deuter. XXXII, 29: De Origine & usu Psalterii: In Psal. CXX. seqq: Conciones Festivales tomis II: Conc. Scholasticas ex Num. XXI, 16. 17. 18: Conc. ex Proverb XXII, 2. de Eleemosyna: Speculum Regentium: Agonem Christianum: Conc. Conscientiarias: Libellum Repudii: Zelum Pietatis: Conditionem Pacificationis cœlestis: Eucharistiam, pro Pace Osnabrugensi: Pastorale Schmidianum: Dispp. Theol, Sigillatim magnô numerô emissas.

29. Aug. JOSEPHUS FILERE, Gallus, Lugdunensis, J. U. Doctor, tum S. J. Concionator in patria, æt. 72. Soc. 50. Formavit ideomate populari Speculum sine macula ad videndum Deum in omnibus creaturis: Sapientem Abigailem, seu ideam Animæ studiosæ: Devotionem erga S. Ludovicum: De bono imperiorum, urbium, domorum statu: Aulicum Deo septies in die laudem dicentem: De piis puellarum, uxorum, & viduarum, officiis: De

conjugum, liberorum & domesticorum amore: B. Virginis & S. Josephi conjugium: Sanctorum, qui Religiosos ordines fundarunt, elogia: Charitatis in reos canere detentos, vel supremo supplicio afficiendos Prærogativas: Prudentem temporis usum, singulis diebus hebdomadis & mensibus: Felicitatem omnium ordinum.

2. Sept. GEORGIUS PHIL. HARSDÖRFERUS, *Germanus*, Patricius Norimbergensis, Reip Patriæ Senator, in Societatis Frugiferæ Collegio dictus, der Spielende / æt. 51. Struxit Latinè *Porticum Augusti Ducis Brunsvicensis: Memoriam Christophori Führeri ab Haymendorff: Specimen Philologiæ Germanicæ: Sophistam: sive Logicam & Pseudo-Politicam: Arcum triumphalem Leopoldi, Imperatoris: Quadraturam circuli:* Germanicè *Propagationem Societatis Fructiferæ: Ludos & colloquia mulierum, partibus VIII: Dianam libris III: Meditationes Sacras Dominicales: Infundibulum Poëticum: Nathanem & Jonatham: Theatrum rerum Historicarum: Theatrum rerum funestarum: Heraclitum & Democritum: Artem Apophthegmatum, ejusdemque continuationem, sub nomine Quirini Pegei; Academiam illustrium cogitationum: Aulicum sapientem &c.*

6. Sept. JOH. WIRTZIUS, *Helvetius*, Tigurinus, Ecclesiæ & Scholæ in patria Minister, collegii Abbatissani Inspector; Ecclesiastes Vitoduranus, in collegio Carolino Rhetorico-Logicæ, ac demum Theol. Professor. Testes eruditionis suæ dedit *Conciones in Luc. XV: Scriptum Apologeticum, contra Forerum, S. J: Dispp. Synodales,* e. g. *Enucleationem Joh. XIV: De munere Ecclesiastico, ex 1. Corinth. IV: De Ecclesia, ex 1. ad Timoth. III, 15: Emblema Theol. ex Apocalypsi: De invocatione religiosa: De Juramento: De Communione Sanctorum: De Christo unico N. T. Pontifice: De Oratione Dominica: De Apostolo Petro: De ementito in fidei dogmatibus Romanæ Ecclesiæ Doctorum consensu: De bonis operibus: De figmento ignis Purgatorii: De natura Philosophiæ: De ejus definitione: De Logica Theologiæ regno non proscribenda: De Causis: De Prædicamentis: De Testimonio Divino: ὁρισμολογία: De Propositione propria & impropria: De Sensuum testimonio: De Cœlo: De Circulo Logico &c.*

10. Sept. MARCUS ANTON. ALEGRE DE CASSANATE, *Aragonius*, Tyriasonensis, Carmelita, Theologiæ Doctor & Concionator, æt. 68. Prodiit ab eo *Paradisus Carmelitici decoris: Apologema, sive murus defensionis pro Joh. Patriarcha XLIV. Hierosolymitano: Encomiastica in celebratione Comitiorum provinciæ Aragoniæ Carmeliticæ Marianæ Religionis declaratio: Jo. Trithemii de laudibus Carmelitanæ Religionis liber recognitus & restitutus: De Sacris Operibus liber,* & Hispanica nonnulla alia.

17. Sept. GASP. BARTHIUS, *Germanus*, Custrinensis Marchicus, S. R. Imperii Eques & Polyhistor, æt. 71. Condidit cum nominis sui gloria, *Sylvarum, Sermonum, Elegiarum, Lyricorum, Epigrammatum & Jamborum juvenilia: Panegyricum in obitum Laur. Rhodomanni: Comment. in Virgilium: Opuscula Poëtica: In Gasp. Scioppium quædam: In Monarchiæ Romanæ Cæsareæ panegyricum: Amphitheatrum seriorum, jocorum, gratiarum, sapientiæ:* Notas *in Petronii Arbitri Satyricon: Amabilium libros IV: Animadversiones in Galli Confessoris Christianæ doctrinæ compendium: De fide salvifica, & de Constantia libb. IV: Notas in Claudii Rutilii Numatiani Itinerarium: Epidorpidum lib. III: Soliloquia rerum divinarum: Animadv. in Phœbadii librum contra Arianos: Paraphrasin Poëticam fabularum Æsopicarum: Zodiacum vitæ Christianæ: Parnobascadidascalum Latinum: Adversariorum lib. LX: Erotodidascalum: Comment. de Latina Lingua: Comm. in Claudium Claudianum: Notas in Æneæ Gazæi Dialogum: Animadv. in Claudiani Ecdicii Mamerti de Statu Animæ libros III: Comment. in Guil. Britonis Speculum boni Principis: Animadv. ad Papinii Statii Thebaidem: Notas in Plinii Epistolas:* Ex Gallico transtulit *Phil. Cominæi libros rerum Francicarum.*

26. Sept. FRANCISCUS DE BORIA, *Hispanus*, Schillacii Princeps in regno Neapolitano, Majaldius Comes,

Philippi IV. Regis Hisp. Cubicularius, & olim Prorex Peruanus. Ejus sunt *Neapolis recuperata per Regem Alphonsum, Poëma Epicum; Opera & versus; Meditationes de vita Jesu Christi &c.*

10. Oct. BERN. DANGLES, *Gallus*, Mimatensis, Theol. Baccalaureus & in patria Canonicus, S. J. Phil. & Theol. Lector, postea tironum Nancæi Magister, primum Præpositus domus professæ Gratianopolitanæ, Rector collegiorum Calvomontani, Rhemensis & Nancæjani, ætat. 73. Edidit sermone vernaculô *Certam ad perfectionem viam; Manuductionem juventutis ad salutem; Securam directionem conjugatorum.*

20. Oct. JO. ANTONIUS DE VERA & ZUNNIGA, *Hispanus*, Emeritensis, S. Jacobi Eques, Commendatarius de la Barra, locorum Turris-Majoris, Sierrabrava & S. Laurentii Toparcha, tandem Comes de la Roca, Legatus ad Venetos æt. 71. Varia emisit opera, *ut Poëma de Ferdinandi III. Regis Castaliæ triumpho; Epitomen vitæ Imperatoris Caroli V; Vitam S. Isabellæ; De Legati munere &c.*

20. Oct. LUDOV. CELLOTIUS, *Gallus*, Parisiensis, S. J. Human. Rhetor. & Theol. Prælector, Collegiorum Rothomagensis & Flexiensis, ac demum Provinciæ Franciæ Rector, æt. 70. Soc. 53. Composuit *Librum de Hierarchia & Hierarchis; Opera Poëtica; Panegyricos & Orationes*

tiones: Mauritiados Andegavensis lib. tres carmine Heroicô; Horarum subsci-sivarum librum; Historiam Gotteschalei Prædestinatiani: Concilium Duriarense I. cum aliis opusculis utriusque Hinc mari.

23. Oct. LAURENT. RAMIREZ DE PRADO, *Hispanus*, Zafrensis, Eques Ordinis S. Jacobi, primùm Senator Neapolitanus, dein Matritensis, tum rerum Indicarum Præfectus, Legatus, & demum Senator Castellanus, Ab eo superesse dicuntur *Hypomnemata in Valerium Martialem: Otium æstivum, seu explicatio IV. Juris civilis capitum: ἐφήμερος, sive eodem die natus & denatus labor; Epistola super Plinii verba, ex Cap. I. Libri VII. est aliquis morbus per sapientiam mori; Pentecontarchus, sive quinquaginta militum dux; Notæ ad S. Orientii commonitorium; Schediasma de liberalibus studiis; Juliani Petri Chronicon; Opera Luitprandi, Cremonensi Episcopi; De Consiliariis Principum &c.*

4. Nov. JOH. BAPTISTA GVESNAY, *Gallus*, Aquis-Sextiensis, S. J. Phil. & Theol. Lector, Collegiorum Bisuntini, Avenionensis, Arelatensis & Viennensis Rector, ætat. 73. Soc. 57. Emisit *Magdalenam Massiliensem, seu de adventu Magdalenæ in Gallias, & appulsu Massiliam gentilem & Christianam sive Annales Provinciæ Massiliæ; Jo. Cassianum illustratum.*

5. Nov. ABRAHAMUS TELLERUS, *Germanus*, Wurcensis Misnicus, Phil. Magister, primùm Scholæ Thomanæ Rector & Diaconus, pòst Theol. Doctor, Pastor & Consistorii Assessor Lipsiensis, ætat. 49. Minist. 21. Vulgavit *Notas in Grammaticam Jacobi Welleri; Conc. funebres.*

15. Nov. JACOBUS REVIUS, *Belga*, Daventriensis Transisulanus, primò in Comitatu Zutphaniæ, dein in patria Ecclesiastes, demum Theol. Doctor, & Collegii Theologici, Leydensis Regens, æt. 72. offic. 44. Publicæ luci exposuit *Poëmata Belgica: Epistolas illustrium ac doctorum virorum ad Jos. Justum Scaligerum: Ecclesiarum Belgicarum doctrinam & ordinem in Græcam & Latinam linguam conversum: Historiam Pontificum Rom. contractam: Orationem de origine & usu Gymnasiorum; Historiam Davidis Georgii, hæresiarchæ: Examen dissertationis Nic. Vedelii de Episcopatu Constantini Magni: Suarezium purgatum; Libertatem Christianam, circa usum capillitii defensam: Methodi Cartesianæ considerationem Theologicam: Abstersionem macularum in notas Cartesianas: Jo. Pistorii Woerdenatis Martyrium: Daventriam illustratam: Stateram Philosophiæ Cartesianæ:* Belgicè *Confutationem tractatus Theodori Herberti, pro sententia Remonstrantium circa V. controversos articulos: Psalmos Davidicos rythmis &c.*

17. Nov. JODOCUS ANDRIES, *Belga*, Cortracensis, S. J. per annos prope 40. Ecclesiastes, æt. 70. Soc. 52. Opera, quæ tacitô suô nomine prodire fecit, sunt *Modus orandi pro*

necessitatibus patriæ: Manus & dies hominis Christiani: Facilis modus lætam mortem obtinendi: Preces ad stationes passionis: Annulus æternitatis: Memoria Passionis Domini: Libellus de amoris Dei actu & contritione: Brugæ Marianæ: Dolores B. Virginis Mariæ: Exercitatio ad promovendum Rosarium 12. stellarum Deiparæ: De Gratia Jubilæi servanda, augenda: Præsidium adversus omne peccatum: Commemoratio Animarum Purgatorii: Purgatorium Catholicè assertum: Negotiatio spiritualis Mercaturæ: Faustus annus Christiani hominis: Supplex libellus pro Animabus Purgatorii: Perpetua crux Christi: Perpetuum sacrificium crucis & altaris: Perpetuus gladius Reginæ martyrum: Necessaria ad salutem scientia: Tacitum pactum inter amatores Christi.

24. Nov. ANTONIUS DE FELOAGA & OZCOYDE, *Navarrus*, Pampilonensis, J. U. Doctor, Legumque Rom. Professor in Acad. Salmanticensi, Advocatus Fiscalis & Senator Pincianus, demum Eques Jacobæus. Præter minuta alia, luci donavit *Phœnicem Juridicam, sive unicam relectionem ad cap. I. de his, qui vi &c. Ad l. quisquis C. ad legem Jul. Majest. Variarum Quæstionum Juris volumen.*

27. Nov. JOH. SCHWARTZKOPFF, *Germanus*, Bockemensis, J U. Doctor, primùm Syndicus Helmstadiensis, deinde Consiliarius & Cancellarius Guelpherbytanus, æt. 62.

obiit ANNO 1658.

Publicavit *Synopsin Pandectarum*, & fortè alia.

3. Dec. JOH. MICRÆLIUS, *Germanus*, Cöslinensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm in Gymnasio Stetinensi Eloq. Professor, inde ibidem Scholæ Senatoriæ, pòst in regio Gymnasio Rector, Theol. Doctor ejusdemque Prof. æt. 62. Ejus supersunt *Encænia Scholæ Senatoriæ renovatæ: Pomeris Tragico-Comœdia: Passio Christi actu oratorio expressa: Drama de Michaële adversus Bilealem: Arithmetica & manuductio ad Globorum & tabb. Geographicarum usum: Orat. de Animorum morbis & medicina: Syntagma Historiarum Politicarum: Ethnophronius, de principiis Religionis Christianæ, contra Gentiles: Dispp. XXXI. de regia Politici scientia: De Visionibus extraordinariis, adversus M. Sebast. Meierum: Tract. de copia verborum & rerum: Politica: Syntagma Historiarum Ecclesiæ omnium: Heterodoxia Calviniana de Prædestinatione: De Messia, Patriarchis & Prophetis: Progymnasmata Aphthoniana explicata: Archeologia: Lexicon Philosophicum: Tabellæ Historicæ: Diatribe de cognitione Ecclesiæ: Decas Discursuum Ethicorum: Libri Ciceronis de officiis in themata & quæstiones redacti: Scripta Polemica de Comite Erhardo: Contra Jodocum Keddium: Contra Isaacum Pererium de Præ-Adamitis: Chronicon Pomeraniæ: Orthodoxia Lutherana in quæstionibus de salute hominum, contra Joh. Bergium: Dispp. variæ*

de

de Magistratu: Legibus: Consiliario &c.

6. Dec BALTH. GRATIAN, *Hispanus*, Bellomontanus, S.J. Human. Philos. & Theol. Lector ac Concionator, demum Collegii Terraconensis Rector, æt. 55. Soc. 39. Scripsit lingvâ populari *Criticum*: *Artem Prudentiæ*: *Artem Ingenii*: *Politicum*: *Meditationes varias*.

8. Dec. GABRIEL BOCANGEL & UNZVETA, *Hispanus*, Matritensis, Ferdinandi Austriaci, Hisp. Infantis, Strator ac Bibliothecarius, nec non Philippo Regi Hisp. à rationibus. Lusit idiomate vernaculô *Carmina varia, sacra & profana*.

12. Dec. ROBERTUS HARRIS, *Anglus*, Glocestriensis, Theol. Doctor, Prof. & Collegii SS. Trinitatis, quòd est Oxoniæ, Præses, æt. 80. Evulgavit *Conciones XXXIX*: *Tractatum de fœdere Novi Testamenti*: *Remedium contra Avaritiam*: *Epistolas Apologeticas*.

18. Dec. BENEDICTUS DE SOXO, *Hispanus*, Granatensis, Soc. Jesu, Eloq. & Phil. pòst quoque Theol. Professor, hujusque Doctor Vilnæ in Lithuania, demum Academiæ ejusdem XX. annis Procancellarius, æt. 71 Soc. 56. Antverpiæ. Formavit librum, cui titulus; *Clavis Juris, Academicis Vilnensibus porrecta*.

24. Dec. FRIDERICUS SCHULTETUS, *Germanus*, Hirsbergâ Silesius, primùm Pastor in Gros-Mertzdorff, dein Diaconus Schwidnicensis, pòst

patriæ Scholæ Con-Rector, tum Pastor in Herren-Motschelnitz, inde Pastor & Senior Wolaviensis, demum Ducatus Wolav. Superintendens, ter Christi exul, æt. 57. Minist. 27. Ejus est *Ilias malorum Suidnicensium*.

24. Dec. ANDREAS CNÖFFELIUS, *Germanus*, Lusatus, Budissinus, Med. Doctor, Regis Poloniæ Archiater & Consiliarius, Episcopatus item Varinensis Medicus & Consul Mariæburgensis, obiit in castris ad Thorunium. Reliquit *Methodum medendi febres*: *Arcana & speciosa remedia Anti-Arthritica*: *Epistolam de Podagra curata*: *Responsum ad Positiones de Spiritu mundi*: *Observationes Med. de Febri brachii dextri particulari quotidiana*: *De Lapide vesicæ felleæ mirabili & raro*: *De Polypo minerali*: *De Urinæ per umbilicum effluxu*: *De Iliaci morte à clystere*: *De rara arboris stomachi metamorphosi*: *De febris tertianæ aquâ frigidâ curatione*: *De Nassa*: *De Icteria curata*: *De Grillo in aure*: *De remedio Sympathetico antiscorbutico*: *De Gallo Indico hydropico*: *De Urina pilosa seu filosa*: *De Malo Citrio prægnante triplicato*: *De Rosa triplicata*: *De Dorsi ineffabili pruritu & obstructione menstrui*: *De Utero Cartilagineo*: *De Febri petechiali*: *De Aquila alba in Polonia*: *De Gangrænæ in genis infantum curatione*: *De infante monstroso*: *De Læso in brachio, à duplici viperæ morsu, curato*: *De Pleuritide vagante*: *De singulari Suppressio-*

pressione urinæ: De Lapide uteri in puella quinquenni: De Mercurio fixo Helmontii: De Drif Helmontii: De Alkahest Helm. & Paracelsi: De Aroph Paracelsi: De Seminis Dauci usu in Lithiasi: De Oleo Ludi Helmontii & Paracelsi: De Spiritu Samech: De Balsamo Samech: De inexplicabili aurium dolore: De Arthritide vaga: De affectu Scorbutico: De Aëris inspirati per aurem sinistram emisione: De rara febris continuæ curatione. Hæ leguntur Observat. in Ephemeridibus Nat. Curios. Germ. ad An. III. IV. V.

27. Dec. JOH. BERGIUS, *Germanus*, Stetinensis, Pomeranus, Theol. Doctor, trium Electorum Brandenburg. Concionator Aulicus, Consiliarius Ecclesiasticus & Consistorii Senior, æt. 71. Composuit *Analysin controversiæ de Persona Christi: Diatribam de primo Homine: Collegium Theologicum: Tractatum de quæstione; An Evangelicæ per Germaniam Ecclesiæ in fundamento fidei dissentiant? Conciones Passionales: Funebres: Valedictorias: Antapocrisin ad Dan. Crameri responsum: Regulam Apostolicam, de formandis in Religione Judiciis: Discrimen & comparationem Evangelicorum in doctrina & ceremoniis: Tractatum de Sacra Cœna: De Voluntate Dei omnes Salvandi homines: Conciones II. de vera fide: Conc. varias Pœnitentiales; Conciones III. de Concordia Fraterna &c.*

28. Dec. CHRISTOPH. LAURENTIUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Diaconus in templo S. Crucis, deinde Concionator Aulicus Dresdensis. Prelo subjecit Δοξολογίαν *Davidicam, seu concionem gratulatoriam de victoria Sveco-Saxonica: Magnum Jubilæum Dresdense, sive Conc. III. de Jubilæo Evangelico; Conciones funebres varias &c.*

JOH. GYLLENSTIERNA, *Svecus*, L. B. in Lundholm, Regni Sveciæ Senator, & Cancellariæ Consiliarius. Concinnavit *Dissertationem Politicam, de necessaria & singulari Prudentia Principis in recens parto imperio.*

GEORG. SEGEBADIUS, *Germanus*, Stralsundensis Pomeranus, Philos. Magister, Archipresbyter & Pastor Hollandensis in Prussia, nec non Consistorii Pomesanensis Assessor. Præsidendo habuit *Dispp. de constitutione & natura Pædiæ Logicæ in genere, & in specie de Thematis simplicis tractatione: De Didactica docendi, seu vero docendi modo: De Didactica discendi, seu ratione rectè discendi: De Disputatoria, seu accurato disputandi modo.* Edidit quoque *Concionem de Institutione sacræ Cœnæ: Conciones funebres.*

CHRISTOPH. CARTWRIGHTUS, *Anglus*, Eboracensis, in Academia Cantabrigiensi Domus S. Petri Præfectus, æt. 56. Colligit Latinè *Electa Targumico-Rabbinica, seu Annotationes in Genesin: In Exodum: Mellificium Hebraicum:* Anglicè *Certamen*

men Religiosum: Comment. practicum & polemicum in Psalmum XV. &c.

WOLFGANGUS LUDOV. ASSUM, *Germanus*, Hoenloicensis, Phil. Magister, Superintendens & Concionator Aulicus in patria, æt. 68. Minist. 43. Foràs dedit *Speculum Ecclesiastico-Politico-Oecunomicum. sive Conciones in Estheram: Conciones III. de vacca rufa, cum concione Paschali.*

LUDOVICUS CAPELLUS, *Gallus*, Sedanensis, Ling. Hebrææ & Theol. Prof. Salmuriensis, nec non ibidem Pastor, ætat. 79. Pastoris tradidit *Orationem de genuina nominis* יהוה *pronunciatione: Arcanum Punctationis revelatum: Animadversiones ad novam Davidis lyram, de Poësi Hebraica: Differt. de antiquis Hebræorum literis contra Buxtorffium: Epicrisin de ultimo Christi Paschate, & Sabbatho Deuteroproto: Criticam sacram de textus Hebraici variis Lectionibus, contra Arn. Bootium: Historiam Apostolicam illustratam: Chronologiam sacram: Delineationem triplicem templi Hierosolymitani: Diatribas II. in Matth. XV, 5. & de voto Jephtæ: Spicilegium aliquot Locorum N. Test. quæ illustrantur & explicantur: Theses Theol. varias:* Gallicè *de Divinitate, contra Atheos &c.*

HERMANNUS IV. HASSIÆ LANDGRAVIUS, dictus CONSTANS, in Collegio Societatis Fructiferæ der Futternde/ æt. 51. Vertit Germànicè *De la Serre Vanitatem Mundi*, ex Gallico. Edidit quoque, sub nomine Vranophili Cyriandri, *Historiam Meteorologicam.*

ANTONIUS LE MAISTRE, *Gallus*, Parisiensis, Consiliarius Statûs, demum privatam degens vitam, ætat. 51. Exaravit *Modum Advocandi: Vitam S. Bernardi.*

ANTONIUS D' ESPEISSES, *Gallus*, Mons-Pessulanus, JC. æt. 64. Condidit *Tractatum de Successione: Collationem juris civilis cum jure Gallico, tomis tribus.*

ROBERTUS WARING, *Anglus*, Staffordiensis, Artium Magister. Histor. Professor Oxonieesis. Delineavit *Effigiem Amoris: Domus Scrupulorum notitiam: Defensionis Acad. Oxoniensis à Prynnio refutatæ notitiam.*

CHRISTOPH. COLERUS, *Germanus*, Boleslaviensis Silesius, Moral. Polit. Histor. & Eloq. in Gymnasio Vratislaviensium Elisabetano Professor, nec non Bibliothecarius ad S. Mariæ Magdalenæ. Prodire fecit *Orationem auspicalem in solemni panegyri habitam: Panegyricum virtutis & famæ Principis Christiani, Ducis Silesiæ, & Loysæ, Principis Anhaldi, honori Nuptiarum dicatum*, & alia, quæ me fugiunt.

JACOBUS LILLIEHöCK, *Svecus*, L. B. in Narpis. Ei tribuitur *Differtatio de Claudio Etrusco, Aulico longævo & felici.*

JOH. HARRIS, *Anglus*, Theol. Baccalaureus, in collegio novo Oxoniæ Prælector, tum Ecclesiæ Wintoniensis Præbendarius, Theol. Prof. ac demum

mum collegii ejus Custos. Scripsit *Epistolas contra Guil. Twistium: Vitam Athuris Lake, Episcopi Batho-Wellensis.*

ALVARUS SEMEDUS, *Lusitanus*, Portalegrensis, S. J. Phil. Prælector, dein Missionarius in Indiam, æt. 73. Soc. 56. Emisit *Annuas literas è Sinis annorum 1622. & 1623: Relationem de propagatione Ecclesiæ in regno Sinarum: Relat. de magna Monarchia Sinarum.*

RICHARDUS GOVE, *Anglus*, Tavistochiâ-Devoniensis, Artium Magister, Rector primùm Ecclesiæ de Henton S. Georgii, in agro Somersetensi, inde de Cocker, & novissimè Exoniensis. Formavit Anglicè *Communicantis Ducem: Favum Sanctorum: Pias Ejaculationes.*

JO. LUDOV. WOLZOGENIUS, *Germanus*, Austriacus, L. B. in Tarenfelt, S. Ulrich &c. ætat. 60. obiit prope Vratislaviam. Congessit *Declarationem duarum contrariarum sententiarum de natura & essentia unius Altissimi Dei: Explicationem locorum S. Scripturæ de SS. Trinitate: Annotationes in Metaphysicam Renati Cartesii: De quæstione; utrum Jesus propriâ virtute à mortuis resurrexerit?*

ANNO 1659.

3. Jan. BENEDICTUS HEDRÆUS, *Svecus*, Westmannus, Mathem. Professor Upsaliensis, æt. 51. prof. 11. Excudi curavit *Structuram novam Astrolabii Geometrici: Dissp. Philosophicas.*

7. Jan. LAURENTIUS FORERUS, *Helvetius*, Lucernensis, S. J. Phil. & Theol. Professor, Acad. Dilinganæ Cancellarius, Collegii quoque Lucernensis, Rector, Episcopo & Principi Augustano à sacris confessionibus, tum in Congregatione Generali octava Romæ Procurator Provincialis, æt. 78. Soc. 58. Struxit Latinè *Symbolum Catholicum, Lutheranum, Calvinianum, cum Apostolico collatum: Vindicias Symboli adversus Melchiorem Nicolai: Araneam Tubingensem stylo veritatis dejectam: Patrocinium votorum: Lutherum Thuamaturgum: VII. Characteres Reformatorii Germaniæ: Bellum Ubiquisticum: Absterſionem fuliginis contra Keslerum, pro bello Ubiquistico: Castigationem Thummii & Zeæmanni: Pupulæ cataplasma: Rubiginem Keslorianam: Notas super concione D. Hoë: Viridarium Philosophicum: Anatomiam Anatomiæ S. J. cum mantissa: Grammaticum Proteum, cum auctario animadversionum in Gasp. Scioppii Ecclesiasticam Apologiam:* Germanicè *contra Pupillam Saxonicam*, sub epigraphe; *quis vitulo cecidit oculum?* Sub ficto nomine, *Defensionem ejusdem scripti*, sub titulo; *Id moveat vaccæ risum: Contra Defensores pupillæ Saxonicæ partem 1. & 2: Oleum Nihili: Apologiam contra flagellum Jesuiticum: Anti-Melandrum:*

Catechismum Georgii Schoreri auctum: Vitam Christi ex IV. Evangeliis explicatam: Sub nomine Thomæ Viti, Latinè & Germanicè *Laqueos Lutheranos: Defensionem Catholicæ Ecclesiæ adversus Petri Molinæi librum de novitate Papatûs: Refutationem duarum disputationum Prædicantis Tubingensis, contra Vindicias Symboli Lutherani: Manupretium oppugnati Manuelis Floreriani Melch. Nicolai numeratum & depensum: Manuale Lutheranorum: Umbellam fatuo lumini accensam: Colloquia contra Prædicantem Tigurinum: Suspiria cordis: Anti-Molinæum: Antiquitatem Papatus: Quæstionem vexatam; ubinam terrarum fuerit Ecclesia Protestantium ante Lutherum?*

7. Jan. HENRICUS FUIREN, *Danus*, Hafniensis, Med. Doctor, & in Acad. patria Professor, æt. 45. Extat ejus *Dissertatio de Ascite: Catalogus Bibliothecæ: Rariora Musæi.*

8. Jan. WOLFG. HERMAN, *Germanus*, Francus, Bambergensis, S. J. Literarum humaniorum Lector, Missionarius & Concionator, Collegii Bambergensis & seminarii Molshemiensis Rector, æt. 60. Soc. 40. Spiræ. Paravit Germanicè *Anti-Müllerum: Vitam B. Virginis Mariæ: Corollam honoris B. Virginis: Libellum confraternitatis Agoniæ Christi: Medullam Religionis Catholicæ.*

16. Jan. GEORGIUS FRANTZIUS, *Germanus*, Silesius, Leobschultziensis, in Ducatu Carnoviensi, J. U. D. primùm Comitum Schwartzburgicorum, deinde Ducum Saxoniæ Consiliarius intimus, tum Comes Palatinus Cæsareus, Cancellarius, demum & Consistorii Præses Saxo-Gothanus in Societate Fructifera dictus der Gleichende / æt. 65. Celebritatem nominis promeruit *Exercitationibus Juridicis: Tractatu de Laudemiis: Resolutione famosissimæ legis Gallus: Commentario in XXI. libros Pandectarum: Resolutione de liberis & posthumis hæredibus instituendis: Variis Resolutionibus: Notis in Henningi Wegneri tractatum de Verborum & rerum significatione: Comment. in libros IV. Institutionum Juris Civilis: De Majestate in genere: De Evictione & duplæ stipulatione.*

16. Jan. CAROLUS ANNIBAL FABROTTUS, *Italus*, Aquæsexiensis, J. U. Doctor, primùm in Parlamento Provinciali Advocatus, tum in Acad. patria Juris Professor, demum in Parlam. Parisiensi Consiliarius, ætat. 79. Publici Juris fecit *Tractatum de vita & honestate Clericorum: Scholia & notas in Institutiones Juris Græco-Latinas Theophili: Notas ad Palsamonis Collectionem Canonum: Leges XIV. Gr. Lat. quæ in libris Digestorum deerant: Replicationem adversus Cl. Salmasii refutationem de Mutuo: Ad Tit. Cod. Theod. de Paganis, sacrificiis & templis eorum: Tract. de Partus humani tempore, & numero puerperii: Exercitationes XII. curiosas: Glossaria ad aliquot Scriptores Historiæ Byzantinæ: Notas ad Anastasii Historiam Ec-*

clesiasticam, *&* *de Vitiis Pontificum*: *Versionem Latinam* βασιλικῶν *sive universi Juris Romani libris LX. tomis VII.* Recensuit quoque *Jacobi Cujacii Opera cum notis X. tomis.*

19. Jan. FRANC. SOAREZ, *Lusitanus*, Ulyssiponensis, Nobilis, S. J. Human. Phil. & Theol. Professor tam Conimbricensis, quàm Eborensis, demum Collegii & Acad. Eborensis Rector, æt. 54. Soc. 40. Reliquit posteris *Cursum Philosophicum tomis IV. Logicam*, *Physicam de Cœlo*, *Meteo & libros de parvis naturalibus*, *de generatione & de Anima*, *Metaphysicam*: *Opus de Pœnitentia*: *Tractatum de Censuris Ecclesiasticis.*

19. Jan. THEODORUS HACKSPANIUS, *Germanus*, Vinariensis Saxo, Lingvarum Orient. pòst quoque Theol. Professor Altorphinus, ætat. 51. prof. 22. Inter ea, quæ bono dedit publico, sunt *Lucubrationes Franckenthalenses*, *sive specimen interpretationum & expositionum à Bonaventura Corn. Bertramo quondam conscriptum*: *Interpres errabundus*, *seu disquisitio de causis errandi interpretum*: *Liber Nizachon R. Lipmanni*, *oppositus Christianis*, *Sadducæis atque aliis*, *cum tractatu de usu Librorum Rabbinicorum*, *prodromo Apologiæ pro Christianis*: *Specimen Theologiæ Talmudicæ*: *Fides & Leges Mohammædis*: *Miscellaneorum sacrorum libri duo*: *Dispp. Theologicarum & Philologicarum Sylloge*: *Notæ Philologico-Theologicæ in varia & difficilia Scri-*

pturæ loca: *Termini*, *distinctiones & divisiones Philosophico-Theologicæ*, *ex variis Theologis collectæ.*

9. Febr. PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA, *Hispanus*, Madritensis, Marchio Guardiensis, Ecclesiæ Toletanæ Canonicus, postea S. J. Philos. & Theol. Moralis interpres, Collegiorum Toletani, Complutensis & Madritensis Rector, tum Provinciæ Toletanæ & Bæticæ Visitator, demum Romæ Assistens pro Hispania & Indiis occidentalibus, æt. 83. Soc. 50. Scripsit *Tractatum de Matrimonio contrahendo inter Infantem Hisp. Mariam*, *& Principem Walliæ*: *Conc. funebres.*

10. Febr. GUIL. COLLETETUS, *Gallus*, Parisiensis, Advocatus & Consiliarius tam in Academia Francica, quàm in Senatu Regio Parisiensi, æt. 63. Ex Græco in Gallicum transtulit sermonem *Libros Eustachii de Ismeniæ & Ismenes amoribus*: Ex Latino *Sannazarii Poëmata de Partu Virginis*: *Augustini Doctrinam Christianam*: *Petri Seguier Elementa notitiæ de Deo & se ipso*: Scripsit quoque *Cymindam Tragœdiam*: *Epitomen Artis Poëticæ*: *Carmina varia.*

11. Febr. JOH. FABER, *Danus*, Nicopensis in Falstria, J. U. Licent. Eloq. & Histor. in Acad. Sorana Professor, æt. 38. Publici Juris fecit *Dissert. de Inscriptionibus*: *Gasp. Scioppii Infamiam Famiani*: *Ejusdem de Stylo Historici virtutibus & vitiis judicium*: *Jus & privilegium de non ap-*
pellan-

pellando: *Memoriam Sebestedianam.*

14. Febr. JOH. RHODIUS, *Danus*, Hafnienſis, Medicus & Mathematicus, inque patria Acad. deſignatus Prof. ætat. 72. Patavii. Compoſuit *Tractatum de Ponderibus & Menſuris: Diſſert. de Acia: Notas & Lexicon in Scribonium Largum de Medicamentorum compoſitione: Obſerv. Medicinalium centurias III: Frigimelica de Thermis artificialibus: Mantiſſam Anatomicam: Analecta & notas in Ludovici Septalii animadverſiones & cautiones Medicas: De Artis Medicæ exercitatione conſilia tria: Auctorum ſuppoſitiorum catalogum:* Sub nomine Rhamnuſii, *Satyram in Fortunium Lycetum:* Sub nomine Jacobi Phil. Tomaſini, *illuſtrium virorum elogia.* Emiſit & *Lipſium de re Nummaria.*

25. Febr. HENRICUS VOLCKMARUS, *Germanus*, Lipſienſis, J. U. Doctor, inque Acad. patria Prof. & Facult. juridicæ Aſſeſſor, ætat. 38. prof. 4. Emiſit *Diſpp. de Expenſis: De non provocando à Domo Saxonica &c.*

4. Mart. EMMANUEL DIAZ, *Luſitanus*, Egitamenſis, S. J. Miſſionarius in Indiam, Theol. Macai Lector, variarum Reſidentiarum Rector, Viſitator quoque Sinenſis & Vice-Provincialis, æt. 85. Soc. 67. Impreſſiſſe dicitur lingvâ Sinenſi *Opus ſupra Evangelia totius anni: Litanias SS. Angelorum: Volumen de modo catechizandi Gentiles: Tractatum de Sphæra.*

30. Mart. GREGORIUS FERRARIUS, *Italus*, Genuenſis, S. J. Mediolani, Phil. & Th. Prof. Collegiorum inſuper Aronæ & Alexandriæ Rector, æt. 80. Soc. 64. Congeſſit *Notas in Thomæ de Kempis libros IV. de Imitatione Chriſti, cum methodo illis utendi: Vitam Spiritualem, deſcriptam per Sp. Sanctum Pſalmo XVII: Vitam Angelicam: Phyſicam: Sanctos & amatorios affectus Sponſi cœleſtis & Sponſæ è ſacris canticis depromtos: Cytharam laudum divinarum: Vitam Chriſtianam perfectiorem, ſeu Vitam Evangelicam: Tomos III. in Apocalypſin: Comm. in Canticum Canticorum.*

22. Mart. STEPHANUS STAPEL, *Belga*, Herkenrodius, è Soc. Jeſu Coadjutor Spiritualis, literarum Human. Lector, Concionator & Miſſionarius, æt. 86. Soc. 67. Vulgavit idiomate Flandricô *Artem benè vivendi & moriendi: Exercitia meditationum praxi expreſſarum.* Vertit ex Gallico *Jo. Carthenii iter Equitis errantis per deſerta vanitatum mundi, & in viam, quæ ad æternam vitam ducit, reſtituti.*

26. Mart. PHILIPPUS MüLLERUS, *Germanus*, Hertzburgenſis Saxo, Med. Licentiatus, Phyſ. & Mathem. per 45. annos Prof. Lipſienſis, æt. 74. Scripſit *de Cometa anni* 1618: *Miracula & myſteria Chymico-Medica: Tyrocinium Chymicum: Novum lumen Chymicum: Epiſtolam de uſu Muſculorum: Diſpp. de Tonitru, Fulgure & Fulmine: De Epilepſia: De Purgatione: De Peſte &c.*

29. Mart. JO. BAPT. DE LEZANA, *Hispanus*, Matritensis, Carmelita, Phil. Prof. Vallismauriensis, Toletensis atque Complutensis, Sodalium Toleti Præfectus, Romæ in cœnobio S. Mariæ Transpontinæ Sacrarum literarum Interpres, & Ecclesiastes Supremæ Curiæ, tum Consultor S. Congregationis, quam Indicis vocant, & à Sacris ritibus, demum Generalis totius familiæ Procurator, nec non Metaphysicæ in Gymnasio Sapientiæ Romanæ Lector, æt. 73. ordinis Carmelitici 57. Struxit *Annales Sacros, Propheticos & Elianos ordinis B. Virginis Mariæ de monte Camelo; Columnam immobilem & turrim Davidicam, seu de Angelicæ, Apostolicæ & miraculosæ Ecclesiæ S. Mariæ majoris de columna Cæsaraugustanæ perpetua Cathedralitate; Mariam patronam, sive de singulari S. Dei genitricis Mariæ patrocinio; Oraculum B. Cyrilli notis illustratum; Librum Apologeticum pro immaculata Deiparæ Virginis Mariæ conceptione; De Regularium Reformatione; Consulta varia Theol. & Juridica & Regularia; Summam Theologiæ? De Casibus Conscientiæ &c.*

29. Mart. GOTHOFREDUS SVEVUS, *Germanus*, Leorinus Silesius, J. U. Doctor & Prof. Wittenbergensis, Electoralis Judicii & Scabinatus, Consistorii Ecclesiastici & Provincialis Dicasterii in inferiori Lusitania Assessor, æt. 44. In lucem prodire fecit *Exercitationes Feudales; Resolutiones quæstionum ad Jus Personarum; Synopsin Practicæ Criminalis; Dispp. XII. de Pace Religionis; De Plagio Kaufungiano; De Pace Passaviense; Dispp. de Injuriis: De rebus, quæ in Feudum dari possunt; De Jure non scripto; De Jure Singulari; De concursu & cumulatione Actionum; De Deposito & Sequestro; De Privilegiis militaribus; De Reconventione: De Usucapionibus; De Jure Tutelarum; De Fidejussoribus; Ad Authenticam; Theoriam juridicam contractuum realium nominatorum; De Jure Captivorum; De Fide; De defensione Libertatis ac Religionis; De Peste &c.*

30. Mart. ALEXANDER FICHETUS, *Sabaudus*, Gibennensis, è Soc. Jes. literarum Human. Philos. & Math. Lector, in celebrioribus Galliæ urbibus Concionator, collegii Nemausensis Rector, & Provincialis Lugdunensis Procurator in congregatione Romæ generali, æt. 71. Soc. 52. Emisit, tacitô suô nomine, *Chorum Poëtarum lustratum & illustratum, cum Musæo Rhetorico & Poëtico in omnes Poëtas; Favum mellis, ex variis SS. Patribus collectum; Arcanam studiorum omnium methodum & bibliothecam Scientiarum; Victoriam ab Ecclesia adversus Hæreticos in congressu Asprensi reportatam &c.*

4. April. JO. JACOBUS CRAMERUS, *Germanus*, Sedinensis Pomeranus, Phil. Magister, in Æde ad D. Johannis Pastor Dantiscanus, æt. 59. Evulgavit *Classicum Pœnitentiæ, sive*

Librum

Librum Apologeticum contra Hermannum Rathmannum; Ecclesiasten Christianum, de Vanitatibus humanæ & Christianæ vitæ: An America planè veteribus incognita: De Sortitionibus: Orationem de restaurando Gymnasio Gedanensi: Scripta quædam contra Pontificios: Conciones funebres: Orat. in obitum Mart. Marstalleri &c.

15. April. SIMON DACHIUS, *Prussus*, Memelensis, Phil. Magister, Regiomonti primùm Scholæ Cathedralis Collaborator. deinde Conrector, postremò per XX. annos in Academia ibidem Poës. Professor, ætat. 59. Reliquit *Carmina varia, Latina & Germanica* sigillatim emissa. Post obitum prodiit *Volumen Poëticum Germ. de Electoris Brandenburgici Rosa, Aquila, Leone & Sceptro.*

23. April. HENRICUS AUSIUS, *Suecus*, Smolandiensis, Græcæ Lingvæ Prof. Upsaliensis, æt. 56. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de cura Summi Magistratus circa Religionem: De conservanda in Rep. Concordia: De Legibus: De remediis ac causis à corruptionibus præservantibus: De cura Magistratus, quà vitæ Subditorum primordia: De Philosophia in genere, & quibusdam ejus partibus: De Meteoris aqueis: De Animæ rationalis origine: De Academia: De justitia &c.*

29. April. REINHOLDUS LUBENAU, *Prussus*, Regiomontanus, J. U. Doctor & Consiliarius Brandeburgicus, æt. 39. Scripsit *de Captivitate, seu occupatione bellica &c.*

30. April. ANTON. FRANC. CARDIM, *Lusitanus*, Vianensis, Eborensis, S J. Missionarius in Indiam, Collegii Macaensis Rector, Provincialis deinde Procurator Romæ in congregatione octava generali, ætatis 64. Soc. 48. Condidit Lusitanicè *Relationem gloriosæ mortis IV. Oratorum Lusitanorum pro fide Christi Nongarschi capite plexorum: Relationem de Provincia Japoniæ Soc. Jesu: Fasciculum è Japonicis floribus suo adhuc sanguine madentibus compositum: Catalogum omnium in Japonia pro Christo interemptorum.*

— Maj. JO. SEBASTIANUS MARCARDUS, *Germanus*. Schweinfurtensis Francus, P. L. Cæs. primùm Scholæ Revaliensis Rector, dein Ecclesiæ Ober-Pahlensis Pastor, æt. 37. Effecit *Decachordum: Statuam honoris Rigensium, seu Carmen Germanicum, ex Latina oratione Henningi Witten, de Viris Rigæ peste extinctis: Poëmata Latina & Germanica varia.*

16. Maj. PETRUS PHILIPPI, *Germanus*, Halberstadiensis, Phil. Magister, primùm Pastor Berneburgensis, dein Pastor & Canonicus ad D. Petri & Pauli in patria, demum Th. Doctor, æt. 61. minist. 35. Foràs misit *Dispp. de Ecclesia: De Anima Rationali: De Statu & officiis Clericorum: Conciones funebres: Misteriorum divinorum fidum dispensatorem: Cleri Apostolico-Catholici Assertorem & Vindicem: Dissert. de Sacerdotis Majestate & veris ejusdem requisitis &c.*

22. Maji STEPHANUS CURCELLÆUS, *Gallus*, Genevensis, primùm Reformatorum in Galliis Ecclesiastes, pòst Amstelodami Theol. apud Remonstrantes Professor, ætat. 73. Ejus sunt *Vindiciæ, quibus sententia Arminii de Jure Dei in creaturas innocentes, contra Mosen Amyraldum defenditur: Novum Test. Græcum, cum variantibus Lectionibus: Defensio Davidis Blondelli Historiæ Ecclesiasticæ adversus Sam. Maresium: Diatriba de esu sanguinis inter Christianos: Quaternio dissertationum Theol. adversus Maresium: Epistolæ variæ:* Transtulit quoque *in Græcum J. A. Comenii Januam Linguarum.* Opera ejus Theol. simul prodierunt.

3. Jun. JO. CONR. MERCKIUS, *Germanus*, Ulmensis, Suevus, Gymnasii patrii Rector, Histor. Prof. Bibliothecarius & Musicæ Director, ætat. 76. offic. 53. Edidit *Grammat. Græcam: Castellum Sermonis Latini*, & nonnulla quædam alia.

4. Jun. HENRICUS VAGETIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Antiq. & Human. in Gymnasio patrio Professor, æt. 72. Publicavit *Commentarium in Eidyllion Ausonii de tranquillitate vitæ: In Jo. Caselii νυχθήμερον Orationes varias: Carmina.* Emisit quoque *Jo. Caselii Epistolas.*

24. Jun. BARTHOL. STEPNERUS, *Germanus*, Zwickaviensis, Ecclesiastes primùm Liebstadiensis, deinde Theol. Doctor, Pastor & Superintendens in patria, æt. 45. Minist. 21. Ab eo reperiuntur *Dispp, Synodales in Psalmos: Conciones Pænitentiales: Funebres &c.*

obiit ANNO 1659.

1. Jul. JOH. CROCIUS, *Germanus*, Laspeâ-Witgenstenensis, primùm Electoris Brandenburgici, dein Hassiæ Landgravii Concionator Aulicus, tum Theol. Doctor & Prof. primarius Marpurgensis, ætat. 69. Luci exposuit *Comment. in Epistolas Paulinas, tomis tribus: Conversationis Prutenicæ partes II: Comment. de August. Confessionis societate: Considerationes Triadis syllogismorum de autore peccati, fractione panis & Imaginibus: Anti-Becanum: Comment. in Jonam: De Purgatorio: De Justificatione peccatoris coram Deo: De Ecclesiæ unitate & schismate: Anti-Weigelium: Conc. in Prophetas minores: Informationis de quibusdam Papisticæ Religionis articulis considerationem: Dissert. de Animæ rationalis ortu: De Libertinorum Hæresi:* Germanicè *Informationem de Prædestinatione & perseverantia credentium in fide: Resolutionem quæstionis, ubi scriptum est? Examen solidi ædificii supra petram: Responsum ad epistolam Ernesti, Hassiæ Landgravii: Explicationem aliquot Locorum sacræ scripturæ: Concionem Comitialem: Conc. funebres &c.*

5. Jul. GULIELMUS RüSSEL, *Anglus*, Glocestriensis, Artium Magister, primò Sadburiæ, dein Glocestriæ Scholæ collegialis Archididascalus, æt 42. Scripsit vernaculè Βλασφημοκλενίαν sive *Spiritus Sancti divini-*

divinitatis vindicias, *contra Jo. Bidleum: contra juramentum abjuratorium.*

7. Jul. FRANC. DE SCHMIDT, *Belga*, Antverpiensis, S. J. Confessarius & Concionator, æt. 83. Soc. 58. Libellos ampliùs 50. partim in lingvam vernaculam transtulit, partim suô Marte composuit, ex quibus sunt *Vita Jo. Ogilbei: Gloria S. Ignatii: Vita Ferdinandi II. Imperatoris Rom: Igniarium amoris divini: Hier. Drexelii tractatus aliquot: Martini Roa Mirabilia alterius mundi: Thomæ à Kempis de imitatione Christi: Historia Canadensis: Cursus Meditationum per annum: Vita Xaverii; Canisii; Ignatii &c.*

13. Augusť. MELCHIOR NICOLAI, *Germanus*, Schöndorffâ - Würtenbergicus, Phil. Magister, primùm Diaconus Waiblingensis, deinde Pastor Stetinensis, porrò Pastor & Inspector Marpacensis, tum Th. D. & Professor Tubingensis, nec non Stipendii ibidem Ducalis Inspector, demum Præpositus Stutgardianus, æt. 81. Ab insigni ejus eruditione Scripta hæc in publicum profluxerunt, nempe *Consideratio Theol. IV. quæstionum de profundissima* Κενώσει *Jesu Christi: Symbolum Lutheranum contra Laurentium Forerum, Jesuitam, vindicatum: Operæ pretium ad manu pretium Jesuitico Forerianum: Compendium Didacticum & Elenchticum: Martinus Lutherus à septem characteribus Foreri vindicatus: Sola Fides Justificans:* Germanicè *Confutatio duorum scriptorum Papisticorum, utpote speculi Brandeburgici ejusdemque Apologiæ: Responsio ad Demonstrationem Keddianam: Vindicatio orthodoxiæ & orthodoxorum Doctorum, contra epistolam quandam, sub nomine Dn. Erhardi Ferdinandi, Comitis à Wetzenhausen emissam: Confutatio Babylonica: Nihil ad rem, sive scriptum Keddio oppositum: Solida Refutatio errorum Anabaptisticorum: Theses de sustentatione Ecclesiarum, Scholarum & pauperum: Explicatio controversiarum inter Evangelicos A. Conf. addictos & Calvinianos hactenus agitarum: Consultatio super Xenium Jodoci Keddii &c.*

14. Aug. MICH. JERMIN, *Anglus*, Knowstonâ - Devoniensis, Artium Magister, primùm Principi Elisabetæ, Comiti Palatino nuptæ, à sacris, pòst Theol. Lugduni Batavorum & Oxoniæ in Anglia Professor, tum Regi Caroli I. à sacris, & Ecclesiæ S. Martini Rector Londinensis, postremò privatus, ætat. 69. Literis consignavit Anglicè *Meditationes paraphrasticas, sive Comment. in Proverbia Salomonis: Comm. in Ecclesiasten &c.*

1. Sept. ZACHARIAS BOGAM, *Anglus*, Devoniensis, Artium Magister. Contexuit Latinè *Comparationem Homeri cum Scriptoribus Sacris, quoad normam loquendi:* Anglicè *Supplementum Archæologiæ Atticæ à Francisco Rouseo inchoatæ: De Comminationibus & pœnis in scripturis memoratis li-*

brum: Meditationes de Christianæ vitæ hilaritate: Subsidium precantibus & meditantibus.

27. Sept. ANDREAS TSCHERNINGUS, *Germanus*, Boleslaviâ-Silesius, Phil. Magister, Poëſ. Professor Rostochiensis, æt. 48. prof. 15. Enucleavit *Semi-Centuriam Schediasmatum: Orationem in obitum Jacobi Fabricii, Medici: Centuriam Proverbiorum Alis, Imperatoris Muslimici, distichis Latino-Germanicis expressam, cum notis: Poëmata Germanica: Juditham, Comœdiam: Orat. de Germania: De nonnullis Linguæ Germanicæ abusibus &c.*

29. Sept. CAROLUS HERLE, *Anglus*, Prideauxiâ, Cornubiensis, Artium Magister, Ecclesiæ Winwicensis Rector. Commentatus est *de Politia mundana, Prudentia morali, & Sapientia Christiana: Tractatum contra Independentiam: Meditationes super Passione Christi.*

30. Sept. JO. DE PALAFOX & MENDOZA, *Hispanus*, Aragonus, JC. Philippo IV. Regi à Fisci sui rationibus in bellicæ rei Senatu, deinde Indicarum rerum Præfectus, tum Archieleemosynarius Imperatricis Mariæ, Ecclesiæ Episcopalis Angelopolitanæ in nova Hispania Americæ Pastor, inde Aragonensis Senator, ac paulò post Oxoniensis Ecclesiæ Præsul, æt. 59. Plurimos reliquit libros, ex quibus *Discursus spirituales: Septimana Sancta: Pastorales epistolæ: Paraphrasis libri I, Regum: De natura & moribus Indorum &c.*

1. Oct. NICOLAUS POMPEJUS, *Germanus*, Golsâ-Lusatus, Phil. Magister, Mathem. Prof. Wittenbergensis, ætat. 68. prof. 22. Prodierunt post mortem ejus *Præcepta Chiromantiæ.*

6. Oct. HENRICUS ALBI, *Gallus*, Bolenensis, Venusinus, S. J. Human. Phil. & Theol. Lector, Collegiorum Avenionensis, Arelatensis, Gratianopolitani & Lugdunensis Rector, æt. 69. Soc. 53. Composuit Gallicè *Artem amandi Deum: Elogia Historica illustrium Cardinalium Gallorum & exterorum parallelis exposita: Tract. spiritualem de Actibus supernaturalibus: De Privilegiis Regularium, cum apologia: De Renovatione spiritus: De immaculata conceptione B. V. Mariæ: Grammaticam Gallicam: Vitas variorum Sanctorum.*

7. Oct. LUDOV. CUSANUS, *Italus*, Mediolanensis, Marchio Pontanus, regius apud Philippum IV. Italicarum rerum Senator. Scripsit *de Prætensionibus Coronæ Franciæ in Ducatum Mediolanensem.*

10. Oct. ANTONIUS VATIER, *Gallus*, Normannus, Sagiensis, S. J. Human. Mathem. Phil. & Theol. Prof. æt. 64. Soc. 46. Typis exscribi curavit *Occupationem interiorem ante & post communionem: Manuductionem ad exercitia spiritualia S. Ignatii: Artem bene moriendi: Augustinum de correptione & gratia cum notis.*

16. Oct.

16. Oct. STEPH. NATALIS, *Gallus*, Bassiniensis, Tullensis, S. J. Human. Phil. & Theol. Prof. Collegiorum Augensis, Flexiensis & Parisiensis Rector & Vice-Provincialis, æt. 78. Soc. 60. Adornavit Latinè *Tractatum de gravitate comparata: Physicam veterem ac novam, Aphorismos Physicos: Tract. de Sole: Aphorismos analogicos parvi mundi ad magnum, & magni ad parvum: Interpretem naturæ, sive Arcana Physica: Examen Logicorum: Librum de Mundo:* Gallicè *Plenum in apparente vacuo.*

20. Oct. MICH. LYSERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. & Med. Doctor, primùm in patria Professor, dein trium Insularum in regno Daniæ, Falstriæ, Lalandiæ & Monæ Medicus regius, æt. 33. Ejus sunt, quæ prodiére *de Sphacelo cerebri: Culter Anatomicus: De Calculo Renum: Observat. Medicæ posthumæ.*

29. Oct. VINCENTIUS TANCREDUS, *Siculus*, Panormitanus, S. J. Phil. & Theol. Lector, æt. 50. Prelo submisit *de Sancto Matrimonii Sacramento Tomos II: De virtute Religionis: Quæstionum moralium tom. duos.*

7. Nov. JANUS BIELCHE, *Norwegus*, in prædio nobili Oesteraad natus, Cancellarius Norwegiæ, æt. 80. Dedit *Orationis Dominicæ expositionem: Summaria in Biblia: Explicationem Legum Norwegicarum: Summa Legum Danico-Norwegicarum.*

17. Nov. THOMAS GONZALEZ, *Hispanus*, Villafranchensis, Abulensis, Soc. Jesu, Missionarius ad Indos, Juventutis Mexicanæ Informator, æt. 66. Soc. 43. Scriptis mandavit *Explicationem regularum pro carminibus Latinis componendis: Thesaurum Poëtarum: Explicationem Rhetorices.*

3. Dec. GEORGIUS KRUGK, *Germanus*, Thuringus, Isenacensis, primùm Scholæ Ulzensis in Ducatu Luneburgensi Rector, pòst Med. Doctor. ejusdemque ut & Phys. in Acad. Sorana Prof. æt. 61. Scripsit *de Peste: De Disenteria: Defensionem curæ febris petechialis: De generatione & corruptione.*

7. Dec. RALPH BROWNRIG, *Anglus*, Episcopus Exoniensis, æt. 67. Ab eo prostant in lingva vernacula *XXV. Sermones: XL. Sermones: Sermones VI. de Precibus &c.*

25. Dec. JO. GEORGIUS DORSHEUS, *Germanus*, Argentoratensis, Theol. Doctor ejusdemque tam in Acad. patria XXVII. quàm Rostochiensi VI. annos Professor, Ducis quoque Megapolitani Consiliarius & Consistorii Præses, æt. 63. Concinnavit Inclutus Theologus *Dissert. de autoritate Ecclesiæ: Vindicias & animadv. ad Bellarmini allegationes ex Exod. I. II. III. & IV: Kircherum devium: Synopsin Theol. Zachariana: Dissertationum Theol. Pentadecadem: Dissert. seculares de Aug. Confessione: Admiranda Mortis Christi: Notas in Tertullianum de Pallio: Epigramma-*

tum centurias IIX: Dissert. de S. Cœna, contra Theod. Zwingerum: Specimen Sceletomaniæ Pontificiæ, circa reliquias S. Marci & S Lucæ: Parallela Monastica & Academica: Notas in relationem Anonymi de corpore S. Marci: Interventionem pro mysterio SS. Trinitatis, contra Wolf. Hermannum: Septenarium singularium Angelicorum: Dissert. V. de Voluntate Dei, contra Jac. Triglandium: Septenarium admirandorum J. Christi: Hodogeticum Catholicum de autoritate Scripturæ, contra Jo. Kircherum: Detectionem malæ fidei Papalis probationes SS. Trinitatis, adversus Wolfg. Hermannum: Prodromum Antichriseos Theologicæ, contra Ernestum de Eusebiis super quæstione; an Pax, quales desiderant Protestantes, sit licita? Collationem ad Concilium Francofurtense: Ad Concilium Sirmiense: Anti-Cornæum: Dissert. ad Concilium Arausicanum: Indicem Iniquitatis Moguntinorum Jesuitarum in materia de votis Monasticis: Exerc. ad Concilium Nicænum: Dissert. de mirandis documentis Providentiæ divinæ circa Augustanam Confessionem: Vale Argentoratense: De emendatione Temporum sermonem inauguralem: Thomam Aquinatem, veritatis Evangelicæ confessorem: Tunicam Christi inconsutilem: Latronem Theologum & Theologum Latronem: Miscellanea Historico-Theologica: Biblia Numerata: Germanicè Scrupulum Religionis: Explicationem concionis D. Zwingeri de S. Cœna: Resolutionem quæstionum ab

Ernesto, Hassiæ Landgravio, propositarum: Dispp. Theol. quàm plurimas sigillatim emissas &c.

MENASSE BEN ISRAEL, Belga, Amstelodamensis, Judæus. Ejus reperiuntur Libri III. de Termino vitæ: Libri III. de Resurrectione: Spes Israëlis: Conciliator in Pentateuchum: De Creatione mundi Problemata: De Convenientia locorum S. Scripturæ: Textus Talmudicus: De fragilitate humana &c.

JO. MORINUS, Gallus, Blæsensis, Ordinis Congregationis S. Oratorii Presbyter, æt. 68. Ab eo prodierunt Biblia Græca LXX. Interpretum cum prolegomenis: Exercitationes in utrumque Pentateuchum Samaritanorum: Exerc. Ecclesiasticæ: Tractatus de sinceritate Hebr. Græcique textus dignoscenda: Grammatica Samaritana: Exercitationes Biblicæ: Expositio in Epist. ad Romanos: De administratione Sacramenti S. Pœnitentiæ in antiqua Ecclesia: Ordinationes Nestorianorum Syriacè cum versione: Epistolæ: Comment. de ordinationibus Ecclesiæ, secundum Græcos, Syros & Babylonios &c.

IGNATIUS LUPUS, Italus, Bergomas, æt. 74. Vulgavit Comment. in censuras & casus reservatos Diœceseos Bergami.

JO. CASP. WYSSIUS, Helvetius, Tigurinus, primùm Scholæ Abbatissanæ & Ecclesiæ in patria Minister, postea in collegio Humanitatis, Linguarum, ac denique in Collegio Carolino Græcæ Lingvæ Professor.

Fecit

Fecit *Dialectologiam Græcam.* Ex Gallica transtulit *Drelincurti Meditationes præparatorias ad S. Cænam: Praxin Tranquillitatis: Confessionem Parlamenti Anglicani nomine editam.*

THEOPH. HIGGONS, *Anglus*, Chiltonâ-Buckinghamiensis, Decanus Glocestriensis, Theol. Prælector apud S. Dunstani, & Rector de Hunton, æt. 79. Contexuit *Librum de argumentis, quorum vi ad Ecclesiæ Romanæ communionem perductus fuerat: Appendicem ad dictum librum, contra Humphredum, Feildum & Mortonum: Iniquitatis humanæ justitiæque divinæ examen Scholasticum: Babelem mysticam, sive tract. super Apoc. XVII, 11. &c.*

PIUS MUTIUS, *italus*, Bergomas, æt. 85. Dedit foràs *Considerationes in Corn. Tacitum*, & fortè alia.

ADRIANUS HEERBORD, *Belga*, Lugduno-Batavus, Artium Magister, & Phil. in Acad. patria Professor, ætat. 45. Enucleavit *Meletemata Philosophica: Logicam: Collegium Ethicum: Philosophiam Naturalem, Moralem, Rationalem: Pneumaticam: Logicam Erotematicam: Dispp. Miscellaneas.*

THOMAS HURTADUS, *Hispanus*, Toletanus, Clericus minorum Regularium Theol. Prof. Romæ, Compluti & Salmanticæ, hinc Præpositus Hispalensis, æt. 70. Typis excudi curavit *Præcursorem Philosophiæ asseclam Aristotelis & D. Thomæ: Præcursorem Theologum asseclam D. Thomæ: Tract. de distinctione reali & perfectione essentiali donorum supernaturalium: De Potentiis Animæ vegetativæ status innocentiæ Christi, Mariæ & Beatorum: Resolutiones Morales: Antidotum duplicem &c.*

THEOD. VALVASSOR, *Italus*, Bergomas, JC. Collegit *Centum Consilia Legalia.*

JO. JONSIUS, *Germanus*, Holsatus, Rensburgensis, Gymnasii Francofurtani ad Mœnum Pro-Rector. Dedit *de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ libros IV.*

ANNO 1660.

7. Jan. JOH. SCHARFFIUS, *Germanus*, Kroppenstadio-Halberstadiensis, Phil. Magister, primùm Log. & Metaph. Prof. dein Theol. Doctor, hujusque Prof. demum Senior, nec non Templi Cathedralis Præpositus Wittenbergensis, ætatis 64. prof. 32. Inclaruit ex *Collegio Politico: Metaphysica exemplari: Compendio Physicæ: Exegesi Logicæ Peripateticæ: Pneumatica: Manuali Logico: Tabulis Philosophicis: Physica recognita: Gymnasio Physico: Institutionibus Logicis: Synopsi Philosophiæ: Theoria Transcendentalis Metaphysicæ: Methodo disputandi: Dispp. de causa peccati per Accidens: Collegio Anti-Calviniano I. & II: Exercitationibus XII. Joh. Bergio, utrique Crocio aliisque Calvinianis oppositis: Collegio Theol. de præcipuis*

cipuis fidei articulis: Scriptis polemicis contra D. Calixtum: Pædia Theologica: Disputationibus variis Phil. & Theol. sigillatim emissis.

20. Jan. WOLFG. SPETH, *Germanus*, Bambergensis, S. J. Human. Phil. & Theol. Lector, collegii Bambergensis Rector, æt. 56. Soc. 36. Emisit *Paraphrasin in Psalmos & Cantica.*

20. Jan. JO. JAC. A BRUN, *Helvetius*, Basiliensis, Phil. & Med. Doctor, inque Acad. patria Prof. ætatis 68. offic. 35. Formavit *Manuductionem ad consultationem Medicam rectè instituendam: Materiæ Medicæ Systema: Petri Morelli formulas Remediorum præscribendi methodum.*

5. Febr. JO. FRIMELIUS, *Germanus*, Vratislaviensis, Silesius, Phil. Magister, primùm Wittenbergæ, dein in patria ad D. Elisabethæ Ecclesiastes, Consistorii Sacri Assessor, & in Gymnasio Hebr. Lingvæ ac Theol. Professor. Composuit *Probam fidei Evangelicam: Dissert. de Cœlo Beatorum: De legitima vocatione D. Lutheri, contra Jod. Keddium: De Verbo Dei Scripto: Wittenbergam à Calvinismo gravissimè divexatam & divinitùs liberatam: Ardorem divinæ misericordiæ superantem furorem iræ, ex Hos. XI, 7. 9. &c.*

11. Febr. VALENT. MANGIONIUS, *Italus*, Perusinus, S. J. Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Collegiorum Firmani, Lauretani & Mediolanensis Rector &c. æt. 87. Soc. 71. Typis subjecit *Consultationem de vi voti simplicis paupertatis: Apologiam pro Bonifacio VIII, & Gregorio XIII. P. R. asserentibus voti solennitatem, solâ Ecclesiæ constitutione inventam esse: Theoricas astri extincti à Franc. Romano Hay: Opusculum de religiosa Paupertate: Orat. de Passione Domini:* Tacitô suô nomine, *Enchiridion ad cruciatus Christi piè colendos.*

20. Febr. OLAUS MARTINI STENIUS, *Svecus*, Philos. Magister, Astron. Phys. ac Med. Professor Upsaliensis, æt. 52. Condidit *Positiones Anatomicas de Respiratione*, & quædam alia.

1. Mart. RICHARDUS ZOUCHÆUS, *Anglus*, Ansleiâ-Wiltoniensis, juris civilis Doctor, ejusque Prof. Oxoniensis regius, Diæceseos postmodo Oxoniensis Cancellarius, Aulæ S. Albani Principalis, & Curiæ demum Admiralitatis judex. Vulgavit *Elementa Jurisprudentiæ: Descriptionem Juris & Judicii temporalis: Juris Ecclesiastici; Juris Fecialis: Juris Feudalis: Militaris ac Maritimi: Solutionem quæstionis de Legati delinquentis judice competente: Quæstionum juris civilis centuriam: Eruditionis ingenuæ specimina, scil. Logicæ, Dialecticæ, Rhetoricæ & Philosophiæ Moralis.* Anglicè *Vindicias Juris Anglicani, quoad maris dominium.*

4. Mart. GEORGIUS KIRSTENIUS, *Germanus*, Stetinensis, Pomeranus, Medicinæ Doctor, hujus & Phys. in patria Prof. & Practicus, æt 41. Exa-

ravit *Orationem de Medicinæ præstantia; Differt. Philologicas: Animadversiones in Jo. Agricolæ commentaria in Poppium & chirurgiam parvam: Dispp. varias.*

4. Mart. MART. PEREZ DE VNANOA, *Hispanus*, Valentinus, S. J. Theol. Doctor, hujus & Phil. Valentiæ & Barcinone Interpres, Censor Inquisitionis in Aragonia, diversorum collegiorum Rector, æt. 82. Soc. 66. Scripsit *de Deo Trino & Uno: De Verbi incarnati mysterio: De S. Matrimonii Sacramento.*

20. Mart. PETRUS STEPHANI, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, J. U. Doctor, ejusque in patria Acad. Prof. & Consistorii Regii Assessor, æt. 44. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Havaria: De Fluminibus: De Legibus: De Jurisdictione: De Civitatum municipalium jure & administratione &c.*

27. Mart. TOBIAS VENNER, *Anglus*, Pethertonâ-Somersetensis, Med. Practicus Barthoniensis, ætat. 83. Consignavit Anglicè *Viam rectam ad vitam longam: Tract. de natura & usu Thermarum Bathoniensium: Monitorium de Medicamentis tempore vernô sumendis: Tract. de fumo Nicotiani hauriendo.*

30. Mart. GASP. DRUZBICKI, *Polonus*, S. J. Hum. Lector, Collegiorum aliquot Rector, Provinciæ Poloniæ Procurator, æt. 71. Soc. 51. In lucem misit lingvâ vernaculâ *Libellum pro Defensione Societatis.* Latinè *de Passione Christi: Fasciculum Exercitiorum de Virtutibus Christianæ Fidei: Solem in justitia sua, sive Christum in splendore suarum excellentiarum spectabilem.*

Obiit ANNO 1660.

— April. RETGERUS ZUM BERGEN, *Livonus*, Rigensis, Electoris Brandeburgici Secretarius & Consiliarius, ætatis 57. Emisit *Carmina varia: Epistolas aliquot ad Amicos.*

12. April. CLAUDIUS DE LINGENDES, *Gallus*, Molinensis, S. Jes. Rhetor. Lector, pòst per XXXVI. annos Concionator, Rector quoque Collegii Molinensis, & Provinciæ Franciæ, demum Domus professæ Parisiensis Administrator, æt. 69. Struxit Latinè *Monita ad vitam bene ordinandam: Concionum Quadragesimalium argumenta: Conc. X. de S. Sacramento &c.*

14. April. JACOBUS BROQUARDT, *Belga*, Theonuillius Luxenburgensis, è S. J. Coadjutor, æt. 72. Soc. 52. Vertit Latinè ex Gallico *Pædagogum Christianum Philippi d' Oultreman: Testamentum Christiani hominis Antonii Sucquet: Veram Christiani Philosophiam Caroli Musart: Media juvandi Animas Purgatorii à Marco de Bonieres scripta: Compendium perfectionis Achillis Gagliardi: Speculum perfectæ communionis: Piam exercitationem erga Christum crucifixum: De amore & honore erga Deiparam: De contritione: De præsentia Dei &c.*

22. April. ERASMUS UNGEBAUR, *Germanus*, Naumburgo-Thuringus, J. U.

J. U. Doctor, Professor primùm Altorphinus & Consiliarius Norimbergensis, deinde Collegii in Acad. Jenensi juridici ac Scabinatus Ordinarius, Consiliarius Saxonicus, & Curiæ Provincialis Sax. Assessor primarius, æt. 78. Adornavit *Comment. super Decretales: Exercitia: Disp. ad Instituta:* Sigillatim verò emissas *de Locatione: De jure Tutelarum: De jure naturali: De Mutuo: De jure principum in privilegia: De delictis carnis: De Pactis: De venia ætatis: De conventione manum injectionis ad L. Cred. 3. Cod: De Pignore & hypotheca: De Fama: De jurisdictione: De Feriis earumque exceptione &c.*

24. April. JO. RUDOLPHUS STUCKIUS. *Helvetius*, Tigurinus, primò Ecclesiæ in patria Abbatissanæ Minister, dein Rhet. & Log. pòst Theol. Profess. demum Scholarcha perpetuus & Bibliothecarius, ætatis 65. Ei tribuitur *Comm. in Synopsin Theol. Breitingeri: Examen Dialogi de Religione: Disp. de Pædobaptismo: De S. Cœna: De Festis Christianorum: De Missa: De Peccato Originali: De Prædicamentis Mosis: De jejunio: De Baptismo: De Resipiscentia &c.*

25. April. HENR. HAMMONDUS, *Anglus*, Surriensis, Phil. Magister, Ecclesiæ de Penshurst Rector, pòst Theol. Doctor & Phys. Prof. Oxoniensis, tum Archidiaconus Cicestrensis, ad hæc Sacellanus Londinensis, Regi à Sacris & Academiæ Orator, ætatis 55. Typis mandavit *Dissert. de juribus Episcopatus: Casus Conscientiæ: De Confirmatione: De Anti-Christo: De Susceptione crucis: De Infirmitatibus Sanctorum: De Pœnitentia: De Scandalo: De Superstitione: De baptismo Infantium: Catechismum Practicum: Annot. in N. Test: In Psalmos: Defensionem Ecclesiæ Anglicanæ, cum continuatione contra H. Grotium: Conciones XXXI. &c.* Opera ejus simul prodierunt.

7. Maj. ELIAS TADDELIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. Magister, primùm in patria Ecclesiastes & Theol. Prof. deinde Pastor Ecclesiæ Lutheranæ Amstelodamensis, æt. 59. Minist. 30. Delineavit *Meditationem precum Regis Hiskiæ, ex Es. XXXVIII, 10: Regem Israëlis, ex Deuter. XVII, 14. 15: Orat. de Scientiæ & donorum varietate: Ἀπολογίαν doctrinæ Jesu Christi: Disp. de Veritate Religionis Christianæ: Conc. funeb.*

8. Maj. JO. LUD. AMMIANUS, *Helvetius*, Tigurinus, in agro primùm Tigurino Appenzell, postea Glaronæ Pastor & Decanus, æt. 54. Extant ejus *Conciones anniversariæ de processione illa famosa ad Navalia.*

11. Maj. CHRISTOPH. ALTHOFERUS, *Germanus*, Hersbrucensis Noricus, Theol. Doctor & Professor Altorphinus, pòst Consiliarius Ecclesiasticus Brandenb. & Generalis Superint. Culmbachensis, æt. 53. Condidit *Abyssum desperationis Pontificiæ: Speculatorem Anti-Calvinianum:*

num: Dispp. Biblico-Practicas: Harmoniam Evangelistarum medullatam: Observationes in Epist. ad Philippenses: in Epist. ad Ephesios: in Epist. ad Colossenses: Pseudo-Stereomata Religionis Pontificiæ: Apologiam Sceptri regalis à Joh. Schrôdero adornati de Persona Christi, sive Anti-Becmannum.

17. Maji BALTH. CONRADUS, *Germanus*, Nissensis, S. J. Human. Phil. & Mathematum in Universitate Olomucensi Professor, ætatis 61. Reliquit *Propositiones Mathematicas de flamma viridi: Novam Tabularum Chronographicarum rationem:* Suppresso nomine *documenta practica ad profundissimam Humilitatem acquirendam: Librum controversiarum apologeticum.*

19. Maj. MARCUS GILBERTUS DE VARENNES, *Gallus*, Borboniensis, Ordinis Jesuitici, literarum humaniorum Lector, Ecclesiastes, Rector Collegii Venetensis, & Residentiæ Pontisarensis, æt. 69. Soc. 50. Scripsit materna lingva *Regem Armorum, seu Artem formandi insignia seu tesseras gentilitias Nobilium familiarum.*

3. Jun. JACOBUS MATTHIÆ, *Danus*, Arhusiensis, Philos. Magister, primùm in Acad. Hafniensi Eloqu. Profess. deinde Concionator Regius Aulicus, tum Theol. Doctor, demum Episcopus Arhusiensis, ætatis 58. Episcopatus 15. & interea 26. Præpositos constituit, ac 112. Pastores Ecclesiis ordinavit. Formavit *Exilium Pietatis: Orationem jubilæam:*

De rectè tradendis disciplinis & artibus: De usu Philologiæ in omni studiorum genere: Conciones funebres.

8. Jun. LAURENTIUS EICHSTADIUS, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, Med. Doctor, primùm in patria Physicus, deinde Med. & Mathem. Professor, nec non Practicus Gedanensis, ætatis 64. Posteris profuit *Dissertatione de Theriaca & Mithridato: De Confectione Alchermes: Ephemeridibus novis ab anno* 1636. *ad an.* 1660: *Pædia Astrologica: Tabulis Harmonicis motuum cœlestium: Epistola de mensura & quadratura circuli: Orationem in obitum Davidis Herlicii: Tabulis motuum solis & lunæ, ab anno* 1400. *ad an.* 1800: *Planorum Geometriâ: Tractatu de Camphora: Lucubrationibus Chronologicis: Calendariis anniversariis: Disputationibus variis.*

12. Jun. GUILIELMUS OUGHTREDUS, *Anglus*, Mathematicus, æt. 87. Londini obiit quadam gaudii ecstasi, cùm ei Regem revocandum de improviso nunciaretur. Composuit *Arithmeticæ in numeris & speciebus institutionem: Clavem Mathematicam, cum tractatu de resolutione æquationum in numeris, & declaratione decimi, decimi tertii, & decimi quarti Elementi Euclidis:* Anglicè *de Circulo Proportionis: De usu Horizontis &c.*

8. Jul. JACOBUS CANUTIUS, *Danus*, Hafniensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Cathedralis Arhusiensis Rector, deinde ibidem Pastor,

demum Theol. Doctor, ejusque in Acad. patria Professor, ætatis 56. Reliquit *quasdam Disputationes.*

13. Jul. JO. CHUMACERO & CARILLO, *Hispanus*, Cauriensis, S. Jacobi Eques, primò in Acad. Salmantina juris Professor, post hæc Senator Granatensis, mox Consilii Ordinum cùm Fiscalis Advocatus, tum Senator, inde etiam Fiscalis in Supremo Castellæ Consilio, atque in eo itidem Senator, demum Supremi Castellæ Senatus Præses. Vulgavit *Selectarum juris Disputationum dodecadem: Tractatum pro legitimo jure Philippi IV. Hisp. Regis:* Italicè *librum in Legatione Romana consignatum.*

27. Jul. GERHARDUS COCCEIUS, *Germanus*, Bremensis, J.U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, primùm in patria juris Prof. tum Reip. Senator, & ad Tractatus Pacis Legatus, pòst Principis Frisiæ Consiliarius, demum Antecessor & Prof. Gröningensis, æt. 59. Editus est ab eo *Commentarius ad Tit. de Origine juris & constitutionibus Principum.*

30. Jul. JOH. BORNIUS, *Germanus*, Lipsiensis, J. U. Doctor, primùm Advocatus in dicasterio Provinciali Saxoniæ, dein in patria Academia juris Professor, nec non Canonicus Numburgensis, æt. 60. Reliquit *Disputationes*, sub suo habitas præsidio, *de Culpa: De publicis judiciis: De origine juris: De jurejurando: De Academiis: De Expensis: De Collationibus &c.*

20. August. JOH. DE LUGO, *Hispanus*, Hispalensis, S. J. primùm Phil. Medinæ-Campi, pòst Theol. tam Vallisoti, quàm Romæ Professor, demum S. R. E. Cardinalis, æt. 77. Soc. 42. Tractavit *de incarnatione Dominica: De Sacramentis: De virtute & Sacramento Pœnitentiæ: De justitia & jure: De virtute divinæ fidei: Responsorum Moralium libros: Notas in privilegia vivæ vocis oraculo concessa Societati &c.*

31. Aug. JO. FREINSHEMIUS, *Germanus*, Ulmensis, Svevus, primùm in Acad. Upsaliensi Polit. & Eloq. Prof. deinde in Aula regia Holmensi Bibliothecarius & Historiographus, tum quoque Consiliarius regius, denique Electoris Palatini Consiliarius, inque Acad. Heidelbergensi Professor Honorarius, æt. 52. Concinnavit *Supplementum Livianum: Supplementum & Comment. in Curtium: Panegyricum Gustavo Adolpho Svec. Regi scriptum: Notas in Florum: Differt. de calidæ potu: Indicem in J. Lipsii Politicam: Expositionem Locorum Comm. Taciti: Specimen Paraphraseos Cornelianæ: Syntagma de Vicariatu Palatino*, sub nomine Philoeci: *Orationes: Diatribam de S. R. Imperii Electorum & Rom. Ecclesiæ Cardinalium Præcedentia: Notas in Fædri fabulas: Differt. de Comitiis: Speculum Virtutis in honorem Bernhardi, Ducis Saxoniæ, formatum*, stylô Germanicô.

5. Sept. JO. PREIGISIUS, *Germanus*, Sprottà-

Sprottâ Silesius, Philos. Magister, Collegii B. Virginis Lipsiæ Senior, Facultatis Philosophicæ Assessor, Reip. ibidem Senator & Prætor, æt. 50. Foràs dedit *Dispp. de Legibus Politicis: De Republica: De Societatibus Civilibus: De Donationibus &c.*

15. Sept. JO. JACOBUS HAINLINUS, *Germanus*, Calvensis Wurtenbergicus, primò Alumnorum in illustri, quod Tubingæ est, collegio Ephorus, deinde Diaconus Bietighaimensis, tum variis in locis aliis Pastor, pòst Mathem. Professor Tubingensis, ac denique Abbas tam Adelbergensis, quàm Bebenhusanus, æt. 72. In publicum usum congessit *Chronologiam mysticam: Synopsin Mathematicam: Vindicias pro Chronologia mystica, adversus Reinholdum Franckenbergerum: Clavem sacrorum temporum: Propositiones Chronologicas: Refutationem rationum, quibus Pontificii orthodoxam impugnare Religionem solent*, & fortè nonnulla alia.

26. Sept. SAMUEL HAFENREFFERUS, *Germanus*, Herenbergensis Würtenbergicus, Medic. Doctor, Practicus Kirchemii & alibi, novissimè Med. Professor Tubingensis, æt. 73. Ab eo prodiit πανδοχεῖον αἰολόδερμον, *in quo Cutis, eique adhærentium partium affectus omnes explicantur: Officina Pharmaceutrica seu jatrica: Raphaël artem Medicam feliciter inchoandi, continuandi, tractandique fideliter informans: Raphael ὁδηγὸς, de Arte Medica, velo temporis & litationibus: Epistola de quæstione; quid sit τὸ θεῖον in morbis? Dispp. Medicæ variæ:* Germanicè *Descriptio Acidulæ Nideraunensis ad Rotenburgum.*

30. Sept. CAROLUS AKREITZ, *Germanus*, Misnicus, ex Lutherano factus Jesuita, Concionator Dantisci & alibi, æt. 53. Soc. 33. Scripsit idiomate vernaculô, *de Cœna Calviniana imaginaria, & Catholico Sanctæ Ecclesiæ Sacramento*, tacitô suô nomine: *De fonte venenato doctrinæ Lutheranæ: Colloquium caritativum cum Dantiscanis Prædicantibus: Defensionem Catholicam, oppositam Catechismo Lutherano: Catholicum Cavete: Glossam super defensionem honoris Joh. Crameri, Ministri Gedanensis: Indefensum Lutherum contra Joh. Mullerum: IV. Interrogationes excerptas ex funebri concione D. Botsacci: De Indulgentiis & Jubilæo: Catholicum fidei Scutum.*

8. Octobr. EDOARDUS TERRY, *Anglus*, Cantianus, Artium Magister, Legato regio ad Indos à Sacris, Rector deinceps de Greenford, æt. 70. Fecit *Iter ad Indiam Orientalem, unà cum observationibus circa locum illum ejusque incolas: Catechismum in usum Parochiæ suæ ac familiæ: Cordis improbi, hypocritici & sinceri typos: Conciones varias*, & alia.

18. Octobr. JO. DE SANCTO ALBINO, *Gallus*, Nobilis, S J. Rhetor. Lector & Concionator, Rector quoque tertiæ probationis Lugduni, æt. 73. Soc. 54. Formavit *Historiam*

Urbis & Ecclesiæ Lugdunensis tomis duobus: *Paraphrasim in Jobum & Ecclesiasten Salomonis*, carmine Gallicô.

5. Nov. ALEXANDER DE RHODES, *Gallus*, Avenionensis. è Soc. Jesu, Missionarius ad Indos & Persas, æt. 69. Soc. 47. Typis subjecit *Dictionarium Annamiticum: Catechismum Latino-Tunchinensem: Relationem de felicibus successibus sacræ fidei in regno Tunchinensi: Relat. de morte Andreæ Cocincinensis, Antonii Rubini & Sociorum in Japonia: Compendium itinerum suorum ab anno* 1618. *ad annum* 1653: *Historiam fusiorem eorundem itinerum: Relationem de PP. Societatis Jesu actionibus in Japonia: Relat. novæ Missionis in Perside.*

18. Nov. JOH. SCHUCKING, *Germanus*, Darubdiensis Westphalus, Soc. Jesu, Human. Phil. & Theolog. Lector, postea Collegii Monasteriensis Rector, æt. 64. Dedit *Lucernam Viatorum seu fidei: Mercurium orthodoxum ad demonstrandum Purgatorium: Instructionem Theol. contra Scheiblerum & Tremolienses: Verbum abbreviatum de incarnatione Domini, contra eosdem.*

31. Decembr. ALPHONSUS DE FLORES, *Hispanus*, Toletanus, è Soc. Jesu, Sacræ Scripturæ interpres Cordubæ & Hispali, Rector postea Ubetensis & Marchenensis Collegiorum, nec non Concionator in pluribus Bæticæ collegiis, æt. 71. Soc. 47. Struxit *Tomum de inclyto agone Martyrii, & de Martyrio Deiparæ: Discursus prædicabiles in Salutationem Angelicam: In cap. XXIV. Ecclesiastici commentarium.*

23. Dec. ANDREAS TACQUET, *Belga*, Antverpiensis, S. J. literarum Human. & Mathem. Prof. æt. 49. Soc. 31. Elucubravit *Cylindricorum & Annularium libros quinque: Elementa Geometriæ: Arithmeticæ Theoriam & Praxim*: Post obitum ejus prodieruntunô volumine *Astronomiæ libri octo: Geometriæ practicæ libri tres: Opticæ libri tres: Catoptricæ libri tres: Architecturæ militaris liber unus*, & alia.

28. Dec. HENRICUS NICOLAI, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, Log. & Metaph. in Gymnasio patrio Professor, æt. 55. officii 20. Reliquit *Tractatum de Ubietate: Logicæ Aristotelicæ Compendium: Tractat. de Pane: De Contradictionis natura & principio: Gymnasium Logicum: Tractatum de multipræsentia rei finitæ, imprimis corporis: De Oppositione Enunciatorum: Pansophiam: Tract. de notitiis Naturalibus: Metaphysicæ Compendium: Natalitia: Passionalia: Paschalia: Pentecostalia: Michaëlia: Tract. de Magicis Actionibus: Gymnasium Ethicum: De Comparativarum Enunciationum expositione: Disquisitionem Magneticam: Tract. de modis Prædicandi: De non liquendo in Theol. ac Philosophicis: Theologiæ Epitomen: De methodo Trinitatis: De Ahasvero Esthera: De causa per Accidens: De* conjun-

conjungendo *Philosophiæ studio cum Theologia: De Medio religioso & Theologico: De Conciliatione Enunciationum: De Symbolo Athanasii: De Subjecto & Adjuncto: Quadrigatum expensum de Syncretismo non-neminis: De Astrologiæ veritate: De Obedientia: Expos. Eccles. IV, 4.*

30. Decembr. CONRADUS THEODORUS LINCKERUS, *Germanus*, Marpurgensis Hassus, Med. Doctor ejusdemque & Orat. in Academia patria Professor. Struxit *Theatrum Historico-Politicum: Disputat. de officio Medici &c.*

31. Decembr. THOMAS POWELL, *Anglus*, Brechiniensis, Ecclesiastes haud procul Oxonio, tum Theol. Doctor & Canonicus Menevensis, æt. 52. Libros consignavit complures, ejusmodi titulis insignitos, *de Elementis Opticis: Industria humana, sive origo & progressus artium Mechanicarum: Quadriga Salutis, sive Tractatus Catecheticus de Oratione Dominica, Symbolo Apostolico ac Decalogo.* Ex Italico etiam in Anglicanum traduxit *Stoam triumphantem, sive Virgilii Malvezzi literas in laudem exilii & in honoris vituperium conscriptas.* Ex idiomate Gallico reddidit *Domin. de Balzac literas novissimas: Virum Politicum calamitosum, sive Vitam Herodis.*

JO. BAPTISTA POZA, *Hispanus*, Cantaber, Theolog. Complutensis. Vulgavit *Elucidarium Deiparæ* (propter hunc librum à Sorbonistis damnatus est, quod ossa, carnem & sangvinem Mariæ in sacra cœna unà manducari docuerit, teste Bartholinô dissert. de latere Christi aperto p. 36.) *Libellum Supplicem ad Urbanum VIII. pro suo Elucidario: Votum Platonis, de examine doctrinarum,* sub nomine Antonii de Saura, & nonnulla alia, idiomate populari.

GEORGIUS PETTERUS, *Anglus*, Bantianus, æt. 68. Scripsit *Comment. in Evangelium Marci.*

PETRUS MANERO, *Hispanus*, Aragonius, Ordinis Loanciscani, Rector Cænobii Cæsaraugustani, deinde Aragoniæ provinciæ Præfectus, Generalis Definitor, & Ultramontanæ familiæ Vice-Commissarius, generalis, æt. 59. Dedit *Apologeticum Q. Sept. Flor. Tertulliani contra Gentiles.*

JO. DE JESU MARIA, *Italus*, Genuensis, Carmelita, Pincianus, Theol. Lector Salmantinus, Generalis Diffinitor & Præfectus Provincialis. Fecit *Phrasium mysticæ Theologiæ Jo. de Cruce elucidationem.*

JO. DE SANCTISSIMO SACRAMENTO, *Hispanus*, ex civitate regali Castellæ novæ, Carmelita excalceatus, ordinis sui Diffinitor generalis, & antea Sacerdos Calatravensis. Edidit *Disquisitiones regulares de officio & potestate Prioris claustralis, & de vicario religioso.*

30. Jan. JOH. KOBIUS, *Germanus*, Hilperhusanus Francus, Phil. & J. U. Doctor, primùm Metaph. & Log. postea Institutionum juris Professor Altorphinus, nec non Reip. Norimbergensis Consiliarius, æt. 71. prof. 40. Vulgavit *Dispp. de Principiis juris*; *De jure Naturali, Gentium & Communi*; *De ordine doctrinæ*; *De Prædicamento Substantiæ*; *De natura & constitutione Dialecticæ Aristoteleæ*; *De Prædicamentorum Protheoria, sive de Antiprædicamentis*; *Problematum Miscellaneorum Philosophicorum Decadem*; *An & quomodo affirmanti incumbit probatio? An Substantia Substantiæ sit contraria? Theorema organicum, quod habitus Analyticus in usu transeat in ipsas Scientias*: *De Constituto Possessorio &c.*

2. Febr. LUCAS HOLSTENIUS, *Germanus*, Hamburgensis Saxo, Basilicæ Vaticanæ Canonicus, & Pontificis Romani Bibliothecarius, æt. 65. Multos Scriptores nondum editos in lucem protraxit, & notis suis illustravit, *Porphyrium Philosophum, de vita Pythagoræ*; *Eundem de Antro Nympharum*; *Differt. de vita & scriptis Porphyrii*; *Observationes ad Vitam Pythagoræ*; *Notas in Eusebii Cæsariensis libellum contra Hieroclem*; *Notas & Observationes ad Stephanum de Urbibus*; *Annotationes in Geographiam Sacram Car. à Paulo*; *Italiam Cluveri*; *Tract. II. de Vitiis Pontificum Romanorum &c.*

12. Febr. AUGUSTUS BUCHNERUS, *Germanus*, Dresdensis, Phil. Magister, Poës. ac Eloquentiæ per annos 45. Professor, Alumnorum Electoralium Ephorus, & demum Academiæ Wittenbergensis Senior, in Societate fructifera dictus der Genossene / ætat. 70. In summam Nominis sui gloriam reliquit *Literatam Saxoniam, auspiciis Gustavi Adolphi, & Saxoniæ Electoris*; *Orationem de Principatu Galbæ*; *Orationem de IV. Virgilii Ecloga*; *Panegyricum memoriæ Dan. Sennerti*; *Comment. in Prudentii hymnum de Christi natali*; *Notas in Plinii Epistolas*; *Edyllia duo in Natalitia Domini*; *Annot. in Orationes nonnullas Petri Cunæi*; *Dissertationes Academicas*; *Paneg. memoriæ P. Ræberi*; *Differt. de Exercitatione styli*; *Panegyricum funebrem Joh. Georgii I. Ducis Saxoniæ*; *Annotationes in thesaurum eruditionis Scholasticæ Basilii Fabri*; *Orationes panegyricas & funebres*; *De commutata ratione dicendi*; *Comment. in Cornelium Nepotem*; *Notas in Jo. Barclaji Iconem Animorum*; *Epistolam de prælegendis Latinæ Linguæ Autoribus*; *Epistolarum partes duas*; *Poëmata*; *Manuductionem ad Poesin Germanicam &c.*

21. Febr. PETRUS SPORMAND, *Danus*, Helsingoranus, in Academ. Hafniensi Historiarum & Geographiæ Professor, ætatis 52. Emisit *Conclusiones XL. partim Geometricas, Sphæricas & Geographicas, partim Chro-*

nologi-

nologicas & Historicas; Dispp. de Geographiæ utilitate; De Palæstina; De Ægypto.

23. Febr. ALPHONSUS VASQUEZ DE MIRANDA, *Hispanus*, Zamorensis, ordinis B. Mariæ virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, Theol. Professor Complutensis, Abbas Anastasiæ in Sicilia, Concionator regius atque à Conciliis Italicarum rerum, æt. 70. Scripsit *pro jure suo ad exercendam Senatoriam dignitatem in conciliis Regiis; Gallicæ propositioni Serenissimo Vladislao IV. Poloniæ ac Sveciæ Regi exhibitæ objectam responsionem; Libros IV. de S. Ilefonso*, aliaque lingvâ sibi vernaculâ.

9. Mart. JULIUS MAZARINUS, *Siculus*, S. R. E. Cardinalis, æt. 59. Extat ejus *Ministerium.*

17. Mart. GERHARDUS WINTER, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, Ministerii in patria Senior, & ad D. Jacobi Pastor, æt. 71. Vulgavit *Sermonem de Tempore, ex Psalmo XLVI; Juramentum Jehovæ, ex Ezech. XXXIII, 11. &c.*

24. Mart. SIGISMUNDUS WEIERUS, *Prussus*, Schmodittensis, Phil. Magister, Mathem. primùm, pòst Histor. Professor Regiomontanus, & Bibliothecarius Electoralis emeritus, æt. 82. muneris 54. Academiæ per 30. annos Senior. Emisit *Dispp. de Terræ rotunditate*, & nonnulla quædam alia, eaque inter *Calendaria.*

28. Mart. FRANCISCUS BARDUS, *Siculus*, Panormitanus, ex illustri genere, S. J. Phil. Theol. moralis & Scholasticæ Prof. Studiorum in patria præfectus, insuper Sacro Tribunali S. Inquisitionis à censuris & consiliis, æt. 71. Condidit *Bullam Cruciatæ explicatam & illustratam; Dispp. Morales de Conscientia; Selectas Quæstiones ex universa morali Theologia; Comment. in Regulas juris Canonici in Sexto.*

17. April. PHILIPPUS NUTIUS, *Belga*, Antverpiensis, S. J. Theolog. moralis & sacrarum literarum Professor, deinde Comiti de Feria à Sacris Confessionibus, in primariis Belgii cathedris Concionator, æt. 64. Edidit Belgicè, tacitô suô nomine, *Demonstrationem errorum Triglandii de Pontificatu; Refutationem errorum ejusdem; Triglandium in sacco.*

27. April. PETRUS GORSIUS, *Gallus*, Albiensis, è Soc. Jesu, Rhetor. & Humanit. tum Philos. & demum Theol. moralis Prælector, nec non studiorum Præfectus, æt. 71. Formavit Gallicè *Meditationes in omnes Dominicas & festa totius anni; Explicationem in Proverbia Salomonis cum notis super locis obscuris: Explicationem in Ecclesiasticum cum notis: In Ecclesiasten Salomonis: In Sapientiam Salomonis: Salviani opera Gallicè reddita: Th. à Kempis de imitate Christi Gallicè versum: Poësin piam.*

17. Maj. GEORGIUS DE RHODES, *Gallus*, Avenionensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Lector, Collegii Lugdunen-

dunensis B. Virginis Rector, æt. 64. Soc. 48. Prodire fecit *Theologiæ Scholasticæ tomos duos*: Successit *Opus posthumum de Philosophia Peripatetica*.

31. Maj. GREGORIUS HORSTIUS, *Germanus*, Ulmensis, Phil. & Med. Doctor, Phys. Professor, & Reip. patriæ Physicus, nec non Visitator, æt. 34. Dedit *Disp. de Mania.* Promisit *Historiam Zibethi*.

6. Jun. MARTINUS MARTINIUS, *Germanus*, Tridentinus, S. J. Missionarius ad Sinenses, inque Residentia Hamucheu Superior, postea Procurator Romæ, iterum Missionarius in Orientem, æt. 47. Exaravit *Atlantem Sinensem*: *Decadem Historiæ Sinensis*: *De Bello Tartarico in Sinis*: *Relationem de numero & qualitate Christianorum apud Sinas*: Idiomate etiam Sinensi, *Librum de existentia & attributis Dei, contra Atheos*: *De Immortalitate Animæ, ex Latino Leonh. Lessii*: *De Amicitia*: *Contra Pythagoricam Transmigrationem Animarum*.

11. Jun. JOH. HÜLSEMANNUS, *Germanus*, Esenâ-Frisius, Theolog. Doctor, hujusque in Academiis Wittenbergensi & Lipsiensi Professor, Canonicus primùm Numburgensis, dein Misnensis, Capituli Cizensis Præpositus, Consistorii Assessor, Academiæ Decem-Vir, ad D. Nicolai Pastor & Superintendens Lipsiensis, æt. 59. prof. 32. Inclutus hicce Theologus ad posteros transmisit *Collegium publicum Anti-Papisticum*:

Tractatum contra necessitatem conjunctionis Evangelicorum cum Rom. Papatu: *Breviarium Theologicum*: *Animadv. in Rob. Bellarmini tom. 1. controversiarum de Verbo Dei*: *Tract. de Officio Christi Sacerdotali*: *Manuale August. Confessionis*: *Calvinismum irreconciliabilem*: *Methodum concionandi*: *Diatribam Scholasticam de Auxiliis Gratiæ*: *Dissert. de Præscriptione*: *De Phrasi Majoristica*; *Bona Opera sunt necessaria ad adipiscendam vitam æternam*: *De Bonis Operibus*: *Dialysin apologeticam problematis Calixtini de Trinitate*: *Dissert. de jure & moderatione correptionis fraternæ*: *Judicium de desiderio & studio sarciendæ concordiæ Ecclesiasticæ*; *Extensionem Breviarii Theologici*: *Apologiam Ministerii Evangelici pro Ministro Ordinationis Sacerdotalis*: *Comment. in Proph. Jeremiam & Threnos*: *Dispositiones Epistolares*: *Vindicias S. Scripturæ*: *Prælectiones in librum Concordiæ*: *Patrologiam*: *Orationes & Disputationes Theologicas quàm plurimas*: Germanicè *Pentagonum Christianum*: *Myrtum Lipsiensem &c.*

8. Jul. THEOPHILUS GROSGEBAUR, *Germanus*, Ilmensis Thuringus, Phil. Magister, Diaconus ad S. Jacobi Rostochiensis, æt. 34. minist. 8. Elaboravit *Tractatum de veteri Religione*: *Tubam Sionis*: *Informatorium de Regeneratione*: *Remedium contra pestem Atheorum*: *Dispp. de jure Primogenituræ*: *De Politia Nazaræorum*: *De jure Leviratus*: *De*

Pœna Zerith & de præceptis Noachidarum: De æstimatore actionum, ex lib. III. Nicomach. &c.

15. Jul. FRANC. GONZALEZ, *Hispanus*, Sanctacrucius in Bætica, Philosophiæ primùm in patria Professor, dein Summi Pontificis Pœnitentiarius, æt. 71. *Ejus est Logica tripartita, id est, Vocalis, Realis & Rationalis, ex mente Aristotelis, S. Augustini & S. Thomæ: Philosophia de Physico auditu: Metaphysica.*

28. Jul. PAULUS DE BARRY, *Gallus*, Narbonensis, Soc. Jes. Phil. Prælector, Domus Probationis Avione, deinde Collegiorum Aquensis, Nemausensis, & demum totius provinciæ Lugdunensis Rector, Romæ quoque Procurator, æt. 74. Soc. 56. Gallicè exaravit *Blanditias Sacras, quibus Philagia captat amorem Christi: Sacrum Philagiæ cum Sanctis fœdus: Cœlum Philagiæ apertum à centum pietatis operibus erga Deiparam: Philagiæ Solitudinem, seu exercitia Spiritualia: Sancta Consilia Philagiæ: Alimenta pietatis erga S. Josephum: De Beneficiis & cultu SS. Angelorum: Annum Sanctum: Magnificentiam Dei erga Matrem: Philagiæ triduum: De cultu & beneficiis S. Ursulæ & Sociarum: Praxim Virtutum: Praxim Perfectionis: Philagiæ meditationes de vita Christi & Sanctorum in singulos anni dies: Medit. de Deipara: Meditationum penum spiritualem in singulos Sabbati dies: Meditat. in Evangelia: Paulinum & Alexim, illustres Deiparæ amantes: Mortem utriusque cum variis epistolis: Centum illustres de Domo Dei in omni hominum ordine: Vitam S. Alexi &c.* Ex his complures libelli translati sunt in lingvam Latinam, Italicam & Germanicam.

29. Jul. FRANC. PINHEIRUS, *Lusitanus*, Gouvensis in diæcesi Conimbricensi, ord. Jesuitici, literarum humaniorum, Philos. & Theol. tam moralis, quàm Scholasticæ Prof. in Academia Eborensi, ejusque Cancellarius, æt. 65. Soc. 50. Edidit *Tractatum de censu & emphyteusi.*

12. August. CAROLUS FEVRETUS, *Gallus*, Divionensis, Consiliarius & Secretarius Regius tam in Parlamento, quàm Senatu Burgundensi, æt. 78. Composuit *Dialogum de claris fori Burgundici Oratoribus: Tractatum de errore & lapsu mentis &c.* idiomate patriò.

27. Aug. GEORGIUS BUSTRONIUS, *Græcus*, S. J. Philos. & Theol. Mor. Lector, postea Summi Pontificis Pœnitentiarius annis amplius 30. æt. suæ 76. Soc. 51. Transtulit in Græcum idioma vernaculum *Roberti Cardinal. Bellarmini librum de ascensione mentis in Deum.*

5. Sept. ADRIANUS VAN LYERE, *Belga*, Antverpiensis, è Soc. Jesu, Rector Casleti in Flandria, Mechliniæ atque Bruxellis Concionator, æt. 63. Exaravit, sub alterius nomine, *Tractatum de præstantia & cultu sanctissimi nominis Mariæ*, Gallicè, Hispanicè atque Teutonicè postea ab

aliis redditum: *Trisagion Marianum: De imitatione Jesu patientis: Apophthegmata Sacra S. Ignatii de Loyola: Viam cœli per Rosaria*, Belgicè.

12. Sept. GULIELMUS TAYLOR, *Anglus*, Righleiâ-Eboracensis, Artium Magister, primò Keintonensis, pòst Cirencestriensis Ludimagister, tum Parochus S. Stephani Londinensis, ætatis 46. Reliquit *Conciones varias.*

13. Sept. HENRICUS A POSER ET GROSNÆDLITZ, *Germanus*, Eques Silesius, in Ducatu Schwidnicensi & Jaurensi Præfectus Provincialis, æt. 63. Typis prodiit *Diarium Itineris sui ex Constantinopoli in Armeniam, Persiam & Indiam.*

29. Sept. FELIX FELICIUS, *Sabinus*, Montopolitanus, S. J. Rhetor. & Græcæ Lingvæ Lector. Ab eo habetur *Onomasticum Romanum* i. e. *Dictionarium Italico-Latinum.*

30. Sept. DIDACUS DE CELEDA, *Hispanus*, Toletanus, S. J. Human. Philos. & Theol. interpres partim Compluti, partim Madriti, collegiorum Complutensis & Matritensis Rector, æt. 77. Soc. 55. Emisit *in Sacram Scripturam tomos VI.* scilicet *Comment in Judith: In Historiam Tobiæ: In Estherem: In Rutham: In Susannam Danielicam: De Benedictionibus Patriarcharum electa Sacra.*

2. Octobr. BARTENUS HOLYDAY, *Anglus*, Oxoniensis, Artium Magister, & in patria Archidiaconus, Theol. Professor, æt. 68. Scripsit

de Anima, & ejus habitibus intellectualibus: Artium Connubium: Conciones varias: Persii Satyras, recognitas, auctas & illustratas: Annotationes in Juvenalis Satyras: Poëma, cui titulus est; *orbis terrarum inspectio.*

6. Octobr. MARTINUS ZEILERUS, *Germanus*, primùm Linzii moderator Scholæ, deinde Notarius Cæsareus, & Gymnasii Ulmensis Visitator, æt. 72. alterô tantùm oculô suos labores omnes peregit, dextrô à teneris vitiatô. Adornavit *Historicorum, Chronologorum & Geographorum celebrium Partes tres: Fidum Achatem, sive Itinerarium per Germaniam & regna vicina: Theatrum tragicum Franc. Rosseti è Gallico in Germanicum translatum, notisque illustratum: Itinerarium Galliæ: Itinerarium Hispaniæ: Itinerarium Germaniæ: Itinerarium magnæ Britanniæ: Itinerarium Italiæ: Topographiam Helvetiæ: Topographiam Sueviæ: Topographiam Alsatiæ: Topogr. Bavariæ: Topogr. Palatinatus Rheni & vicinarum Regionum: Topogr. Archiepiscopatus Moguntinensis, Trevirensis & Coloniensis: Topogr. Hassiæ: Topogr. circuli Westphalici: Topogr. Franconiæ: Topogr. Austriæ: Topogr. Bohemiæ: Topogr. Saxoniæ superioris & inferioris: Topogr. Brandeburg. Pomeraniæ, Borussiæ & Livoniæ: VI. Centurias Epistolarum: Descriptionem Hungariæ: Descriptionem Poloniæ: Sveciæ: Daniæ & Norwegiæ, Circuli Burgundici: Nucleum Historiarum: Chronicon parvum*

Sueviæ:

Sveviæ: Centuriam Dialogorum Historico-Politicorum: Manuale: Topographiam Galliæ: Indicem historicum multorum Sanctorum, martyrum, Ecclesiæ Doctorum &c. *Collectanea: IV. Centurias variarum Quæstionum: Compendium itinerarii Germaniæ Nov-antiquæ*, & nonnulla alia.

15. Octobr. JO. DE LA HAYE, *Gallus*, Parisiensis, Ordinis Franciscani, Reginæ Hisp. Annæ de Austria Concionator Aulicus, æt. 68. Relig. 50. Composuit *Tomos III. Commentariorum in Genesin; II. in Exodum: Tom. II. in Apocalypsin: Homilias* sub titulo; *Arbor vitæ &c.* Collegit quoque variorum in universa S. Biblia expositiones, quibus titulum fecit *Biblia Maxima, XIX. voluminibus.*

16. Octobr. JOH. FRANCKENIUS, *Svecus*, Westmannus, Philos. Magister, Medicinæ Professor Upsaliensis, æt. 71. Composuit *Dissert. de innocenti occisorum corporum sanguine, qui ad præsentiam sicarii & homicidæ ubertim ex vulnere profluit & extillat: De Siderum cœlestium in sublunaria corpora influxu, vi & efficacia: De Anatomes definitione, divisione & subjecto: De causa efficiente & finali Anatomes: De transmutatione Metallorum Hermetico-Philosophicam Dissertationem: De Origine formarum: De Nicotianæ herbæ sive Tabacci virtutibus: De corporis humani in suas partes divisione: De principiis constitutivis lapidis Philosophici:* Idiomate Germanicô, *de Signaturis Herbarum:* Svecicô *Colloquium Philosophicum cum Diis montanis, seu Dialogum de metallorum transmutatione ac confectione auri: Speculum Botanicum, continens herbarum vocabula Latina & Svecica.*

26. Octobr. JOH. BALTHASAR SCHUPPIUS, *Germanus*, Giessensis Hassus, Philos. Magister, primùm Eloq. & Histor. in Acad. Marpurgensi Professor, deinde Theol. Doctor, simul etiam equestris ordinis Teutonici Pastor, tum Concionator Aulicus Dn. Joannis, Landgravii Hassiæ, & vicinarum Ecclesiarum Superintendens, nec non in conventu Monasteriensi & Osnabrugensi, ad negotium Pacis, Ecclesiastes, novissimè ad D. Jacobi Pastor Hamburgensis, æt. 51. officii 26. Ejus est *Deucalion Christianus, sive de vero natali Jesu Christi: Panegyricus memoriæ D. Conradi Dieterici: Cynosura temporum, seu Series Historica & Chronologica, à mundi exordio, per IV. Monarchias: Sceleton Chronologiæ: Hercules Togatus: Consecratio Avellini: Ineptus Orator: Xenium, sive de usu & præstantia nihili: Eusebia Præambulans: Aurora: Oratio de vita & obitu Dn. Friderici, Hassiæ Landgravii: De Opinione: De Arte ditescendi: Volumen Orationum solemnium & panegyricarum:* Germanicè *Jobus afflictus: Memoriale Hamburgicum: Septem Furiæ, quibus hodie servi & ancillæ exagitantur: Amicus in Calamitatibus: Lucidor Vindicator. Salomo, sive Speculum Magistratus: Lucianus: Scripta apologeti-*

logetica contra M. Bernh. Schmidium &c.

27. Octobr. THOMAS BANGIUS, *Danus*, Flemlosiâ-Finus, primùm Phil. Magister, & Hebraic. Lingvæ Professor, pòst Theol. Doctor ejusdemque Professor in regia Academia Hafniensi, æt. 61. prof. 31. Hujus industriæ debemus *Exegesin dicti Jerem. XXIII, 24: Vindicias Locorum Genes. XLVIII, 16: Genes. IV, 1. Ps. XIX, 1: Beneficia divina erga Daniam: Fontium Israëlis Triadem; Jonam, Micheam, Ruth: Glottologiam, de ortu Lingvarum: Exercitationes VIII. Literariæ Antiquitatis: Observationum Philologicarum Libros duos: Laurum Delphicam: Hermetem Hebraicum: Verna Sponsalia divæ Philosophiæ: Phosphorum inscriptionis hierosymbolicæ: Tropæum Evangelicum, de vera lectione; ipsum conteret tibi caput: Exercit. Acroamaticam de curis boni Auditoris: Auroram Latinitatis: Præcepta Grammaticæ Latinæ minora: Exercit. de Gigantibus: Olivam sacræ pacis repurgatam: Cælum Orientis & prisci mundi: Epitomen elegantiarum Syntaxeos Latinæ &c.*

27. Octobr. JO. OLIVER, *Anglus*, Theol. Doctor, Collegii apud Oxonienses Magdalenensis Præses, Decanus Wigorniensis. Dedit Anglicè *Præparationem ad mortem.*

31. Octobr. PETRUS MAMBRUN, *Gallus*, Avernus, Claromontanus, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Prof. æt. 60. Soc. 41. Scripsit Poëmate Epi-

cô *Constantinum, sive Idololatriam debellatam: Eclogas & Lib. IV. de cultura animi: Dissert. de Poëmate Epico: Doctrinam Peripateticam.*

1. Nov. JONAS SCHLICHTINGIUS, à Buckowiec, Eques *Polonus*, primùm Pastor Racoviæ, pòst Luclavicis Socinianus, ob editam fidei suæ confessionem patria proscriptus, libroque isto publicè in foro Warsaviensi carnificis manu combusto, obiit in exilio Zelichoviæ in Marchia Brandeburgica, æt. suæ 59. Emisit *Comm. in epistolam ad Hebræos: In tria priora capita epistolæ ad Romanos: In Evangelium Johannis: Responsionem ad Scriptum & Antapologiam Danielis Clementini: Comment. in epist. ad Galatas: Quæstiones duas: Disp. de SS. Trinitate, de moralibus N. & V. Testamenti præceptis, de sacris Eucharistiæ & Baptismi ritibus adversus Balth. Meisnerum: Tres quæstiones de Trinitate: Confessionem fidei Christianæ* (Socinianæ) *Notas*, sub nomine Jo. Simplicii, *in doctissimi cujusdam Viri*, (videl. Hugonis Grotii) *commentationem ad 2. caput epistolæ 2. ad Thessalonicenses: Notas in Concionem Vechneri de c. 1. Evangelii S. Johannis: Orationem ad Jesum Christum filium hominis*, & plurima alia tenebris digna.

5. Nov. LUDOVICUS RICCIUS, *Italus*, Romanus, S. J. Humanitat. Phil. & Theol. moralis Professor, collegiorum Tiferni & Senis Rector, æt. 56. Soc. 38. Foràs dedit Italicè

Tracta-

Tractatum de Remediis pro Conscientiis scrupulosis.

7. Nov. HENRICUS SCHÆVIUS, *Germanus*, Chiloniensis Holsatus, Poëta Laur. Cæsareus, Med. Doctor, primùm in Gymnasio Sedinensi Græcæ Lingvæ & Poëf. Professor, deinde Gymnasii Thoruniensis Rector, æt. 37. Peste. Ab ingenio ejus felicissimo habemus *Dissertationum Philologicarum Decadem*, *de origine Lingvarum & quibusdam earum differentiis*: *Mythologiam Deorum & Heroum*: *Sceleton Geographicum*: *Vocabularium Grammaticale ad Eumethodiam didacticam concinnatum*: *Nomenclatorem Mnemonicum*: *Metamorphoses Sacras*: *Ideam Jurisprudentiæ Romanæ*: *Duo Dramata de Pentæstasia & Hercule Thalassio*: *Sermonem epinicium super liberatione Urbis Stetini*: *Fortificatoriam*: *Orationes & Carmina varia.* Reliquit *Paraphrasin & Lexicon Statianum* hactenus ineditum.

22. Nov. DANIEL HEIMBURGERUS, *Germanus*, Quedlinburgensis Saxo, Phil. Magister, initio Scholæ Cænobitanæ Roslebiensis Rector, inde ad D. Ægidii in patria Pastor, Consistorii Aulici Assessor, demum Superintendens & ad D. Benedicti ibidem Pastor, æt. 55. Minist. 27. Publicavit *Disputationes Logicas*: *Tractatum de Syllogismo Modali*: *Examen vitæ, juxta Decalogum*: *Probam Fidei*, & fortè quædam alia.

29. Nov. BRIANUS WALTONUS, *Anglus*, è Clevelandia Eboracensis,

Episcopus Cestriensis, æt. 62. Excudi procuravit *Biblia Polyglotta*: *Dissertat. de Lingvis Orientalibus*: Anglicè *Confutationem libri D. Oweni, contra Biblia Polyglotta.*

6. Dec. JACOBUS GOUTOULAS, *Gallus*, Tolosas, S. J. Humaniorum literarum Lector, Præfectus Scholarum inferiorum, Spiritualis Adjutor, æt. 71. Edidit Latinè duobus tomis *Universalem Historiam profanam, à Christo nato, ad annum 1640, cum Imperatorum Regumque Franciæ iconibus.*

8. Decembr. HENRICUS MORUS, *Anglus*, Essexiensis, S. J. Instructor Patrum tertiæ probationis, & Rector collegiorum Anglorum Audomaropoli, dehinc Procurator congregationis Procuratorum, & Elector Congregationis Generalis Octavæ Romæ, æt. 74. Soc. 54. Exaravit Latinè *Vitam & doctrinam Christi, in meditationes quotidianas per annum digestam*: *Historiam Missionis & Provinciæ Anglicanæ Societatis Jesu ab anno 1580. usque ad 1635.* Transtulit quoque ex Hispanico in Anglicum, præfixis literis H. M. *Manuale meditationum Thomæ Villacastin*: ex Latino *Hieronymi Plati de bono Status Religiosi.*

8. Decembr. LUDOVICUS JACOBI, *Belga*, Bruxellensis, Soc. Jesu, Coadjutor Spiritualis & Concionator, Domus Probationis Rector Lyræ, æt. 67. Reddidit Flandricè *Exercitia quotidiana Christianorum Nicolai Caussini*:

fini: Speculum Virginum in seculo virginitatem voventium: Ingressum in vitam æternam &c.

22.Dec. THOMAS LUSHINGTON, *Anglus*, Sandovico-Cantianus, in aula Latiportensi & collegio Lincolniensi Studens, Artium Magister, Episcopo Oxoniensi à Sacris, Theol. Doctor, Rector de Burnham Westgate, Canonicus Sarisburiensis, nec non Regis Caroli I. Capellanus, æt. 72. Emisit *Commentaria in Epistolam ad Hebræos: In Epist. ad Galatas: Logicam analyticam de principiis, regulis & usu rectæ Rationis.*

ANTONIUS ÆMILIUS, *Germanus*, Aquisgranus, Histor. & Polit. per annos plus quàm XXVI. Professor Ultrajectinus, æt. 73. Ab eo prostat *Oratio de Politicis Artibus Principis Augusti: Oratio in obitum Henrici Reneri: De civili ambitione: Allocutio ad Cæsarem Germanicum jam moribundum: Orationes variæ.*

DIDACUS GARZIA DE TRASMIERA, *Hispanus*, Valladolitus, Abbas Hormedensis, Palentinæ Ecclesiæ Canonicus, S. Jacobi ordinis Eques, cùm Pinciæ Valentiæque, tum Siciliæ ac Toleti Apostolicus Inquisitor, unde præfectus curiæ regiæ Pampilonensis, Supremus Fidei Senator, tandemque designatus Zamoræ Episcopus. Reliquit hæc post se testimonia sui non obscura, scil. *De Polygamia & Polyviria libros III: Stimulum Fidei, sive de obligatione revelandi hæreticos, & de hæresi suspectos: De Correctione fraterna Tractatum.*

MICHAEL RUPERTUS BESLERUS, *Germanus*, Noribergensis, Medic. Doctor inque patria Practicus, ætatis 54. Ejus est *Admirandæ fabricæ humanæ, mulieris partium generationi potissimum inservientium, & fœtus delineatio: Gazophylacium rerum naturalium, è regno vegetabili, animali & minerali depromptarum: Observatio Anatomico-Medica singularis, mulieris tres Filios viventes enixæ; puerpera verò, retentis secundinis, extremum quasi halitum spirabat, intra aliquot horarum spatium cum admiratione evasit &c.*

FELIX CALVUS, *Italus*, Medicus. Scripsit *de Aneurysmate, cancerosis ulceribus, capitis vulneribus: Consilia de Scirrho.*

EDOARDUS GEE, *Anglus*, Lancastriensis, collegii Oxoniæ Æneanasensis Socius, Artium Magister, Rector de Eccleston in agro Lancastriensi. Dedit librum, cui titulus; *Jus divinum & origo Magistratus civilis à Deo.*

JOH. CONRADUS RHUMELIUS, *Germanus*, Neagorâ-Palatinus, Medicinæ Doctor & Practicus Noribergensis, simulque Principis Anhaltini Archiater, æt. 64. Publici juris fecit *Historiam morbi, qui ex castris ad astra, à rastris ad rostra, ab his ad aras & focos se penetravit: Philosophiam Animalem: Prophylacen Medico-Practicam lucis Epidemiæ ἐγκεφαλονόσου: Historiam Morbi castrensis: Dissert.*

fert.

fert. de humani partus natura, temporibus & causis: Loimographiam: Theologiam Vegetabilem: Clangorem Buccinæ mortalium angorem, excitantem & citantem ad ædes æternitatis Reges, Principes, Consules &c: Apocalypsin Johan. paraphrasi poëtica redditam: Invidiam & calumniam: Resurrectionem, Apparitionem, Ascensionem, Missionem Spiritus Sancti Eidylliis recensitam: Emblemata Miscellanea: Paraphrasin Danielis Prophetæ poëticam: In Sapientiam Salomonis: Hortum Poëticum: Apophthegmata Imperatorum & Principum: Libb. IV. de varietate Fortunæ.

HENRICUS VAUGHAN, *Anglus*, Nervinienſis, Artium Magiſter, Verbi Miniſter Oxoniæ, Rector de Penteg, in Comitatu Manumethenſi. Reliquit *Conciones varias.*

ANNO 1662.

16. Jan. BARTHOLOMÆUS ELSNERUS, *Germanus*, Theol. Doctor, hujus & Hebr. Lingvæ Profeſſor, nec non Paſtor ac Miniſterii Senior Erfurtenſis. Scripſit Germanicè *Libellum de omnibus neceſſariis Articulis Religionis Evangelicæ*: Latinè *Diſpp. Theologicas &c.*

17. Jan. THOMAS MASCAMBRUNUS, *Italus*, Beneventanus, S. J. Phil. & Theol. Profeſſor, Collegii Neapolitani Rector, æt. 79. Soc. 64. Tranſtulit ex Hiſpanico Italicè, tacitô nomine ſuô, *Manuale Exercitiorum Spiritualium, ad Orationem mentalem compoſitam à Th. Villacaſtin.*

18. Jan. CHRISTIANUS KEIMANNUS, *Bohemus*, Phil. Magiſter, Poëta Laur. Cæſareus, & Scholæ Zittavienſis Rector, æt. 55. Ejus habetur *Mnemoſyna Sacra, ſive Biblia Monoſtichis memorialibus expreſſa: Enchiridion Grammaticum: Tabula declinationum, motionis, comparationis, conjugationum, contractionum & accentuum in Encliticis apud Græcos compendioſa: Rhetorica, memoriæ cauſa verſibus incluſa Hexametris: Logica, Arithmetica*, quæ deinceps prodierunt ſub titulo; *Pædia Scholaſtica compendioſa: Libellus de variis in Romano Imperio valentibus nummis &c.*

29. Jan. ROBERTUS SANDERSON, *Anglus*, Rotheramiâ-Eboracenſis, Artium Magiſter, Rector de Bothby, tum Theol. Doctor & Profeſſor Oxonienſis, demum Epiſcopus Lincolnienſis, æt. 76. Exaravit *Logicæ & Phyſicæ compendium: De juramenti promiſſorii obligatione Prælectiones ſeptem: De obligatione conſcientiæ Prælectiones decem.* Anglicè *Quæſtiones duas practicas ſolutas; Epiſcopatum regiæ poteſtati nequaquam præjudicare: Quinque Quæſtiones practicas ſolutas: Sermones XXX. & amplius &c.*

29. Jan. HYACINTHUS MANARA, *Italus*, Cremonenſis, S. J. & J. Utr. Doctor, collegiorum Balneocaballenſis & Immolenſis, æt. 65. Soc.

36. Edi-

36. Edidit Italicè librum, cui titulum fecit *Noctes Melancholicas*, in quo tractat *de adjuvandis Condemnatis ad mortem*: Et opus aliud inscriptum: *Dies lætos*, quò docet *modum vitandi peccata in omni conversatione humana.*

9. Febr. MICHAEL WALTHERUS, *Germanus*, Noribergensis, primùm Ducissæ Brunsv. & Lüneb. Elisabetæ à Concionibus aulicis, deinde Theol. Doctor & Prof. Helmstadiensis, porro Comitis Frisiæ Orientalis Concionator aulicus primarius & Superintendens generalis, denique Ecclesiarum in Ducatu Lunæburgensi Superint, Generalis, æt. 69. Concinnavit, in posterorum usum, *Introitum ad Psalterii Sacrarium*: *Dissertationum Theol. quaternionem*: *Harmoniam Biblicam*: *Tractatum de Manna*: *Officinam Biblicam*: *Gemitum Columbæ Lutheranæ*: *Exercitationes Biblicas*: *Grammaticam Hebræam*: *Tabulaturam Evangelicam, seu Syllabum Oraculorum Biblicorum*: *Spongiam Mosaicam*: *Centuriam Miscellaneorum Theologicorum*: *Quadragenam Miscellaneorum Theologicorum*: *Threnologiam de vita & obitu D. Salom. Glassii*: *De Immortalitate Animæ Tractatum*: *Spicilegium Controversiarum de Nominibus Dei*: Germanicè *Anti-Clutonem*: *Explicationem Epistolæ ad Hebræos*: *Postillam Mosaicam*: *Propheticam*: *Hiero-Psalticam*: *Evangelicam*: *Mystico-Physicam*: *Gloriam Catechismi*: *Horologium mortis*: *Novem Beatitudines Organorum Passionalium*: *Prolegomena & Præcognita Apocalyptica*: *XIII. Sermones de Tempore*: *Explicationem Orationis Dominicæ*: *De S. Baptismo &c.*

9. Febr. FRANC. BENIGNUS, *Gallus*, Avenionensis, è Soc. Jesu, human. literarum & Phil. Prælector, Ecclesiastes, collegiorum Canberiensis, Viennensis, Aquensis & Domus Probationis Lugdunensis Rector, æt. 80. Emisit *Clypeum honoris, seu Orat. funebrem in obitum D. Ludovici de Berton.*

17. Febr. CONRADUS BARTHELS, *Germanus*, Halberstadiensis, Philos. Magister, Pastor & Superintendens primùm Clodensis, pòst Misenensis, æt. 56. Minist. 28. Reliquit *Conciones funebres varias*: *Dispp. de oppositione Enunciationum &c.*

17. Febr. JOH. ZECHENDORFFIUS, *Germanus*, Côsnicensis Misnicus, Phil. Magister, primùm Con-Rector, deinde Rector Scholæ Schnebergensis, demum Rector Cygneus, æt. 81. officii Scholast. 52. Potissima B. Senis Scripta sunt *Præcognita & Gymnasium Latinæ Linguæ*; *Sepimentum Gymnasii*: *Methodus, sive Didactica*: *Lexicon Latinæ Linguæ*: *Tabulæ Græcæ Linguæ*: *Circuli ad conjugationes & declinationes Hebraicas, Chaldaicas, Syriacas, Arabicas, Persicas, Turcicas facilè addiscendas, æri incisi*: *Manuductio ad circulos illos*: *Lexicon Harmonicum analogicum Hebraicum*: *Lexicon Arabicum Photicon ex Psalterio Savariano aliisque*: *Lexicon Arabicum, ex Alcorano, multisque aliis*

aliis Arabicis Scriptoribus collectum: Lexicon Persicum: Scita Arabica: Precationes Arabum Latinè versæ: Alcoranus Latinè versus, & plerúque in Suratis confutatus: Fabulæ Muhammedicæ carmine Epicô refutatæ: Compendium Theologiæ Reineccii Arabicè versum: Psalmi plurimi versibus Th. Eberti Arabica versio: Jo. Ulrici Müslingi Scripta Arabicè versa: Benstii disticha Evangelica Hebraicè versa &c.

3. Mart. MOYSES DU BOURG, *Gallus*, Sanctonensis, S. J. Rhetor. & Philos. Lector, Concionator in præcipuis Urbibus Aquitaniæ, æt. 64. Soc. 47. Edidit Gallicè *Jansenismum fulmine ictum ab Innocentio X. & Historiam Jansenismi.*

6. Mart. GEORGIUS REEB, *Germanus*, Eystadianus, S. J. literarum humaniorum, Philos. & Theolog. moralis Professor, Collegiorum Mindelheimensis, Dilingani, Domus Oetinganæ Rector, æt. 69. Soc. 47. Monachii. Dedit foràs *Distinctiones & Axiomata Philosophica: Prudentiæ Christianæ Regulas, motiva media & exempla: Quæstionem; An Seculares debeant, ac possint vitare peccata mortalia, ac Deum amare super omnia? Trithemium recusum & auctum, cum epistola, de Sacerdotali Statu.*

9. Mart. MICH. GOMEZ DE LUNA ET ARELLANO, *Hispanus*, Eques S. Jacobi ordinis, primarius juris Pontificii interpres, Hispali cùm Triumvir litium in domo Indicæ negotiationis judicandarum, tum in proprio ejus Urbis Prætorio judex, Granatensis deinde juridici Conventus Senator, pòst Superintendens justitiæ militaris generalis, demum in Curia regia militariumque ordinum Concilio Senator. Typis subjecit *Opera juridica tripartita: De Juris ratione & Rationis Imperio libros IV: Singularium Lectionum librum: Juris Canonici Antilegomena: Supplicationem ad Innocentium X. pro immaculata conceptione Virginis Mariæ: Theoremata Sacra, Theologica & juridica, Topica & Anaglyphica, pro immaculata Deiparæ Virginis Conceptione.*

14. Mart. CHRISTIANUS LANGE, *Germanus*, Luccaviâ-Saxo, Phil. & Med. Doctor, primùm Physiologiæ, dein Anatom. & Chirurgiæ, demum Pathologiæ Professor in Acad. Lipsiensi, necnon ibidem Practicus, æt. 43. muneris 18. Exaravit *Miscellanea curiosa: De Thermis Carolinis: De Acidulis Egranis: Parentale μνῆμα honori D. Joh. Zeidleri: Dispp. de morbo Hungarico: De Morbillis: De Lacte humano: De generatione calculi humani: De curatione calculi humani: De Elexir proprietatibus: De Catarrho &c.*

15. Mart. ANDREAS KUNADUS, *Germanus*, Dôbelâ-Misnicus, Phil. Magister, primùm Conrector, mox Rector Portensis, inde Pastor & Superintendens Leisnicensis, porrò Pastor & Superint. Grimensis, denique Theol. Doctor, Prof. & Alumnorum Ephorus Wittebergensis, æt. 60. offic. 32. Condidit *Locorum*

Theologicorum compendium: Constantinum Magnum Evangelicum, contra Jod. Keddium: Hypomnemata, seu methodum concionandi: Comment. in XII. Prophetas minores: Dispp. Theol. de Conciliis Ecclesiasticis: De Pœnitentia Ninivitarum: De Sanctis redivivis: De Confessione Petri: De Lectione Biblica Laicorum: De Conversione Hominis ab infidelitate ad fidem, ex Jerem. 31, 18. 19. &c.

20. Mart. ANTONIUS JULIUS BRIGNOLE, *Italus*, Genuensis Patritius, Ducis Genuensis Filius, Reip. patriæ Senator, & ad Regem Hispaniæ Legatus, tum S. J. Sacerdos, æt. 57. Societ. 10. Elucubravit varia, ex quibus *Oratio habita in coronatione Jo. Stephani Doria, Ducis Reip. Genuensis: Columna pro Animabus Purgatorii: Tacitus cribratus, seu Discursus Politici & Morales: Maria Magdalena peccatrix & conversa: Celimaurus, sive Historia Hispanica: Sanctissimum Rosarium meditationibus illustratum: Vita S. Alexii descripta, & variis episodiis locupletata: Satyricus innocens, seu Epigrammata ex Græco traducta: Instabilitates ingenii divisæ in octo diætas: Duo Annuli: Discrimen inter æternum & temporale &c.*

25. Mart. BRIANUS DUPPA, *Anglus*, Lewshamiâ-Cantianus, Artium Baccalaureus, Theol. Doctor, Capellanus regius, & Ædis Christi Decanus Oxoniæ, tum Episcopus Cicestrensis, pòst Sarisburiensis, & demum Wintoniensis, nec non Eleemosynarius. Composuit *Animæ Soliloquium, ex Psalm. XLII, 5: Vitam Jo. Spotiswoodi Archiepiscopi Scotensis: Ductorem Pœnitentium, sive modum succurrendi Animæ piæ, peccati vulnere laboranti.*

25. Mart. NICOLAUS RIDEMANNUS, *Germanus*, Chilonensis Holsatus, Theol. Licent. & Ecclesiastes Templi Mariani Rostochiensis, æt. 52. Reliquit *Conciones aliquot funebres: Syntagma Theologicum.*

30. Mart. WOLFGANGUS ERNESTUS TUNTZELIUS, *Germanus*, Vinariensis, Comes Palat. Cæsareus, Theol. Doctor, Ecclesiæ Torgaviensis Pastor & Superintendens, æt. 52. Minist. 25. Dedit *Musarum Pegasum & Hippocrenen, i.e. Orationem de ingenii humani natura, varietate & præstantia: Dispp. de occultis Qualitatibus: De Ecclesia &c: Conciones funebres*, & fortè alia.

1. April. HENRICUS ARNINGIUS, *Germanus*, Osnabrugo-Westphalus, primùm Rector Scholæ, deinde Oratoriæ Professor, tum Rector & Inspector Gymnasii, novissimè ad D. Nicolai Pastor ac Ministerii Ecclesiastici Senior Revaliensis, æt. 52. Concinnavit *Medullam variarum, earumque, in Epistolis usitatissimarum Formularum: Medullam variarum, earumque in Orationibus usitatissimarum Connexionum.*

1. April. GEORGIUS ERNESTUS, *Germanus*, Oberdorffensis Svevus, S. J. Coadjutor Spiritualis, Ecclesiastes in æde cathedrali Ratisbonensi, æt. 59. Ambergæ. Scripsit Germanicè

manicè *de Vocatione Ministrorum Ecclesiæ Acatholicorum: Refutationem Responsionis, quam ad priorem librum reposuit Salomon Lenrzius.*

2. April. HENRICUS RAHNE, *Germanus*, Brunsvicensis Saxo, J. U. Doctor & Professor Rostochiensis, demum totius Academiæ Senior, æt. 62. offic. 29. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de legitima Defensione & moderamine inculpatæ Tutelæ: De Libellis: De Concursu Actionum: De concursu & prioritate creditorum: De jure Belli ac Pacis: De Testamentis: De Tutelis: De Fidejussione: De Jurejurando: De Injuriis & famosis libellis: De Cautionibus: De Servis: De privilegiis Nobilium &c.*

8. April. BRIGITTA TOTT, Nobilis, *Dana*, in Sælandia nata, Matrona erudita, æt. 53. Soræ. Transtulit *Luc. Annæi Senecæ Scripta in linguam vernaculam: Epictetum: Varia alia ex Gallico & Anglico idiomate traducta* typis subjecit.

12. April. CHRISTOPH. TINCTORIUS, *Prussus*, Drenckfortensis, Phil. & Med. Doctor, Professor in Acad. Regiomontana primarius, Electoris Brandeburgici Archiater & Consiliarius, æt. 58. offic. 27. Reliquit *Dispp. Medicas de Febre maligna: De Arthritide: De Scorbuto: De Medicamento universali, sive Chymicorum panacea: De affectu illo, qui in Regiom. Academia in Studiosos communi communis Convictorii victu utentes, sæviit hactenus, eorumque complures brevi tempore extinxit: De Apoplexia &c.*

14. April. GULIELMUS FIENNES, *Anglus*, Exoniensis, Vicecomes Say & Seal, collegii novi Socius Oxoniæ, æt. 80. Exaravit *Responsionem ad dissertationem, cui titulus; Veritatis manifestarium: Stultitiam & amentiam patefactas, sive varia in Tremulorum doctrinam & praxin conscripta: Tractatum de Fœnore*, Anglicè.

17. April. JO. FRONTEAU, *Gallus*, Andegavensis, Canonicus Regularis S. Augustini, Academiæ Parisiensis Cancellarius, æt. 48. Publicavit *Epistolarum Volumen: Refutationem eorum, quæ contra Thomæ Kempensis Vindicias scripsére Robertus Quatremaire & Joh. de Launoy &c.*

8. Maji PETRUS HEYLIN, *Anglus*, Burfordiá Oxoniensis, Battelarius, dein Commensalis in aula Cervina Oxoniæ, coll. Magdalensis Socius, Artium Baccalureus, Danversio Baroni à Sacris, Theol. Baccalaureus, Regiq; à Sacris, Præbendarius Westmonasteriensis & Sub-Decanus, tandem Theol. Professor, Rector de Warnborough & justitiarius, æt. 63. Vulgavit *Historiam S. Georgii de Cappadocia, Angliæ Divi Tutelaris: Augustum: Historiam Sabbati: Cosmographiam: Responsum ad Epistolam Episcopi Lincolniensis: Ad Conciones duas Henr. Burtan: Antidotum Lincolniense: Articulorum librum uniformem: Replicationem Dissertationis Doctoris Hakewill de Sacrificio Eucharistiæ: Manuductionem Historicam, in qua recensentur Angliæ Reges, Archiepiscopi*, Epi-

Episcopi, Duces, Marchiones, Comites &c: Historiam Episcopatus, sub nomine Theophili Churchman: *Tractatum de Liturgiis: Crucem nigram: Rebellium Catechismum: Enarrationem de morte & passione R. P. Guil. Laud, Archiep. Cantuariensis: Expositionem Symboli: Galliam lustratam: Resp. ad libellum D. Nicolai Bernard: Responsum ad quædam in historia Caroli I. à Sandersono: Historiam de vita Caroli I: Extraneum vapulantem, sive observatoris vindicias adversus impetus Hamondi L' Estrange & D. Bernard: Certamen epistolare contra Rich. Baxterum, Nic. Bernard. & Henr. Hickman: Conciones XIII: Historiam Reformationis Ecclesiæ Anglicanæ: Cyprianum Anglicum, sive Vitam D. Gul. Laud: Historiam Presbyterianam*, & alia.

17. Maj. WILHELMUS II. DUX SAXONIÆ VINARIENSIS, Societatis Fructiferæ Præses, dictus der Schmackhaffte/ æt. 64. Composuit *Cantilenas aliquot sacras.*

4. Jun. HENRICUS JACKSON, *Anglus*, Oxoniensis, Collegii corporis Christi, quod est Oxonii, Socius, Theolog. Baccalaureus, Rector de Hampton, Meysey, ætatis 75. Transtulit ex Anglicano in Latinum *Jo. Frithi libellos de Baptismo & cognitione sui: Joh. Hooperi Declarationem Decalogi: Hugonis Latimeri Orationem de Statu regni, & Evangelio reformando: Seb. Benefeild Comment. super 1. c. Amos.*

5. Jun. JO. DERIENES, *Gallus*, Deppensis, S. J. Philos. & Mathem. Professor Flexiæ, æt. 71. Soc. 50. Formavit *Tabulas Canorienses, seu doctrinam Luminarium practicam: Aphorismos Physicos: Examen pro Confessionibus: Tractatum de Algebra.*

12. Jun. MICHAEL DE SALIN, *Lotharingus*, Tullensis, è Soc. Jesu, Concionator & Spiritualis Coadjutor, æt. 78. Soc. 62. Reddidit è Latino Gallicè *Antonii de Gaudier librum de perfecta Christi imitatione.*

13. Jun. JO. CRUSIUS, *Germanus*, Bremensis, S. J. Humaniorum literarum & lingvæ Hebrææ Professor Coloniensis, æt. 61. Soc. 42. Burenæ. Edidit *Astri inextincti à Gasp. Scioppio & F. Romano Hay, Benedictino, in orbem evulgati ecclipsin seu deliquium: Aulæ Ecclesiasticæ & Horti Crusiani Subversionem, contra Fr. Rom. Hajum.*

15. Jun. ERASMUS ENWALDI BROCHMANDUS, *Danus*, Valdbygaardensis, primùm Scholæ Herlovianæ Rector, deinde Eloq. Professor in Academia Hafniensi, ætatis 43. Condidit *Dispp. de præcipuis Latinæ Lingvæ Scriptoribus, ab excessu Augusti, ad excessum Trajani: De Cæsarum Principatu: De Julio Cæsare: Quæstiones X. ad disputandum propositas: De Sectæ Christianæ origine, prærogativis, ejusque interim æstimatione ingrata, & tristi quondam in terris fato.*

29. Jun. PETRUS DE MARCA, *Gallus*, Nobilis, Barensis, primùm Præses Parlamenti Navarresiensis, dein

dein Episcopus Cosseranus & Tholosanus, demum Archiepiscopus Parisiensis, æt. 69. Struxit *Opus de Concordia Sacerdotii & imperii, seu Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ: Opuscula de Genealogia Christi: De adventu Magorum ad Christum: De primatu Petri: De discrimine Clericorum & Laicorum: De Synodo Sirmiensi &c.*

29. Jun. ISRAEL NICOLAI BRINGIUS, *Svecus*, Smolandus, Philos. Magister, primùm Ethic. & Politices, dein juris Professor Upsaliensis. Obiit conculcatus ab equis ferocientibus. Reliquit *Dispp. de Uno transcendentali: De Regno & Statu Regni Svecici*, aliasque Politicas longè plures.

8. Jul. PETRUS JUSTUS SAUTEL, *Gallus*, Valentiâ-Segalaunus, S. J. Rhet. Lector & Spiritualis Coadjutor, æt. 49. Soc. 37. Emisit *D. Magdalenæ ignes Sacros, & pias lacrymas, Epigrammatis & Elogiis expressas: Lusus Poëticos Allegoricos: Annum Sacrum Poëticum, in quo tot Sanctis Epigrammata aptantur, quot sunt dies in anno.*

22. Jul. SAMUEL MüLLERUS, *Germanus*, Chemnicensis Misnicus, Philos. Magister, primùm Muchlæ Thuringorum Pastor, deinde per XXXIIX. annos Superintendens Sangerhusanus, æt. Reliquit *Spem vanam Papisticam, contra Petri Cutsemii Saxoniam Catholicam: Cutsemium secundò ablegatum*, & fortè nonnulla alia.

27. Jul. VALENTINUS THILO,

Borussus, Regiomontanus, Philos. Magister, inque Acad. patria Oratoriæ Professor, Collegii Philosophici ibidem Senior, æt. 55. Concinnavit *Topologiam Oratoriam: Christum patientem: Secularia Borussa: Secularia Regiomontana: Apollinem Victorem: Consultationem Curtianam: Exercitia Oratoria: Curtium Oratorem: Pathologiam Oratoriam: Rudimenta Rhetorica: Panegyricos Academicos: Orationes Academicas.*

5. Aug. ANTONIUS CHANUT, *Gallus*, Aureliacensis, S. J. Rhetor. Lector, collegii Carcassonensis Rector, æt. 70. Soc. 53. Scripsit *Vaticinium de Regis Christianissimi Ludovici XIII. victoriis, additum Panegyrico de capta Rupella: Paraphrasim capitum 8. Proverbiorum & 24. Ecclesiastici: De Augustissima Virgine Maria: Carmina regia de præcipuis Augustissimæ Virginis mysteriis: Perpinianum captum: Præcipua 7. mysteria Virginis Mariæ.*

18. Augusi. DANIEL PFEIFFIUS, *Germanus*, Stetino-Pomeranus, Theolog. Professor & Pastor Haffniensis, æt. 44. Exaravit *de unione mystica Christi & Fidelium: Triplicem Consolationem in extremis, ex Job. XVI, 19. sqq. &c.*

19. Aug. ADAMUS RICCIUS, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, J. U. Doctor, ejusdemque Professor in Academia Regiomontana primarius, æt. 57. Luci exposuit *Orationem de quæstione; An Romanis unquam*

quam

quam in mentem venerit, talem promulgare Legem, quâ debitor creditoribus suis in servitutem addiceretur, hisque permitteretur illius corpus dissecare, & inter se partiri? Tractatum de Librorum juris quantitate & qualitate: Dispp. juridicas de Publicis Judiciis: De Jure Possessionis &c.

19. August. BLASIUS PASCALIS, *Gallus*, Montargiensis, Nobilis, Cælebs, æt. 39. Scripsit Gallicè *Meditationes de Religione aliisque rebus nonnullis: De Liquore & gravitate Aëris &c.*

23. Aug. HENRICUS JEANES, *Anglus*, Somersetensis, Aulæ cervina Socius Oxoniæ, Rector de Bere-crocombe & postea de Chedzoy, æt. 73. Condidit idiomate Anglicanô, præter alia. *Tractatum, quô Christianis suadetur, ut ab omni quoque mali specie caveant: Vindicias Doctoris Twisse, contra objectiones Jo. Goodwin: Regiminis Ecclesiastici defectum non sufficere ad excusandam Cœnæ Dominicæ intermissionem: Examinatorem examinatum, sive Responsionem ad Dissertationis præfatæ examen, per Dom. Fulwood institutum: D. Hammondi ἐκτενέστερον, quo Christum amore erga Deum nunc fervidiori, nunc remissiori, correptum cum plenitudine illa Gratiæ habitualis, felicitate perpetua, animæque ejus impeccabilitate, consistere non posse, contendit: De Laudis & gratiarum actionis excellentia: Tractatum de plenitudine Christi: Conciones varias: Dissert. Scholasticam de natura gratiarum actionis: Tract. de actionum humanarum adiaphoria: De justitia originali, ejusque contrario, concupiscentia: Epistolas ad D. Jerem. Taylor, de loco quodam libri ejus, quo peccatum originale ulterius explicat: Replicationem ad D. Hammand. fundamenta sua Uniformitatis ex 1. Corinth. XIV, 40. desumpta vindicantem.*

3. Sept. GULIELMUS LENTHALL, *Anglus*, Oxoniensis, Aulæ S. Albani Commensalis, deinde Londini in Parliamentum assumptus, Magister Rotulorum, Palatinatus Cestriæ Camerarius, Ducatus Lancastriensis Cancellarius, magni Sigilli Commissarius, tandemque Baro Cromwellianus, æt. 72. Typis mandavit *Orationes complures Parliamentarias.*

7. Sept. ANTON. ALVAREZ FERREIRA, *Lusitanus*, Bracharensis, S. J. Theolog. Moralis Interpres & Concionator in provincia Castellana, æt. 69. Soc. 43. Dedit idiomate Hispanicô *Conciones Quadragesimales.*

12. Sept. EDOARDUS BAGSHAW, *Anglus*, Londinensis, collegii Æneanasensis apud Oxonienses Commensalis, artium Baccalaureus, JCtus. Scripsit *Vindicias doctrinæ, Liturgiæ ac disciplinæ Ecclesiæ Anglicanæ: Vitam ac mortem Roberti Bolton: Patrimonium Ecclesiæ, sive ex decimis, sive ex fundis propugnatum: Jura Coronæ Anglicanæ: Orationem de Hierarchia & petitione Londinensi: Argumenta duo, de Canonibus & Reatu, quem Præmunire vocant: Censuram libri*

Guil.

Guil. Prynne, cui titulus, Vindiciarum Academiæ Oxoniensis Refutatio.

19. Sept. MELCHIOR HOFMANNUS à Greiffenpfeil / *Germanus*, Viadrinus, Philos. Magister, inque Academia patria Physices Professor, æt. 35. Emisit *Dispp. de Cœlo: De minimis naturæ &c.*

20. Sept. JO. GAUDENTIUS, *Anglus*, Essexianus, in collegio Wadhamensi Oxoniæ Tutor, Theolog. Baccalaureus, & pòst Doctor, Rector de Brightwell, tum de Bocking, Episcopus Exoniensis, ac demum Wigorniensis, æt. 57. Publicavit varia idiomate patriô, quorum tituli sic se habent: *Ecclesiæ Anglicanæ suspiria, constitutione illius pristinâ cum hodierna ejusdem constitutione collatâ: Fœderis* (Scoticani) *Analysis: Hyperaspistes, sive Ministerii & Ministrorum Ecclesiæ Anglicanæ defensio: Fædus & fæderati vadimonio de Pace servanda astricti: Sanctitas & Solennitas pristina Connubiorum Christianorum: Causæ Parochorum, decimarum stipendio sustentatorum, examen &c.*

13. Oct. LAURENTIUS BANK, *Suecus*, Norcopensis, Phil. & J. U. Doctor, per annos XV. in Acad. Franekerana Professor. Delineavit *Romam triumphantem, seu Inaugurationem Innocentii X: Notas in Taxam S. Cancellariæ Romanæ: Tractatum de Tyranide Papæ: De Bancæ-Ruptoribus: De Duellis: Disp. de Consiliis & Consiliariis Principum &c.*

22. Octobr. LUDERUS COPERUS,

Germanus, Bremensis, J. U. Doctor, primùm in patria Advocatus, deinde juris in Gymnasio Professor, tum Consiliarius atque Assessor Dicasterii Frisici, æt. 58. Post se reliquit *Justinianum controversum.*

12. Nov. JO. DURAN DE TORRES, *Hispanus*, Hispalensis, JC. Cardinali Dominico Pimentellio à studiis & consultationibus Canonicis. Dedit *de Postliminio inter liberos, fæderatosque populos Critico-Juridicam dissertationem, ad Proculum in L. Non dubito VII. D. de captivis & postliminio reversis.*

23. Novembr. FRANCISCUS VALENTE, *Lusitanus*, Vlyssiponensis, è Soc. Jesu, Human. Phil. & Theol. deinde Censor & Revisor Librorum Romanus, collegiorum quoque Angrensis, Bracharensis & Domus professæ Vlyssiponensis Rector, æt. 83. Evulgavit *Concordiam juris Pontificii cum Cæsareo, & cum Theologica ratione.*

21. Decembr. JO. ELIAS MADAO, *Sardus*, Bisensis, S. J. literarum humaniorum, Rhilos. & Theol. Prælector, Collegii Calaritani Rector, æt. 58. Scripsit *Summam Theologiæ Moralis.*

THOMAS FULLERUS, *Anglus*, Northantoniensis, Præbendarius Sarisburiensis, Theolog. Doctor, & Regis Caroli II. Sacellanus. Commentatus est *in Epistolam ad Corinthios: In Matth. IV, 11: In Ruth: De Christi Tentatione: Historiam Ecclesia-*

clesiasticam à nato Christo usque ad annum 1650: *In II. Petr. I, 10: Andronicum, seu infortunatum Politicum: In Hebr. IX, 10: Terram Sanctam: Meditationes in temporibus tum prosperis, tum adversis: Bellum sacrum: Famam optimam &c.*

JO. FRONTO, *Gallus*, Andegavensis, Canonicus Regularis S. Augustini, Universitatis Parisiensis Cancellarius. Scripta luci publicæ exposuit varia ex quibus *Calendarium Romanum nongentis annis antiquius: Refutatio eorum, quæ contra Thom. Kempensis vindicias scripsere Rob. Quatremaire, & Jo. de Launoy: Epistolæ Selectæ: Tract. de Festis: Dissertatio Philologica de Virginitate honorata, erudita, adorata, fœcunda &c.*

REINERUS NEUHUSIUS, *Belga*, Leoverdiensis Frisius, JC. Gymnasii Alcmariani Rector, & ibidem Ecclesiæ Senior, æt. 54. Contexuit *Tyrocinium Eloquentiæ: Florilegium Philologicum: Poëmatum juvenilium libros II: Comicos enucleatos: Manuale Philologicum, seu Analecta optimorum Autorum: Apparatum Eloquentiæ: Synopsin Etymologicum, de originibus Linguæ Latinæ libellum: Examen Philologicum &c.*

CHRISTOPHORUS NICOLAI, *Germanus*, Noribergensis, Med. Doctor & Professor Altorphinus, ætat. 44. Reliquit *Dispp. de transmutationibus Morborum &c.*

HAMLETTUS PULESTON, *Anglus*, Hantoniensis, Collegii Wadhamensis Oxoniæ Socius, Artium Magister, æt. 31. Dedit librum, cui titulus; *Monarchiæ Britannicæ singularis protectio, sive tentamen historicum, ad probandam peculiarem Dei circa Monarchiam Britannicam providentiam.*

MICHAEL ANGELUS ROTA, *Italus*, Venetus, Phil. & Med. Doctor, & per 54. annos in patria Poliater, æt. 74. Exaravit *de Peste Veneta anni* 1630. *quæstiones: Centurias tres Consiliorum Medicorum: Tract. de curatione morborum internorum.*

FRANC. METEL DE BOISROBERT, *Gallus*, Cadomensis, Abbas Castilionensis, Consiliarius Status, Academicus Francicus. Reliquit *Poëmata: Epistolas: Comœdias.*

ANNO 1663.

2. Jan. JACOBUS FINCKIUS, *Danus*, Hafniensis, Philos. Magister, inque Acad. patria Professor Math. & Physicæ, tandem emeritus, æt. 71. Ab eo superest *Quæstionum Philosophicarum Miscellanearum Dodecas: Heptas Quæstionum Philosophicarum: Dispp. Physicæ de primis rerum naturalium principiis: De Elementis: De secretione naturæ scrutinio instituendo: De subjecto caloris in universo: De variis caloris speciebus & affectis: De vero Frigoris subjecto in universo: De nonnullis ad frigoris naturam plenius explicandam necessariis: De Thermoscopio.*

10. Jan. GUIL. STANIHURSTUS, *Belga*, Bruxellensis, S.J. Concionator tum Flandricè, tum Anglicè annis 25. Sodalitii Mariani Rector 30. an. Rector, æt. 62. Soc. 46. In lucem protulit *Thesaurum moralem Francisci Labatæ novis commentationibus auctum*: *Dei immortalis in mortali corpore patientis Historiam*: *Quotidianam hominis Christiani Tesseram*: *Regionem mortis*: *Veteris hominis per expensa quatuor novissima Metamorphosim*: Tacitô suô nomine *Album Marianum, in quo Dei in Austriacos beneficia, & Austriacorum erga Deum obsequia recensentur*: *De Infernorum ergastulo*.

12. Jan. HYPPOLITUS GRASSETTUS, *Italus*, Mutinensis, Societ. Jesu, Rhetor. & Theol. moralis Professor, Collegii Placentini Rector, æt. 60. Soc. 44. Scripsit *Epigrammatum librum*: *De Homicidio proditorio*.

13. Jan. FRANC. DE ARAVXO, *Hispanus*, Nobilis, Ordinis Prædicatorum, Professor Salmanticus, tum Præsul Ecclesiæ Segoviensis, demum emeritus. Libri, quibus famam suam haud obscuram ad posteros pervenire fecit, sunt *Comment. in secundam secundæ D. Thomæ de Fide, spe & charitate*: *In partem tertiam prior tomus de Verbo incarnato*: *Posterior tomus de Sacramentis*: *In primam secundæ, de divina Gratia, justificatione & merito &c.* *Commentariorum tomi II. in universam Aristotelis Metaphysicam*: *Variæ & selectæ Decisiones morales, ad Statum Ecclesiasticum & civilem pertinentes*.

31. Jan. JULIANUS HAYNEVFVE, *Gallus*, Lavallensis, ordinis Jesuitici, Magister Novitiorum Corisopiti, Rothomagi & Parisiis annos circiter XL. ætatis suæ 75. Soc. 55. Exaravit Latinè *Veritates practicas, sive Ephemerides Ecclesiasticas Concionatorum*: *De ordine, Vitæ & Morum tria volumina*: *Meditationes in singulos anni dies*: *Compendium superiorum meditationum*: *Mundum Christo oppositum*: *Exercitia spiritualia*: *Spatiosam viam, quâ pereunt multi*: *Responsiones ad Quæsita vitæ spiritualis*.

24. Febr. GULIELMUS PAGE, *Anglus*, Harroviâ-Londinensis, Colleg. Balliolensis & omnium Animarum Oxoniæ Socius, Artium Magister, Rector Loccingensis, demum Theol. Professor. Hujus industriâ prodiit *Genuflexionis ad nomen Jesu defensorium*: *Animadversiones in tractatum Joh. Hales de Hæresi & schismate*. In sermonem quoque vernaculum transfudit *Thomæ à Kempis librum de imitatione Christi*.

28. Febr. GEORGIUS VIALD, *Gallus*, Vindocinensis, S.J. literarum humaniorum Lector & Spiritualis Coadjutor, æt. 66. Soc. 64. Edidit *Thesaurum Linguæ Latinæ*: *Artem vitæ ex Dei nutu in seculo instituendæ*, Latinè reddidit ex Gallico Bartholomæi Jacquinotii.

6. Mart. JO. BILSTEIN, *Belga*, Veruiensis in Ducatu Limburgensi, è Soc.

Soc. Jesu, Human. Lector, Scholarum Præfectus, Coadjutor Spiritualis, æt. 71. Soc. 49. Coloniæ. Præter minutiora è Gallico opuscula Latinè & Germanicè traducta, typis mandavit *Athenæum Christianum Encyclopediæ à Carolo Magno institutum, & à Franc. Guilielmo, Episcopo Osnabrugensi, instauratum: Ogmium Herculem: Catenam auream virtutum Episcopalium: In VII. Petitiones Dominicas & Salutationem Angelicam, item Elogia SS. Virginum præcipua per annum.*

16. Mart. ROBERTUS GVYART, *Gallus*, Campanus, S. J. Rhetor. & Theol. Prælector, nec non Concionator, æt. 72. Soc. 55. Emisit lingvâ sibi vernaculâ *librum de Eloquentia sacra adversus prophanam Politicorum eloquentiam.*

17. Mart. PETRUS PENNEQUIN, *Belga*, Insulensis, è Soc. Jesu, Human. & Philos. Lector, tum Theol. Licentiatus, Lingvæ Hebrææ & S. Scripturæ interpres Duacensis, Præfectus Patribus in tertia probatione, Provinciæ Gallo-Belgicæ Procurator Romanus, Collegii Atrebatensis Rector &c. æt. 75. Soc. 46. Publicavit *Primum Societatis Jesu Seculum B. Virgini sacrum Elegiarum libris III: Isagogen ad amorem Dei: De triplici sessu interiori.*

10. Maj. PETRUS JOSSET, *Gallus*, Burdegalensis, Jesuita, Rhetor. & Sacrarum literarum Lector, nec non Missionarius, æt. 74. Dedit carmine Epicô *Franciados, sive Annalium Francicorum Tomum: Annales Ecclesiasticos Poëticis numeris illigatos: Genethliacon Delphini Ludovici XIV: Rhetoricam Poëticè descriptam.*

19. Maj. JO. ANASTASIUS DE ARANA, *Navarrus*, Pampilonensis, Carmelita, Philos. & Theol. interpres tam in patria, quàm Cæsaraugustæ, Provinciæ Aragoniæ Definitor. Reliquit *Summulas morales.*

2. Jun. JOH. VOGELIUS, *Germanus*, Noribergensis, Poëta Laur. Cæsareus, inque patria primùm Scholæ Ægidianæ, pòst Sebaldinæ Rector, æt. 74. officii 42. Evulgavit *Photinianismum publicè retractatum: Orationem de Divinitate Christi: Psalterium Davidicum rythmis Germanicis: Carmina varia, Latina & Germanica.*

25. Jun. ROBERTUS KöNIGSMANNUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, inque Acad. patria Eloquentiæ Professor, æt. 57. Ejus ductu prodiit *Exercitium Academicum, ad locum Justini lib. 1. c. 6. vers. 27.* & nonnulla fortè alia.

17. Jul. GULIELMUS HAYWOOD, *Anglus*, Bristoliensis, Artium Magister, Regi Carolo I. à Sacris, & Theol. Prof. S. Ægidii in campis secus Londinum Rector & Præbendarius Westmonasteriensis, æt. 63. Scripsit *Conciones varias.*

19. Jul. GULIELMUS GREED, *Anglus*, Academiæ Oxoniensis Procurator, Theol. Doctor & Prof. ibidem regius, Ædis Christi Canonicus, Archi-

Archidiaconus Wiltonienſis, & Eccleſiæ Sarum Reſidentiarius, æt. 47. Formavit *D. Henrici Hammondi defenſionem, contra exceptiones M. Henrici Jeanes.*

29. Jul. VINCENTIUS FASSARUS, *Siculus*, Panormitanus, S. J. Humaniorum literarum, Phil. & Theol. interpres, Collegii Salernitani Rector, æt. 64. Soc. 50. Condidit Latinè *Diſp. Philoſophicas de Quantitate, ejusque compoſitione, eſſentia &c. De Immaculata Conceptione B. Virginis, opus poſthumum:* Italicè *Meditationes de Infantia, pueritia & ætate provecta Chriſti.*

31. Jul. DOMINICUS BEER, *Germanus*, Veldenſis Noricus, Philoſ. Magiſter, per XXXI. annos Diaconus, ac denique ad D. Laurentii Senior Noribergenſis, æt. 66. Emiſit *Manuale Noribergenſe: Conciones funebres ex Joh. XXI, 15. ex Philipp. I, 23. ex Job. XIX, 25. 26. &c.*

4. Aug. MICHAEL GINKIEWICZ, *Polonus*, Samogita, S. J. Human. Philoſ. & Theol. Lector, deinde Pœnitentiarius Romæ, porrò Collegiorum Neſviſienſis, Vilnenſis & Domus Profeſſæ tam Varſaviæ, quàm Vilnæ Rector, Concionator, ætat. 69. Soc. 48. Conſignavit Latinè *Rationes ſeptem; ob quas Sacerdotes ſeculares obligantur ad vitam cum majore virtute ducendam:* Polonicè *Medicinam de cœlo, contra morbos duplicis linguæ: Conciones funebres.*

22. Auguſt. JOH. KLEINSCHMIDT, *Germanus*, Marpurgenſis, J. U. Doctor, & in Acad. patria Profeſſor. Scripſit *de eo, quod intereſt: Præcognita jurisprudentiæ: De principiis & ſtudio juris &c.*

28. Auguſt. LEANDER DE SANCTISSIMO SACRAMENTO, *Navarrus*, Villafranchenſis, ordinis excalceatorum, Theol. in Acad. Complutenſi Profeſſor, Generalis aliquando Definitor, ac Provinciæ Spiritus Sancti Præfectus, denique Miniſter generalis totius ordinis. Publicavit *Theologiam Moralem VII. voluminibus.*

1. Sept. LAURENTIUS LE BRUN, *Gallus*, Nannetenſis, Societ. Jeſu, Eloq. Lector & Eccleſiaſtes, Collegii Convictorum Pariſienſis Rector, æt. 56. Soc. 36. Struxit Latinè *Adoleſcentiæ Sanctæ Speculum: Eccleſiaſten Salomonis Poëticâ paraphraſi explicatum: Eloquentiam Poëticam, ſeu Præcepta Poëtica exemplis illuſtrata: Figuras Poëticas, ſeu Locos Communes eloquentiæ Poëticæ: Virgilium Chriſtianum: Juventutem Sanctam variis opuſculis, ad inſtitutionem juventutis, conſtantem.*

3. Sept. FRANCISCUS DE S. JULIANO, *Hiſpanus*, Toloſanus, Th. Profeſſor, Congregationis Hiſpanicæ Præfectus generalis, æt. 70. Fecit *Tribunal Regulare.*

4. Sept. JOH. HORNSCHUCHIUS, *Germanus*, Themarâ-Francus, Phil. Magiſter, Græcæ Linguæ Profeſſor Lipſienſis, Facult. Philoſ. Senior, &

& Scholæ ibidem Senatoriæ Rector, æt. 63. officii 35. Delineavit *Primitias Latinitatis: Donatum Græcum: Grammaticam Wellerianam: Manuductionem ad argumentum Latinum, cum methodo Chriæ tractandæ &c.*

9. Septembr. LUDOVICUS KEPPLERUS, *Germanus*, Pragensis Bohemus, Phil. & Med. Doctor, & Practicus Regiomontanus, æt. 56. Effecit *Methodum conciliandarum Sectarum in Medicina discrepantium: Dissert. de Febri Epidemia Regiomontana anni 1649: Basiliscum Gallo - Serpentem monstrosum &c.*

10. Sept. PHILIPPUS HENRICUS FRIEDLIEBIUS, *Germanus*, Osnabrugó-Westphalus, Theol. Doctor, primùm Profess. Gryphiswaldensis, deinde ad D. Jacobi Pastor, Superintendens, & Consistorii Ecclesiastici Assessor Stralsundensis, æt. 60. Ministerii 32. Præter *tractatus in Academia Philosophicos*, & præter *varias Homilias*, edidit *Stœcheiologiam: Theologiam: Angelologiam: Anthropologiam: Christologiam: Ecclesiologiam: Mysteriologiam: Eschatalogiam: Medullam Theologiæ theticæ, polemicæ & casualis: Observationes Biblicas in V. & N. Testamentum: Colloquia cum Calviniano in reti seductorio expanso: Apologiam pro hoc libello, contra Masenium: Phosphorum Biblicum: Viridarium Biblicum: Colloquia cum Photiniano in Achitophele: Cum Judæo & Pontificio in Goliathe: Flagellum Superbiæ: Praxin beatè moriendi: Explicationes Evangeliorum.*

12. Sept. WILHELMUS LUDWELLUS, *Prussus*, Elbingensis, J. Utr. Doctor & Professor Altorphinus, Principis Sulzbacensis & Reip. Norimbergensis Consiliarius, æt. 74. officii Professorii 32. Posteris tradidit *Exercitationes XVIII. ad quatuor libros Institutionum Imperialium: Comment. de diversis regulis juris antiqui: Synopsin juris Feudalis: Tractatus tres Feudales: Synopsin Processus judiciarii: De ultimis Voluntatibus: Comment. ad tit. de obligatione Actionum: Dissert. de jure Accrescendi, nec non Orationes III. de summo juris & legum contemptu, ut & ejusdem vindicatione: De crimine læsæ Majestatis, & ejusdem pœna: De clausula rebus sic stantibus: Tract. de Usuris: Dispp. juridicas plurimas de Obligationibus: De Actionibus: De Solutionibus: De usufructu: De tempore legitimo: De fide JCtorum religiosa: De fide JCtorum civili &c.*

14. Sept. PETRUS A CASTRO, *Italus*, Bayonates, Medic. Doctor, Physicus Veronensis, & Mantuani Ducis Archiater. Exire fecit *Bibliothecam Medici eruditi, sive de Scriptoribus cultori artis Medicæ legendis: Tractatum de Peste Neapolitana, Romana & Genuensi: Imbrem aureum, sive Chiliadem Aphorismorum, ex Hippocrate & Vallesio extractam: Febrem malignam puncticularem Aphoristicâ methodô delineatam.*

10. Oct.

10. Octobr. ADOLFUS VORSTIUS, *Belga*, Delphensis, Phil. & Medic. Doctor & Professor Lugduno-Batavus, æt. 66. offic. 39. Dedit *Orationes in excessum Petri Cunæi: In obitum Claudii Salmasii: Catalogum Plantarum Horti Medici Lugduno-Batavi: Dispp. de Motu: De Dysenteria: De febri tertiana intermittente exquisita: De Epilepsia: De Incubo: De Spiritibus: De Purgatione: De Plica Polonica &c.*

26. Octobr. FRANC. BARRETUS, *Lusitanus*, Eborensis, è Soc. Jesu, Missionarius in Indiam, ubi Philos. & Theol. Lector, dein Rector Collegiorum Columbensis in Malabarica provincia & Cochinensis, pòst Procurator Romæ, inde redux iterum Malabaricæ Provinciæ Rector & Visitator Goanæ simul & Malabricæ, æt. 75. Soc. 50. Ab eo est *Relatio de Missionibus & Christianitate in provincia Malabarica*, Italicè.

31. Oct. THEOPHILUS RAYNAUDUS, *Gallus*, sive *Italus*, Cespitellensis, S. J. Theologus Clarissimus, æt. 87. Soc. 71. Scripta ejus in XIX. tomos digesta sunt, ex quibus *Theologia Naturalis: Disciplina Moralis: Erotemata de bonis & malis libris: Theologia Patrum de DEO Homine: Breviarium Christianæ Chronologiæ: Metamorphosis Latronis in Apostolum, & Apostoli in Latronem: Christianum Sacrum Acathystum: De ortu infantium contra naturam: S. Johannis Evangelium: De Monitoriis Ecclesiasticis: Indiculum Sanctorum Lugdunensium: Heteroclita Spiritualia & anomala pietatis cœlestium, terrestrium & inferiorum: Nova libertatis explicatio: Oculus mysticus Raymundi Jordani: Christianus Patris Christi & Mariæ per baptismum filius: Haplotheca contra ictum calumniæ: Comment. in libros Maccabæorum: De prima Missa & Prærogativis Christi Pentecostes: De Stigmatismo: Nomenclator Marianus: De Martyrio per pestem: Tractatio de Virtutibus & Vitiis*, & plura alia.

8. Nov. NICOLAUS LAPPIUS, *Germanus*, Rhembdanus, Philosoph. Magister, primùm Diaconus Vinariæ, inde Thannæ in Buchovia Pastor, postremò Pastor & Superintendens Arnstadiensis, æt. 81. Reliquit *Fasciculum Concionum Arnstadiensium: Conciones aliquot funebres.*

2. Decembr. ANTONIUS DE SALDAGNA, *Africanus*, S. J. Spiritualis Adjutor, Missionarius in peninsulam Salsetanam. Edidit Concanicô idiomate *Miracula S. Antonii de Padua: Exemplorum librum de Christo crucifixo.*

6. Decembr. DAVID JENKINS, *Anglus*, Glamorganiensis, Aulæ S. Edmundi Commensalis Oxoniæ, JCtus, Bancarius Londinensis, judex Australis Cambrigiensis, Regi Angliæ fidissimus, æt. 80. Scripsit Anglicè *Directorium ad pacem publicam: Methodum tenendi curiam inspectionis: Quæstiones forenses difficiles propositas & solutas: Rerum judicata-*

rum centurias octo: Placitum Comiti Manceſtriæ & Domus communium Prolocutori Weſtmonaſterii in Cancellaria conſidentibus oblatum: Reſp. ad calumniam Placito ſuo factam: Remonſtrantiam ad Proceres & Plebeios Domos utrimque Parlamentariæ: Diſſert. de Parlamenti diutini incommodis: Sui vindicias, dum turri Londinenſi mancipatus eſſet: Antidotum bonis quibusque Londinenſibus, ſeu Reſp. ad virulentiam chartam D. Davidis Jenkins: Apologiam pro exercitu, ſuper quæſtionibus octo, circa declarationes &c.

10. Dec. MARCUS BERNHARDINUS, *Germanus*, Dithmarſus Holſatus, Phil. Magiſter, Poëta Laur. Cæſareus, inque Academia Gryphica Poëſ. Profeſſor, æt. 41. Habuit *Diſpp. de Juramentis veterum Poëmata varia &c.*

12. Dec. JOACHIMUS BETKIUS, *Germanus*, Berolinenſis Marchicus, Paſtor in Linum æt. 62. Divulgavit Germanicè *Libellum de Divina compaſſione in membris Jeſu Chriſti: Myſterium crucis: Sacerdotium: Menſionem Chriſtianiſmi: Irenicum ſive Fortitudinem Pacis: Chriſtianiſmum Ethnicum: Anti-Chriſtianiſmum*, per Benedictum Banſen: *Excidium Germaniæ*, per Fridericum Brecklingum.

21. Dec. JOH. HULETT, *Anglus*, Londinenſis, Artium Magiſter, æt. 70. Emiſit Anglicè *Ephemeridas varias: Quadrantis, Quadrati & inſtrumenti Mathematici nocturni nuncupati deſcriptionem ac uſum.*

ALPHONSUS PEREZ, *Hiſpanus*, Ciſtercienſis Monachus, Theologiæ Magiſter Salmanticenſis, ſodalium ibidem Præfectus, Viſitator quoque totius Hiſpanæ congregationis, ejusdemque Diffinitor, tum Epiſcopus Almerienſis, demum Gaditanus. Scripſit *Prophetæ Zachariæ Interpretationem in ſenſu literali: Antidotum ad Expoſitionem Regulæ Magiſtri Caramuelis.*

LEONHARDUS URSINUS, *Germanus*, Norimbergenſis, Medicinæ Doctor, ejusdemque Prof. Lipſienſis, Acad. Natur. Curioſ. Collega, dictus Zephyrus, æt. 45. Delineavit *Tulipam de Alepo: Viridarium Lipſienſe:* & fortaſſis alia.

NICOLAUS CLAGET, *Anglus*, Cantuarienſis, Artium Magiſter, Miniſter Eccleſiæ Burgi S. Edmundi Suffolcienſis. Dedit foràs *Divinæ Gratiæ abuſus &c.*

JOH. LUCÆ, *Germanus*, Ohlaviâ-Sileſius, Phil. Magiſter, & Rector Gymnaſii Bergenſis. Compoſuit *Comœdias: Dramata: Orationes*, & nonnulla, ni fallor, alia.

FRANCISCUS MARIA GRIMALDUS, *Italus*, Bononienſis, S. J. Human. Literarum & Mathem. Profeſſor, æt. 50. Formavit *Phyſico-Matheſin de lumine, coloribus & iride in binos libros diviſam.*

JO. DE MEDINERO, *Hiſpanus*, Matritenſis, Theol. interpres Complutenſis,

obiit ANNO 1664.

tensis, Domus Matritensis & provinciæ integræ Præfectus, Episcopus deinde Civitatensis, ac demum Vallisoletanus. Elucubravit *Commentaria in universam Aristotelis Dialecticam: Comment. in Regulam S. Claræ: Tractatū de Conceptione Deiparæ Virginis Mariæ, sive de hujus articuli difficiliate &c.*

ALOYSIUS TANA, *Italus*, Cheriensis, S. J. Literarum Humaniorum Lector, Concionator & operarius multis annis, aliquamdiu etiam Superior, æt. 70. Taurini. Reliquit Italicè *Frænum linguæ pungentis discursibus IX.*

ANNO 1664.

9. Jan. JEREMIAS STEPHENUS, *Anglus*, Claudiocestriâ-Salopiensis, Artium Magister, Oxoniæ Collegii omnium Animarum Capellanus, Rector de Quintor, & deinde de Wootton, Theol. Baccalaureus, Præbendarius Lincolniensis, & pòst Sarisburiensis, æt. 74. In lucem protulit *Gregorii Magni librum de cura Pastorali emendatum & restitutum: Annotationes in Cæcilii Cypriani librum de Unitate Ecclesiæ: Notas in ejusdem de Bono Patientiæ: Apologiam pro veteri jure & potestate Episcoporum, ad considendum, & suffragia in Comitiis Parlamentariis ferendum.*

15. Jan. REINHOLDUS FRANCKENBERGERUS, *Germanus*, Wittenbergensis, Philos. Magister, Histor. in Acad. patria per XLVIII. annos Professor, collegii Philos. & totius Academiæ Senior, tandem emeritus, ætatis 78. Consignavit *Fundamenta veræ Chronologiæ Scaligerianæ, contra Petavium, Calvisium & Petitum: Dissert. Chronologicam pro veritate Chronologiæ Scaligerianæ: Chronologiæ Scaligero-Petavianæ breve compendium.*

17. Jan. GILBERTUS ROUSSEAU, *Gallus*, Turo, Soc. Jesu Rhetor. Lector, dein Concionator per Galliam annis amplius 40. Collegiorum Santonensis, Pictaviensis & Burdegalensis Rector, Domus quoque Professæ Burdegalensis Præpositus, ætatis 77. Emisit Gallicè *Probationem invocationis Sanctorum intra priora secula Ecclesiæ.*

30. Jan. FRANCISCUS PINTHEREAU, *Gallus*, Calvomontanus, S. J. Human. literarum, Phil. & Theol. Prælector, Studiorum Præfectus generalis, nec non Rector Cadomensis, æt. 60. Soc. 43. Scripsit Latinè *Theologiam Petri Aurelii, seu præcipuos ejus errores, contra Fidem & bonos mores: De Attritionis Sufficientia in Sacramento Pœnitentiæ:* Gallicè, tacitô suô nomine, *Imposturas & ignorantias libelli inscripti Theologia moralis Jesuitarum: Errata typographiæ Portus Regii: Reliquias Abbatis S. Cyrani: Ortum Jansenismi: Progressum Jansenismi: Conformitatem principiorum libri de frequenti Communione cum principiis librorum Marci Antonii de Dominis*

nis: Hæreses & errores aliquot Petri Aurelii: Anti-Aurelium.

— Febr. EMMANUEL STUPANUS, *Helvetius*, Basiliensis, Med. Doctor & Theorices in Acad. patria Professor, æt. 76. off. 44. Struxit *Lexicon Medicum Græco-Latinum à Barthol. Castello inchoatum, ab ipso illustratum & continuatum: Orationem panegyricam in obitum D. Caspari Bausini: Aphorismorum Hippocr. Enarrationes & Commentaria Aphoristica: Institutiones Medicas Leonh. Fuchsii correctiores & auctiores &c.*

12. Febr. SEBASTIANUS MEIERUS, *Germanus*, Lubecensis, Philos. Magister, primùm Scholæ Gustroviensis per XI. annos Rector, deinde in patria Sub- mox Con-Rector, demum Rector per 21. annos, æt. suæ 70. Concinnavit *Orationes in obitum Enochi Suantenii: Nicolai Hunnii: Christophori Gertesii: Orat. de Calumnia: Compendium Grammaticæ Græcæ: Carmina varia: Observationes in libellum de varietate Dialectorum.*

17. Febr. JOACHIMUS VOLSCHOVIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, J. U. Doctor, in Academia patria primùm Eloquentiæ, deinde juris Professor primarius, Consistorii Ecclesiastici Director, & Consiliarius Principis Pomeranorum, æt. 73. Publici juris fecit *Ichnographiam de jure Romano Germanico: Dispp. de Defensione: De juramentis: De Transactionibus: De restitutione Spoliatorum: De Domanio: De indicio Stigmatis: De defensione temperata, seu moderamine inculpatæ tutelæ: De Regis Romani electione &c.*

19. Febr. PHILIPPUS HORSTIUS, *Germanus*, Brunsvigâ-Saxo, Philos. Magister, Eloquentiæ & Phil. Practicæ Professor, demum Academiæ Jenensis Senior, æt. 80. muneris publici 42. Luci exposuit Σχεδίασμα *de Strenis Votisque Januariis: Epistolographiam, sive methodum conficiendarum Epistolarum: Comment. in Aphthonii Progymnasmata: Disp. de Bello: Programmata & carmina varia.*

3. Mart. JOHANNES ENWALDI BROCHMANDUS, *Danus*, Coägiensis, Phil. Magister, Ecclesiæ S. Nicolai Pastor Hauniensis, deinde Theol. Professor, demum Episcopus Arhusiensis, æt. 43. Reliquit *Commentarium in Cap. IV. Sapientiæ.*

5. Mart. JO. ANTONIDES VAN DER LINDEN, *Belga*, Enckhusanus, Med. Doctor, ejusque practicus, pòst Med. Professor tam in Acad. Ultrajectina, quàm Leidensi, ætatis 55. Professorii 25. Formavit *universæ Medicinæ Compendium: De Scriptis Medicis libros duos: Manuductionem ad Medicinam: Selecta Medica: Medullam Medicinæ: Medicinam Physiologicam: De Hemicrania menstrua Historiam: Meletemata Medicinæ Hippocraticæ: Hippocratem de circuitu sanguinis: Orationem auspicalem de Medico futuro necessariis: Orat. in excessum Adolfi Vorstii: Dispp. varias.*

10. Mart. CASP. EBELIUS, *Germanus*, Gieſsâ-Haſſus, Phil. Magiſter, primùm Rector in Gymnaſio Wormatienſi, poſtmodum tam in Acad. Marpurgenſi, quàm Gieſſena Log. ac Metaphyſ. ultra 34. annos Profeſſor, tandem emeritus, ætatis 69. In undecim Promotionibus Magiſterii Candidatis 139. tiaram impoſuit. Celebritatem nominis obtinuit ex *Metaphyſicæ parte univerſali & ſpeciali: Diſpp. Elenchticis ad Apologiam pro Syllogiſmo infinito: Hermete Logico: Diſſertationibus elenchticis, pro veritate Metaphyſicæ, contra Guil. Ameſium: Aphoriſmorum Metaphyſicorum recognitorum Diſpp. XX: Tractatu de ſeparatione Propriorum: Manuductione ad Logicam: Compendio Logicæ Peripateticæ: Tractatu de uſu & neceſſitate Logicæ in diſciplinis realibus: De Syllogiſmo expoſitorio: De Regimine Judæorum: De Judiciis Aſtrorum: Diſc. de Judicio contradictionis: Commentario ad D. Thomæ opuſculum de Judiciis Aſtrorum: Diſpp. Philoſ. quàm plurimis.*

20. Mart. ANDREAS KINDERLINGIUS, *Germanus*, Evesô-Wolferbytanus, Phil. Magiſter, Logices, deinde Phyſicæ Prof. Helmſtadienſis, æt. 70. Struxit *Fumum faculæ Nihuſianæ in rebus Logicis diſpulſum: Diſpp. de Amicitia: De terminis ſimplicibus: De Expoſitione & Reductione Syllogiſmorum: De Syllogiſmis abſolutis finitis: De forma Syllogiſmi Categorici: De Enunciationibus abſolutis:*

De Demonſtratione: De Anima Rationali: De cauſa finali: De conſtitutione Phyſices: De vero & falſo &c.

26. Mart. FRANC. KAMINKO, *Germanus*, Janovicenſis Moravus, Nobilis, S. J. Humaniorum literarum, Eth. Philoſ. & Theol. Moralis Pragæ, Scholaſticæ autem Olmucii Profeſſor, æt. 41. Soc. 25. Dedit *Librum Orationum* hôc titulô: *Gratiæ divinæ humanæ Sapientiæ Præſidibus in Univerſitate Pragenſi perſolutæ.*

30. Mart. CAROLUS GVYET, *Gallus*, Turonenſis, S. J. Literarum human. & Theol. moralis Prælector, nec non Concionator, æt. 63. Soc. 43. Scripſit Latinè *Ordinem generalem & perpetuum divini officii recitandi: Heortologiam, ſive de feſtis propriis locorum.*

8. April. MARCUS LIMA, *Græcus*, Retinenſis in Inſula Creta, è Soc. Jeſu, Theol. moralis Lector, & multis annis pro natione Græca Pænitentiarius in æde Lauretana, æt. 60. Soc. 34. Edidit linguâ Græcâ *Narrationem tranſlationis ſacræ Domus Lauretanæ in Piſenum, ſeu Compendium hiſtoriæ Lauretanæ.*

10. April. TOBIAS SEIFARTUS, *Germanus*, Leucopetrâ-Miſnicus, primùm Pædagogii Altenburgenſis Rector per decennium, deinde Theol. Doctor, Eccleſiæ Coburgenſis Paſtor, Ducatus Altenburgenſis in Franconia & portionis in Comitatu Hennebergico Superintendens Generalis, Conſiſtorii Aſſeſſor, Scholar-

cha & Gymnasii Professor, æt. 55. Ephoriæ 22. Elaboravit *Tabulas Theologicas: Historiam universalem: Tyrocinium Linguæ Ebraicæ schematicum: Compendii Hütteriani Anatomen Logicam: Deum Endovellicum, ex antiquis inscriptionibus in Lusatia repertis, evolutum: Conciones funebres: Dispp. Gymnasticas super dicta sacræ scripturæ: Analysin Juris Canonici, cum praxi elenchtica &c.*

12. April. PETRUS CASRÆUS, *Gallus*, Rhedonensis, Soc. J. in qua Human. literarum, Philos. & Mathem. demum quoque Theol. Scholasticæ Prælector, Collegiorum Metensis, Divionensis, Nancæjani & Domus ibidem Probationis Rector, demum totius provinciæ Campaniæ Præfectus, Congregationis Generalis Octavæ, nonæ atque decimæ Provincialis Romæ, nec non Assistens Præpositi Generalis pro Gallia, ætat. 75. Societ. 56. Juris fecit publici *Demonstrationem Physicam, quâ ratio, mensura, modus ac potentia accelerationis motus in naturali descensu gravium determinatur.*

16. April. CHRISTIANUS KLEIN, *Germanus*, Rostochiensis. J. U. Doctor, & in patria Professor, æt. 36. Emisit *Disp. de Dominio, & hujus acquirendi modis, jure Gentium.*

19. April. JACOBUS REISS, *Germanus*, Thirhaimensis Bavarus, Jesuita, Human. Philos. & Theol. Lector, æt. 57. Soc. 40. Vulgavit *Privilegia morientium: Josephinam Lucernensem, seu Centum elogia de S. Josepho.*

15. April. GEORG. FRANC. PLACY, *Bohemus*, Budwidicensis, Jesuita, literarum Humaniorum, Philos. Lingvæ Hebrææ & Theol. Lector, æt. 58. Soc. 41. Formavit *Rosam Pentaphyllam, h. e. quinque Sermones panegyricos, in quinque præcipuas festivitates B. Virginis.*

25. April. GOTHOFRIEDUS MOEBIUS, *Germanus*, Lauchâ-Thuringus, Med. Doctor, ejusdemque Prof. Jenensis, nec non Elect. Brandeburgici & Ducis Magdeburgici Archiater, æt. 53. Halæ Saxonum. Scripsit *de usu Epatis & Bilis: Epitomen Institutionum Medicarum: Anatomiam Camphoræ: Fundamenta Medicinæ Physiologicæ: Dispp. de natura & usu Clysterum saluberrimo: De Chylo: De Rheumatico affectu: De Balneorum natura & usu: De Usu Cordis: De Epilepsia: De affectu Hypochondriaco: De Anorexia sive inappetentia: De Mensium suppressione: De Phrenitide: De Febre Petechiali: De Scorbuto: De Bilis natura ejusque usu: De Hæmorrhagia ejusque speciebus principalibus: De natura Cervi, ejusque usu &c.*

25. April. HENRICUS MARCELLIUS, *Belga*, Sommorensis, Sylvæducensis, S. J. Math. & Phil. Professor Moguntinus, deinde Theol. moralis Prof. Rhemensis in Gallia, nec non Molshemiensis & Bambergensis, Theol. quoque Doctor, duobus Episcopis Bambargensibus à sacris confessio-

fessionibus, æt. 71. Soc. 51. Struxit *Armamentarium scientificum tomis duobus: Protestationem Christianam: Dissertationem apologeticam: Canones explicandæ sacræ scripturæ: Differt. de augustissimo corporis & sanguinis Dominici Sacramento: Sapientiam pacificam filiorum Dei: Theologiam divinæ scripturæ: De Justificatione Christiana: Artem disputandi: Differt. de optima forma regiminis: Comment. in librum Josue: Artem diu vivendi & Arborem vitæ: Enchiridion militiæ Christianæ: Orat. funebrem.*

29. April. FRANC. VEKENUS, *Belga*, Antverpiensis, S. J. Human. Philos. & Theol. Coloniæ & alibi Prof. per 30. annos, tum Nuncius Apostolicus Coloniæ, & demum Romæ Pænitentiarius, æt. 68. Soc. 51. Scripsit *de Deo Uno & Trino, & Attributis: De simplicitate & Libertate divina: In Canonem sacrificii Missæ expositionem brevem: Actus sex primarum virtutum, & paraphrasim Cantici trium puerorum post Missam: In orationem piissimam Anima Christi, & Psalmum Miserere: In initium S. Evangelii secundum Johannem.*

4. Maji MARCUS BANZERUS, *Germanus*, Augustanus, Med. Doctor, primùm in patria Practicus, deinde Ossatiæ Physicus, demum Academiæ Wittenbergensis Professor, & ordinis Medicorum Senior, æt. 72. Condidit *Fabricam Receptarum, seu methodum componendi & præscribendi remedia: Controversiarum Medico-Miscellanearum Decades sex: Dispp. de Scorbuto: De Hypochondriaco morbo: De colico dolore: De Peste: De ictero flavo: De Inrubo &c.*

17. Maji JACOBUS HONOLDUS, *Germanus*, Langenavio, Ulmensis, Phil. Magister, primum in Gymnasio Ulmensi Conrector, tum Logic. Metaphys. & tandem Theol. Professor, nec non summi Templi Ecclesiastes, æt. 65. off. Scholast. 20. Eccles. 17. Confecit *Tabulam universalem Affixorum in verbis, participiis, nominibus: Tab. omnium conjugationum Ebræarum: Explicationem Canonum Logicorum: Considerationem Syllogisticam.*

19. Maji JOH. CORFINUS, *Germanus*, Rostochiensis, primùm in patria Pastor & Metaphys. Professor, deinde Theol. Doctor, & Hamburgi Pastor ad D. Catharinæ, æt. 48. Publicavit *Concionem inauguralem, cùm turris ad D. Catharinæ esset Hamburgi erecta, ex Psal. XLVIII, 10. seqq. Conciones tres, de fide Christiana, vita pia & beata morte, ex II. Corinth. XIII, 5. ex I. Petri I, 17. 18. 19. ex Philipp. I, 23: Conc. Valedictoriam Rostochii, & Inauguralem Hamburgi habitam: Conciones funebres, ex Es. LVI: ex Psalm. XXXIX, 6. 7. &c. Dispp. Philosophicas.*

27. Maji CASPARUS STRESON, *Germanus*, Anhaltinus, verbi divini Minister in Ecclesia Reformata per XXVII. annos Hagæ Comitum. Prodire fecit Latinè *Commentarium Pra-*

cticum in Acta Apostolorum, 291. concionibus propositum: Comment. Analytico-Practicum in Epistolam ad Romanos 220. concionibus propositum: Conciones Miscellaneas: Technologiam Theologicam: Responsionem ad Appellationem Innocentiæ Lutheranæ, i. e. ad disputationem Joh. Botsacci contra Amesium: Fundamenta Patientiæ: De usu & abusu Rationis in interpretandis Scripturis divinis: Fundamenta Sanctitatis ex priori parte capitis VIII. ad Romanos &c. Belgicè *Judicia de Choreis & Spectaculis Comicis: Catechismum Historicum: Imaginem sanorum verborum,* & quædam alia.

8. Jun. PAULUS ROSMER, *Belga*, Trajectensis, S. J. Rhetor. Græcæ Lingvæ, Ethicæ, Philos. & Theol. Scholast. Viennæ & Græciæ Professor, æt. 59. Soc. 27. Typis dedit materias, quas dictaverat *de justitia & jure: Conclusiones ex universa Theologia suis rationibus instructas: De Sacramento & virtute Pœnitentiæ: De Actibus Humanis: De Deo Trino & Uno.*

19. Jun. THOMAS CLAGIUS, *Borussus*, S. J. Rhetor. Mathes. Theol. moralis & controv. Lector, Collegiorum Nesuisiensis, Bransbergensis, Seminarii Bransburgæ Rector, demum Resselii in Residentia Præfectus, æt. 66. Soc. 46. Edidit, sub nomine Didymi Hermannovillani, *Anticyras Prædicanticas; Aristarchum, contra Prædicantes aliosque insulsos Hæreticorum poëtastros; Disquisitiones Ubiquisticas de Christo; Prodromum Mercurii Eligio-Borussi, contra Prædicantes Lutheranos: Jasonis Eusimenitez fabulam.*

3. Jul. CHRISTIANUS WEBERUS, *Germanus*, Neo-Marchicus Halensis, primùm in patria, deinde in ipsa urbe Halensi Pastor, Theologiæ Doctor, æt. 64. minist. 37. Paravit *Consistorium, sive de jure & ratione Consistoriorum: Tractationem Canonicam de jure Patronatus: Introductionem Episcopalem, qualiter Episcopus & Archiepiscopus juxta tenorem introducitur: Fugitivum Levitam, de Salariis Ecclesiasticorum: Inaugurationem Principum, cùm Dux Saxoniæ Augustus in Archiepiscopatum Magdeburgensem introduceretur: Consensum non consensum Ecclesiarum Lutheranarum & Reformatarum de Cœna, Persona Christi & Prædestinatione, adversus Fried. Reichelium: Concionem Jubilæam: Funebres: Pacificationis Lipsianæ* ὑποτύπωσιν *seu pacificandi modum è lib. V. Polit. c. 19. & 20. Lipsii erutum: Dispp. de Homine: De Anima rationali: De Intellectu &c.*

3. Jul. JACOBUS GIPPENBUCH, *Germanus*, Spirensis, S. J. Græcæ & Lat. Lingvæ Lector, Ecclesiastes & Præfectus chori Coloniæ, æt. 52. Soc. 35. Emisit *Cantiones Musicas IV. vocum: Psalteriolum Harmonicum: Cantiones & Motella Selectissima*, titulo *Philareti.*

6. Jul. JACOBUS WELLERUS, A MOLSDORF in Karsdorff, *Germanus*,

nus, Variscus Neukirchensis, Nobilis, primùm Lingvarum Orient. ordinarius & Theol. extraordinarius Wittenbergæ Professor, dein Theol. Doctor, Ecclesiæ Brunsvicensis Coadjutor & Superintendens, demum Electori Saxoniæ à concionibus primariis, confessionibus & consiliis sacris, æt. 62. obiit reversus ex Comitiis S. R. J. Ratisbonensibus. Sublimis eruditionis suæ testes dedit *Grammaticam Græcam: Spicilegium Quæstionum Ebræo-Syrarum: Quæstionem; An Lutherani verum Dei verbum habeant? Massonium σκελετώδην primum & secundum, seu Anatomiæ Christ. Massonii refutationem: Psalmi primi expositionem: Dispp. Theol. Martino Becano oppositas: Tract. de Idololatria Pontificiorum: Capitis LIII. Esaiæ explicationem: Annotationes in Epist. Pauli ad Romanos: Comment. de Nominibus divinis:* Germanicè *Sanctitatem Dei, dogmati Calviniano de absoluto decreto oppositam: Fasciculum viventium Brunsvicensem: Septenarium Concionum de mala Conscientia: Explicat. Psalmi XLII. & CIII: Hodegetam divinitatis Jesu Christi: Illustrationem Historiæ Zachæi pœnitentis ad Luc. XIX: Conc. VI. in Psalmum III: Concionem Irenicam: Conc. II. Jubilæas in Psal. CXLIX: De meliori justitia, ex Matth. V: Detersionem calumniarum: Conc. Inaugurales & Funebres varias: Dispp. Theol. ac Philol. &c.*

15. Jul. GEORGIUS CHRISTOPHORI ALANUS, *Finno*, ex Insula Alandia, Phil. Magister, in Gymnasio Aboensi Rector & Mathes. Lector, dein Theolog. Doctor inque recens erecta Acad. Aboensi Phys. mox & Theol. Professor, necnon Ecclesiæ Gratiæ Wallensis Pastor, demum Ecclesiarum Aboensium & vicinæ Nummensis Past. Consistorii utriusque Senior sive Archi-Præpositus, æt. 56. prof. 24. minist. 27. Typis subjecit *Dispp. in Formulam Concordiæ: Comment. in Hoseam: Differt. de æterna Filiorum Dei Prædestinatione: Conc. funebres diversas: Conc. de Angelis* idiomate Finnicô.

16. Jul. ANDREAS GRYPHIUS, *Germanus*, Glogoviensis Silesius, Equestris ordinis in ducatu patrio Syndicus, in Societate fructifera der Unsterbliche dictus, æt. 48. Publicæ luci donavit *Fontanalia: Orat. de rerum omnium vanitate: Epigrammata Latina & Germanica: Leonem Armenium: Catharinam à Georgien: Carolum Stuardum: Tragœdias: Dissertationes funebres: Mumias Vratislavienses:* Convertit ex Anglico in Germanicum *Rich. Baxteri meditationes in Orationem Dominicam*, & nonnulla scripta alia.

23. Jul. GOTHOFREDUS ZAPFIUS, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. Magister, Eloq. Professor Jenensis, æt. 29. Edita ab eo est *Disputatio de esse Creaturarum ab æterno: Aristotelis epistola reprehensoria ad Melch. Cornæum S. J. ob ens rationis, quod hic, sub ipsius nomine, infeliciter objecit Lu-*

theranis: Aristoteles ad editam à M. Cornæo appendicem rescribens & recèns inflammatum ab eodem Purgatorium restinguens: Dispp. de culpa agentium cum ignorantia: De Propositionibus negativis, contra quosdam recentiores.

4. Aug. JO. DU VALON, *Belga*, Duacenus, S. J. Human. Lector & Concionator in celebrioribus Provinciæ Urbibus annis circiter 30. æt. 67. Scripsit Gallicè *Considerationes & Suspiria Animæ devotæ.*

7. Auguft. PAULUS LE JEUNE, sive JUVENIS, *Gallus*, Campanus, S. J. Rhetor. Lector, Missionarius in Cannadam, ibique Sociorum Superior, ætat. 72. Societ. 50. Formavit *Relationem gestorum in nova Francia annorum* 1632. *& sequentium: Exercitia Spiritualia: Epistolas Spirituales: Devotionem Electorum: Solitudinem Mortis &c.* Gallicè.

8. Auguft. ERASMUS JOHANNIS BROCHMANDUS, *Danus*, Hafniensis, primùm Scholæ Cathedralis Roëskildensis Moderator, pòst Phil. Magister, & in Academia patria Histor. ac demum Theol. Professor, æt. 37. Reliquit *Orationem in exequias Regis Christiani IV: Ethices Historiæ Specimen: Disquisit. de Historiæ legitimæ notis.*

9. Auguft. THOMAS CARVELLUS, verô nomine THOROLDUS, *Anglus*, Lincolniensis, S. J. Phil. & Th. Moralis in collegio Anglorum Leodiensi Lector, collegii Londinensis Rector, æt. 58. Soc. 41. Struxit

librum, *contra Archiepiscopum Cantuariensem*, hôc titulô; *Labyrinthum Cantuariensem.*

17. Aug. JOH. BUXTORFIUS, *Helvetius*, Basiliensis, junior, Theol. Doctor, hujus & Hebr. Lingvæ in Academia patria Professor, ejusdem cum Patre ætatis, nempe 65. Inclaruit *Lexico Chaldaico & Syriaco: Exercitationibus ad Historiam Arcæ Fœderis, Ignis Sacri &c. Exercitatione Sacrâ in historiam Institutionis SS. Cœnæ: Anti-Criticâ, adversus Ludov. Capellum: Vindiciis exercitationis, contra eundem: Dissert. de Sponsalibus & Divortiis: Tractatum de Punctorum & vocalium antiquitate & origine: Florilegio Hebraico: Dissertatione in Præceptum Decalogi VI. de Homicidio &c.* Paraphrasi Latinâ illustravit *More-Nevochim & Cosri, Concordantias & Lexicon* aliaque à Parente affecta feliciter absolvit.

22. Auguft. JO. BAGOTIUS, *Gallus*, Rhedonensis, S. J. Human. Philos. & Theol Lector, Librorum Censor, Domus professæ Parisiensis Præpositus, æt. 72. Exaravit Latinè *Apologeticum fidei: Demonstrationem dogmatum Christianorum: Dissert. Theol. de Pœnitentia: Libertatis & Gratiæ defensionem, adversus Calvinum & Pelagium, in Corn. Jansenio redivivos: Defensionem juris Episcopalis & libertatis, qua fideles gaudent in missis & confessionibus de præcepto: Resp. ad eos, qui in supra dictum librum scripserunt: Monita ad Catholicos:* Tacitô suô nomine,

mine, *Dissert. de Veritate unius Religionis Christianæ.*

25. Aug. FRANC. SALGADO DE SOMAZA, *Gallæcus*, Coruensis, judex Monarchiæ Siculæ, mox Pincianus, tandem supremi Senatus Castellæ Assessor, nec non Abbas Alcalitanus, in regno Granatensi. Ab eo est *Tractatus de regia Protectione vi oppressorum: De Supplicatione: Labyrinthus creditorum concurrentium: Centuria Decisionum novissimarum S. Rotæ Romanæ.*

2. Sept. ANTONIUS LA LOVERA, *Gallus*, Occitanus, S. J. Rhetor. Mathes. Hebrææ Lingvæ, Phil. & Theol. Professor, æt. 64. Soc. 37. Composuit *de Quadratura Circuli & Hyberbolis Segmentorum libros quinque: De Cycloide lib. VII: Resp. ad theses Apologeticas contra P. Annatum: Opusculum de materia probabili &c.*

13. Sept. PETRUS DE SALAS, *Hispanus*, Matritensis, Jesuita, Human per 48. annos Interpres, ætatis 80. Soc. 62. Fecit *Tractatum de Arte Poëtica & Rhetorica: Affectus divinos, cum emblematibus sacris: Thesaurum Hispano-Latinum: Compendium Latino-Hispanum: Promptuarium verbi divini: Herm. Hugonis pia desideria rythmis Hispanicis expressit.*

15. Sept. JOH. FRIDER. KöNIG, *Germanus*, Dresdensis, primùm Comitis Magni Gabr. de la Garde, Regni Sveciæ Senatoris, Concionator Aulicus, deinde Theol. Doct. ejusdemque in Acad. Gryphiswaldensi Professor, tum Ecclesiarum Mecklenburgensium & Ratzenburgensium Superintendens, demum Theol. Prof. Rostochiensis, & Consistorii Ducalis Assessor, æt. 45. minist. 15. Ab eo habemus *Aram Gratitudinis, memoriæ D. Henrici Höpfneri: Orationem Inaug. de arcana Dei voluntate, actionum humanarum dispensatrice: Theol. positivam Acroamaticam: Dispositiones Concionum in universam Theologiam: Dispp. de Sudore Christi: De Sessione Christi hominis ad Sessionem Dei: De Persona, Statibus & Officio Christi: De Arianismo: De Nestorianismo: De impletione Legis, ex Rom. VIII, 3. 4. &c.*

17. Sept. JO. BAPT. DE MORALES, *Hispanus*, Bœticus, Prædicatorum Sodalis, Missionarius ad Cambojam & Sinas, æt. 70. Scripsit *Hist. Evangelicam de China: De controversiis opuscula: Sinensis Lingvæ Grammaticam: Dictionarium.*

19. Sept. FRANC. DE LA MOTHÉ LE VAYER, *Gallus*, Parusinus, Consiliarius Status Regii ordinarius, & Informator Ducis de Orleans, æt. 78. Quàm plurima emisit idiomate vernaculô, ex quibus *Discursus Christiani de immortalitate Animæ: Discursus de Historia: De Musica: Considerationes de Eloquentia Gallica hodierna: De Libertate & Servitute: Legatus: Instructio pro Dauphino: Florus Gallicè traductus: Epistolæ &c.* Opera ejus exstant tomis III. in fol. & postea XV. voluminibus in 12.

20. Oct.

20. Octobr. CLAUDIUS RICHARDUS, *Gallus*, Burgundensis, S. J. Hebr. Lingvæ & Math. tam Turnonensis, quàm Lugdunensis Prof. dein Missionarius in Sinas, demum in Acad. Lusitanica Mathes. Prof. æt. 75. Soc. 58. Congessit *Comment. in omnes libros Euclidis: Comment. in Apollonii Pergæi Chronicorum libros VI:* Suppressô etiam nomine suô, *Ordinem novum, & faciliorem Tabularum Sinuum tangentium.*

2. Novembr. RICHARDUS MERCIER, *Gallus*, Burdigalensis, S. J. Human. & Phil. Lector, Ecclesiastes, collegiorum Cadurcensis, Ruthenensis, Tolosani, Monspeliensis, Domus Professæ Tolosanæ, ac denique totius illius Provinciæ Rector, æt. 76. Soc. 57. Gallicè dedit *Examen depravationum, quæ in libris Eustachii Ministri Calviniani continentur: Animadv. in librum de Eucharistia: Centum falsa pugnantia in libello, cui titulus; Collatio inter Davidem Eustachium: Mansionem Ecclesiæ Reformationis prætensæ in Insulis imaginariis.*

11. Nov. FRANC. AYRES, *Lusitanus*, Cratensis, S. J. Theol. Moralis Lector, collegii Pharensis in regno Algarbiorum Rector, demum, visu deficiente, in tantam incidit cæcitatem, ut vix lucem à tenebris discerneret, æt. 66. Soc. 43. In orbitate luminis VI. libros spirituales Lusitanicô idiomate composuit, ediditque, nempe *Directorium Spirituale in viam cœli: Theatrum divinorum triumphorum, contra ingratitudinem hominum: Exemplaria Metaphorica originis virtutum per Evangelicas parabolas & allegorias: Parallela Academica in duas universalitates, divinam & profanam: Imaginem prudentium & Speculum ignorantium; Epitomen Spiritualem omnium, quæ Christianus scire, credere debet & operari.*

11. Nov. HENRICUS WANGNERECK, *Germanus*, Monacensis, Jesuita, Human. Phil. & Theol. Professor, amplius septennio Academiæ Diliganæ Cancellarius & Ecclesiastes, in Missione Lindaviensi Sociorum Præfectus, ætat. 70. Societ. 53. Vulgavit *Notas in Confessione S. Augustini: De creatione Animæ rationalis; Tractatum de Traduce: Vindicias Politicas adversus Pseudo-Politicos, & Gasp. Scioppium in Pædia Politices ipsis suppetias ferentem:* Tacitô suô nomine, *Zodiacum Marianum: Thomæ de Kempis librum de imitatione Christi in LL. CC. redactum:* Germanicè *Vindicias Motivorum Fidei Catholicæ, quibus Christoph. Besoldus ad eam perductus est:* Latinè *Theses de SS. Angelorum Prædestinatione ex meritis, prædestinationi gratuitæ SS. Hominum opposita, ex mente Augustini: Antitheses Catholicas de Fide & bonis Operibus, Articulo IV. VI. XX. Confess. Augustanæ oppositas.*

13. Nov. JO. BAPTISTA BARGIOCCUS, *Italus*, Novariensis, Ecclesiastes in primariis Italiæ Urbibus, æt. 75. Forâs dedit *Epigrammata*

sacra,

sacra, moralia & demonstrativa III. libris.

15. Decembr. THEODORUS REINKING, *Livonus*, Curo, J. U. Doctor & Prof. in Academia Giessena, tum Consiliarius Hasso-Darmstadinus & Vice-Cancellarius, simulque Archiepiscopo Bremensi à Consiliis, sæpe Legatus, S. Palatii Aulæque Cæs. & Imperialis Consistorii Comes, tum Consiliarius & Cancell. Mecklenburgicus, demum Regis Daniæ in Ducatibus Slesvici & Holsatiæ Consiliarius atque Cancellarius, nec non supremi Judicii Pinnenbergensis Præses, æt. 74. Concinnavit, cum plausu doctorum, *Tractatum de Regimine seculari & Ecclesiastico: Orat. parentalem in obitum Gothofredi Antonii JCti: Responsum juris contra Sagas: Tract. de Retractu Consanguinitatis: Politiam Biblicam: Discursum de statu Animarum post hanc vitam: Dispp. Juridicas.*

19. Dec. RICHARDUS BYFELD, *Anglus*, Stratfordiensis, Artium Magister, & Rector de Lang-Ditton in agro Suthriensi. Scripsit *de Luce fidei & via ad pietatem: Refutationem tractatus de Sabbato per Edoardum Breerwood: Tract. in Rom. VIII, 3. 4. Conciones varias: Catechesin in usum Parochianorum.*

20. Dec. ANDREAS VIRGINIUS, *Germanus*, Pomeranus, Nobilis, Th. Doctor, primùm Ecclesiæ Gartzensis in Pomerania Pastor, & Diœcesis circumjectæ Superintendens, deinde Theol. Prof. in nova Livonorum Acad. Dorpatensi, supremi Consistorii Regii Assessor & Vice-Superintendens per Livoniam, demum Episcopus Esthoniæ, æt. 68. minist. 38. prof. 33. *Dispp. Philos. & Theologicas* ultra 180. habuit, ex quibus XIX. sub titulo *Manupuli disputationum Theologicarum: De præcipuis Religionis Christianæ Articulis in Johannem: Ex II. Timoth. III, 16. 17. & II. Petr. I, 19. 20. 21: ex Psalmo II, 7. Joh. XV, 26: ex Deuter. VI, 4. Psal. XXXIII, 6. Matth. XXVIII, 19. & II. Corinth. XIII, 13: ex Gen. III, 15: ex I. Joh. IV, 10. I. Tim. II, 5. 6. II. Corinth. V, 18. Hebr. IX, 14. & Rom. IV, 25: In Psalmum II: In Psalm. XVIII. &c.*

FERDINANDUS SVAREZ, *Lusitanus*, Olissiponensis, Carmelita, Burdigalæ Bajonæque in Aquitania Theol. & Phil. Professor, Concionator Regius, Vicarius Provincialis Aquitaniæ, demum Memphitanus in Ægypto Episcopus. Condidit *Epilogum universæ Dialecticæ, quas Summulas vulgo dicunt.*

ARNOLDUS VERHEL, *Belga*, Amisfortensis, Philos. in Academia Franekerana Professor primarius, tum Rector Magnificus, æt. 84. Prof. 47. Adornavit *Silvam quæstionum Physicarum: Speculum Philosophiæ primæ Entis in se: Metaphysicam: Ideam Ethicam, Politicam, Oeconomicam &c*

PHILIPPUS HARTMANNUS, *Germanus*, Lubenâ-Lusatus, Phil. Magi-

ster, primùm Ecclesiastes Neo-Brandenburgicus, dein ad D. Mariæ XXI. annos Pastor Stralsundensis. Evulgavit *Tractatum de Persona Christi, Catechismo Racoviensi oppositum: Exegesin Catenæ aureæ Promissionum de Messia: Solatium Evangelicum de SS. Cœna: Fidem Catholicam de SS. Trinitate &c.*

DANIEL BRENIUS, *Belga*, Harlemo-Batavus, Socinianus & Chiliasta, Simonis Episcopii discipulus, ætat. 70. In publicum misit *Tractatum de qualitate Regni Christi; Christianarum virtutum speculum; Amicam Disp. contra Judæos; Explicationem in librum Jobi, & Apocalypsin Johannis; Compendium Theologiæ Erasmicæ; Annotationes in V. & N. Testamentum &c.*

FRANC. BLASCO DE LANUZA, *Hispanus*, Aragonensis, Benedictinus, Abbas Monasterii S. Johannis. Exposuit *Beneficia Angeli Custodis*, sermone vernaculô.

CHRISTOPH. BRUMHORSTIUS, *Germanus*, Concionator Aulicus Gothanus, & Consistorii ibidem Ecclesiastici Assessor. Reliquit *Conciones funebres*, & fortè quædam alia.

THOMAS WEAVER, *Anglus*, Wigorniensis, Ædis Christi Alumnus Oxoniæ, Artium Magister, Capellanus, æt. 49. Foràs dedit Anglicè *Cantilenas ac Poëmata.*

FRANC. A CRUCE, *Hispanus*, Granatensis, Dominicanus, Theol. Lector, tandem Episcopus S. Marthæ in Terræfirmæ ora maritima, Provinciæ novi regni Granatensis Vicarius ac Visitator generalis. Latinè extare fecit *Discursum pro Occidentalibus: Demonstrationem pro puritate conceptionis Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ; Cursum Artium*; Hispanicè *Compendium universæ Theologiæ; Doctrinam Christianam*, & nonnulla alia.

EDUARDUS DE SILVA, *Lusitanus.* Primus confecit *Grammaticam & Lexicon Linguæ Japonicæ.*

CAMILLUS PEREGRINUS, *Italus*, Campanus, æt. 66. Vulgavit *Tractatum de Poësi*, quem anno ætatis suæ 20. composuit: *Historiam Principum Longobardorum; Antiquitates Capuensium &c.*

ANNO 1665.

9. Jan. ANTONIUS TARLATINUS, *Italus*, Tifernas in Umbria, S. J. Humaniorum literarum Lector, Sacerdotum in domo Professa Romana Præfectus, æt. 71. Soc. 52. Delineavit Italicè *Pietatem solatio destinatam, pro exercitio bonæ mortis*, tacitô suô nomine: *Oeconomiam cœlestem, ad actiones quotidianas melius obeundas: Infantem Jesum, margaritam animæ*, sub nomine Alexandri Maffæi: *De Amore Jesu: Horologium hominis Christiani ad cruciatus Christi patientis.*

26. Jan. ANANIAS WEBERUS, *Germanus*, Lindenhainensis Saxo, Pastor

primùm & Inſpector Grimmenſis, poſtea Archidiaconus, Theol. Doctor & Prof. Lipſienſis, nec non Canonicus Cizenſis, demum ad D. Eliſabetæ Paſtor & Inſpector Vratislavienſis, ætat. 69. miniſt. 39. Luci donavit *Collegium Anthropologicum XII. Diſpp. propoſitum: Paulum Anti-Calvinianum: Adventum Meſſianum contra Judæos demonſtratum: Conc. Pœnitentialem, ob exorta fulgura & tonitrua, ex Job. XXXVIII, 22.23. Diſpp. de ſcientia ſcientiarum, ex Geneſ. XLIX, 10: De quæſtione; Unde ſcis? contra Gretſerum: De Evangelio: De converſione Hominis irregeniti &c. Orationem ſecularem Academiæ Lipſiæ.*

15. Febr. HUBERTUS WILTHEIM, *Belga*, Luxemburgenſis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Mor. Prælector, Collegiorum Luxemburgenſis, Namurcenſis, Leadienſis, Duacenſis, & denique totius Provinciæ Gallo-Belgicæ Rector, ætat. 95. Soc. 75. Edidit Latinè *Monita & exempla gubernandi.*

15. Febr. JOH. JACOBUS WISSENBACHIUS, *Germanus*, Fronshuſio-Naſſovius, J. U. Doctor & Prof. primùm Heidelbergenſis, dein Franekeranus, demum ibidem primarius, æt. 58. Concinnavit *Emblemata Triboniani, ſive Pandectarum & Codicis: Notas Nomico-Philologicas in Paſſionem Chriſti: Diſpp. ad Inſtituta Imperialia: Compendium Juris Feudalis: De Verborum & rerum ſignificatione:*

Obiit ANNO 1665.

In extremum Pandectarum titulum de diverſis Regulis Juris: Exercitationes ad L. Pandectarum libros: Diſpp. Juris civilis & contradict. juris Canonici: Comment. in libros IV. priores Codicis: Comment. in librum V. & VI. Codicis: Vindicias diatribæ de Mutuo & Alienatione.

20. Febr. JOH. HERINGSDORF, *Germanus*, Nickercâ-Weſtphalis, S. J. Græcæ Lingvæ & Latinæ Lector, Miſſionarius, æt. 59. Soc. 34. Publicavit, ſuô omiſsô nomine, Germanicè & Latinè *Pſalteriolum Cantionum Catholicarum.*

27. Febr. THOMAS VAUGHAN, *Anglus*, Brechinienſis, Artium Baccal. Parochiæ natalis Rector, demum Chymiæ Prof. Londini, æt. 44. Sermone populari librum edidit (ſiquidem nomen fictitium eſt Eugenius Philalethes) cujus titulus; *Diſſertatio de Aquis Orientalibus, ſive de fonte abſcondito, cujus aquæ ex igne prorumpunt, radiosque ſolares & lunares ſecum vehunt.* Ejusdem materiæ ſunt libri hi; *Anthropoſophia Theomagica, Magia Adamica, lumen de lumine & Aulæ lucis: Fama & confeſſio Confratriæ Roſeæ Crucis.* In Anglicanum quoque ſermonem transfudit *Clavem Chymicam ad aperiendum & claudendum, ſive doctrinam veram corruptionis ac generationis.*

3. Mart. SIMON LE BOSSU, *Gallus*, Pariſienſis, Jeſuita, Literarum Humaniorum Lector & Eccleſiaſtes, æt. 71. Soc. 41. Struxit Gallicè *de*

usu Gratiæ volumina tria: Horarias preces: Latinè *Xenia Delphino, nomine Urbis Parisiensis oblata: Orationem funebrem de D. Pomponio Belleureo.*

13. Martii MELCHIOR CORNÆUS, *Germanus*, Brilonensis Westphalus, Rhet. & Græcæ Lingvæ in Collegio S. J. Lector, dein Phil. Tolosæ, Theol. autem quà Moguntiæ, quà Herbipoli Professor, collegiorum Herbipolensis & Moguntini Rector, simulque Ecclesiastes, æt. 67. Soc. 47. Confecti ab illo sunt libri varii, his titulis: *Araneus Argentinus, contra D. Dorscheum: Judicium æquitatis delatum Academicis Argentoratensibus, contra eundem: Animadversiones in Anti-Becanum Joh. Crocii: Crisis Anticriseos: Keras Amatheias, contra D. Dorscheum: Miracula Ecclesiæ Catholicæ defensa: Quæstio, an verum sit illud, aut Papista, aut non Christianus: Judicium Iniquitatis Dorcheanæ repulsum, & vota Monastica vindicata: Aristoteles redivivus Romano-Catholicus: Protestatio Fidei Catholicæ, Bambergicæ, Marcellianæ vindicata: Proba improba, & brevis refutatio duorum Prædicantium Calvinistarum: Repulsio mendaciorum & falsitatum Danielis Sachs: Crimina læsæ veritatis à J. C. Dannhawero commissa: Perspicillum intellectuale eidem dono datum: Tractatus de Ecclesia, ex Gallico Franc. Venoni versus Germanicè: Curriculum Philosophiæ Peripateticæ: Manes Lutheri & Calvini. Judicati: Anti-Crocius: Anima separata Monogrissi: Ens rationis Luthero-Calvinicum: Pilati novi, & cæna morticina Lutheristarum Erfurtensium: Murus papyraceus Purgatorii, contra eosdem: Scriptum est, purgatorium esse: Hexameron Marianum.*

7. April. HENRICUS ERNSTIUS, *Germanus*, Helmstadio Brunsvicensis, J. U. Doctor, Antecessor in Academia Danorum Sorana, pòst Friderici III. Regis Daniæ Consiliarius, & Tribunalis supremi Assessor, ætat. 63. Ab eo in lucem prodierunt *Epicteti sententiæ CXVI. & notæ in P. Attici vitam: Variarum observationum libri duo: Catholica Juris: Memoria Oligeri Rosenkrantzii: Emendationes in opera posthuma Cujacii: Methodus juris civilis discendi: M. Valerius Probus de interpretandis Romanorum literis emendatus, & notis illustratus: Catalogus librorum Bibliothecæ Mediceæ: Genealogia Regum Daniæ cum annotationibus: Compend. Hist. universæ: Medulla hist. universæ: Annæi Boëtii liber de Moribus auctus & illustratus: Speculum Prudentiæ & Virtutis civilis: Introductio ad veram vitam: Annotationes in Corn. Nepotem: Compendium Philosophiæ Moralis: Senecæ libri III. de Ira illustrati: Catholica juris relecta: Statera Jurisprudentiæ & Jurisperiti: Annot. in lib. I. Digestorum: Observationes & Antiquitates Etruscas: Panegyricus Friderico III. dicto: Pontificatus Pharisaicus: Quæstiones Dominicales: Comment. de studiis*

diis

diis diebus festis convenientibus: De vera Fide.

22. April. JOSEPHUS SURINUS sive SEVRIN, *Gallus*, Burdigalensis, S.J. æt. 65. Soc. 49. Ipsô inscio, excusi sunt ab exteris, tacitô veri Auctoris nomine, *Catechismus spiritualis, continens præcipuos modos acquirendi perfectionem: Fundamenta vitæ spiritualis, extracta ex libro de Imitatione Christi.*

27. April. SCIPIO PAULUTIUS, *Italus*, Neapolitanus, Jesuita, Human. literarum, Phil. & Theolog. Professor, nec non Ecclesiastes, æt. 55. Soc. 40. Scripsit Italicè *Panegyrum decades III: Missiones Sociorum in regno Neapolitano: Enneadem Sacram, sive Suspiria mundi præstolantis adventum Servatoris: Asceticum Principem: S. Franc. Xaverii prodigium in P. Marcello Mastrillo momento temporis curato: Hortulum Marianum.*

2. Maj. HENRICUS BINNIUS, *Germanus*, Lichtenbergensis Wolferbrytanus, primùm Academiæ Juliæ à Secretis, pòst J. U. Doctor, mox Dicasterii Aulici Wolferbrytani Assessor, demum Instit. & Criminal. Professor Helmstadiensis, ætat. 54. Præsidio suo exornavit, & aliquot Ipse conscripsit *Disputationes* e. gr. *de Successionibus ab intestato: De juribus Majestatis circa profana constitutis: De Delictis publicis, & quidem de illis, quæ vocantur carnis: De Furto: De varii generis Homicidiis: De Legatis: De Locatione & Conductione: De Renunciationibus Successionum, præcipuè inter illustres nobilesque familias usitatis: De jurisdictione: De Testamentis: De Statu Regionum Germaniæ & regimine Principum &c.*

16. Maj. OSWALDUS KRüGER, *Prussus*, S. J. Lingvæ Hebr. & Theol. Moralis in Collegio Societatis, Mathes. verò in Acad. Vilnensi Professor, Collegii Nesvisiensis Rector, æt. 67. Soc. 47. Typis subjecit *Theoremata & Problemata Mathematica: Arithmeticam: Catoptrocaustrica, sive Specula Ustoria: Parallela horoscopa, sive de directione tormentorum: Calendarium Romanum: Centuriam Astronomicam: Theoremata de Oculo: Considerationes Mathemat. de Puncto & Centris: Iridem, sive de coloribus apparentibus: Differt. de Vacuo.*

30. Maj. CORNELIUS BURGESSE, *Anglus*, Hertfordiensis, Artium Magister, Theol. Prof. & Regi Carolo I. à Sacris, nec non Ecclesiæ S. Magni Pastor Londini, æt. 54. Publico concessit *Conciones varias coram Parlamento habitas: Tract. de Decimis Personalibus, sive de lucratis decimandis: De baptismali regeneratione infantium electorum*, & alia idiomate Anglicô.

30. Jun. HENRICUS BANGERTUS, *Germanus*, Waldeccensis, Phil. Magister, primùm Conrector Scholæ Mindanæ, deinde Rector Oldenburgicæ, porrò Prorector, & demum Rector Lubecensis, æt. 55. Ejus est *Oratio Panegyrica in Inaugurationem novi Auditorii Scholæ Oldenburgensi* adjun-

adjuncti: Oratio, cùm Rector Lubecensis introduceretur: Illustrationes in Helmondi & Arnoldi Chronica Sclavonica: Orationes funebres Henrico & Antonio Coleris, Consulibus Lubecens. habitæ: Programmata & carmina varia.

3. Jul. FELIX GIRARDUS, *Italus*, Nolanus, Nobilis, Jesuita, Sacerdos, æt. 68. Soc. 53. Emisit populari lingvâ *Triumphum Christi in Eucharistia: Diarium rerum præclarissimarum ab orbe condito, per singulos anni dies, in quibus evenerunt, digestum: S. Franciscum Xaverium vivam effigiem D. Apostoli Pauli: Mercurium seculi XVII: Discursum de Passione Domini*, sub nomine Celii Grafredi.

11. Jul. KENELMUS DIGBIUS, *Anglus*, Buckinghamiensis, Eques Auratus, Reginæ Mariæ in Anglia Cancellarius, æt. 62. eodem, quô natus est, die Victor contra Turcas ad Scaudaroum pugnavit, & obiit. Sex lingvarum peritus, & artium penè omnium. Multa Anglicè scripsit, argumenti potissimum Philosophici, quorum de numero fuére *Colloquium cum fœmina quadam illustri de Religionis delectu: Annotat. ad lib. D. Brown, cui titulus; Religio Medici: Tractat. de natura corporum: Tract. de natura Animæ: Epistolæ ad Georgium Digby, de Religione: Formulæ selectæ & experimentales tum Medicæ, tum Chirurgicæ: Conclave, in quo variæ melicrati, pomacei, vini ceresini &c. conficiendorum rationes propalantur: Optima artis coquinariæ præcepta: Ars tragemata conficiendi: De vulnerum pulvere Sympathico curatione Oratio: Theatrum Sympatheticum: Dissert. de Plantarum vegetatione.*

18. Jul. JO. MEREDITH, *Anglus*, Theol. Prof. Oxoniæ, collegii ibidem omnium Animarum Custos, Præpositus Ænotensis, & Ptochadochii wigstoniensis apud Leicestriam Magister, æt. 72. Scripsit Anglicè *Sermonem de Peccato Blasphemiæ ex Hebr. X, 26: Judicium de Heresi.*

19. Jul. JO. GUIL. CALAVERONUS, *Italus*, Pedemontanus, Caisensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Scholasticæ in Universitate Mediolanensi Professor, studiorum Præfectus, collegii Mediolanensis, & subinde totius Provinciæ Rector, ætat. 78. Soc. 61. Evulgavit, sub nomine Francisci Sanbenedicti collectoris, *Orationum tomum I: Ad Historiam Mediolanensem Tristani Calchi Epitomes, notas & indices*, suô tamen suppressô nomine, addidit.

4. Aug. AUGUSTINUS VAN TEYLINGEM, *Belga*, Harlemiensis, S. J. Rhet. & Græcæ Lingvæ Lector, Spiritualis Coadjutor & Sacerdos, æt. 78. Soc. 59. Vernaculâ lingvâ, suppressôque nomine, expressit typis *Paradisum Voluptatis: Extractum Catholicum: De controversiis Fidei tractatum: Pharum Fidei: Ortum tumultuum Belgicorum.*

8. Aug. ANDREAS THURONIUS, *Finno*, Kyrensis, Philos. Magister, primò Regni Svecici Drotzeto, Petro

Brahe, à Secretis, dein Logicæ, pòst & Physicæ ac Metaphys. in Academia Aboensi Professor, ætatis 33. Publicavit *Institutiones Logicas: Instit. Metaphysicas: Instit. Physicas*, sed non plenè absolutas: *Dispp de hominis in utero formatione &c.*

17. August. PETRUS DE ROXAS, *Hispanus*, Toletanus, Comes de Mora, Torquatus Calavattensis Eques, Phil. Magister, Vicarius chori Toletanus, rerum Italicarum Senator, & Hisp. Reginæ, Annæ Austriacæ, Oeconomus, æt. 70. Condidit *Discursus illustres Historicos & Genealogicos: Historiam de nobiliss. Imperiali Civitate Toledensi.*

8. Sept. BERNHARDUS WALDSCHMIDT, *Germanus*, Francofurtanus, Phil. Magister, Ecclesiastes in patria, æt. 57. minist. 27. Ab eo in lucem prodierunt *Judæorum Secta feralis: Refutatio XX. causarum, ob quas D. Ludovicus ab Hornigk ad Papismum transiit: Kedde vertiginosus: Conciones Irenicæ, ex Habac. IV, 2. & Amos V, 6: Trias Concionum singularium: Ruth: Moabitis LXII. concionibus: Trias concionum singularium altera: Pythonissa Endorea, seu Conc. XXVIII. de Sagis & Veneficis: Conciones aliquot funebres.*

12. Sept. JO. BOLLARDUS, *Belga*, Tulii-Nontensis, Limburgicus, S. J. Literarum Humaniorum Lector, deinde Scholæ Mechliniensis Rector, æt. 69. Soc. 53. Emisit vastis tomis *Acta Sanctorum omnium, quæ in toto orbe coluntur mensis Januarii, Febr. & Martii.* Latinè quoque ex *Italico vertit Literas annuas Japoniæ annorum 1628. & duorum subsequentium: Brevem notitiam Italiæ: Breves notitias Status Ecclesiastici, Monastici & secularis.*

28. Sept. GUIL. CAMPIANUS, *Anglus*, Herefordiensis, S. J. Operarius in vinea Anglicana, inque ea collegii S. Xaverii, postea Domus probationis tertiæ Gendensis Rector, ætat. 66. Soc. 41. Scripsit *de Doctrina Catholica circa Transubstantiationem, contra D. Cosenum Anglicè.*

10. Oct. CHRISTOPH. GüNTZELIUS, *Germanus*, Coburgensis, J. U. Doctor, primùm Scabinatus Saxo-Coburg. Assessor, Curiæ Provincialis Advocatus, & Gymnasii Professor, pòst verò ejusdem Reip. Syndicus, & ordinis Equestris in Franconia Advocatus, æt. 60. Explicavit *Regulas Juris Civilis: Disp. de acquirendo rerum Dominio.*

26. Octob. JACOBUS STERMONT, *Belga*, Theol. Doctor & Pastor Hagiensis. Idiomate populari scripsit *Lac pro pueris: Fontes veræ sapientiæ & solatii &c.*

28. Oct. JACOBUS RINALDUS, *Gallus*, Campanus, Rhemensis, S. J. Human. Theol. moralis & S. Scripturæ Interpres, ætat. 67. Soc. 49. Præter alios complures, quos vulgavit, libellos, emisit Latinè *Vitas Sanctorum Galliæ*, hâc epigraphe; *Lilia seu Flores Galliæ Sanctæ.*

30. Oct.

30. Oct. THOMAS WARMSTREY, *Anglus*, Wigoniensis Artium Mag. Theol. Professor, Decanus in patria, Regis Caroli II. Confessarius generalis, æt. suæ 60. Publici juris fecit *Orationem contra Sanctorum & crucis imagines, altaria &c. Admonitionem ad populum Londinensem, ut à conventibus tumultuosis abstineant: Resp. ad W. Bridges de Bello tunc temporis gliscente, deque armis contra Regem capescendis: Petitionem de Pace: Phil. Dandalonis, Turci, ad fidem Christianam conversionis narrationem: Doctrinæ cultusque sacramentalis enchiridion.*

12. Nov. CHRISTIANUS ZIMMERMANNUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Annebergicus, dein Diaconus, mox Pastor, Dresdensis. Reliquit *Conc. Funebres.*

17. Nov. JOH. LAURENTIUS BAUSCHIUS, *Germanus*, Swinfurtensis Francus, Med. Doctor, in patria Physicus emeritus, Academiæ Naturæ Curiosorum Fundator & primus Præses, dictus JASON, æt. 60. Luci exposuit *Schediasmata de Lapide Hæmatide & Ætite: De cæruleo & chrysocolla: De unicornu fossili: Observat. de calculorum varietate.*

17. Nov. JO. EARLE, *Anglus*, Eboracensis, regii Oratorii Clericus, Ecclesiæ Westmonasteriensis Decanus, tum Wigornensis & demum Sarisburiensis Episcopus, ætat. 65. Delineavit Anglicè *Microcosmographiam*, sub nomine Ed. Blount.

7. Dec. MICHAEL WATSONIUS, *Germanus*, Stolpâ Pomeranus, Phil. Magister, primò Phys. Histor. & Polit. Professor Rintelensis, postea Theol. Doctor, Hist. Sacræ ac profanæ Prof. Kiloniensis, æt. 42. Concinnavit *Unionem Sapientiæ, sive Synopsin totius Philosophiæ: Clinodium Aristotelicum, seu dissertationes in universam Philosophiam: Theatrum variarum rerum, exhibens Excerpta & Annotata in libros de rebus Memorabilibus Pancirolli & Salmuthi: Orationes & Disp. quàm plurimas.*

9. Dec. THOMAS PANCOVIUS, *Germanus*, Ruppinensis, Marchicus, Med. Doctor, Electoris Brandenburgici Archiater, æt. 43. Ab eo habetur *Herbarium portatile.*

10. Dec. GEORGIUS SEISER, *Germanus*, Friburgensis, S. J. Rhetor. & Dialect. Lector, variis in locis Ecclesiastes, æt. 63. Soc. 45. Monachii. Struxit Latinè *Calendarium Politico-Christianum perpetuum.*

29. Dec. GEORGIUS WILD, *Anglus*, Middlesexiensis, Juris Civilis Baccalaureus, Guil. Laud, Archiepiscopo, à Sacris, LL. Doctor, tandem Episcopus Darensis in Hibernia, æt. 66. Scripsit *Comœdiam*, cui titulum fecit, *Hospitale amantium: Conciones aliquot.*

JOH. LIMNÆUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, J. U. Doctor, Alberti, Marchionis Brandeburgici Consiliarius Intimus, & Camerarius Anspachiensis, æt. 73. Exaravit *Tracta-*

tum de Academiis: Notitiam Regni Franciæ: Jus Publicum Imperii Romano-Germanici, tomis quinque: Dissert. apologeticam de Statu Imperii Rom. Germanici: Capitulationes Imperatorum & Regum: Observationes ad Auream Bullam Caroli IV.

GUILIELMUS TOWERS, *Anglus*, Northamptoniensis, Artium Magister, Præbendarius Petroburgensis. Typis subjecit *Librum contra Atheismum: Unum tantùm esse Deum: Conciones varias.*

ANDREAS GYLLE, *Suecus, Gothus*, Philos. Practicæ Lector Lincopensis, dein Poëseos Prof. Upsaliensis, tum Secretarius Regius, & Nobilis GYLLENKLOV dictus. Conscripsit *Orationem in funere Jonæ Kylandri, Episcopi Lincopensis: Ethicam: Poëmata.*

SIMON JANICHIUS, *Germanus*, Colbergâ-Pomeranus, Phil. Magister, primùm Gotteswaldensis in Insula Dantiscana, deinde ad S. Angelos Dantisci Pastor. Reliquit *Prolegumina Cathechetica: Epigrammatum Christianorum centurias XII.*

AMBROSIUS DE SOMONTE, *Hispanus*, Methymnensis, in utroque jure Baccalaureus, literarum Human. & Theol. moralis in Collegio Societ. Jesu Lector, æt. 75. Soc. 53. Formavit *Præparationem conscientiæ ad confessionem generalem cum fructu instituendam.*

MOSES AMYRALDUS, *Gallus*, Salmuriensis, in Academia patria Theol.

Professor. Prodire fecit *Declarationem Fidei circa Arminianorum errores: Defensionem Doctrinæ Calvini de absoluto decreto Reprobationis: Dissert. Theologicas: Disp. de Libero Arbitrio Hominis: De Secessione ab Ecclesia Romana, deque ratione Pacis inter Evangelicos constituendæ: Specimen Animadversionum in Exercitationes de Gratia: De mysterio Trinitatis: Exercit. in Orationem Dominicam: Paraphrasin in Psalmos: Irenicon, sive de Pace Religionis: Adversus Epistolæ historicæ criminatorem Ghabrolium: Ad Andreæ Riveti epistolam Responsionem replicatoriam: Apologiam pro Dei misericordia, sapientia & justitia: Considerationes in Epist. ad Ephesios: Sermones VI. de Evangelio: Conc. VI. de Gratia Dei universali: Tract. de Prædestinatione: In Cap. VII. ad Romanos: Descriptionem Christiani: Consid. in epist. ad Collossenses & Thessalonicenses: Paraphrasin in Epist. ad Corinthios: Sermones super diversos textus S. Scripturæ: De Conjugio: Gubernationem Ecclesiæ: Super Epistolas Catholicas Jacobi, Petri, Joh. & Judæ: Paraphrasin in Epist. ad Galatas: In Epist. ad Hebræos: Sermones ex Hebr. VI, 4. 5. 6. & Cap. VII, 1. 2. 3. De Regno mille Annorum: Paraphrasin in Epist. ad Philippenses: in Evangelium D. Johannis: In Acta Apostolorum: Discursum de Statu fidelium post mortem: Libros VI. de vocatione Pastorum: Sermones II. de Justificatione & sanctificatione: Librum de*

Justificatione, contra opiniones Millitierii &c. quorum scriptorum quædam extant Gallicô, quædam verò Latinô exarata sermone.

JO. CONRADUS HEDENUS, *Germanus*, Sondershusanus, Thuringus, Phil. Magister, primùm Principis Palatinæ Hilpoltsteinensis Concionator Aulicus, pòst Diaconus, Theol. & Orat. Professor Altorphinus, tandem Pastor Lauffensis, æt. 46. Reliquit *aliquot Disputationes*.

JO. ELLIS, *Anglus*, Harlechiâ-Mervinienfis, Theol. Baccalaureus, ejusdemque Facultatis Professor Oxoniæ, dein Rector de Whitteild & Dolgethle. In vulgus emisit *Clavem fidei, seu brevia quædam dictata in Symbolum Apostolorum: Commentationes in Obadiam: Defensionem fidei, seu resp. ad argumenta, quibus impugnari solet Confessio Anglicana.*

obiit *ANNO 1666.*

NICOLAUS GOLDMANNUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Mathematicus Lugduno-Batavus, æt. 54. Auctor est *Architecturæ militaris: Tractatus de usu Circini Proportionalis: De Stylometris.*

PHILIPPUS STIERNSKILD, *Suecus*, L. B. in Stiernberg. Scripsit *de Præparamentis Politici, ad Tacitum in Agric. IV. §. 3. & 4.*

ACATIUS MARCH DE VELASCO, *Hispanus*, Valentinus, Dominicanus, Theol. Magister & in patria Professor, demum Episcopus Oriolensis. Paravit *Resolutiones Morales II. tomis: Synodum Oriolanam &c.*

ANNO 1666.

28. Jan. SEBASTIANUS SALELLES, *Hispanus*, Gandiensis, S. J. Theol. Moralis Interpres annis 19. dein Melitæ per 40. annos Tribunalis S. Inquisitionis Consultor, æt. 91. Soc. 76. Edidit *de materiis Tribunalium S. Inquisitionis.*

21. Jan. JOH. SALENTINUS FAUST A STROMBERG, *Germanus*, J. U. Doctor, primùm Consiliarius Electoris Moguntini, deinde Electoris Bavariæ, tum per 41. annos in Cameræ Imper. Judicio, quod Spiræ est, Assessor, demum emeritus, æt. 73. Prodiit ejus *Tractatus posthumus de Criminibus.*

30. Jan. FRANC. CREVXIUS, *Gallus*, Santo, S. J. Eloq. Lector, Coadjutor Spiritualis & Sacerdos, ætat. 70. Soc. 52. Vulgavit *Grammaticam Græcam Clenardi recognitam: Gramm. Latinam Despauterii emendatam: Historiæ Canadensis, seu novæ Franciæ lib. X. usque ad an.* 1656: E Gallico Latinam reddidit *Joh. Francisci Regis Vitam: Franc. Salesii vitam, ab Episcopo Aniciensi conscriptam.*

9. Febr. FRIDER. BECMANNUS, *Germanus*, Ambergensis Palatinus, Phil. Magister, Log. & Metaph. Prof. deinde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. in Acad. Viadrina, ætat. 42. prof. 19. Ab eo habitæ sunt *Dispp. Logicæ: Dispp. de Bello: De Majestate: Mele-*

Meletema Sphæricum: De Idololatria Pontificia (pro gradu Doctorali) *De Honore Sanctis debito & indebito: De calice Eucharistico: De Persona Christi: III. de eadem materia, contra D. Kunadum: De officio Mediatoris Christi: De ratione & consequentiis Theologicis: De Exorcismo.*

9. Mart. JACOBUS MUNFORDIUS, *Anglus*, Norfolciensis, S. J. Collegii Leodiensis Rector, æt. 61. Soc. 40. Scripsit vernaculô idiomate, suppressô nomine suô, *Admonitionem pro vivis, ut orent pro defunctis: Vindicias, seu defensiones Dialogorum S. Gregorii: De Judice controversiarum,* cui titulum fecit; *Quæstio quæstionum:* Latinè, & appositô nomine suô, *Tractatum de misericordia fidelibus defunctis exhibenda.*

12. Mart. FRANC. BRIVIUS, *Italus*, Mediolanensis, Nobilis, S. J. Eloq. & Eth. Prof. in patria, æt. 69. Soc. 52. Publici juris fecit *Orationes varias.*

15. Mart. JOH. LEIBIUS, *Germanus*, Streuffdorfiensis, Poëta Laur. Cæsareus, Advocatus Coburgensis ordinarius, æt. 75. Composuit nonnullos libros, ex quibus lucem aspexerunt publicam *Zodiacus Christianus, de Prædestinatione ad vitam æternam, ex Drexelio ve sus & emendatus: Studentica*, h. e. *Apophtegmata, Symbola & proverbia Pontificum, Impp. Regum, Electorum &c. cum carminibus sacris & profanis: Tractatus de Ganerbiatu: De prioritate Creditorum: Epigrammata de laudibus & laboribus Gustavi Adolphi R. Sueciæ: Consilia varia, processum contra Sagas concernentia.*

25. Mart. GOTTFRIDUS SLüTERUS, *Germanus*, Göttingensis Saxo, Phil. Magister, Theol. Licent. primùm Dial. pòst Organici Aristot. Professor Lipsiensis, Facult. Phil. Senior, æt. 54. prof. 22. Reliquit *Dispp. de Actionibus moralibus in genere*, & nonnullas alias.

25. Mart. THOMAS CAMPTONUS CARLETON, *Anglus*, Cantabrigiensis, Jesuita, Rhetor. in Collegio Anglicano Audomari, Phil. & Theol. Leodii Lector, nec non studiorum Præfectus, æt. 73. Soc. 49. Edidit *Promotheum Christianum, seu librum Moralium: Philosophiam universam: Theologiæ Scholasticæ tomum priorem & posteriorem.*

26. Mart. HENRICUS FREISLEBIUS, *Germanus*, Altenburgensis Saxo, Phil. Magister, primùm Archidiaconus in patria, deinde Theol. Doctor, Pastor & Superint. Orlamundensis, demum designatus Coadjutor Brunsvicensis, æt. 38. minist. 14. Foràs misit *Disp. de Formulæ Concordiæ Conditore, occasione, progressu, causis scriptionis & publicationis, nec non mensura & principio Fidei: Conc. funebres &c.*

26. Mart. ANDREAS FROMMANNUS, *Germanus*, Coburgensis Saxo, Philos. Magister, primùm Log. in Gymnasio patrio Professor, postea

ejusdem Director, æt. 74. offic. 50. Contexuit *Promptuarium Logicum: Discursum de summo Bono Practico: Institutiones Ethicas: Synopsin Metaphysicam: Aphorismos de virtute morali &c.*

5. April. BALTHASAR CAMPUZANUS, *Americanus*, Limensis, Augustinianus, Provinciæ Peruanæ Præfectus, dein in Curia Romana Procurator generalis & Assistens Romæ pro Hispania. Scripsit *super Psalmum XVIII. sive de jure Indiarum: De summo Sacerdote: De Reginæ Sveciæ conversione: De Peste: Paraphrasin, seu interpretationem opusculi aurei summi sacrorum apicis Alexandri VII. P. M.*

6. April. JO. PYWOCKI, *Prussus*, S. J. Theol. Prof. in Acad. Vilnensi, Collegiorum Brunsbergensis, Vilnensis, Domus Professæ Varsaviensis, & bis illius provinciæ Rector, æt. 67. Soc. 42. Formavit *Panegyricos II. de rebus gestis Vladislai Regis Poloniæ: Deductionem S. Casimiri in Mausolæum ipsi à Sigismundo III. Vilnæ exstructum: Beneficentiam Regis in conferenda Matthiæ Casimiro Sarbieuski Laurea Theologica: Iconem votorum in nuptiis Vladislai IV. Regis & Ceciliæ Renatæ Austriæ: Panegyricum funebrem Alberti Radzivilii, Principis Vilnensis: Arma Catholica pro Traditionibus & Purgatorio, contra Anti-Bellarminum Amesii: Parænesin ad Ministros Calvinianos, de spiritu privato ad Synodos non admittendo: Laurentalia Rigensia, contra Prædicantem Hæreticum &c.*

15. April. DANIEL HENRICI, *Germanus*, Chemnitio-Misnicus, Theol. Doctor & Prof. Lipsiensis, Canonicus Cizensis, & pòst Misnensis, Consistorii Eccles. Assessor, Alumnorum Electoralium Inspector &c. æt. 51. offic. 24. Condidit *Tractatum de inspiratione Verborum S. Scripturæ: Comment. in Evangelium Propheticum Jerem. XXXI, 22: Synopsin Doctrinæ de Messia, è Solis V. T. libris demonstratæ: Christianum delineatum: Christologiam orthodoxam: Librum de vitæ humanæ termino: Scholas Philologicas: Dispp. Theol. de Unctione Christi: De Primogenitura Christi: De Prophetia: De mysterio Oeconomiæ: De Cap. I. ad Romanos: Ex Joh. XVII: ex Psalmo CX: ex Apoc. I, 8: De S. Cœna &c.*

17. April. JOH. ANDREAS PICCARTUS, *Germanus*, Zeulizhemiensis, Phil. Magister, primùm Diaconus & Histor. Professor, deinde Theol. Licentiatus, Pastor & Superintendens, Theol. Profess. ac Inspector Suinfurtensis, æt. 45. Minist. 20. Publicæ luci donavit *Conciones funebres: Dispp. de concursu causæ principis: De Theophania ad Jordanem: De gratia justifica &c.*

23. April. OLAUS UNONIUS, *Svecus*, Gevalensis, Phil. Magister, & Logices Prof. Upsaliensis. Ipsô præside habitæ sunt *Dispp. de Constitutione Philosophiæ, ejusque usu in Theolo-*

Theologia: De Anima separata: De Homine: De Mundo; De Cœlo: De fine ultimò Actionum humanarum civilium: De Philosophiæ natura: De Spiritu animali: De Comitate: De Syllogismo: De Actu & Potentia: De Libero Hominis arbitrio: De Unione essentiali: De Mixtione: De cerebro humano: De scientia in communi: De Metallis: De materia & forma: De causa efficiente: De Habitibus: De voluntate humana: De Syllogismo scientifico: De Prudentia Politica: De Qualitatibus: De Stellis: De Infinito: De Physiologia: De Veritate &c.

26. April. DONATUS ANTON. DE MARINIS, *Italus*, JC. & Consiliarius Neapolitanus, æt. 67. Reliquit *Resolutionum juris tomos duos: Decisiones Neapolitanas: Resolutiones quotidianas &c.*

1. Maji CHRISTOPH. NOTTNAGELIUS, *Germanus*, Hilpershusanus Franco, Phil. Magister, Mathem. super. Prof. Wittenbergensis, & totius demum Academiæ Senior, æt. 59. prof. 32. Adornavit *Institutionum Mathematicarum partem primam, in qua Mathesis generalis, Arithmetica vulgaris, Logistica Astronomica, Algebra, Geometria, Trigonometria, Geodæsia: Synopsin Mathematicam: Manuale Fortificatorium: Relationem de Cometa anni 1665: Manuale Architecturæ militaris: Dispp. varias.*

17. Maji CASP. ARNOLDUS, *Germanus*, Hirschbrucensis Noricus, Phil. Magister, primùm Pastor Kirchensittenbacensis, deinde Diaconus ad D. Sebaldi Norimbergensis, æt. 67. Minist. 38. Emisit in publicum *Postillam Evangelicam, & conciones aliquot funebres.*

22. Maj. CASPARUS SCHOTTUS, *Germanus*, Regiscurianus Herbipolensis, Soc. Jesu, in Siciliam Missionarius, Philos. Theol. Moralis & Mathem. Professor Panormitanus, inde Ecclesiastes & Math. Prof. in patria, æt. 58. Soc. 39. Elucubravit non absque laude *Mechanica Hydraulico-Pneumatica, cum experimento novo Magdeburgico: Magiæ universalis naturæ & artis partem I. sive Thaumaturgum Opticum: Partem ejus II. sive Thaumaturgum Acusticum: Partem Magiæ III. seu Thaumaturgum Mathematicum: Partem IV. seu Thaumaturgum Physicum: Pantometrum Kircherianum, sive Instrumentum Geometricum novum: Itinerarium Extaticum Kircherianum prælusionibus, scholiis & iconismis illustratum: Cursum Mathematicum, sive absolutam omnium Mathematicarum disciplinarum Encyclopædiam, in libros XVII. digestam: Physicam curiosam, sive mirabilia Naturæ: Mathesin Cæsaream: Anatomiam Physico-Hydrostaticam fontium & fluminum: Arithmeticam practicam: Technicam curiosam, sive mirabilia Artis: Scholam Steganographicam: Organum Mathematicum*, opus posthumum.

24. Maj. FELIX WYSSE, *Helvetius*, Cœtus Abbatissani in Ecclesia Tigurina

rina Paſtor, æt. 70. miniſt. 48. Prelo ſubjecit *Analyſin Catechiſmi*: *Sermonem Circumciſionalium Decadem*: *Conc. feſtivales*: *De Subverſione Hieroſolymæ*: *Sermonum Miſcell. Eicadem.*

2. Jun. JO. LIPPAY, *Hungarus*, Poſonienſis, S. J. Human. & Græcæ Lingvæ Græcii & Viennæ annis pluribus Prof. dein Collegiorum Jaurini Ungarini, Trenchinii & Seminariorum Hungaricorum Viennæ ac Tirnaviæ Rector, ætat. 60. Societ. 42. Paravit vernaculô idiomate *Calendarium Oeconomicum*; *De Inſitionibus & Seminatione*: *De fructibus diverſiſſimis producendis.*

3. Jun. CHRISTIANUS CHEMNITIUS, *Germanus*, Königsfeldenſis Miſnicus, Phil. Magiſter, & Scholæ Jenenſis Rector, tum Diaconus, mox Archidiaconus Vinarienſis, porrò Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Eccleſiarum Diœceſeos Jenenſis Superintendens ac Paſtor, ætatis 51. miniſt 23. prof. 14. Publico bono exire paſſus eſt *Collegium Epiſtolicum Latinum*: *Collegium Theologicum in Epiſtolam Pauli ad Galatas*: *Examen argumentorum, quibus D. Joh. Schefflerus Religionem noſtram impugnavit*: *Methodum Concionandi*: *Inſtructionem futuri Miniſtri Eccleſiæ*: *Defenſionem B. Joh. Gerhardi, contra Joh. Vorſtium*: *Quæſtiones in Geneſin*: *Prælectiones in Locos Theologicos Hüttero-Cundiſianos*: *Conr. Dieterici Inſtitutiones Catecheticas notis illuſtratas*: *Collegium ſuper Formulam Concordiæ*:

Comment. in omnes Epiſtolas Paulinas: Germanicè *de IV. Noviſſimis*: *Conc. Valedictoriam*: *Scripta polemica varia contra Schefflerum*: *Delicias Dei cum Hominibus, ſive CX. conciones in hiſtoriam Joſephi*: *Defenſionem fidei contra D. Eccartum*: *Conc. & Diſp. Theol. varias.*

18. Jun. ALBERTUS VOLCKHARDUS, *Germanus*, Altdorphinus Noricus, Phil. Magiſter, primùm Paſtor Ortenburgenſis, deinde Schwartzefeldienſis in Bavaria, pòſt Moderator Scholæ, ac demum Eccleſiæ Laurentianæ Archidiaconus Norimbergenſis, æt. 75. miniſt. 46. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

27. Jun. OTTO PHIL. ZEPPERUS, *Germanus*, Bremenſis, J. U. Doctor, inque Gymnaſio patrio Profeſſor, æt. 39. Scripſit *Cynoſuram Legalem*: *De jure Detractionis*: *De Codicillis*: *De Aggratiandi jure*: *Nucleum X. illuſtrium materiarum*: *Tractatum de ratione ſtudendi jura.*

30. Jun. ERICUS ODHELIUS, *Suecus*, Weſtro-Gothus, Theol. Doctor & Prof. Upſalienſis, æt. 46. prof. 14. Hamburgi. Ejus extant *Diſp. de S. Scriptura*: *De Habitibus intellectus acquiſitis*: *De notitia Dei naturali*: *De tribus univerſalibus æternæ hominis ſalutis cauſis, dilectione, Redemptione & Vocatione*: *In Auguſtanam Confeſſionem*: *Palma Pacifera &c.*

2. Jul. JO. ANTONIUS XARQUE, *Hiſpanus*, Albarracinenſis Aragonus, S. J. Collegii Turiaſonenſis Rector, Concio-

Concionator, æt. 66. Soc. 52. Vulgavit *Tomos X. super Psalmum Miserere*, hôc titulô; *Orator Christianus: Augustum Planctum Urbis Cæsaraugustanæ in exequiis Philippi IV. Regis Hispaniarum: Orationes & Emblemata varia: Sacrum Solamen hujus temporis &c.*

27. Jul. GEORGIUS LILIEN, *Germanus*, Dresdensis, Phil. Magister, primùm Pastor Zindorfensis, Kagelensis & Kühnbeinensis, deinde Walslebiensis, tum Diaconus Berolinensis ad D. Nicolai, ac demum ibidem Præpositus vicinarum Ecclesiarum, ut & Gymnasii Inspector, æt. 70. minist. 45. In lucem emisit *Conc. Valedictoriam Walslebiensem: Augustanæ Confessionis nucleum: Lilium Christianum, seu imaginem Christi & Christianorum: Paradisum Precationum: Explicationem Epistolæ I. Canonicæ Johannææ: Postillam Evangelico-Catecheticam: Conc. funebres.*

15. Aug. JO. ADAMUS SCHALL, *Germanus*, Coloniensis, S. J. Missionarius ad Sinas, supremus ibidem Mathematici Tribunalis per 23. annos Præfectus, æt. suæ 75. Soc. 55. Edidit Sinensi lingvâ *CL. libellos de Astronomia, Geometria, Arithmetica, aliisque Mathematicis disciplinis.*

30. Aug. BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor, primò in Scabinatu Lipsiensi, deinde Dicasterii Supremi Provincialis Assessor, tum Consiliarius Electoris Sax. in judicio

obiit ANNO 1666.

Appellationum, quod Dresdæ est; Assessor; post hæc Prof. & Ordinarius Lipsiensis, Consistorii Ecclesiastici Director, ac Consiliarius Electoris intimus, ætat. 71. offic. 46. Eminentissimi JCti nomen promeruit Scriptis in publicum emissis pluribus, ex quibus sunt *Practica rerum Criminalium; Synopsis juris Feudalis; Decisiones illustres Saxonicæ; Definitiones Forenses; Volumen Disputationum Historico-Politico-juridicarum; Definitiones Ecclesiasticæ, seu Consistoriales; Processus juris Saxonici; Lex Regia Germanorum; Usus practicus Consangvinitatis & Affinitatis; Asylum Debitorum; De juribus Fœminarum; De Oneribus Vasalli Feudalibus; Synopsis rerum Criminalium; De Voto Septemvirali: De Confraternitate Domus Saxonicæ & Hassiacæ; De Regalibus Fisci; De non provocando à Domo Saxonica; Observ. in Auream Bullam; In Electionem Caroli V. &c.*

31. August. MICHAEL SCHULTZE, *Germanus*, Phil. Magister, Pastor ad D. Georgii Glauchensis ante Halam Saxonum. Vulgavit *Concionem Jubilæam*, & fortè alia.

1. Septembr. JOH. HOORNBEEK, *Belga*, Harlemiensis, Theol. Doctor, ejusdemque in Academiis Ultrajectina & Lugduno-Batava Professor, nec non Ecclesiæ ibidem Pastor, æt. 48. prof. 22. Typis subjecit *Institutiones Theologicas: Socinianismi confutati tomos tres: Commentarium de paradoxis & heterodoxis Weigelianis:*

Pro-

Pro convincendis & convertendis Judæis libros VIII: Irenion sive de studio Pacis & Concordiæ: Examen Bullæ Urbani VIII. de Jesuiticis Imaginibus & festis: Epistolam ad Duræum de Independentismo: Examen Bullæ Innocentii X. de Pace Germaniæ: Summam Controversiarum Religionis cum Infidelibus, Hæreticis, Schismaticis: Orat. de studio SS. Theologiæ: In obitum Caroli de Maets: De Ecclesiarum inter se communione: Theologiæ Practicæ tomos II: Tractatum de Peste: De Consociatione Evangelica inter Reformatos & Evangelicos: De Conversione Gentilium libros duos: De observando à Christianis præcepto Decalogi quarto: De Episcopatu: Apologiam pro Ecclesia Christiana hodierna non apostatica: Compendium Disput. Theologicarum: Vetera & nova, sive Exercitationum Theologicarum libros III: Methodum concionandi. Belgicè *Tractatum de Catechisatione: Catechismum Anti-Papisticum: Euthanasiam: De Sanctificatione Sabbati: De vera Ecclesia: De extremo judicio &c.*

17. Sept. AUGUSTUS, DUX BRUNSVICENSIS ET LUNABURGENSIS, æt. 88. in Collegio Fructifero der Ernährende dictus. Publicæ luci donavit, sub nomine Gustavi Seleni, *Crytographiam libris IX. in quibus Steganographiæ Trithemianæ Enodatio traditur: Tractatum de Lusu Schaccorum: Harmoniam Evangelicam: Agenda Ecclesiastica.*

12. Oct. THEODORUS GRASWINCKEL, *Belga*, Delphensis Batavus, Eques S. Marci, Holiaci Dominus, Consulari stirpe prognatus, æt. 66. Mechliniæ. Composuit *Stricturas ad censuram Joh. à Felden, in libros H. Grotii de jure Belli & Pacis: Dissert. de jure Majestatis: Opus de Libertate Veneta: De Fide Hæreticis servanda: Vindicias maris liberi, contra P. B. Burgum: De jure Præcedentiæ inter Venetam Remp. & Sabaudiæ Ducem: Dissert. de Præludiis justitiæ & juris aduersus Rebellem: Vindicias Maris liberi, adversus Welwodum: Principem Pacis: Thomæ à Kempis lib. de imitatione Christi* carmine expressit.

13. Octobr. FRANC. EMMANUEL, *Hispanus*, Olissiponensis, Nobilis, Tribunus Legionis. Condidit *Opera Moralia: Opera familiaria: Politicam militarem: Coronam Tragicam: Historiam de Cataluna &c.*

18. Oct. LEONARDUS BERTON, *Belga*, Namurcensis, Jesuita, Duaci Phil. Lector, variisque in locis Scholarum Præfectus, æt. 71. Societ. 41. Ab eo est liber inscriptus; *Via, Veritas & Vita Christus demonstratus.*

27. Oct. TOBIAS OELHAFEN A SCHOELNBACH, *Germanus*, Patricius Norimbergensis, J. U. Doct. Reip. patriæ & diversorum S. R. Imperii Statuum Consiliarius, Universitatis Altorphinæ Procancellarius, sæpe Legatus, æt. 65. Struxit *Templum Pacis in Romano Germ. Imperio: Deam Monetam, sive Orationes de Statu hodierno rei monetariæ in Imperio Rom.* Germa-

Germanico: Dispp. de Magistratibus: De Donationibus: De principiis juris: De Appellationibus &c.

1. Nov. JACOBUS HOWELL, *Anglus*, Abernontiâ-Caermarthenienſis, Artium Baccal. Orator in Hiſpania regius, Comitis in Legatione ad Danos Secretarius, nec non Hiſtoriographus regius, æt. 72. Variarum Lingvarum peritus. Scripſit *Lucum Dodonæum, ſive ſylvam loquacem: Diſſert. de poteſtate Regum ſuprema: Perluſtrationem Urbium Londinenſis ac Weſtmonaſterienſis: Diſſert. de Imperio & electione Regis Romanorum: Colloquium Brutorum, ſive Morphandram Inſulæ incantatæ Reginam: Epiſtolas familiares, domeſticas & peregrinas.*

5. Nov. JO. D'ARRAS, *Belga*, Cameracenſis, S. J. Phil. Duaci & Theol. Moralis Audomari Prof. & Eccleſiaſtes, ætat. 58. Confecit *Practicam Tractatuum Mathematicorum epitomen.*

6. Nov. JO. DE ALLOZA, *Peruanus*, Limenſis, S. J. Human. & Theol. Moralis Lector, domus probationis in patria Vice-Rector, æt. 68. Soc. 48. Formavit *Cœlum ſtellatum Mariæ: Excellentias S. Joſephi: Convivium divini amoris: Flores Summarum, ſeu Alphabetum morale caſuum, qui confeſſariis contingere poſſunt.*

7. Nov. JOH. CONRADUS DANNHAWERUS, *Germanus*, Kindringâ-Briſgojus, Philoſ. Magiſter, Poëta Laur. Cæſareus, primùm Argentorati Inſpector Collegii Prædicatorum, mox Eloq. Prof. tum Theol. Doctor, hujusque Prof. Paſtor in ſummo Templo, Capituli Thomani Decanus, & demum Conventus Eccleſiaſtici Præſes, æt. 63. prof. 37. Illuſtria divini ſui ingenii, diligentiæ & fidei in exornandis officiis documenta dedit, ex quibus etiam ſunt *Poëmata ſacra: Canones Logici & Metaphyſici: Collegium Ethico-Politicum: Collegium Pſychologicum: Exercitationes Tropologicæ: Dispp. Methodo-Logicæ, ſive Rhetorico-Didacticæ: Epiſtolographia: Tractatus de Syllogiſmo infinito: Idea boni interpretis & malitioſi calumniatoris: Idea boni Diſputatoris & malitioſi Sophiſtæ: Epitome Dialectica: Rhetorica: Tract. de Memoria: Quæſtiones Morales: Chriſtoſophia: Collegium Decalogicum: Drama ſacrum: Gamaliel Hebræo-Teuto: Myſterioſophia: Hodoſophia Chriſtiana: Hodomoria Spiritus Papæi: Hodomoria Spiritus Calvini: Myſterium Syncretiſmi detecti: Anti-Chriſtoſophia: Gorgias Leontinus Sophiſta in Valerio Magno redivivus: Hecdecas Homiliarum: Onirocritarum Batavorum Adriani & Petri de Walenburch deliquia: Hermenevtica ſacra: Polemoſophia: Vale triumphale Melch. Cornæo dictum: Athleta ſancta & victrix ſui criminatoris M. Cornæi: Præadamita Utis: Hyæna Freiburgica: Fatum flagelli Turcici: Theologia Conſcientiaria: Stylus vindex æternæ Spiritus Sancti à Patre Filioque proceſſionis: Iconothetes Chriſtianus: De Probatione Spiri-*

tuum: Illex & obex Pacis Ecclesiarum Sanctæ: Homiliarum Academicarum Pars II: Nuntius Jo, Duræo missus: Aristoteles ex orco redivivus, contra Cornæum: Salve Reformatorum: Lac Catecheticum: Memoriale Evangelicum: Panegyricus Uranius: Conciones Epistolares: Tutamen Christianorum, adversus fremitum Turcicum: Orationes & Dispp. quàm plurimæ sigillatim emissæ.

7. Nov. GEORGIUS BEHM, *Bohemus*, Litomericensis, S. J. Human. Phil. Mathem. & Theol. Moralis Professor, æt. 48. Soc. 30. Excudi curavit *Propositiones Mathematico-Musurgicas: Physico-Mathematicas, de objecto potentiæ visivæ: Propositiones scientiæ Staticæ: Geometricas de Quadratura Circuli: Tract. notabilem Arithmeticæ Practicæ.*

7. Dec. GUIL. de LANDSHERE, *Belga*, Flander, S. J. Human. literarum variis in locis, S. Scripturæ verò & Theol. Moralis Lector Antverpiensis, Scholarum Præfectus, simulque Concionator in primariis Urbibus istius Provinciæ, ætat. 61. Soc. 47. Typis subjecit *Controversias quasdam contra Jac. Laurentium, Prædicantem Amstelodamensem: Refutationem duplicem quinquennalis scripti ejusdem Jac. Laurentii, de præsentia corporis Christi in Eucharistia: Delicias piorum spirituales: Delicias Eucharisticas: Fasciculum Myrrhæ: De Sanctorum cultu: De Miraculis: Rationalem exigentiam ab Hæreticis, ut probent sua Biblia esse verbum Dei: Diarium Hominis piè Christiani: Originem & progressum novæ Reformationis.*

27. Dec. CAROLUS WERPÆUS, *Belga*, Condrusio-Leodiensis, Jesuita, Rhetor. tum in Belgio, tum in Bohemia Lector & Sacerdos, ætat. 74. Soc. 54. Paravit *Piarum lacrymarum in 4. fontes, seu totidem libros Elegiarum divinarum: De Raptu Manresano S. Ignatii de Loyola Lib. IV.*

JORDANUS NICOLAI EDENIUS, *Svecus*, Wermelandus, Theol. Doctor ejusdemque Prof. Upsaliensis. Ejus sunt *Vindiciæ pro Innocentia Wermelandiæ, seditionis injustæ accusatæ: De ortu & interitu corporum naturalium: Epistola ad Hottingerum: Memoriale Biblicum, summas librorum S. codicis, & singulorum capitum præcipuas res exhibens: Dissertationes de Schilo seu Messia, ex Gen. XLIX, 10: De statu hominis post mortem: De veritate Religionis Christianæ: De natura Theol. & Scriptura Sacra: De Deo: De Creatione &c.*

ADAMUS WEINHEIMERUS, *Germanus*, Giessensis Hassus, Philos. Magister, primùm Gymnasii Spirensis Rector, dein Pastor Limburgicus, demum Pastor & Superintendens Eslingensis. Vulgavit *Centurias quinque selectissimarum Quæstionum: Salve Chronologicum: Prodromum Differt. Historico-Chronol. de rebus ab origine mundi ad Monarchiam I: Rhetorem*

torem extemporaneum: Prosphonema Gymnasticum de liberalibus puerorum exercitiis: Præcognita majoris & minoris Mundi: De Christi divinitate, humanitate, genealogia: Catenam Evangelicam: Postillam Evangelicam: Vigiliam sacram: Sodomam de Scortatione & adulterio: Gomorram de Sabbathi profanatione: Calumniam, Diaboli filiam; Mortem in olla, de conjugii calamitatibus: De quinque Fratribus Epulonis: De Mendacio: Gratiarum actionem pro Augustana Confessione: De curru Dei, sacro Ministerio: Vale Limburgicum &c.

ROBERTUS VAUGHAN, *Anglus*, Merviniensis, Armiger, Collegii Orielensis Oxoniæ commensalis, æt. 74. Consignavit *Antiquitates Britannicas: Genealogiam Comitis de Carbu- rii: Curiarum quinque regiarum in Cambria notitiam succinctam &c.*

ADAMUS KRIEGER, *Germanus*, Poëta, & in Aula Electoris Saxoniæ Musicus, æt. 32. Edidit *Cantilenas*, quas *Arien* vocant.

ANTONIUS DEUSINGIUS, *Belga*, Meursensis Auriacus, Med. Doctor, in patria Practicus & Mathes. Professor, mox in Gymnasio Hardervicensi Phys. & Math. Prof. & Physicus Urbis ejusdem, deinde & Med. ibidem Prof. porrò Med. in Acad. Gröningensi Professor, demum quoque Comitis Nassoviæ Archiater, æt. 54. Prelo subjecit *Cosmographiam Catholicam & astronomicam: Dissert. de vero systemate mundi: Naturæ theatrum universale: Dissert. VII. de Anima humana: Discursum Physicum de mundi opificio: Astronomiam, secundum hypotheses Ptolomæi: De origine Formarum naturalium: Hexaëmerum recognitum, seu de Creatione Meditationes: Compendium Metaphysicæ: Compendium Physicæ: Ethicæ: Exegesin Apologeticam: Cloppenburgium Heautontimorumenon: Synopsin Medicinæ universalis: Exercitationes Anatomicas: Dissert. de motu cordis & sanguinis: De Venæ sectione in Pleuritide: De Lacte ac nutrimento fœtus in utero: Exercitationes Anatomicas & Physiologicas de partibus corporis humani: Genesin Microcosmi: Disquisitionem geminam de Vacuo: De morborum quorundam superstitiosa origine & curatione: De Peste: De Mandragoræ Pomis: De Unicornu & Lapide Bezoar: De Manna & Sacchara: De Chylificatione & chyli motu, de sanguificatione: De motu Animalium: De nutritione Animalium: De sanguinis esu ac comment. nutritii succi: De ortu Animæ humanæ adversus Charleton: Fasciculum Dissertationum selectarum; Historiam fœtus extra uterum in abdomine geniti; Examen pulveris Sympathetici contra Digbæum; Oeconomum corporis animalis restitutum, contra Alvarez; Prodromum defensionis, pro Oeconomo corporis animalis: Sylvam cæduam: Orationes varias &c.* Ex Arabico in Latinum vertit *Canticum Avicennæ de Medicina: Selecta Medica Jo. Mesuæi Damasceni.*

ADAMUS BOREEL, *Belga*, Zelandus, Socinianus, æt. 63. Scripſit *de veritate Hiſtoriæ Evangelicæ: Ad Legem & Teſtimonium: Concatenationem auream Chriſtianam ſive de cognitione Dei & Chriſti: Tractatum de fraterna Religione.*

PHILIPPUS GRüLINGIUS, *Germanus*, Medicus Aulicus & Conſul Stolbergæ Cheruſcorum, ætat. 74. prax. 43. Edi curavit *Florilegium Galeno-Chymicum: Medicinam Practicam: Curationum dogmaticorum Hermeticarum Centurias VII: De triplici genere Evacuationis in Medicina: De Calculo & ſuppreſſione Urinæ: De Purgatione.*

JOH. STEUDNERUS, *Germanus*, Auguſtanus, in Urbe patria ad D. Ulrici per XII. annos Eccleſiaſtes, deinde VI. annos Collegii Aug. Conf. Ephorus, ætat. 46. Struxit *Alphabetum Judaicum de myſteriis Dei*, & fortè quædam alia, nobis hactenus non cognita.

ANNO 1667.

4. Januar. MATTHÆUS HOFFMANNUS, Machæropæus dictus, *Germanus*, Paſtor ad SS. Trinit. ædem & Inſpector apud Suidnicenſes in Sileſia. Prodiit ejus opus poſthumum, ſub titulo; *Chronotax Apocalyptica viſionibus Apocalypticis certas temporum periodos aſſignans.*

11. Jan. JACOBUS RAUPIUS, *Germanus*, Rotenburgâ-Tuberanus, per XL. annos Paſtor Herleshuſanus, æt. 63. Evulgavit *Comment. Synopticum in univerſa Biblia: Bibliothecam portatilem: Januam SS. Theologiæ: Epitomen ſive Aphoriſmos: Memoriale Biblicum.*

17. Jan. FRANC. MILEMAN, *Belga*, Brugenſis, S. J. ætat. 57. Soc. 30. Pugnavit præcipuè *contra deliramenta Mennonis*, ediditque lingvâ vernaculâ, ſub nomine Franciſci van der Brugge, *Fidelem Ductorem: Demonſtrationem Chriſti verè ex virgine Maria incarnati: Belgicam Echonem, ſeu contilenas ſacras*, ſub nomine Victorii à Campis.

27. Jan. GREGORIUS A SANCTO VINCENTIO, *Belga*, Brugenſis, Jeſuita, Mathematum Profeſſor, æt. ſuæ 83. Soc. 62. Condidit *Opus Geometricum Quadraturæ circuli & ſectionum comi X. libris comprehenſum: Theoremata Mathematica ſcientiæ Staticæ de ductu ponderum per planitiem recta & obliqua horizontem decuſſantem: Opus Geometricum poſthumum ad Meſolabium per rationum proportionabilium novas proprietates.*

6. Febr. JOH. TECLENBURGIUS, *Germanus*, Bexhovio-Bremervordenſis, Phil. Magiſter, Paſtor primùm Grunenteichenſis, deinde Butzflietenſis, ætat. 79. miniſt. 52. Extant ejus *Conciones IV. de Pace: Concio de Fluminum alluvie & inundatione: Conc. funebres &c.*

14. Febr.

14. Febr. THOMAS REINESIUS, *Germanus*, Gothâ-Thuringus, Med. Doctor, primùm Varisciæ in urbe, quam Curiam sive Hoff vocant, Practicus, deinde Dynastæ Ruthenicæ Archiater, Scholæque; Inspector, porrò Physicus Altenburgensis, simulque Civitatis istius Consul, demum Electori Saxoniæ à consiliis, Lipsiæ privatim degens, ætat. 80. Immortali cum nominis sui laude luci exposuit *Chematriam* h. e. *Medicinam Chemiâ exornatam*: *De Vasis Umbilicalibus eorumque ruptura*, *observationem singularem*: *De Deo Endovellico commentationem parergicam*: *Tractatum de lingva Punica, quod ea non sit Arabica*: *Variarum Lectionum libros tres*; *Defensionem variarum Lectionum*; *Comment. in veterem Inscriptionem Augustæ Vindelicorum erutam*; *Epistolas ad Casp. Hoffmannum & Christ. Ad. Ruperium*; *Dissert. Criticam de Sybillinis Oraculis*; *Petronii Arbitri fragmentum cum epicrisi & Scholiis*: *Epistolarum ad Nestoros farraginem*: *Epistolas ad Joh. Vorstium*: *Ad Christ. Daumium*: *Herodoti Halicarnassei Orationes cum notis*. Exiit quoque Lipsiæ an. 1679. sub ejus nomine, *Schola Jure-Consultorum Medica*, *Relationum libris aliquot comprehensa, quibus principia Medicinæ in jus transsumta ex professo examinantur*. Verus autem Auctor & titulus iste est; Fortunati Fidelis de Relationibus Medicorum libri IV. in quibus ea omnia, quæ in forensibus ac publicis causis Medici referre solent, plenissimè traduntur, studiô D. Pauli Ammanni, Lipsiæ 1674. Hoc indicare volui, ne Vir CL. præter meritum Plagiariis adscribatur.

20. Febr. JUSTUS OLDECOPIUS, *Germanus*, Hildeshemiensis, J. U. Doctor & Advocatus, Consistorii Hannoverani Assessor, diversorum Principum Legatus, æt. 70. Wolpherbyti. Elucubravit *Tractatum de Appellationibus*: *De Appellationibus in causis Criminalibus*, *contra Carpzovium*: *De Jurejurando in alterius animam*: *Cautelas Criminales*: *Tract. contra Senatum Brunsvicensem*: *Informatorium Politicum*, *pro Magistratu urbico &c.*

20. Febr. CHRISTOPH. TETSCH, *Prussus*, Regiomontanus, J. U. Doctor, Dicasterii Aulici Electoris Brand. in Prussia Consiliarius, & Juris in Acad. patria Prof. æt. 47. Reliquit *Dissp. VIII. Juridicas de Obligationibus*: *Vindicias juris civilis Romani*, *contra censuram Gallicam Bernh. Autumai*, *ad Part. I. Pandectarum &c.*

23. Febr. MARTINUS HINCZA, *Polonus*, Jesuita, Sacerdos, Theol. Moralis Lector, Collegiorum Gedanensis, Torunensis, Jaroslaviensis & Cracoviensis Rector, Domibus professis Vilnæ & Cracoviæ, & demum totius Provinciæ Poloniæ Præfectus, æt. 75. Soc. 54. Emisit Polonicè *libellum*, qui inscribitur; *Rex dolorum Jesus Christus*: *Jubilum Angelorum*,

seu Contemplationes de Passione Domini: Laudem S. Crucis: Meditationes de infantia Christi: Meditationes in Evangelia: Vocem Domini ex Evangeliis &c.

6. Mart. JACOBUS LENORMANT, *Gallus*, Abbas Parisinus. Scripsit *Tract. de necessaria Animæ rationalis immortalitate.*

17. Mart. PHILIPPUS LABBE, *Gallus*, Bituricus, S. J. Rhetor. Philos. & Theol. Moralis Professor, æt. 60. Soc. 44. Parisiis. Ejus sunt quàm plurima, quorum indicem subjicimus; *De Bysantinæ Historiæ scriptoribus protrepticon: Notitia dignitatum omnium Imperii Romani in partibus orientis & occidentis: Chronici Technici, sive Concordiæ Historiæ Christianæ Pars* 1. & 2: *Concordia sacræ & profanæ Chronologiæ: Regia epitome Histor. sacræ & profanæ: Polyptihicum regium*, h. e. *Episcopatuum & Beneficiorum spectantium ad collationem Regis Christianissimi collectio: Conciliorum Synodorumque Galliæ Historia: Hagiologium Franco-Galliæ: Chronicon Dolensis Cœnobii in Bituricum Provincia, cum notis: Appendices ad Elogium Bituricense: Historiæ sacræ Prodromus: Pharus antiquæ Galliæ: Epigrammata de expugnatione Dunkerca: Heroicæ Poëseos deliciæ: Thesaurus Epitaphiorum: Elenchus Prosodiacus Latino-Græcus: Lector S. Scripturæ ad rectam pronunciationis amussim eruditus: Eruditæ pronunciationis Catholici Indices: Enchiridion Prosodicum: Græca Prosodia: Radices Linguæ Græcæ: Thesaurus Prosodicus Græco-Latinus: Regulæ accentuum & spirituum Græcorum: Jansenius damnatus: Bibliotheca Anti-Janseniana: Euchologium Scholasticum: Verba vitæ æternæ: Nova editio operum Damasceni: Aristotelis & Platonis interpretum Græcorum brevis conspectus: Specimen novæ Bibliothecæ MSS. librorum: Ejusdem Pars I: De Scriptoribus Ecclesiasticis: S. Patrum Bibliotheca Chronologica: Mich. Glycæ Annales Gr. & Lat. cum notis: Conciliorum omnium synopsis: Vita & elogium Galeni: Emendatæ Pronunciationis Bibliotheca Prosodica: Geographicæ Episcopalis breviarium: De anno, mense, die Passionis & Nativitatis Christi: Bibliographia PP. Soc. Jesu Regni Franciæ annorum* 1661. & 1662: *Bibliotheca Bibliothecarum: Chronologia sacro-profana: Conciliorum omnium collectio tomis XVII:* Gallicè *Compendium Chronologiæ: Elogia omnium Regum Franciæ: Differt. de matrimonio Ansberti & Blitildis: Tabulæ Genealog. Regum Franciæ: Scuta Gentilitia Regum Franc. & Principum: Bituricensis Historia: Index Episcoporum Bituricensium: Methodus Chronologiæ: Geographia regia: Ratio Sphæræ addiscendæ: Martyrologium Romanum: Annus sacer: Etymologia variarum vocum Gallicarum: Conspectus urbium & Provinciarum Franciæ: Dictionarium Latino-Gallicum &c.*

24. Mart.

24. Mart. JODOCUS EDZARDI GLANÆUS, *Frisius*, Phil. Magister, XL. annos Pastor Hamburgensis, æt. 72. Per Dei gratiam, Turcam, Æthiopem, Judæos non paucos, multosque alios ἀντιδιατιθεμένους, Christo lucratus est. Pugnavit *pro Pædo-baptismo*, *contra Anabaptistas*: Edidit quoque *Conc. Inauguralem templi*, *ex Haggæi 1*, 18. & nonnulla fortè alia.

5. April. REINHOLDUS A° DERSCHAU, *Prussus*, Regiomontanus, J.U. Doctor, Electoris Brandeburgici in Supremo Appellationum Ducatus Prussiæ Judicio & Aulicus Consiliarius, Facultatis Juridicæ in Acad. patria Senior, æt. 67. Struxit *Viatorem Christianum*: *Disp. de Mutuo &c.*

9. April. PETRUS DE ALVA & ASTORGA, *Hispanus*, Ordinis Fratrum Minorum in Peruano regno. Habentur ab eo opera sequentia; *Naturæ prodigium & Gratiæ portentum* h. e. *P. Francisci Vitæ acta ad Christi vitam & mortem regulata*: *Armamentarium Seraphicum, pro tuendo immaculatæ conceptionis titulo*: *Immaculata Mariæ conceptio*: *Nova literalis Cantici, Magnificat, expositio*: *Sol veritatis, cum ventilabro Seraphico*: *Abecedarium Marianum*: *Indiculus Bullarii Seraphici*: *Nodus indissolubilis de conceptu mentis & conceptu ventris*: *Militia immaculatæ conceptionis Virginis Mariæ, contra malitiam originalis infectionis peccati*: *Radii Solis veritatis*

cœli atque zeli. Vernaculâ lingvâ pluribus etiam libris, pro eadem immaculata conceptione D. Mariæ, pugnavit.

11. April. VINCENTIUS FABRICIUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Licentiatus, primùm Episcopi Lubecensis Consiliarius, deinde Syndicus, ac demum Consul Gedanensis, sæpe Legatus, ætatis 54. Varsaviæ. Publico dedit *Poëmata*: *Epistolas*: *Orationes.*

21. April. PETRUS PELLEPRAT, *Gallus*, Burdegalensis, ordinis Jesuitici, Coadjutor Spiritualis, Missionarius in Americam, æt. 61. Soc. 44. Scripsit Gallicè *Relationem Missionum PP. Societatis Jesu in Insulis & Continente Americæ Meridionalis*: *Introductionem ad lingvam populorum Galibis, in continente Americæ Meridionalis.*

27. April. CASP. SAGITTARIUS, *Germanus*, Osterburgensis Marchicus, Phil. Magister, primùm Scholæ Numburgensis Pro-Rector, tum Rector Brunsvicensis, demum Luneburgensis, novissimè Templi Ibidem Cathedralis Pastor, æt. 70. officii Scholastici 20. ecclesiastici 21. Luci exposuit *Technologiam, sive Prodromum disciplinarum liberalium generalem*: *Dispp. de Prædicamentorum præcognitis*: *De Physica Panis Eucharistici nostris in Ecclesiis usitati veritate &c.* *Dissertationes de Gymnasiorum & quarumvis Scholarum decrementis ac remediis.*

30. Apirl.

30. April. ENVALDUS NICOLAI RANDULF, *Germanus*, Slesvicensis Haterslebienfis, Phil. Magister, Ecclesiastes Roëschildensis in Sælandia primarius, Capituli Canonicus, ut & Præpositus Nomarchiæ Sommensis, æt. 72. Ejus est *Tuba Danica, de aureo Cornu*: *Pia institutio de Eclipsi Solari anni 1654*: *Demonstratio diei Passionis, mortis & Sepulturæ Jesu Christi*: *Resonabilis Echo h. e. Orationis seriæ ac sinceræ mira vis & ἐνέργεια.*

30. Apr. DANIEL CRAMERUS, Jo Jac. F. Dan. N. *Prussus*, Gedanensis, ad SS. Trinit, in patria Diaconus, æt. 33. off. 7. Struxit *Cancellos viæ æternæ* Germanicè.

3. Maj. JO. ELIAS REW, *Germanus*, Werdâ-Noricus, Phil. Magister, Alumnorum & Oeconomiæ in Academia Altorphina per novennium Inspector, nec non designatus ibidem Eloq. Professor, ætat. 39. in flumine periit. Hunc Majus in has produxit auras, Majus Studiosum fecit, Majus Inspectorem dedit, & idem ille fatalis mensis oppressit eundem. Reliquit *Notas in Preibisii Theatrum Aristotelicum*: *Dispp. Ethicas.*

7. Maj. BALTHASAR TIMÆUS A GüLDENKLEE, *Germanus*, Frauenstad. Silesius, Phil. & Med. Doct. primò Poliater, dein Senator, Camerarius & Scholarcha, tum Consul Colbergensis, Reginæ Svecorum & Electoris Brandeburgici Archiater, æt. 67. Vulgavit *Casus Medicinales*: *Responsa & Epistolas Medicinales*: *Tractatum de Dysenteria*: *De Peste Consilium*: *Diætericon*, *opus posthumum*, & junctim *Opera Medico-Practica.*

9. Maj. MARTINUS HEINSIUS, *Germanus*, Spandaviâ-Marchicus, Phil. Mag. in Acad. Wittenb. Philos. Adjunctus & Decanus, Pastor primùm Brandeburgi, pòst Ecclesiæ Viadrinæ & vicinarum Inspector, æt. 56. minist. 25. Foràs misit *Tractatum de notitia Christi, medio ad Salutem*: *Conc. aliquot funebres*: *Dispp. de Piscium habitaculis & ἀλληλοφθορία seu mutua laniena*: *De ortu spontaneo*: *De Lapidibus in genere*: *De Bono & Malo*: *De Intelligentiis*: *De Substantia immobili perpetuò semperque existente &c.*

13. Maj. AHASVERUS PAYNGK, *Germanus*, Husomo-Holsatus, Med. Doctor, in patria Practicus, dehinc Archiater Regis Daniæ, ætatis 59. Reliquit *Operationes Chymicas rariores*, quæ extant in Th. Bartholini *Cista Medica*: *Disp. Inauguralem de Corde.*

14. Maj. JOH. HENRICUS URSINUS, *Germanus*, Spirensis, initio Gymnasii Moguntinensis Evangelici Rector, postea Ecclesiastes Weingartensis, mox Exul & Scholæ patriæ Conrector dehinc quoque Ecclesiastes, demum Pastor & Superintendens Ratisbonensis, Consistorii Assessor & Scholarcha, æt. 70. Elucubravit, non absque albo piorum

piorum & eruditorum calculo, *Comment. in Prophetam Joëlem; Comm. in Prophetam Jonam; Regulam fidei Christianæ Catholicam, contra Valer. Magnum; Adversaria Sacra, sive Passionale quadruplex; Novum Promotheum Præadamitarum Plastem ad Caucasum relegatum; Atrium Latinitatis; Analectorum Sacrorum libros VI; Sacrorum Analectorum volumen alterum; Musageten, sive Consilium de studiis rectè instituendis; Progymnastices Oratoriæ epitomen, sive de Sacris Concionibus libb. III; Paradigmata sacrorum concionum; Analecta Rhetorica; Analecta Theologica & Philologica de officiis Christianis; Exercitationes de Zoroastre, Hermete &c. Isagogen in Historiam sacram & profanam; Parallela Evangelica; Quinquagenam Meditationum Festivalium; Arboretum Biblicum; Rudimenta Grammaticæ; Epitomen Rhetoricæ; Epitomen Metaphysicæ; Compendium Topicæ generalis; Compendium Logicæ Aristotelicæ; Encyclopædiam Scholasticam; Compendium historicum de Ecclesiarum Germanicarum origine & progressu; Arboretum Biblicum continuatum; Sylvam Theol. Symbolicæ; Notas in Phædri fabulas; Miscellanea de Theol. Naturali; Collationem historicam de una vera Religione; Paralipomena Miscell. Theologica & Philologica; Acerram Philologicam;* Germanicè *Conc. LIII. in Prophetam Amos; Indicem Apocalypticum, cum Chiliasmi historia & refutatione; Postillam Salomonæam; De Differentia*

Religionum orbis universi tractatum; Scripta aliquot Polemica cum Joh. Salom. Pfaffreutero, Masenio, Kirchero & Neuheusero; Relationem historicam de Statu Animarum & Purgatorio; Scrupulos Papisticæ Religionis; Ideam Latini cujusdam Gymnasii; Manuale Ratisbonense &c.

16. Maj. SAMUEL BOCHARTUS, *Gallus*, Rothomagensis in Neustria, Ecclesiastes Cadomensis, Lingvarum Orientalium ad stuporem peritus, æt. 70. morte obiit subitaneâ, cùm in auditorio verba faceret. Condidit *Geographiam Sacram: Hierozoicon, sive de Animalibus Sacræ Scripturæ: Epistolam de motu voluntatis per intellectum: De Presbyteratu & Episcopatu: Dissert. de quæstione, num Æneas unquam fuerit in Italia? Elegia in Petri Mosantii obitum*, & Gallicè quædam alia.

21. Maj. ALEXANDER VI. PONTIFEX ROMANUS, antea dictus FABIUS CHISIUS, æt. 68. Pontif. 12. Emisit, sub nomine Philomathi, *Musas juveniles*: Suô autem præfixô nomine, *Innovationem Constitutionum & decretorum de immaculata conceptione Mariæ Virginis &c.*

22. Maj. HONORATUS NIQUETUS, *Gallus*, Avenionensis, S. J. Phil. & Theol. Flexiæ Prælector, Censor Librorum Romæ & Theologus Præpositi generalis, Collegiorum insuper Bituricensis, Cadomensis & Rothomagensis Rector, æt. 79. Societ. 65. Formavit Gallicè

Certamen Genevæ, seu errores deprehensos in Gallia Novi Testamenti translationi facta: Apologiam ordinis Fontis Ebraldi: Historiam ordinis fontis Ebraldi: Servum B. Virgis Rhotomagi: Physiognomiam humanam: Titulum Sanctæ crucis: Stimulum ingrati animi: De Angelo Gabriele: Nomenclatorem Marianum &c.

2. Jun. ERICUS OLAI TORMIUS, *Danus*, Tormiâ-Sallingorum, Phil. Magister, Mathem. in Acad. Hafniensi Professor, nec non Bibliothecarius & Notarius, demum Ecclesiæ D. Virginis Pastor primarius, & districtus Sochelundensis Præpositus, æt. 60. Vulgavit *Disquisitiones ex universa Mathesi depromptas: Disquisit. de instrumentis Mathematicis: Antiquitatum Danicarum Sermones XVI: Effigies Regum Danorum, annexâ Chronotaxiâ & compendiosâ rerum gestarum narratione: Conc. funebres: Disput. de κοιναῖς ἐννοίαις: De Mensuris.*

4. Jun. SFORTIA PALLAVICINUS, *Italus*, Romanus, ex prosapia Marchionum Status Pallavicini, Theol. Doctor, Prælatus utriusque Signaturæ, postea Gubernator Civitatum Æsinæ, Urbevetanæ, Camerinensis, tum è Soc. Jesu, Phil. & Ethicæ in collegio Romano, nec non Theol. Scholast. Professor. studiorum Præfectus generalis, Qualificator, demum S. R. E. Presbyter Cardinalis, æt. 60. Condidit Italicè *Historiam Concilii Tridentini, adversus Petrum Soavium Polanum* (quæ & Latinè

Obiit ANNO 1667.

prodiit) *de Bono lib. IV: De Stylo & Dialogo: Artem perfectionis Christianæ: Hermenigildum, Tragœdiam: Festos sacros carmine Hetruscô:* Latinè *Asserta de universa Philosophia: Libros IX. de universa Theologia: Assertionum Theol. libros VIII: Dispp. in primam secundæ S. Thomæ tomum I. &c.*

5. Jun. JO. HENR. HÖTTINGERUS, *Helvetius*, Tigurinus, Theol. Doctor, primùm in patria Hist. Ecclesiasticæ, mox Th. Catechet cæ & Lingvarum Orientalium, tum Artium Rhetorologicarum ordinarius, & Theol. extraord. Professor, postea in Acad. Heidelbergensi Theol. & Lingg. Orientalium Prof. Collegii Sapientiæ ibidem Inspector, & Senatus Ecclesiastici Assessor, demum revocatus in patriam ad primariam Theol. Professionem, remansit Electoris Palatini Consiliarius Ecclesiasticus, novissimè designatus primarius Professor Leidensis; sed in itinere, dum Limago fluvio secum uxore, tribus liberis, aliisque committit, submersus est aquis, æt. suæ 47. offic. 26. Eruditorum teruntur manibus ejus *Exercitationes Anti-Morinianæ: Erotemata linguæ sanctæ: ὁδηγὸς Christianus: Thesaurus Philologicus, seu clavis sacræ Scripturæ: Historiæ Ecclesiasticæ N. T. Enneas: Historia Orientalis: Grammatica Chaldæo-Syriaca: Analecta Historico-Theologica: Dissert. Miscellanearum πεντάς: Leges juris Hebræorum:*

rum: Collegium sapientiæ restitutum: Smegma Orientale: Promptuarium, sive Bibliotheca Orientalis: Grammatica IV. Linguarum, Hebraicæ, Chldaicæ, Syriacæ & Arabicæ harmonica: Cippi Hebraici: Primitiæ Heidelbergenses, sive Dispp. in restituta Academia habitarum Tomus: Historiæ creationis examen Theologico-Philologicum: Duæ Quæstionum Philologico-Theologicarum centuriæ: Dissertationum Theol. Philologicarum fasciculus: Cursus Theologicus: Etymologicum Orientale, sive Lexicon Harmonicum Heptaglotton: Compendium Theol. Judaicæ: Epitome utriusque juris Hebraici: Ἀρχαιολογία Orientalis: Enneas dissert. Philologico-Theol. Heidelbergensium: Bibliothecarius quadripartitus: Schola Tigurinorum Carolina.

7. Jun. RODERICUS DE ARRIAGA, *Hispanus*, Lucroniensis, Nobilis, S. J. Philos. Vallisoleti, & Theol. Salmanticæ Professor, dein in Collegio S. Clementis Theologiæ Scholast. Prof. Pragensis, Theol. quoque Doctor, & istius Acad. Cancellarius, Studiorum Præfectus generalis, æt. 74. Soc. 61. Struxit *Cursum Philosophicum: Cursum Theologicum tomis VIII.*

7. Jun. ZACHARIAS LUNDIUS, *Danus*, Nybelà-Syndervitensis, primò Scholæ Herlovianæ Rector, deinde Georgii Seefeldi, Regni Daniæ Senatoris, Bibliothecarius, tum Secretarius regius, & Vicarius in Capitolio Arhusiensi, æt. 59. Publicata ab

eo habentur *Epigrammata: Apophthegmata: Poëmata Germanica.*

16. Jun. FRANC. ROSIERS, *Gallus*, Barroducæus, S. J. Missionarius in Græciam, Adjutor spiritualis, ætat. 59. Soc. 39. Explicavit idiomate Græcô *Advocatum Animarum in Purgatorio.*

17. Jun. LUDOV. DE SCHILDERE, *Belga*, Brugensis, è Soc. Jesu, Human. Phil. & Theol. Professor ac studiorum Præfectus, æt. 61. Soc. 42. Exaravit *Tractatum de principiis formandæ Conscientiæ: Synopsim Theologicam de Sacramentis Ecclesiæ.*

24. Junii JOH. CONRADUS DIETERICUS, *Germanus*, Butisbaco-Wetteravus, Phil. Magister, in Acad. Marpurgensi & Giessensi Græcæ Lingvæ & Histor. Prof. æt. 55. Profess. 26. Concinnavit *Diatriben de usu, abusu & neglectu Lectionis Scriptorum secularium & antiquitatis: Discursum Historico-Politicum de peregrinatione studiorum: Græciam exulantem, sive de infelicitate superioris seculi in Græcarum literarum ignoratione: Hodoporici sacri specimen: Notas in epistolam D. Lutheri ad Hartm. à Cronberg: Specimen Antiquitatum Biblicarum: Antiquitates Romæ veteris novas: Specillum Chrestomathiæ Græcæ: Hippocratis Aphorismos Illustratos: Hilaria Livoniæ, ante CXXX. annos, ob renascentis Evangelii lucem celebrata: Breviarium Historicum: Progymnasmata Lingvæ Græcæ: Jatreum Hippocraticum: Breviarium Pontifi-*

cum Romanorum: Impp. Germanicorum familiæ Saxonicæ historiam: Comment. in Hesiodum: Historiam Augusti & Caligulæ Tiberii: Hist. Neronis: Antiquitates Biblicas &c.

25. Jun. ANDREAS HOLLENDERUS, *Germanus*, Saxo, primùm Advocatus in Judicio Aulico, simulque Scabinus, pòst Consul Civitatis, quæ est Regiomonti, Cniphovianæ, nec non Electoris Brandeburgici in Judicio Appellationum Consiliarius, æt. 65. Formavit Germanicè *Speculum boni & mali magistratus: Vitam Rehabeami Regis.*

25. Jun. JOH. ZEISOLDUS, *Germanus*, Altenburgensis Misnicus, Phil. Magister, & Phys. Prof. Jenensis, æt. 66. Elaboravit *Librum de Anima: Tract. de Consensu & Dissensu scriptorum Aristotelicorum cum scriptura sacra: Pneumaticam generalem: Theoriam corporis naturalis & principiorum ejus essentialium: De absurditate & vanitate novæ Physices: Institutiones Physicas: Anthropologiam Physicam: Collegium Logicum: Theoriam principiorum Physicorum: Dispp. Mictorologicas: De natura Seminis: De Formarum substantiali productione & ortu: Sperlingium biformem: Examen Physicæ ejusdem: Quodlibetum Sperlingianum: Traducem non Traducem: De Animæ rationalis propagatione & productione: Processum Disputandi Sperlingianum: Diatribas Historico-Elenchticas: Meditationes Physicas: De notitiis naturalibus: De Anima prolis ab anima Parentum: De causis & modo: De formarum substantialium physicarum natura & nativo earundem producendi modo: De Misti generatione, temperamenti natura & mistorum resolutione: Dispp.* Sigillatim emissas plurimas.

29. Jun. PETRUS ALOIS, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Phil. & Theol. Prof. in patria, Collegii Lyciensis Rector, æt. 82. Soc. 67. Reliquit *Epigrammatum centurias III: Commentaria in Evangelia Quadragesimæ, tomis III.*

5. Julii ALPHONSUS ANTON. DE SARASA, *Belga*, Flander, Jesuita, literarum politiorum Lector, Concionator Gandivi, Bruxellis & Antverpiæ, æt. 49. Soc. 34. Emisit in publicum *Solutionem Problematis de Quadratura Circuli: Artem semper gaudendi, demonstratam ex sola consideratione divinæ Providentiæ: De Lætitiæ perfectæ artificio in conscientia recta invento.*

14. Jul. GEORGIUS HUGHES, *Anglus*, Londinensis, Theol. in Collegio omnium Sanctorum Prælector in patria, postea Ecclesiæ Devoniensis Parochus. Conscripsit Anglicè *Commentarium in Genesin: Tractatum de Sabbato: De beneficio Afflictionis: Conciones varias.*

1. Aug. PAULUS VOETIUS, *Belga*, Heusdanus, Phil. & J. U. Doctor, primùm Methaph. & Lingvæ Græcæ, deinde Logicæ, ac demum Juris Professor Ultrajectinus, æt. 49. prof. 26. In lucem edidit *Notas ad* *Hero-*

Herodiani Marcum & Commodum Imperatores: Theologiam Naturalem Reformatam: Libellum de Duellis: Lib. de usu Juris Civilis & canonici in Belgio fœderato: Tractatum de Statutis eorumque concursu: Jurisprudentiam sacram: Libellum de natura mobilium & immobilium: Comment. ad Institutiones Juris, II. voluminibus: Libellum, cui titulus; *Pietas in Parentem: Tribunal iniquum Sam. Maresii:* Lingvâ etiam populari *Historiam originis ac progressus familiæ Comitum de Brederode.*

4. Aug. STEPHANUS HAHNIUS, *Germanus*, Gerbishusâ-Moguntinus, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Reinshagensis, dein Diaconus, demum Pastor, Concionator Aulicus & Consiliarius Ecclesiasticus Güstroviensis, æt. 66. Minist. 37. Dedit *Conciones aliquot funebres*, &c, nî fallor, quædam alia. Theologorum Orthodoxorum edere vitas in animam habuit.

13. Aug. JEREMIAS TAYLOR, *Anglus*, Cantabrigiensis, Artium Magister, Theol. Prælector in Ecclesia D. Pauli Londinensis, Capellanus Regius, tum Theol. Professor Oxoniensis, Episcopus demum Dunensis, Connorensis in Hibernia & Dromorensis. Evulgavit varia, ex quibus sunt *Ductor dubitantium, seu Casus Conscientiæ: De officio Episcoporum: De Libertate Prophetiæ: De reali & spirituali præsentia Christi in S. Cœna: Explicatio doctrinæ de Peccato Originali: Unum necessarium, seu doctrina de Pœnitentia: Dissvasio à Papatu: Sermo ex Luc. IX, 54: Discursus de natura & officio Amicitiæ: Dignus Sacri Epuli hospes: Formulæ Precum: Vita & mors Jesu Christi: Regula & exercitium vitæ Christianæ &c.*

31. Aug. JOH. RISTE, *Germanus*, Pinnebergensis Holsatus, S. Palatii Lateranensis Comes, Ecclesiæ Wedelianæ per XXXII annos Pastor, demum quoque Consiliarius Ecclesiasticus Megapolitanus, in Societate fructifera der Rüstige / æt. 60. paulò post diem suum natalem. Prelo submisit idiomate populari *Hortum Poëticum: Theatrum Poëticum: Comœdias de Pace Germaniæ: Parnassum Poëticum: De Equitibus Romani Imperii in Alsatia: in Franconia: Musicam sacram domesticam: Gaudium Animæ Sabbaticum super Evangelia Dominicalia: Musam Teutonicam: Vindicias lingvæ Germanicæ: Phœnicem Philosophicum: Nobilissimam vitam totius mundi: Præstantissimam Stultitiam mundi: Pulcherrimum inventum totius mundi: Colloquia per omnes anni menses: Recreationes: De Passione & morte Christi: De vanitate & æternitate: Meditationes Catecheticas: Nobilem Patremfamilias ex Italica lingva traductum: Perseum, Tragœdiam &c.*

5. Sept. STEPHANUS SKINNER, *Anglus*, Midlesexianus, Philos. & Med. Doctor, Physicus Lincolniensis, æt. 44. Variarum lingvarum peritissi-

ritissimus. Scripsit *Etymologicon Lingvæ Anglicanæ*, ex lingvis XII. Anglo-Saxonica, Runica, Franco-Theotisca, Danica recenti, Belgica, Teutonica, Cambro-Britannica, Franco-Gallica, Italica, Hispanica, Latina, Græca, *ordine Alphabeticô digestum*.

10. Sept. CHRISTIANUS BREHMIUS, *Germanus*, Lipsiensis, primùm in militia Signifer, dein Vice-Centurio, tum in aula Electorali Saxonica à Servitiis Cameralibus, simulque Bibliothecarius, postmodum Reip. Dresdensis Consul, novissimè quoque Consiliarius Elect. Saxonici, æt. 54. Vulgavit Germanicè *Instructionem conficiendi epistolas*: *Colloquia Sacra tomus III*: *Poëmata varia*, & fortè nonnulla alia.

14. Sept. JOH. ANDREAS MATTHE, *Germanus*, Mercator, æt. 42. Ex lingva Italica Germanicè reddidit *Petri Mexiam Sylvam variarum Lectionum*.

26. Sept. JOSEPHUS OLZINA, *Hispanus*, Barcinonensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Interpres, nec non Concionator, æt. 60. Soc. 44. Typis subjecit lingvâ populari *Tractatum de immaculata conceptione B. Virginis*: *Comment. in VIII. libros Physicorum*: *Institutionum Rhetoricarum libros IV*: *Vitam Joh. Beckmanni S. J.*

27. Sept. ÆGIDIUS GUTBIRIUS, *Germanus*, Weissenseha-Thuringus, Lingvarum Orientalium, postea etiam Log. & Metaphys. in Gymnasio Hamburgensi Professor, tum Theol. Doctor, æt. 50. Ufhofii, in vico prope Erfurtum. Edi curavit *Novum Testamentum Syriacum*: *IX. Musas Orientales*: *Disp. de Angelis &c.* Adjuvit consiliô & operâ editionem Bibliorum Lugduni Batavam.

27. Sept. MICHAEL FRANCKE, *Germanus*, Schleusingensis Henne-bergicus, ex Pistore Poëta Laur. Cæsareus, Musicus & Scholæ Coburgensis Collega, in collegio, quod à Cygno nomen habet, *Staurophilus* dictus, æt. 58. Imagini ejus hi adscripti sunt versiculi,

Præceptor: Fidicen: Pistor: Cantorque: Poëta:
Dogma: chelyn: panes: cantica sacra: modos:
Doctus: jucundus: promtus: devotus: acutus:
Ingenio: digitis: mulcibere: ore: stylo:
Instillat: pulsat: pinsit: decantat: & ornat.
EN NOSTRI Michaël Francus AMORIS ONYX!

Varia ab eo prostare dicuntur carmina, inter quæ *de Germania in peccatis dormiente*: *De Fraternæ Concordiæ laudibus &c.*

4. Oct. JACOBUS GOLIUS, *Belga*, Hagensis, ex Mauritania & Syria redux, Arabicæ, Lingvæ & Mathem. Professor in Academia Leidensi, ætat. 71. muner. 40. Publicavit *De Regno Cathajæ additamentum* (quod extat ad Martini Attantem Sinensem) *Historiam Tamerlanis Arabicè*: *Lexicon Arabico-Latinum*: *Tyrocinium Lingvæ Arabicæ*: *Catalogum*

gum Librorum Orientalium: Historiam Saracenicam Georgii Elmachini: Versionem & Comment. in Alfergani elementa Astronomica &c.

10. Oct. SAMUEL LANGE, *Germanus*, Meuselwitzensis, Misnicus, Th. Doctor, primùm Superintendens Pegaviensis, inde Theol. Prof. Pastor & Superint. Lipsiensis, Consistorialis item Elect. & Ducalis Saxonicus, nec non Ecclesiæ Cathedralis Misnensis Canonicus, æt. 50. Minist. 24. Reliquit *Conc. Valedictoriam & Inauguralem: Noctes insomnes: Artem bene moriendi, super Evangelia Dominicalia: Meditationes Pœnitentiales: Conciones funebres: Dispp. Theologicas.*

14. Oct. JOH. SPINDLERUS, *Germanus*, Coburgensis Saxo, Log. & Ling. Orientalium in patria Prof. æt. 67. offic. 42. Composuit *Systema Logicum: Horologium Chaldaicum: Dispp. Philosophicas & Philol. varias.*

6. Nov. THEODORUS MORETUS, *Belga*, Antverpiensis, S. J. Artium Magister, Ethicæ, Philos. & Theol. nec non Mathes. Pragæ & Vratislaviæ Prof. Clatoviæ Rector, æt. 65. Soc. 49. Foràs dedit *Propositiones Mathem. de celeri & tardo naturæ & armorum: Tract. de Fontibus artificialibus: Axiomata Christianæ Philosophiæ: Vitas Sanctorum, qui peculiari officio coluntur in regno Bohemiæ: Allegorias & soliloquia in Psalmos: Affectuosa solatia morientium: Philaletham Marianum: Catechismum Lutheri, ex ipsis verbis Lutheri Catholicè loquentibus: De Principatu Beatæ Virginis: De raro & denso, & de tubo Optico intra aquam: De Imagine Visionis, & de admirando speculo concavo metallino tricubitali confecto ab ipso: De Ponderum gravitatione: De Magnitudine Soni: De Æstu maris tractatum: De Luna Paschali & Solis motu: De prima suppositione Archimedis de innatantibus humido &c.*

7. Nov. JO. FAYON, *Gallus*, Sanfloranus in Arvernia, S. J. Oratoriæ & Sacræ Scripturæ Prælector, æt. 76. Soc. 55. Scripsit *Panegyricon de Rupella capta: Poëmata de Ludovico XIII. Rege Christianissimo.*

21. Nov. FERDINANDUS CASTRILLUS, *Hispanus*, Gaditanus, Soc. J. Phil. & Theol. interpres, Rector quoque Cazorlæ, æt. 81. Soc. 65. Exaravit Hispanicè *de Magia Naturali, seu Philosophia occulta.*

— Nov. MICHAEL MELCHISEDECH THEVENOTIUS, *Gallus*, Lingvarum Orientalium & artium Mathematicarum peritissimus, obiit Mianæ ditionis Persicæ. Emisit *Itineraria curiosa partibus tribus: Orientale itinerarium de Turcis & Ægypto: De Rebus Indostanensibus novorum Mogolum aliorumque populorum Indiæ.*

26. Nov. IGNATIUS GODWINUS, *Anglus*, Somersetensis, Jesuita, Theol. Moralis & Controvers. Professor, æt. 65. Soc. 4[illegible]. Edidit Librum, quem inscripsit *Lapidem Lydium, quô quicquid nos inter & Hæreticos in fide* contro-

controvertitur, ex sacra scriptura decernitur: Piam exercitationem divini Amoris.

29. Nov. JOH. MICHAELIS, *Germanus*, Susato-Westphalus, Phil. & Med. Doctor, Therapeut. Professor Lipsiæ Senior, Archiater Elect. & Ducalis Saxonicus, æt. 61. Exire fecit *Caravantis Practicam Chymicam: Oswaldi Crollii Basilicam Chymicam: Tract. de natura Tincturæ Bezoarticæ: Dispp. sub ipsius præsidio habitas de Sudore: De Phrenitide: De Quartana: De Variis seu arthritide: De Vaga Scorbutica: De morbis ab incantatione & veneficiis oriundis: De Cholera: De Pica: De affectu hypochondriaco: De Catarrho: De Rosa, seu vero ac legitimo Erysipelate &c.*

3. Decembr. JO. SCHILDIUS, *Germanus*, Bremensis, primùm Histor. & Græcæ lingvæ, deinde quoque Theol. in patria Professor & apud Ansgarianos Pastor, æt. 72. Minist. 30. Ab eo habentur *Exercitationes in Corn. Taciti Annal. XV. ubi extrema Senecæ describuntur: De Caussis, Populo Germaniæ liber: De Coalitione populorum & Rerumpublicarum: Notæ in Svetonium &c.*

12. Dec. HIERONYMUS SAVIGNANUS, *Italus*, Bononiensis, S. J. Romæ Philos. & Theol. Prof. Seminarii quoque Romani Rector, Librorum censor & Præpositi Generalis Theologus, æt. 71. Soc. 53. Delineavit *Sponsum Sangvinum, sive Christi cum cruce connubia.*

24. Dec. PAULUS ALBINIANUS DE RAIAS, *Hispanus*, Valentinus, Jesuita, Humaniorum literarum & Theol. interpres, Sacræ Inquisitionis censor, collegii Valentini & Domus Professorum Præpositus, ætat. 84. Soc. 67. Struxit Hispanicè *Horologium animæ: Aragoniam Geographicè depictam: Lacrymas Cæsaraugustanæ Civitatis in obitu Philippi II. Hisp. Regis:* Latinè *Commentarium in Canticum Canticorum Salomonis.*

28. Dec. CHRISTOPHORUS FORSTNERUS, *Germanus*, Austriacus, D. Marci Eques, primùm Consiliarius Hohenloensis & Legatus, deinde Cancellarius Montisbelgardensis, æt. 69. Posteris concessit *Dissertationem de Principatu Tiberii: Hypomnemata Politica: Notas Politicas in Cornel. Tacitum: Librum Omissorum: Epistolas, negotium Pacis Osnabrugo-Monasteriensis concernentes: Apolog. contra secreti temeratores: Epist. de moderno Imperii statu.*

30. Dec. JOSEPHUS LAINEZ, *Hispanus*, Matritensis, Augustinianus, Theol. Magister, ejusdemque tam Compluti, quàm Salmanticæ Interpres, nec non Ecclesiastes, pòst quoque Philippo IV. Regi à Sacris, demum Episcopus Accitanus, obiit in decrepita ætate. Scripsit sermone vernaculô, *de Niniviitis ex Jona*, quem librum sub nomine Fratris Josephi à Matre Dei edidit: *Sermones Quadragesimales: Vitas Josephi: Danielis: In Josuam: Sermones varios.*

REMIGIUS FESCHIUS, *Helvetius*, Basiliensis, J. U. Doctor, & Pandectarum in Academia patria Professor, æt. 72. Scripsit *de jure Fœderum: De jure venandi &c.* Collegit *Museum Feschianum.*

JO. MARCUS MARCI, *Germanus*, Medicinæ Doctor, Bohemiæ Physicus, Universitatis Pragensis Professor primarius, Hebraicè, Græcè & Syriacè egregiè doctus. Emisit *Philosophiam veterem restauratám: Librum de Arcu cœlesti: De ideis operatricibus: De Generatione & Corruptione: De longitudine & differentia inter suos Meridianos: De Proportione motus figurati, rectilinearum & Circuli Quadratura: Opusculum de natura, ortu & causis Epilepsiæ: Liturgiam mentis: De natura Urinæ: Consilia Medica &c.*

ABRAHAMUS COULEIUS, *Anglus*, Londinensis; Poëta, Regis Caroli I. Secretarius, ex Aulico demum Privatus, ætat. 49. Lingvâ Latinâ & vernaculâ plurima exaravit, oratione cùm solutâ, tum metricâ, è quibus sunt *Comœdiæ: Plantarum libri duo: Naufragium joculare: Poëmata Latina, in quibus continentur VI. libri Plantarum, nim. duo Herbarum, duo Florum, duo Sylvarum, & unus Miscellaneorum.*

JO. BERY, *Anglus*, Devoniensis, Rector & Canonicus Exoniensis. Dedit *Conciones in I. Petri I, 17: In I. Corinth. X. verf. ult.* & alia.

GEORGIUS WITHERS, *Anglus*, Hantoniensis, Poëta, postea Militiæ Parlamentariæ Tribunus, ætat. 80. aut circiter. Forâs misit *Poëmata: Emblemata: Meletemata: Sermones: Meditationes* Anglicè.

GEORGIUS PINELLUS, *Italus*, Genuensis, Dominicanus, Cardinalium Astalli & Firenzuolæ Vicarius, æt. 76. in delirio se è fenestra præcipitavit. Ab eo habetur *Stimulus Caritatis: Politica Christiana &c.*

ANNO 1668.

4. Jan. JOSEPHUS SPUCCES, *Siculus*, Panormitanus, S. J. in qua Mathem. Ethic. Philos. & Theol. Lector, deinde Theol. Moralis interpres Madritensis, & Philippo IV. Regi à sacris Concionibus, supremæ inquisitioni à censuris & consiliis, æt. 68. Soc. 53. Edidit Italicè tacitô suô nomine, *Mercurium Panormum, sive de primo ingressu Admirantii Castellæ ad Regni Siciliæ gubernationem: Discursum de componenda Tragœdia: Vitas Sanctorum Panormitanorum.*

8. Jan. THEODORUS DULMAN, *Germanus*, Coloniensis, Jesuita, Literarum humaniorum & Mathes. Professor, Coloniæ, Treviris & Confluentiæ Ecclesiastes, Collegii Aquisgranensis Rector, æt. 70. Soc. 56. Vulgavit Latinè *Oratorem Christianum: Peregrinum Christianum, & amussim vitæ spiritualis: Commentationes de Amore Dei super omnia.*

20. Jan. JOH. FRANCISCUS, *Gallus*, Burgun-

Burgundo-Sequanus, Soc. Jesu, Philos. & Mathes. Professor, Studiorum Præfectus, Collegiorum, Alensonii, Ambiani, Niverni Rector, æt. 86. Soc. 63. Scripsit Gallicè *Scientiam Geographiæ: Scientiam Aquarum: Chronologiam: De Sphæra: De siderum influxibus: De Quantitate.*

31. Jan. HERMANNUS BUSEMBAUM, *Germanus*, Nottelenensis Westphalus, S. J. in qua Humaniorum literarum, Philos. & Theol. Lector, Collegiorum Hildesiensis & Monasteriensis Rector, æt. 68. Soc. 49. Prodire fecit *Medullam Theologiæ Moralis*, recusam 45. vicibus, Coloniæ, Francofurti, Lugduni, Romæ, Venetiis, Maceratæ, Ulyssipone & alibi: Germanicè *Lilium inter spinas, de Virginibus Deo devotis, eique in seculo inservientibus.*

4. Febr. PETRUS DE COLINDRES, *Hispanus*, Hispalensis, ordinis Jesuitici, literarum humaniorum interpres, multisque annis concionator, Collegii Astigitani Rector, æt. 67. Soc. 52. Formavit *Triumphum de Peccato originali.*

11. Febr. SAMUEL BOLTONUS, *Anglus*, Broughtonâ-Northantoniensis, Theol. Prof. Oxoniensis, Regi Caroli II. à sacris, & Westmonasteriensis Præbendarius. Dedit *Theologica quædam*, distincta ab alio ejusdem nominis Theologo Anglo. (Vid. suprà ad An. 1654. d. 16. Octob.)

24. Febr. JOH. ERNESTUS GERHARDUS, *Germanus*, Jenensis, Th.

Obiit ANNO 1668.

Doctor, primùm in Acad. patria Histor. dein Theol. Professor, ætat. 47. Bono largitus est publico *Harmoniam Linguarum Orientalium: Sciagraphiam Linguæ Syro-Chaldaicæ: Fasciculum Dispp. Theologicarum: B. Parentis sui, Joh. Gerhardi, LL. Theologicos in Compendium redactos: Ejusdem Confessionis Catholicæ epitomen: Dispp. de sepultura Mosis: De Festis Orientalium: De Ritibus fœderum gentis Ebrææ: De Libris Dei: De Revelatione divina: De Spectro Endoreo: De Citatione in vallem Josaphat: De Abstemiis in S. Synaxi: De claritate corporum nostrorum: De Dispensationibus: De Jubilæis: De Strigelianismo: De modo propagandi Religionem verè antiquo: De Ecclesia Coptica: De Ecclesia Maronitarum: De Religione Moscovitarum: De Theologia Mahummedana: De Statu Armeniæ Politico & Ecclesiastico: De Consensu & Dissensu Religionum profanarum cum veritate Christiana &c.*

25. Febr. HENRICUS HAHNIUS, *Germanus*, Hildeshemensis, J. U. Doctor, primùm per 27. annos Institutionum, inde Pandectarum, ac denique Codicis in Acad. Julia, quæ Helmstadii est, Professor, nec non Dicasterii Guelphici Assessor, ætat. 62. Inclaruit ex *Dissertationibus de Processu Judiciario: De Jure Forensi: Dispositione Pandectarum: De Jurisdictione veteri novaque: De Jure imperii Germanici: De differentiis Juris Civilis & Canonici: Decadibus quin-*

que

que Conclusionum juridicarum: Observatis Theoretico-Practicis in Notas Bachovii ad Wesenbeiium: Dispp VII. in Codicem: Controversiis Feudalibus: Διαταγμάτοις Judæorum: Dissertationibus de interpretatione Legum: Disputationibus, quas vel ipse conscripsit, vel suô munivit præsidiô, longâ serie enumerantis.

28. Febr. OTTO PRÆTORIUS, *Germanus*, Coloniensis, Marchicus, Poës. in Acad. Wittenbergensi Professor, & Elect. Saxoniæ Historiographus, æt. 32. Condidit *Panegyricum Friderico Wilhelmo, Elect. Brandeb. ob Pacis otium, dictum: Orationem de vita publica privatæ & solitariæ anteferenda: Poëmata.* Edidit quoque *Aug. Buchneri libros II. de commutata ratione dicendi: Manuductionem ad Poësin Germanicam ejusdem.*

4. Mart. JACOBUS STOLTERFOHTUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, Templi Mariani in patria Pastor, æt. 68. Memoriam sui ad posteros propagavit aliquot ingenii monumentis, ex quibus sunt *Conciones Miscellaneæ: Heptas sermonum de Tempore: Tractatus de Conscientia: De periculosa Navigatione S. Pauli Conc. X: Præparatio ad Mortem: Responsum breve ad chartas Samuelis Plasteri: Historia Davidis Georgii: De illegitima sede Apostoli Petri & Primatu Papæ: De Providentia divina liber: Scripta quædam Polemica de Visionibus: Oratio, in obitum Joh. Kirchmanni &c.*

11. Mart. SIGISMUNDUS PICHLERUS, *Germanus*, Griskirchensis Austriacus, Phil. Magister, Polit. & Mor. Prof. Regiomontanus, demum totius Acad. Senior, ætat. 65. prof. 28. Ab eo habentur *Dispp. variæ*, e. g. *de Consiliis & Consiliariis: De Interregno: De Ordinibus Rerumpublicarum: De ratione status Aristocratici: De Torneamentis: De Regalibus: De Legatis: De Legibus: De jure divino: De jure Naturæ: De Bello: De Magistratu: De Politica in genere: De Incrementis Rerump: De morbis Rerump. & remediis: De Legibus fundamentalibus: De Fœderibus: De Justitia: De præmiis ac pœnis &c.*

9. Mart. JO. DENHAM, *Hibernus*, Dublinensis, Regiorum Ædificiorum Londini Architectus primarius, Eques de Balneo, æt. 53. Emisit Anglicè *Poëmata varia & Translationes: Tragœdiam*, cui nomen *Persarum Imperator: Poëma de Senectute: Tentamen adversus Aleatores*; Reddidit etiam Anglicè *Virgilii librum II. Æneidum.*

21. Mart. OCTAVIUS LANZAVECCHIA, *Italus*, Alexandrinus, S. J. Collegii castri novi Rector. Edidit tacitô nomine, *Narrationem de vita & morte Friderici Cardin. Borromæi, Archiepiscopi Mediolanensis.*

22. Mart. GEORGIUS EISENWINNERUS, *Germanus*, Phil. Magister, Pastor Lautheranus, & totius Ministerii in Ducatu Coburgensi Senior. æt. 75. Reliquit *Elegias Christianas*

de vita Christi: Orationem de encomio Coburgi: Conc. funebres.

28. Mart. CHRISTIANUS REINHARDUS, *Germanus*, Pirnensis, Theol. Doctor, Ecclesiæ patriæ Pastor, & Diæceos istius Superintendens. Vulgavit *Dispp. aliquot Theologicas & Conciones funebres.*

2. April. CONRADUS AB EINSIEDEL, *Germanus*, J. U. Doctor, Archiepiscopi Magdeburgensis Consiliarius intimus. Consignavit *Tractatum de Regalibus.*

3. April. JACOBUS ANDREÆ SCHEFFER, *Danus*, Fionus, Neoburgensis, Urbis patriæ Senator, æt. 44. Condidit *Dissertationem politicam de Majestate Regia in sepultura defunctorum & Inauguratione Successorum: Prudentis Symbolicum Tandem, sacro Phœnicis circulo impositum: Gratulationem ad Fridericum III. Regem Daniæ.*

7. April. GUIL. DAVENANT, *Anglus*, Oxoniensis, Eques Auratus, Collegii in patria Lincolniensi socius, Poëta. Publicavit Anglicè *Poëmata varia: Declamationes: Attellanas: Comœdias: Tragœdias.*

10. April. CLAUDIUS DECRET, *Gallus*, Trenorchensis, S. J. Rhet. & Phil. Lector, dein Collegii Cabilonensis Rector, æt. 71. Soc. 54. Prelo subjecit *Ideam veræ Viduæ*, Gallicè.

11. April. JO. JACKNOWICZ, *Lithuanus*, S. J. Concionator multis annis in patria, Collegiorum Smolenscensis, Crosensis & Domus Professæ Vilnensis Præpositus, æt. 79. Soc. 59. Delineavit Polonicè *Sacrificium Christi cruentum: Libellum de Passione Domini: Vias Salvatoris nostri in pueritia: Sanguineas ejusdem vias: De Apparitionibus Christi: Jesum crucifixum: Institutionem Catechticam: De Verbo incarnato: Officium de S. Casimiro:* Lithuanicè *Evangelia: Institutiones & Cantiones: Conciones Catechisticas: Libellum precatorium &c.* Vertit Polonicè *Mart. Becani Purgatorium Calvinisticum; Deum Calvinisticum.*

17. April. JO. GEORGIUS STYRZELIUS, *Germanus*, Augustanus, Consul Rotenburgensis ad Tubarim, Consistorii Assessor & Scholarcha, æt. 77. Struxit *Tres centurias Elogiorum insignium Virorum: Lusum Metricum, Nihil, Omnia, Aliquid, Multa, Parva &c.*

19. April. GEORGIUS BATEUS, *Anglus*, Buckinghamiensis, Artium Magister, Medicinæ Doctor, tam Cromwelli, quàm Caroli II. Regis Archiater, æt 60. Ejus est *Elenchus motuum nuperorum in Anglia, simul & Juris Regii & Parlamentarii brevis narratio: Apologia realis, sive Communium in Parlamento declaratio &c.*

30. April. JACOBUS WINNEMARUS, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm Ecclesiæ in patria ad D. Jacobi Diaconus, tum Pastor, Rever. Ministerii Senior & Scholæ Senatoriæ Ephorus, æt. 63. Minist. 37. Emisit *Conciones*

ctiones aliquot funebres, & forte alia.

30. April. PAULUS MüLLERUS, *Germanus*, Hamburgensis, Philos. Magister, & Theol. Candidatus, æt. 25. Giessæ. Adornavit *Apologiam pro Parente suo, Dn. Joh. Müllero, de Sacra Cœna, contra Matth. Bugæum: Refutationem calumniarum ejusdem Bugæi, contra Præfationem D. Abrah. Calovii.*

3. Maji STEPHANUS CLOTZIUS, *Germanus*, Lippensis Westphalus, Phil. Magister, primùm ad D. Jacobi Archidiaconus. tum Theol. Doctor ejusdemque Professor Rostochiensis, inde Regi Daniæ à Consiliis Ecclesiasticis, in Ducatu quoque Slesvicensi & Holsat. Superintendens Generalis, nec non Præpositus Flensburgensis æt. 62. Prostant ab eo *Tractatus de Satisfactione Christi, contra Joh. Crellium: Exercitationes* Gymnasmatis *Logici: Tractatus de Angelolatria: Tractatus de Baptismo; Pneumatica, sive Theologia Naturalis: Historia Magorum: Tractatus de Sudore Christi sanguineo: Conciones funebres justo volumine: Praxis Pietatis: Dispp. Theol. & Philosophicæ variæ: Acclamatio votiva ad Frider. III. Daniæ Regem, cùm ordines & Status Ducatuum ei jurarent &c.*

21. Maji JOSEPHUS ADIUTUS, Ninività *Assyrius*, Theol. Doctor & Presbyter Neapolitanus, Ordinis Franciscani, conversus deinde, & Lingvæ Italicæ in Academia Wittebergensi Professor, æt. 66. Reliquit *Axiomata Politica, Orationem Revocatoriam de erronea Rom. Ecclesia &c.*

24. Maji CAROLUS DE BONIERES, *Hispanus*, Atrebatensis, Baro de Auchi, Philippi IV. Regis Hisp. ad Polonos ter Legatus, eidemque à consiliis bellicis, æt. 88. Scripsit *de Arte militari: Epitomen ex comment. Julii Cæsaris:* Hispanicè quoque transtulit *Francisci de Sales librum de Amore Dei.*

10. Jun. ANTONIUS BERNARDUS DE QUIROS, *Hispanus*, Fordelagunensis, Toletanus, S. J. Literarum humaniorum, Philos. & Theol. Lector, Studiorum Præfectus, & demum Collegii S. Ambrosii Rector Vallisoletanus, ætat. 56. Soc. 41. Commentatus est *In Partem I. S. Thomæ de Deo & Angelis tomos duos: Cursum Philosophicum integrum.*

25. Jun. PETRUS BOBYNET, *Gallus*, Monlucensis, Bituricus, S. Jes. Philos. & Theol. Moralis Professor, collegiorum Molinensis & Corisopitensis Rector, æt. 75. Soc. 66. Prodire fecit Latinè *Delegationem Regularium ad sacras Confessiones audiendas:* Gallicè *Horologiographiam curiosam: Horologiographiam ingeniosam: Longimetriam industriosam: Horologium Horologiorum universale: Horologium digitorum: Arcana Calendarii faciliora pro curiosis.*

4. Jul. JOH. KRüGER, *Germanus*, Philosoph. Magister, primò Scholæ Conr. deinde Diaconus Coburgensis, æt. 57. Dedit *Conciones Funebres, ex Psalm. LXVIII, 20: ex*

Esaiæ XLIII, 25: ex Joh. II, 21. seqq. &c.

9. Aug. JACOBUS BALDE, *Germanus*, Ensishemianus, S. J. Rhetor. & literarum Humaniorum Professor, Ecclesiastes multis annis, etiam in Aula Electoris Bavariæ, æt. 65. Soc. 44. Neoburgi. Publici juris fecit *Batrachomyomachiam Homeri tuba Romana cantatam libris VI. carmine Heroicô: Carmen Panegyricum Henrico Ottoni Fuggero vellere aureo donato: Poëma de Vanitate mundi: Maximilianum I. Austriacum, suppressô suô nomine: Templum honoris à Romanis conditum, apertum virtute Ferdinandi III, dicatum à collegio Ratisbonensi Societatis Jesu: Oden dictam Agathyrsum de solatio macilentorum: Cantilenam de laudibus B. Virginis Mariæ: Lyricorum libb. IV: Epodon I: Sylvarum libb. IX: Heroica, Genethliaca, Epithalamia & alia: Poësin Oscam, sive Drama Georgicum, de Belli malis & Pacis bonis: Medicinæ gloriam per Satyras cum encomio Torvitatis, & Antagathirsi contra macros: Jephtam tragœdiam: Odas Parthenias de laudibus B. Mariæ Virginis: Eclipsin Solarem anni 1654: Uraniam Victricem, seu Animæ Christianæ certamina, adversus illecebras quinque sensuum: Hymnum in honorem S. Ursulæ & Sociarum Martyrum.*

10. Aug. JO. ERICUS OSTERMANNUS, *Germanus*, Sorbigâ-Saxo, Phil. Magister, Græcæ Lingvæ Prof. Stipendiatorum Electoralium Ephorus, & demum Academiæ Wittebergensis Senior, æt. 57. offic. 41. Ipsô Præside habitæ sunt *Disp. de convivandi cœnandique veterum Ritibus: De Consultationibus veterum: De Astrolatria: De Mutatione Punctorum: De erroribus Auctorum Latinorum: De Sacrificiis Gentilium: De Probatione Stigmatica &c.*

11. Aug. JOHANNES MARQUARDUS, *Germanus*, Lubecensis, JC. Eques Auratus & in patria Consul, æt. 58. Condidit *Tractatum de jure Mercatorum & commerciorum singulari.*

— Aug. JOH. SUANINGIUS, *Danus*, Hottersenensius, Theol. Doct. & Prof. Hafniensis, Consiliarius regius, Consistorii Præses, & demum Archiepiscopus, æt. 63. Elucubravit *Amnologiam Sacram: Laudationem funebrem Christiani V. Principis Daniæ: Ideam Boni Principis, in electione Friderici III. Daniæ Regis: Commentarios in Prophetam Danielem: Parva Biblia: Exercitationes in Augustanam Confessionem: Dispp. & Conciones funebres: Litanias.*

10. Sept. JO. BRISACIER, *Gallus*, Blesensis, S. J. Human. & Philos. Lector, Concionator, Missionarius, Collegiorum Aquensis & Blesensis Rector, Provinciæ Lusitaniæ Visitator, deinde collegii Rothomagensis & Domus Professæ Parisiensis Præfectus, æt. 65. Soc. 49. Scripsit idiomate Gallicô *Jansenismum confusum in Advocato Domini Callagani: Inno-*

centiam & veritatem recognitas in probationibus invincibilibus malè fidei D. Callagani.

12. Sept. ENOCH GLÆSERUS, *Germanus*, Landshuto-Silesius, J. Utr. Doctor, in Academia Julia Institutionum Imper. & Criminal. Prof. tum Rector Academiæ Magnificus, æt. 40. Dedit *Dissp. juridicas non paucas* e. g. *de jure naturæ: De Mutuo: De Via publica: De Homicidio: De Tutela & cura: De Præventione jurisdictionis: De jure Statutario: De Vocatione in jus: De Simulatione: De Sortitione: De usucapionibus & præscriptionibus: De homicidio necessario: De Judiciis: De Vectigalibus: De judice: De gratia delinquentibus facienda: De Foro privilegiato: De fama: De jure in re &c. Poëmata Germanica varia.*

27. Sept. RAPHAEL DE BONAFE, *Hispanus*, Balearensis, S. J. in insulis Philippinis Human. Phil. & Theol. interpres, aliquot collegiorum Rector, S. Inquisitionis Censor, æt. 62. Soc. 46. Scripsit Hispanicè *de Titulis excellentiæ, & officiis pietatis erga S. Archangelum Raphaëlem.*

15. Octobr. MARTINUS SIBENIUS, *Germanus*, Dalemensis in Ducatu Juliacensi, S. J. Monasterii Westphaliæ & Coloniæ Ecclesiasticorum Præfectus, æt. 64. Soc. 44. Edidit Latinè ex Flandrico, Hispanico, Gallico, *Jo. Nierembergeri vitam divinam: ejusdem de amore Jesu & Mariæ: P. Barry Magnificentiam Mariæ: ejusdem devotiones erga Christum & Mariam: Philagiæ Solitudinem: Triduum &c.*

25. Oct. JOSEPHUS DE OUDEAU, *Burgundus*, Grajacensis, Jesuita, Coadjutor Spiritualis, Rhetor. Lector & Concionator, æt. 61. Soc. 42. Formavit Gallicè *Conciones Panegyricas, de Religiosorum Ordinum inventoribus: De insignibus pœnis inflictis à Deo peccatori: Conc. ad singulos anni festivos dies: Concionatorem Evangelicum.*

25. Octobr. JO. ERARDUS FULLONIUS, *Belga*, Leodiensis, è Soc. Jesu, per 30. annos Ecclesiastes, Collegii Huensis Rector, ætat. 60. Soc. 43. Exposuit *Bellorum causas: Jonam, typum hominis à Deo fugientis: Bonam voluntatem optimæ consentientem: Compendium historiæ Leodiensis: Comment. historicos & morales ad duos libros Maccabæorum.* Vertit quoque Gallicè *Tractatum Jo. Chrysostomi, quod nemo læditur, nisi à se ipso.*

26. Oct. JO. READING, *Anglus*, Buckinghamiensis, Artium Magister, Theol. Baccalaureus Archiepiscopi Cantuariensis Sacellanus domesticus, Ecclesiæ B. Mariæ Doroberniæ Minister, Canonicus Cantuariensis & Rector de Chartham, æt. 80. Typis mandavit Anglicè *Manuductionem ad Civitatem Sanctam, vel directionem ad piam vitam: Antidotum adversus Anabaptismum: Tractatum de mensura Templi: Comment. in IV. Evangelia: Conciones varias.*

11. Nov. HYACINTHUS DE MAGISTRIS, *Italus*, Cremonensis, S. J. Humaniorum literarum Lector,

Missio-

Missionarius deinde ad Indos, & in Malabrica provincia multis annis Operarius, Visitator in Brasilia & Lusitania, demum Goæ Instructor Patrum tertiæ probationis, æt. 63. Soc. 42. Exaravit Italicè *Relationem de Christianitate Madurensi in India, & rebus gestis Patrum S. J. in Malabrica Provincia.*

17. Nov. GILBERTUS PREVOT, *Belga*, Insulensis, è Soc. Jesu, Rhetor. & literarum humaniorum Lector, Ecclesiastes annis ampliùs 40. æt. 70. Soc. 53. Ab eo habentur Gallicè *Tres amores spirituales P. Thomæ Sanchez: Hebdomada sancti amoris: Praxis timoris Dei.*

18. Nov. JOH. GEORGIUS FABRICIUS, *Germanus*, Noribergensis, Phil. & Med. Doctor, Comes Palatinus Cæsareus, Physicus in patria Senior, æt. 76. offic. 48. Reliquit *Dispp. de Summo Bono: De Virtute morali: De Sophisticis Elenchis; De Calculo: De Phtisi: De Phrenitide &c.*

20. Nov. AMADÆUS ECKOLDUS, *Germanus*, Austriacus, Phil. & J. U. Doctor, Facultatis juridicæ & Scabinatus Lipsiensis Assessor, ætat. 45. Contexuit *Compendiariam Pandectarum tractationem: Dispp. de jure Fortalitii: De Induciis Quinquennalibus &c.*

9. Dec. PHILIPPUS BRIET, *Gallus*, Abbavillæus, Ambianensis, S. J. Humaniorum & Rhetor. Prof. Collegiorum Rector, æt. 67. Soc. 49. In lucem edidit *Parallela Geographiæ veteris ac novæ, tomis tribus: Chronologiam ab orbe condito ad annum 1663. volum. VII: Acutè dicta Poetarum veterum: Xenia collegii Rothomagensis oblata Delphino: Odas & elogia.*

14. Decembr. JACOBUS LE BLEU, *Germanus*, Oppenheimensis Palatinus, J. U. Doctor, primùm Lingvarum Exoticarum Professor, & Academiæ Giessensis Syndicus, tum Auditor Generalis, juris & Polit. ibidem Prof. nec non Consiliarius Hassiacus, æt. 59. Condidit *Tractatum de futuro Consiliario: Lilietum Ministerii Cardinalis Richelii & Mazarini: De opportunitatis occasione: Davidem illustratum: Orationem panegyricam Georgio II. Hassiæ Landgravio dictam: Dispp. de Adulteriis: De Obsidibus ac in eos jure: De Neutralitate: De Simulacris Regnantium: De Ascensu Intimorum in Aulis & casu: De Fœderibus: De Ostrocismo: De Pœnis & præmiis: De formis Rerumpublicarum: De morbis Imperiorum & remediis: De Dote: De potestate Imperatoris circa militiam: De Militia: Dissertationes rerum Politicarum &c.*

29. Dec. JACOBUS SEBAST. LAURENBERGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, primùm Histor. deinde Pandect. Professor Rostochiensis, & Consistorii Ducalis Assessor, æt. 49. Typis subjecit *Panegyricum Duci Megapolitano, Gustavo Adolpho, ex peregrinatione reduci consecratum: Orbem Bacchantem, seu Orationem, in qua seculi mores repræsen-*

præsentantur: Panegyricum in funere Adolphi Friderici, Ducis Mecklenburgici: Themidem temeratam, cujus pudicitiæ vim vitiumque additum: Dissert. de gravi & arduo Principum Magistratuumve regnandi munere: Dispp. de Injuriis: De Solutionibus: De Interdicto Salviano: De Privilegiis militantium: De Jure Retractus: De Lectione Actorum & eorum relatione: De Præeminentia & privilegiis liberarum Civitatum &c.

LUDOV. DONIUS D' ATTICHY, *Italus*, Florentinus, Nobilis, ex ordine Minimorum, Episcopus primùm Regiensis, deinde Augustodunensis. Scripsit *de vita & rebus gestis Petri Berulli, Cardinalis: Flores Historiæ Cardinalium: Historiam ordinis Minimorum.*

SAMUEL PETRI BRASK, *Suecus*, Ostrogothus, Philos. Magister, in Gymnasio Lincopensi Eloq. & Poës. Lector, pòst Pastor in Egbii Rinna, & tandem ad S. Claram Holmensis. Ejus habetur *Oratio in obitum M. Jonæ Petri, Episcopi Lincopensis: Imperitus peregrinans, seu Comædia de Filio prodigo: Comædia de Actis & Martyriis Apostolorum: Mars Germanicus victus, Comædia de finito bello Germanico: Oratio de Virtutibus boni Præceptoris &c.*

GABRIEL DE FONSECA, *Lusitanus*, Lamecensis, Med. Doctor. Pisis olim Phil. dein Romæ Med. Professor, & Innocentii X. Papæ Physicus. Explicavit *Medici Oeconomiam.*

FRIDER. GREIFFIUS, *Germanus*, Tubingensis, Phil. Magister ac Med. Candidatus, æt. 67. Confecit *Decadem nobilissimorum Medicamentorum Galeno-Chymicorum: Consignationem Medicamentorum tam Galenicè, quàm Chymicè præparatorum, quæ in officina Greiffiana prostant.*

SAMUEL BOGUSLAUS CHYLINSKI, *Lithuanus*, Transtulit *S. Biblia in Lingvam Lithuanicam.*

JO. MARTINEZ DE PRADO, *Hispanus*, Pincianus, Ordinis Prædicatorum, Theol. Magister, & Prof. primarius Complutensis, Studiorum Præfectus, rerum fidei Censor, Provinciæ Castellæ Præfectus. Luci dedit *Cursum Artium quinque tomis: Theologiæ Moralis quæstiones præcipuas, voluminibus duobus: Tom. II. de Sacramentis.*

NICOLAUS LAURENTII, *Suecus*, Nycopensis, Sudermannus, Phil. Magister, primùm Eloq. in Gymnasii Stregnensi Lector, pòst in Acad. Dorpatensi, inde Aboensi Log. & Poës. nec non demum Theol. Professor, novissimè Episcopus Wiburgensis. Reliquit *Dissert. de influxu Astrorum in mundum elementarem: Disp. de causis generatim: Conciones aliquot funebres.*

JOH ZWELFERUS, *Germanus*, Palatinus, Medic. Doctor, Chymiæ Professor, & 30. annos Physicus Viennensis, æt. 50. Evulgavit *Animadversiones in Pharmacopœiam Augustanam: Appendicem ad easdem Animad-*

versiones: Pharmacopœiam Regiam, seu Dispensatorium novum: Discursum Apologeticum adversus Hippocratem Chymicum Ottonis Tackenii fundamenta &c.

STEPHANUS AGVILARIUS, *Mexicanus*, Guadalaxarensis, S. J. Sacerdos & Missionarius ad Indos, ætat. 63. Soc. 44. Prelo dedit *Conciones varias: Carmina Hispanica complura.*

THOMAS GOMEZ, *Hispanus*, Segoviensis, Monachus Cisterciensis, Theol. & Phil. interpres, pòst Præfecto Generali à Secretis, idemque aliquando Visitator Generalis, variis in Cænobiis Abbas. Scripsit *de veteri Monachatu & Regulis Monasticis*, aliaque.

JONAS SUENONIS COLUMBUS, *Suecus*, Wesmannus, Phil. Magister, Poës. Prof. Upsaliensis, & pòst Pastor in Husbii Dalecarliæ. Reliquit *Carmina varia.*

ANNO 1669.

5. Jan. ANDREAS PERZIVALES, *Græcus*, Cretensis, S. J. Phil. & Th. Doctor, per XL. annos Græcæ & Lat. Ling. Lector, æt. 70. Formavit *Compendium Grammaticæ Græcæ.*

13. Jan. MICHAEL HERMANNUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Philos. Magister, Pastor ad Elisabetæ in patria primarius, Ecclesiarum & Scholarum Aug. Confess. Inspector, & Prof. æt. 76. Ejus superest *Josua enucleatus: προσάγων Oratio, sive Conciones IX. in Orationem Christi Joh. XVII: Compendium Theologiæ: De Pressura Israëlitarum, post mortem Josephi & Mosis, Conc. IV: Conciones funebres.*

16. Jan. GULIELMUS CUP, *Belga*, Bommeliensis, J. U. Doctor, ejusdemque Facult. Professor in Academia Franekerana primarius, æt. 63. Vulgavit *Dissertationum fasciculum: Notas ad Instituta: Dispp. de Falcidia: Tractatum de Successionibus &c.*

— Jan. LEO ALLATIUS, *Græcus*, Chius, æt. 83. Romæ. Edi curavit *Commentationem in Johannæ Papissæ Fabulam: Dissertationes II. de libris Ecclesiasticis Græcorum, Apes Urbanas, sive de Viris illustribus, qui ab anno M DC XXX. per totum M DC XXXII. Romæ adfuerunt, ac typis aliquid evulgârunt: Dissert. de Georgiis, & eorum Scriptis: De ætate & interstitiis in collatione ordinum etiam apud Græcos servandis: De Dominicis & Hebdomadibus Græcorum: De Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetua consensione libros tres: De Templis Græcorum recentioribus: Versionem & notas ad Eustathium & originem de Engastrimytho: Animadversiones in Antiquitatum Etruscarum fragmenta ab Inghiramio edita: Dissert. de Psellis & eorum scriptis: Dialogum de Scriptis Socratis: Librum de Simeonibus: Tractatum de patria Homeri: De mensura Temporum antiquorum: Excerpta varia Græcorum Sophistarum ac Rhetorum*

rum: Diatribam de Nilis & eorum scriptis: De Concordia Christianorum per Asiam, Africam & Europam: Diatribam de Philonibus: Notas in Philonem Byzantium: In Ptolomæi Evergetæ monumentum Adulitanum: E Græco in Latinam lingvam transtulit *Catenam SS. Patrum in Hieremiam Prophetam: Expositionem S. Jo. Chrysostomi in eundem: Homilias VIII. Originis in eundem Prophetam: Maximi Confessoris quæstionem in Hieremiam: Mantissam ad opera S. Anhelmi: Orationes Libanii: Octavam Synodum Photinianam: Scripta contra Joh. Henricum Hottingerum & Eliam Vejelium.*

22. Jan. NICOLAUS RODRIGVEZ DE FERMOSINO, *Hispanus*, Tauro Poletinensis apud Pincianos, Pænitentiarius Canonicus, ibidemque Fiscalis Advocatus, Asturicensis Ecclesiæ Episcopus. Scripsit super *Librum II. Decretalium volumina duo: Allegationes fiscales, seu de confiscatione bonorum: De officiis & sacris Ecclesiæ: De Probationibus: De Legibus Ecclesiasticis: De Potestate Capituli, sede vacante, & sede plena.*

26. Jan. HENRICUS KING, *Anglus*, Buckinghamiensis, Artium Magister, Canonicus, Archidiaconus Colcestriensis, Decanus Roffensis, & Ecclesiæ D. Pauli Londensis Residentiarius, tandem Episcopus Cicestriensis. Exaravit *Orationis Dominicæ Explicationem. Psalmos Davidis metro donatos: Conciones varias: Poëmata, elogia paradoxa & cantilenas.*

Obiit ANNO 1669.

6. Febr. JO. BERNHARDUS ZINZERLINGIUS, *Germanus*, Sternebergensis, J. U. Doctor, & Poës. Prof. Rostochiensis, æt. 44. Typis subjecit *Fastos Rectorales Laciburgicos, seu seriem Rectorum Academiæ Rostochiensis: Animadversiunculas in Magni Aurelii Cassiodori librum de Amicitia & Amore: Poëmata varia: Disp. de impensis dotis, funeris & litis &c.*

15. Februar. GERHARDUS HANEWINCKELIUS, *Germanus*, Bremensis, Ecclesiastes & Lingvarum Orient. in patria Professor, æt. 86. officii Eccles. 20. Scholast. 58. Paravit *Elementa Grammaticæ Hebrææ: Elementa Grammaticæ Arameæ* h. e. *Chaldaicæ & Syriacæ, Hebræis respondentia: Syllabum vocum omnium primitivarum Hebræarum.*

18. Febr. CHRISTOPH. BLUME, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, Pastor Hakerensis in Esthonia, æt. 44. Minist. 17. Emisit Lingvâ Germanico-Esthonicâ *Matthæi Judicis Corpus Doctrinæ parvum, dictis Biblicis auctum: Gaudium spirituale, sive Precationes, Interrogationes, Meditationes & cantilenas supra præcipua totius anni festa: Labores sacros hebdomadales: Recreationes animæ in passionem & ascensionem Christi.*

24. Febr. ANDREAS LOELHEVEL, *Prussus*, Regiomontanus, Philos. Magister, primùm in patria Diaconus Palæopolitanus, deinde ejusdem Templi Pastor, & Consistorii Sam-

bienſis Aſſeſſor, æt. 47. miniſt. 23. Habuit *Diſpp. Philoſophicas de Meteoris in genere; De Meteoris aqueis,* & plures alias.

5. Mart. HIERONYMUS PETRUCCIUS, *Italus*, Camerſenſis, S. J. Human. & Rhetor. Lector Romanus, æt. 84. Soc. 65. Vulgavit *Orationem habitam in Paraſceve: Duodecim Octonarios Jambicos puros; Orationem de Adventu Spiritus Sancti; Orat. de S. Ivone, advocato pauperum.*

9. Mart. JOH. JACOBUS OTTO, *Germanus*, Halenſis, Diaconus Gaildorffenſis, æt. 38. Explicavit *Munera Dei Salis; Viam Virtutum & vitiorum; Solatia pro ægrotis, ex Evangeliis Dominicalibus*, Germanicè.

11. Mart. MARTINUS MüLLERUS, *Germanus*, J. U. Doctor, Ethic. & Juris in Academia Gieſſenſi Profeſſor, æt. 56. Sub ejus præſidio habitæ ſunt *Diſpp. de Contractibus realibus: De ſervitutibus realibus: De Succeſſione ab Inteſtato &c.* Dedit & *Manuductionem ad Inſtitutionem Juris.*

11. Mart. JO. DE JONGHE, *Belga*, Dunkerkanus, S. J. politiorum literarum, Phil. & Theol. tam moralis, quàm Scholaſticæ Prof. Lovanienſis, æt. 74. Soc. 57. Emiſit *Theſes Theol. de Gratia, Libero Arbitrio, Prædeſtinatione &c. contra Corn. Janſenii Auguſtinum: Theſes Apologeticas & Miſcellan. adverſus doctrinam ejusdem Janſenii.*

12. Mart. ABDIAS TREW, *Germanus*, Onolsbacenſis, Phil. Magiſter, primùm Eccleſiæ Heidenheimenſis ſubſtitutus, deinde Diaconus Marckelbacenſis, inde Scholæ Onoldinæ Rector, demum Mathem. & Phyſ. Profeſſor Altorphinus, Alumnorum Noricorum Inſpector, Facultatis Philoſ. Senior, æt. 72. offic. 47. Innotuit ex *Aſtronomiæ parte Sphærica: Aſtrologia Medica: Phyſica Ariſtotelica: Ejus defenſione, contra Mich. Watſonium: Manuali Geometriæ Practicæ: Arbitro Aſtronomico: Diſcurſu de correctione Aſtrologiæ: Diſſertatione de Cometis & via Lactea: Specimine Conciliationis Calendariorum veteris ac novi: Directorio Mathematico: Examine Hyperſophiæ Anti-Biblicæ: Geodeſia univerſali: Compendio Fortificatorio: Obſervationibus & Diſpp. Philoſophicis variis.*

22. Mart. SIMON KEXLERUS, *Suecus*, Nericienſis, Phil. Magiſter, primùm per quadriennium in Academia Upſalienſi, deinde per 29. annos in Acad. Aboenſi Profeſſor Mathematum, Collegii ibidem Philoſ. Senior, Conſiſtorii Aſſeſſor, & Eccleſiæ in Piikis Paſtor, æt. 66. Publicavit *Arithmeticam triplicem generalem, geodeticam, denariam & aſtronomicam ſexagenariam, ut & Geometriam triplicem, fundamentalem, trigonometricam & practicam: Tractatum de Tempore ſeu computum: Coſmographiam & Gnomonicam.*

27. Mart. NICOLAUS CICHOVIUS, *Polonus*, Soc. Jeſu, Coadjutor temporalis, dein Phil. & Theol. Schola-

sticæ Lector Posnaniæ, studiorum Præfectus ac Missionarius, æt. 71. Soc. 54. Cracoviæ. Scripsit varia, eaque inter est *Credo Arianorum, seu Confessio Socinianorum vel Arianorum, cum centuria argumentorum pro summa & naturali Christi divinitate* (hôc librô effecit, ut ex regno Poloniæ, publicô Reip. edictô, omnes Ariani, etiam nobiles, sint proscripti, sub pœnâ capitis, & amissionis bonorum omnium) *Colloquium Kioviense de Processione Spiritus Sancti à Patre & Filio: Speculum infidelitatis Arianæ, in explicatione Symboli & Sacræ Scripturæ: Responsum Theol. pro exemptione PP. Societatis Jesu à solvendis decimis: S. Thomæ sententia de immaculata conceptione B. Virginis: Tribunal Sanctorum Patrum Orientalium & Occidentalium, de processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, & de præeminentia Romani Pontificis: Triumphus SS. Trinitatis de Arianis: Speculum Samosatenistarum, vulgò Arianorum: Relationes XXX. quibus omnes ab contagio Arianorum conatur avertere,* Polonicè.

29. Mart. MARTINUS DE CYGNE, *Belga*, Audomaropolitanus, S. Jes. Rhetor. variis in locis annos XIV. Lector, studiorum quoque Præfectus, deinde Rudimentarius Magister, æt. 50. Soc. 31. Concinnavit *Explanationem Rhetoricam: Analysin Rhetoricam omnium Orationum Ciceronis: Artem Poëticam: Artem Historicam.*

4. April. JO. MICH. MOSCHEROSCHIUS, *Germanus*, Hanoviensis, Phil. Magister, primùm Præfectus territorii Grichingensis & Wellingensis, dein diversorum Principum Statuumq; S. R. Imperii Consiliarius, in Societate Fructifera der Träumende, æt. 68. Dedit *Epigrammata; Supplementum & notas in Jacobi Wimphelingi catalogum Episcoporum Argentoratensium; Imaginem Reip. Argentinensis; Insomnem curam Parentum; Satyras ex Hispanica Francisci de Quevedo,* sub nomine Philandri van Sittwald: *Dialogos Gallicè, Italicè, Germanicè: Vocabularium Gallo-Germanicum &c.*

8. Apr. JOH. MICHAEL DILHERRUS, *Germanus*, Themarâ-Hennebergensis, primùm Oratoriæ, deinde Hist. & Poës. in Acad. Jenensi Prof. ordinarius, Theol. verò extraordinarius, postea Theol. & Phil. Prof. in Gymnasio Noribergensi, Bibliothecæ & Alumnorum Inspector, demum ad D. Sebaldi Antistes, ætatis 65. Celeberrimi nominis Vir famam de se latè sparsit scriptis pluribus, videlicet *Dialogo Philologico: Apparatu Philologico: Contemplatione hominis Christiani: Gustu Philologiæ Patrum, & methodo legendi SS. Patres: Dissert. de Satyra: Grammaticâ Syriacâ: Eclogis Syriacis ex N. Testamento: Libris tribus Electorum: Manuductione Aristotelicâ ad locos Inventionis Rhetoricæ: Confessione Augustanâ: Historiâ Augustanæ Confessionis: Gnomologiâ Ethica: Atrio Linguæ Sanctæ: Peri-*

ſtylio linguæ Sanctæ: Oratione de recta puerorum educatione: Icaro Academico: Tom. II. diſpp. Academicarum Philolog. & Theologicarum: Crucifixione Chriſti: Annotationibus in Canticum Canticorum. Germanicè *Concionatore domeſtico: Honore Matrimonii: Chriſtianorum Hodogetâ: Memoriâ Monetariâ: Conſideratione Paſſionis Dominicæ: Meditationibus Hortenſibus Manuali Oratorio: Itinere Bethlehemitico: Flammâ amoris divini: Viâ Salutis: Conviviô cœleſti in terris, ſive Conc. de S. Cœna: De Morte, extremo judicio & inferno: Sanctâ hebdomade: Conſpectu vitæ æternæ: Salute Peccatorum: Gaudio in luctu: Concionibus Paſſionalibus: Quiete Sabbaticâ: Jeremiâ conſolatore: Sacrificiô matutinô & veſpertinô: Concionibus de Tempore: De Hiobo: Faſciculô Concionum Kal. Januar. habitarum: Concionibus Pœnitentialibus: Memoriâ Irenicâ: Suſpiriis Chriſtianis: Inſtitutionis Catecheticæ primordiis: Precationibus Anti Turcicis: Theſaurô virtutum & theatrô vitiorum: Academiâ Propheticâ: Academiâ Chriſt-Apoſtolicâ: Poſtillâ Emblematicâ: Expoſitione Evangeliorum emblematicâ: Explicatione Textuum Epiſtolicorum emblematicâ: Poſtillâ Domeſticâ: Conſideratione Chriſtianâ, cœli fulgentis, temporis fugientis & mundi evaneſcentis.*

12. April. LEONHARDUS CHAMPEILS, *Gallus*, S. J. Phil. & Theol. Moralis Prælector, & Operarius in Domo Profeſſorum Burdigalenſi, æt. 79. Soc. 60. Edidit Gallicè *Veritates Catholicas declaratas ex mente Patrum primitivæ Eccleſiæ.*

21. Apr. ANDR. STIBIGK, *Pruſſus*, Brunsbergenſis, S. J. literarum humaniorum Lector, Scholarum Præfectus, Miſſionarius ad Curlandos, Livonos & Pruſſos, æt. 51. Soc. 31. Scripſit Germanicè *Fundamentalem inſtructionem de catholico cultu B. Mariæ: Colloquium Catholici cum Lutherano, de uſu Euchariſtiæ, ſub una ſpecie.*

23. April. JOHANNES CANUTI LENÆUS, *Svecus*, Lennenſis, non procul ab Upſalia, primùm Logices, deinde Græcæ & Hebraicæ Lingvæ, tum Th. Prof. Upſalienſis, nec non Paſtor, mox & Theol. Doctor, demum Regni Sveciæ Archiepiſcopus, & Acad. Upſalienſis Procancellarius, æt. 96. Regia tria capita regiô cinxit diademate, duo in conſortium conjugalis thalami copulavit matrimonio, unum Sacri Baptiſmatis ablutum lymphâ Chriſtianæ reddidit Eccleſiæ, duorumque juſta funebria celebravit. Ab eo poſteris tradita eſt *Logica Peripatetica: Diſſert. de jure Regio in Eccleſiaſticis: De Veritate & excellentia Religionis Chriſtianæ informatio: Comm. in Evangelium Johannis & Acta Apoſtolorum: Diſſertatio de Meſſia, oppoſita Judæis: Comment. in VII. Canonicas Epiſtolas Jacobi, Petri, Johannis & Judæ: Oratio de Syncretiſmo: Explicatio trium Locorum in epiſt. Pauli: Conciones funebres: Diſputationes Theologicæ variæ.*

28. April. JOH. GROTHAUS, *Germanus*, Bechemensis Westphalus, S. J. literarum humaniorum; Phil. Mathes. & Ethic. apud Ubios, ac demum etiam Theol. Prælector, ad hæc Confessarius Episcopi Paderbornensis, æt. 68. Soc. 48. Neuhusii. Emisit linguâ vernaculâ *Doctrinæ Christianæ centum Quæstiones; Vitam Christianam XC. quæstionibus explicatam; Psalterium B. Virginis cum facili methodo meditandi mysteria; Mysteria fidei compendio demonstrata in Sacrificio Missæ cum figuris; Cor humanum, triplice disciplinâ eruditum; Auxiliares Sanctos XIV; Dictionarium minus & majus; Historiam Sodalitii Ursulani; Suffraganeos Colonienses*, sub nomine D. Heister.

8. Jun. JOH. MAUKISCHIUS, *Germanus*, Fridbergâ-Misnicus, Theol. Doctor, Athenæi Gedanensis Rector, Theol. Prof. & ad Ædem SS. Trinit. Pastor, æt. 52. offic. 18. Sanis usibus indulsit *Specimen Philologico-Theologicum, de Notitia Dei naturali; Meditationes de divinæ Voluntatis, nostram salutem ab æterno decernentis, revelatione, contra Frid. Spanhemium; Notas Philologico-Theologicas; Dispp. XXX. de Diabolorum notitia; Maledicentiam Maresianam; Nihil sani Maresiani; Anti-Zwickerum; Epicrisin de vero sensu Psalmi CXIX; Perspicilla, quæ Irenici Irenicorum Auctor Comenio sumenda suaserat; Anti-Syncretistica;* Διάσκεψιν *sive rationem Catechisandi; Librum memorialem;*

obiit ANNO 1669.

Antithesin Religionum Lutheranæ & Jesuiticæ; Sagittam Salutis Domini; Scriptum contra Joh. August. Hoffmannum; De liberis ad Scholas Jesuitarum non mittendis dehortationem; Dispp. Phil. & Theol. varias &c.

4. Jul. ANTONIUS DE ESCOBAR & MENDOZA, *Hispanus*, Vallisoletanus, S. J. Concionator, ætatis 82. Soc. 65. Vulgavit Latinè *Commentarios in Evangelia Sanctorum & Temporis, panegyricis moralibus illustratos, tomis VI: In caput VI. Johannis, de Eucharistiæ arcano: Comment. in V. & N. T. duobus tomis: Universæ Theologiæ Moralis receptiores sententias, tomis VII: Librum Theologiæ Moralis*, XXXVIII. vicibus recusum. Hispanicè *Summulam Casuum Conscientiæ: Poëmata Heroica de Virgine Deipara: De S. Ignatio: Examen & praxim Confessariorum & Pœnitentialium*, XXXIX. vicibus recusum.

7. Jul. ELIAS MAJOR, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Phil. Mag. Poëta Laur. Cæsareus, Gymnasii Elisabethani in patria Rector, Professor, & cæterarum Scholarum Inspector, ætatis 82. officii 55. Condidit *Librum de varianda Oratione: Poëmata: Orationes Programmata varia.*

10. Jul. JO. VAN DER LAEN, *Belga*, Amstelodamensis, S. J. literarum humaniorum Lector, Missionarius, æt. 51. Soc. 34. Emisit, sub nomine Leonhardi van Saenen, *contra Everardum Schefferum, vindicias ta-*

as ta-

as tabulæ fidei Jacobi Stratii: Regulam fundamentalem Fidei.

27. Jul. CHRISTOPH. ZELLERUS, *Germanus*, Breitenbergâ-Calvensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiæ Liebensteinensis, deinde Schlaicdorffensis Pastor, mox Diaconus Calvensis, tum ejus Diœceseos Ephorus, porrò Concionator Aulicus Sturgardiensis, Theol. Doctor, Ducis Wurtenbergici Consiliarius & Confessionarius, denique Præpositus Denckendorffensis, & Academiæ Tubingensis Visitator, æt. 54. minist. 42. Prodire fecit *Orationem Augustini anniversariam, de lectione Scripturarum Gentilium librorum lectioni præferenda: Conciones super Evangelia & Epistolas Dominicales: Conc. super Catechismum: Refutationem Scripti alicujus, in Floro Europæo, de Religione Pacis: Scriptum contra D. Eliam Schillerum &c.*

7. Aug. JOH. JACOBUS THURMIUS, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, æt. 20. Typis subjectæ prostant *Disputationes*, sub ejus habitæ præsidio, *de distinctione potentiarum Animæ rationalis, intellectus & voluntatis & ab anima & inter se: De modo proponendi Philosophiam Gentilium Poëtarum per fabulas: De differentiis Animæ rationalis & sensitivæ: De Apibus.* Germanicè *Concio sacra ex II. Timoth. I, 7. in patria habita.*

12. Aug ANTON. DE CASTILLO, *Hispanus*, Bæticus, Malacitanus, Franciscanus, Commissarius generalis Terræ Sanctæ & Præfectus Cœnobii Bethlehemitani. Scripsit *Itinerarium Terræ Sanctæ*, idiomate Hispanicô.

22. August. PETRUS DE WITTE, *Belga*, Leidensis, primùm Kudekerkensis, dein Hornensis, tum Delfensis, ac denique in patria 15. annos Pastor, æt. 46. Enucleavit *Catechismum Heidelbergensem.*

25. Aug. THOMAS LE BLANCE, *Gallus*, Victoriacensis, S. J. Rhetor. Lingvæ Hebr. & Theol. Prælector, Collegiorum Catalaunensis, Virdunensis, Mussipontani &c. Rector, Provinciæ Campaniæ Præfectus, æt. 72. Soc. 52. Rhemis. Condidit Latinè *Commentarium in omnes Psalmos Davidicos, tomis VI:* Gallicè *Ideam perfectam Religiosorum: Bonum divitem & bonum pauperem: Christianum in Ecclesia, seu methodum impetrandi omnia, quæ petuntur à Deo: Directionem & consolationem conjugatorum, seu modum, quô ex infortunato matrimonio fortunatum fieri possit: Directionem & consolationem Viduarum: Militem gloriosum: Deum vindicem blasphemiarum & maledictionum: Bonum Vinitorum, bonum Agricolam & bonum Opificem: Bonum Scholasticum: Bonum Servum & bonam Ancillam: Hominem festivæ Societatis: Paupertatem contemtam: Hominem literatum &c.*

10. Sept. ELIAS SIGISM. REINHARTUS, *Germanus*, Halensis Saxo, primùm Ecclesiastes Berolinensis, tum

tum Theol. Doctor, ejusdemque Professor, ad D. Nicolai Pastor, Consistorialis Electoralis & Ducalis Saxonicus, & Superintendens Lipsiensis, æt. 45. Literis mandavit *Dissertationem ad intimiora Socinianæ & Socinianizantis Scholæ: De Reformatione Brandeburgensi in Marchia: Concionem Valedictoriam & Berolinenses: Falsitates Licent. Valentini Frommii: Responsum ad Matth. Tannerum S. J. Doct. & Prof. Pragensem: Conciones funebres &c.*

17. Sept. JOH. TRAPP, *Anglus*, Wigorniensis, Artium Baccalaureus, Archididascalus Stratfordiensis, & Vicarius de Weston, æt. 47. Commentatus est Anglicè *in Pentateuchum: In Ezram, Nehemiam, librum Esther, Job, Psalmos: In Proverbia, Ecclesiastem, Cantica Canticorum, Esaiam, Jeremiam, Threnos & Danielem: In Prophetas XII. minores: In omnes N. T. libros: Theologiam Theologiæ: Amoris divini pignora: Hominis justi præmium &c.*

20. Octobr. JACOBUS BOYMAN, *Germanus*, Juliacensis, è Soc. Jesu, Human. Lector, Scholarum Rector, collegiorum diversorum Præfectus, æt. 64. Soc. 43. Aquisgrani. Struxit *Hebdomadam Amoris: Artem Vitæ: Diem Salutis: Scientiam Sanctorum: Nosce mori: Tirocinium Virtutis*, & his simila.

21. Oct. ADRIANUS BOKARTS A THIENEN, *Belga*, J. U. Doctor & Professor Lugduno-Batavus, æt. 47.

Scripsit *Orationem funebrem in excessum Arnoldi Vinnii JCti: Panegyricum illustri Viro, Cornelio, Consuli Dordraceno, dictum: Epistolam bono publico emissam: Dispp. Juridicas.*

24. Oct. GUIL. PRYNNE, *Anglus*, Swainswicâ-Somersetensis, Collegii Orielensis Oxoniæ Commensalis, Artium Baccalaureus, æt. 69. Libri, quos varii admodum, Theologici nimirum, Historici, Politici & Polemici argumenti conscripsit, ad 170. Adversaria potiùs, quàm opera nuncupari merentur, adeoque ipsum penè Tostatum æquâsse videtur. Ex iis sunt *de perpetuitate hominis regenerati: contra potationes in sanitatem aliorum factas: Contra cincinnos in amorum aliorum gestatos: Historiomastix, sive contra ludos Comicos: De inchoatione Sabbati: De Decimis: De Sacramentis: De Magistratu: Vindiciæ pro suprema Regis jurisdictione Ecclesiastica: De Ecclesia Anglicana: De Excommunicatione & Suspensione à sacra Cæna: Apologia pro libertate Conscientiæ: Aurum Reginæ: Historia Episcopi Wilh. Landi: In Psalm. CI, 15. &c.* idiomate patriô. Libros à se conscriptos moriens Hospitio Lincolniensi, quod Londini est, legavit, qui voluminibus XXXVII. in fol. & 4. continentur.

22. Oct. FRIDERICUS LANCKISCHIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Philos. Magister, Bibliopola. Dedit *Concordantias Ernesticas: Concordantias Bibliorum Hebraico-Chaldaico-Græco-Germanicas.*

28.Oct. HENRICUS LANGERBECK, *Germanus*, Hamburgensis, quinque Ducum Hannovero-Brunsvicensium Cancellarius per 38. annos. Reliquit tam ad pias causas, quàm Amicis suis 150000. Imperiales, & Bibliothecam, quæ supra 8000. Imperiales æstimatur, Reip. patriæ legavit. Vir fuit multiplici eruditione conspicuus.

1.Nov. CAROLUS DRELINCOURT, *Gallus*, Pastor Ecclesiæ Reformatæ primùm Charentonus, deinde Parisinus. Typis mandavit lingvâ populari *Catechismum: Defensionem pro Jo. Calvino: Summarium errorum Ecclesiæ Romanæ, cum annexa eorum refutatione: De Præparatione ad S. Cœnam: Consolationes fidelium contra timorem mortis: Colloquia pia tomis quinque: Crucis triumphum Ecclesiæ Christianæ: Dialogum de descensu Christi ad inferos: Responsum ad literas Ernesti, Hassiæ Landgravii: Exhortationes ad jejunium & Pœnitentiam: De malo injustitiæ: Dialogos de Missionariis: Horam Mortis: Sententiam Evangelicorum de Virgine Maria: De Perseverantia Electorum & amoris divini: De Reformatione Ecclesiæ: Sermones super diversa Scripturæ sacræ loca: De vita salutari solis justitiæ: De Jubilæo Ecclesiæ Romanæ, cum examine &c.* Non pauca ejus scripta prostant quoque Germanicè & Belgicè.

1.Nov. HENRICUS BAUMANNUS, *Germanus*, Torgaviensis, Theol. Doctor, ejusdemque Prof. & Director Gymnasii Coburgensis, æt. 35. Luci exposuit *Eliæ Grebnitz Irenonai exstructi, perlustrati ruinam: Dispp. de Statu Salis: De Stellis: De Jure Belli: De Spiritibus finitis, completo & incompleto, separato; De Communicatione Idiomatum: De Secta Neutralistarum, ex Luc. II, 23: De Spiritus Sancti personalitate, divinitate & processione à Patre & Filio: Disputationes Christologicas Theticas Anti-Calvinianas: Caudam Scorpionis locustarum Calvinianorum: De Calendis Januariis &c.*

6.Nov. JO. ANTONIUS VELASQUEZ, *Hispanus*, Matritensis, S. J. diversorum Collegiorum Rector, Theol. Interpres, Consultor Congregationis de immaculata Conceptione B. Virginis, æt. 84. Soc. 67. Congessit *Commentarios in Epist. Pauli ad Philippenses tomis duobus: Comment. in Psalmum C. libris quinque: De Conceptione immaculata B. Virginis: De augustissimo Eucharistiæ Sacramento: De Maria advocata: Rationes Regi Catholico exhibitas, de celebratione festi immaculatæ conceptionis.*

5. Nov. JO. COCCEIUS, *Germanus*, Bremensis, primùm in patria Philol. sacræ, deinde Hebr. Lingvæ, pòst etiam Theol. in Acad. Franekerana Professor, novissimè Theol. Doctor ejusdemque in Academia Leidensi Prof. æt. 66. Famam sibi paravit pluribus ingenii monumentis, ex quibus *Cohelet, sive Ecclesiastes Salomonis illustratus: Duo tituli Talmudici Sanhedrin & Maccoth cum versione & commen-*

commentario: Conjecturæ in Gog & Magog: De Ecclesia & Babylone: De Sabbato & quiete Novi Testamenti: Summa doctrina de fœdere & Testamento Dei: De potentia Sacræ Scripturæ: Consideratio principii Evangelii Joh. I, 19. contra Socinianos: Apologia Equitis Poloni examinata & refutata: Typus concordiæ circa honorem Dominicæ: Indignatio adversus Nath. Johnsonium: Moreh Nebochim: De Anti-Christo: Refutatio compendii Manualis Becani: De via Salutis Enjedini: Considerationes ad ultima Mosis, seu VI. postrema capita Deuteronomii: Admonitio de principio Ecclesiæ Reformatæ: In Catechesin Heidelbergensem: Comment. in Jobum: In Psalmos: In Canticum Canticorum: in Danielem: In Prophetas minores: In Ezechielem & Jeremiam: In Evangelium Johannis: In Epistolam ad Romanos: ad Ephesios: ad Titum: ad Galatas: ad Timotheum: ad Philippenses: ad Hebræos: in Epistolam Judæ: In Apocalypsin: Lexicon & Comment. Linguæ Hebrææ & Chaldaicæ: Animadversiones in 83. quæstiones de Veteri Testamento: Orationes & Dispp. Theologicæ non paucæ sigillatim emissæ &c. Opera ejus prostant omnia junctim edita, VIII. voluminibus.

7. Nov. ELIAS DOWNAROVICZ, *Ruthenus*, Vitepcensis, Nobilis, Jesuita, Poës. Rhetor. Philos. & Theol. Professor, nec non Concionator, æt. 45. Soc. 27. Vilnæ. Scripsit, sub nomine discipuli, *Tractatum Theol. de virtutibus moralibus*, inscriptum; *Homo Politicus.*

12. Nov. MARTINUS CURÆUS de la CAMBRE, *Gallus*, Medicus Parisiensis & Academicus Francicus, æt. 76. Vulgavit *Novæ Methodi pro explanandis Hippocrate & Aristotele specimen. Methodum explicandi Hippocratem & Aristotelem: De cognitione Animalium: De Concoctione: De Iride: De Lumine: De Anima: De effluxu Nili: De Philosophia Platonica: Contra optatum Gallum de cavendo schismate: Physicam Aristotelis* Gallicè reddidit.

14. Dec. JACOBUS VIGNIER, *Gallus*, Barro-Sequanus in Burgundia, Nobilis, S. J. Humaniorum, Philos. & Theol. Moralis Prof. Collegiorum Barrensis, Ligonensis, Senonensis & Calvomentani Rector, & Ecclesiastes, æt. 66. Soc. 52. Composuit Gallicè atque emisit *Chronicon Lingonense: Pacem Animæ: Praxim pacis animæ in vita S. Ludovici.*

24. Dec. JOH. QUISTORPIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Theol. Doctor, ejusque in Acad. patria Professor, & ad D. Jacobi Pastor, tum Universitatis Rector, æt. 45. Ejus est *Catechesis Anti-Papistica: Nebo, unde perlustratur Terra Sancta: Repetitiones Decalogi Anti-Papistici: Pia desideria: Thesaurus in agro: Epistola ad Christinam, Sveciæ Reginam,* suppressô nomine: *Dispp. de Tempore Antidiluviano: De Fide Infantum: De Justitia Legali & fidei: De Apocalyptica meretrice Babylonica: De Chri-*

stianismo Græcorum hodiernorum, per Europam, Asiam & Africam; De Monachis; Utrum sine læsione conscientiæ in sanitatem aliorum bibere liceat? De immortalitate animæ &c.

24. Dec. HENRICUS FOULIS, sive DE FOLIIS, *Anglus*, Clevelandiâ-Eboracensis, Artium Magister & Theol. Baccalaureus, æt. 33. Exaravit *Historiam, in qua nefandæ conjurationes ab iis, qui se falsò sanctos jactitant, initiæ Presbyteranis &c. recensentur; Historiam proditionum & usurpationum Pontificiarum.*

MARTINUS SCHOOCKIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Philos. Magister, per XXXI. annos in Acad. patria, Gymnasio Daventriensi, & Universitate Gröningensi, partim Eloq. Histor. & Græcæ Lingvæ, partim Phys. Logicæ atque Practicæ Philos. Professor, novissimè Electoris Brandeburgici Historiographus & Consiliarius, nec non in Academia Viadrina Prof. honorarius, ætat. 55. Prelo subjecit *Dissertationem de natura soni & echus: Desperatissimam causam Papatus, cum auctario adversus Libertum Fromondum: Admirandam methodum novæ Philosophiæ Cartesianæ: Differt. de Ovo & pullo: De Turffis: De Haringis seu Halecibus: Tract. de inundationibus: Volumen Orationum: Librum de bonis Ecclesiasticis & Canonicis: De Statu Reip. Fœderati Belgii: De Justitia Belli Belgici: De Seditionibus, seu discordiis domesticis: De Imperio maritimo: De Rep. Achæorum: De*

Obiit ANNO 1669.

anima Belluarum: De Cerevisia: De Nihilo: De Sternutatione: De Fabula Hamelensi: Collegium Logicum: Physicam generalem: Physicam cœlestem: Belgium Fœderatum: De Ciconiis: De Butyro & aversatione casei: De fermento & fermentatione: De Extasi: Exercitationes sacras XIX: Exercitationes varias de diversis materiis: De Sabbatho: Tract. de præcisitate vera: De signaturis fœtus: Librum de figmento Legis Regiæ: Differt. de Lingva Hellenistica: De Scepticismo libros VI: Historiam novorum & antiquorum Enthusiastarum; Historiæ naturalis vestibulum reseratum; Orationem de pio Politico; Dispp. de ardente Vesuvio; De Tulipis; De origine animæ &c.

GUIL. SEDGWICK, *Anglus*, Bedfordiensis, Artium Magister, Rector de Farnham in Essexia, æt. 59. Publicavit *Conciones XI.* quibus titulum fecit; *Fulgura à filio hominis; Conciones alias &c.*

CHRISTIANUS NEUBAUR, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. Magister, Græcæ & Hebr. Ling. in Acad. patria Professor. Foràs misit *Lexicon Lingvæ Latino-Germanicæ; Grammaticam Hebræam; Dispp. de signo, quam Deus posuit Caini, ex Gen. IV, 15. &c.*

JOH. HENRICUS RISIUS, *Germanus*, Ecclesiæ Augustanæ Pastor. Dedit *Conciones aliquot funebres*, & forsan quædam alia.

ARNOLDUS GEULINX, *Belga*, Philos. Magister, in Academia Lugduno-Batava Log. Professor. Adornavit

vit *Saturnalia: Ethicam, seu γνῶθι σεαυτὸν: Solertiam, sive methodum inveniendi argumenta; Logicam restitutivam &c.*

JO. ANDREAS GRABA, *Germanus*, Mulhusanus, Med. Doctor, primùm Erfurti Prof. pòst in patria Physicus, Academicus naturæ Curios. dictus *Cephalus*. Emisit *Elaphographiam, sive descriptionem Cervi; Tractatum de Scorbuto.*

JOH. FRIDERICUS HEILBRUNNERUS, *Germanus*, Theol. Doctor, Marchioni Badensi à Consiliis & Concionibus aulicis primariis, Theol. in Gymnasio ibidem Professor, Marchionatus Badensis & Hochbergensis Superintendens Generalis. Reliquit *Dissert. in collationem Carthaginensem, inter Catholicos & Donatistas; De Tractu Patris ad Filium salutari, ex Joh. VI, 44; Conciones funebres &c.*

RICHARDUS MATHER, *Anglus*, Lancastrensis, Ecclesiastes, æt. 73. Struxit idiomate vernaculô *Catechismum; Explicationem de mysterio Redemptionis Israëliticæ; Sermones varios &c.*

ANNO 1670.

13. Jan. GREGORIUS STANNARIUS, *Germanus*, Marpurgensis Cattus, primùm Reformatæ Ecclesiæ Pastor Fuldensis, deinde Philos. & pòst Theol. quoque Professor, hujusque Doctor in Academia patria, æt. 60. Minist. 3. Prof. 36. Ejus superest *Limitatio Canonum Logicorum: Fasciculus Disputationum Theologicarum contra Libertinos, Præ-Adamitas, Nestorium, Independentes &c.*

— Jan. JO. VAN HORNE, *Belga*, Amstelodamensis, Medic. Doctor, Practicus primùm Venetiis, dein Paduæ & Neapoli, tum Anatom. & Chirurg. pòst quoque Botan. Professor Lugduno-Batavus, æt. 49. Hujus operâ & ingeniô editus est *Novus ductus Chyliferus: Μικροκόσμος, seu Manuductio ad Historiam corporis humani: Μικροτέχνη, seu brevissima Chirurgiæ Methodus: Prodromus observationum suarum circa partes genitales in utroque sexu: Observationes Anatomico-Medicæ: Notæ in Leonhardi Botalli opera Medica & Chirurgica: Galenus de Ossibus Græcè & Latinè: Epistola de Aneurismate.*

17. Jan. JO. LEURECHON, *Lotharingus*, Barroducæus, S. J. Philos. Mathem. & Theol. Professor, Collegii in patria Rector, & Duci Lotharingiæ multis annis à Sacris Confessionibus, æt. 79. Soc. 60. Edidit Gallicè, tacitô suô nomine, *Hilaria Mathematica: Selectas Propositiones ex tota Mathesi: Rationem facillimam describendi omnis generis Horologia: Praxim quorundam Horologiorum & Cylindri: De Cometa anni 1618. &c.*

20. Jan. HIERONYMUS DE PEREA, *Hispanus*, Madritensis, Jesuita, Th.

Moralis Interpres & Concionator, æt. 73. Soc. 50. Dedit Hispanicè *Vitam D. Catharinæ de Mendoza:* Sub nomine Gerardi de Cruce, *Christum patientem, ex IV. Evangelistis.*

3. Februar. DANIEL BECKHERUS, *Prussus*, Regiomontanus, Medicinæ Doctor, ejusdemque in Acad. patria Professor, Electoris Brandenburgici Archiater & Consiliarius, atque tum Academiæ Rector, æt. 43. Hujus est, ut credo, *de Unguento Armario dissertatio*, quæ reperitur in Theatro Sympathetico aucto: *Dispp. Medicæ de Convulsione: De Pestilentia, aliisque materiis Medicis.*

7. Febr. ANTONIUS LAVEDAN, *Gallus*, Narbonensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Professor, Collegii Cadurcensis Rector, æt. 76. Soc. 60. Fecit Latinè *Dissertationem de Anno Sancto, sive Jubilæo Christianorum.*

20. Febr. ANDREAS MüLLERUS, *Germanus*, Wildenbrugo-Pomeranus, Phil. Magister, Diaconus Ecclesiæ Wittenbergensis, æt. 60. Minist. 32. Vulgavit *Conciones aliquot funebres &c.*

26. Febr. JO. CANÆUS, *Gallus*, Parisiensis, S. J. Humaniorum Lector, Collegiorum Molinensis & Blesensis Rector, in castris Christianissimi Regis annis XXII. Missionarius, æt. 76. Soc. 59. Rothomagi. Exaravit Gallicè *Elogium Ludovici XIII. Regis Galliæ, de capta Rupella: Poëma sive Triumphum de Rupella capta: SS. Patrum Epistolas de vanitate mundi.*

28. Febr. BENEDICTUS PAULUS BOYM, *Roxolanus*, Leopoliensis, è Soc. Jesu, Sacerdos, æt. 41. Soc. 24. Vilnæ. Vulgavit Polonicè Librum inscriptum; *Antiqua Fides, ex veteribus orthodoxis Græcis: Elementa Fidei Catholicæ, cum brevi declaratione de IV. Novissimis.*

3. Mart. OTTO HENCKELIUS, *Germanus*, Rulbenrodensis, primùm Ecclesiastes Michelbachensis, deinde Diaconus, tum Pastor, ac demum Superintendens Marpurgensis, æt. 69. Minist. 46. Vulgavit *Conciones quasdam funebres*, & fortè alia.

8. Mart. HENRICUS ENGELGRAVE, *Belga*, Antverpiensis, Jesuita, Humaniorum literarum Professor, collegiorum Aldenardensis, Caslecani, Brugensis, & demum Antverpiensis Præpositus, æt. 60. Soc. 42. Concinnavit *Lucem Evangelicam in omnes Dominicas: Cæleste Pantheon in festa & gesta Sanctorum: Cæleste Empyreum in Festa per annum, & in omnes Ordinum Patriarchas, & particulares Tutelares: Meditationes de Passione Domini: Libellos varios carmine Latinô.*

8. Mart. JACOBUS SWERTIUS, *Belga*, Insulensis, S. J. Human. Professor & Missionarius, Seminarii Montensis Rector, æt. 69. Soc. 52. Tornaci. Formavit *Scholam instituendæ juventutis.*

14. Mart. JO. DOMINICUS OTTONELLUS, *Italus*, Fananensis, S. J. Rhet.

Rhet. & Human. Lector, Collegiorum Recinetensis & Firmani Rector, Florentiæ & alibi Concionator, æt. 87. Soc. 67. Scripsit Italicè *Manuale ad Spectatores Theatralium obscænitatum*, nomine anagrammaticô Odomenigici Lelonati: *Responsum ad quæstionem, quid mali habet adire domum personæ parum modestæ ad conversationem: Monita & casus Conscientiæ de periculosa conversatione: De Christiana moderatione Theatri tomis V: De sancta conversatione Jesu, Mariæ & Josephi: De Angustiis Peccatoris ex vicina morte afflicti*, nomine anagrammaticô: *De Christiana Spe, qua abutitur peccator in vita: De misericordia divina, qua abutitur Peccator: De Thesauris Jesu Christi, quibus abutitur peccator: De Devotione erga B. Virginem: Magisterium Spirituale ad peragenda exercitia spiritualia: De Pictura & Sculptura, atque usu & abusu illarum: Doctrinam Comicam Hier. Bartholomæi: Parænesim ad Lusores chartis vel aleis, ut abstineant.*

17. Mart. GUILLENUS RAMON DE MONCADA, *Hispanus*, Marchio Aitonæ, Eques Ordinis Calatravæ, in bello adversus Catalanos copiarum summus Præfectus, Galleciæ item Prorex, Philippo Regi Hisp. à cubiculo, deinde Reginæ Hipparchus, demum Archi-Oeconomus, sive magnus Regiæ Domus Magister. Dedit foràs *Discursum militarem de quibusdam inconvenientiis in militia hujus temporis, & istius mali remediis.*

6. April. OLAUS LAURELIUS, *Suecus*, Westro-Gothus, Phil. Magister, primò Logices Prof. deinde Theol. Doctor, ejusdemque Professor Upsaliensis, tum per octennium Pastor primarius Holmensis, & Consistorii Præses, tandem 23. annis Episcopus Arosiensis, æt. 84. offic. 50. Elucubravit *Orationem Jubilæam pro felici novi anni auspicio, proque jubilæi peracti condigna memoria: Fidei orthodoxæ Normam: Vindicias pro genere mortis Gustavi Adolphi Regis: Syntagma Theologicum in thesi & antithesi: Orationem de Viro Theologicè perfecto: Synopsin articulorum fidei: Criteria boni Doctoris & Auditoris: Disp. Synodales in Articulos Augustanæ Confessionis: Parænesin ad Ministerium Ecclesiasticum in Diœcesi Arosiensi: Speculum Religionis: Opuscula Religiosa: Catechismum cum quæstionibus: Orationem parentalem in obitum Gustavi Hornii: Disputationes Logicas & Theologicas varias: Conciones funebres XXIV. diversis annis editas.*

15. April. JO. DALLÆUS, *Gallus*, Pictaviensis, Pastor primùm Samuriensis, dein Cabilonensis, demum Parisiensis, æt. 77. minist. 47. Orbi innotuit ex pluribus ingenii sui monumentis, inter quæ sunt *Libri VII. de Pœnis & Satisfactionibus humanis: De Scriptis, quæ sub Dionysii Areopagitæ & Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur: De Jejuniis & Quadragesima: De cultu religioso: De Fidei ex Scripturis demonstratione, contra*

Novi-

Novitios: De Confirmatione & extrema Unctione: De usu Patrum ad definienda controversiarum capita: Apologia pro Ecclesiis Reformatis: De Sacramentali sive Auriculari Latinorum Confessione: De Imaginibus: De Pseud-epigraphis Apostolicis: Apologia pro duabus Synodis Ecclesiæ Protestantium in Gallia: Vindiciæ adversus Maresii epicritam de Gratia Dei universali: Apologia adversus Spanhemium de Gratia universali: Sermones de Nativitate, Morte, Resurrectione & Ascensione Christi, nec non de descensu Spiritus Sancti super Apostolos: Expositio Epistolæ 1. & 2. *ad Timotheum: Sermones in IV. partes: Explicatio capitis III. Johannis: Disp. de cultûs religiosi objecto: Expositio institutionis S. Cœnæ: De conciliandis Religionibus, contra Milleteriam sententiam: Sermones quinque: De Auctore Confessionis fidei Alcuini nomine à P. Chifletio editæ, dissertatio posthuma &c.*

17. Apr. ERICUS DANIEL ACHRELIUS, *Suecus*, Roslagius, Medic. Doctor, ejusdemque Professor Aboensis, æt. 66. prof. 27. Prodiit in lucem ejus *Oratio de Microcosmi structura, deque harmonica ejusdem cum præcipuis Macrocosmi partibus convenientia.*

27. Apr. JO. BRVEIL, *Gallus*, Parisinus, S. J. Coadjutor Temporalis, Architecturæ & Graphidos in paucis peritus, æt. 68. Soc. 46. Emisit, tacitô nomine suô, Gallicôque idiomate, *Perspectivam practicam partibus III: Artem universalem Fortificationum.*

Obiit ANNO 1670.

27. Apr. JO. KREIHING, *Belga*, Daventriensis, S. Jes. Collegiorum Bambergensis & Erfurtensis Rector, Electori Moguntino à sacris confessionibus, æt. 75. Soc. 54. Herbipoli. Struxit *Poëmatum Aposcholamaticorum, seu otiosarum exercitationum lib. sex: Emblemata Ethico-Politica, carmine explicata: Theologiam Laicorum de jejunio.*

5. Maj. ÆGIDIUS DE SMIDT, *Belga*, Antverpiensis, Jesuita, post traditas literas humaniores, Concionator annis XVII. & Coadjutor Spiritualis, æt. 86. Soc. 69. Evulgavit lingvâ vernaculâ libellos minutos haud paucos, quasi singulis annis in strenam dandos, sub titulis variis, ut *de IV. Novissimis: De Anima patiente: De tragico exitu Amani*, & similibus. Vertit quoque ex Italico in sermonem Belgicum, *Lucæ Pinelli meditationes de Passione Domini: Epistolas Claudii Aquavivæ de renovatione Spiritus, & fraterna charitate: Historiam martyrum Japonensium: Regulas S. Jesu & Bullas Pontificum &c.*

6. Maj. PAULUS MOTH, *Cimber*, Flensburgensis, Med. Doctor, primùm Lubecensis, dein Othiniensis Practicus, novissimè Regum Daniæ Archiater, æt. 70. Ab eo habetur *Casus Chirurgicus perforati Thoracis: Disp. de Pleuritide legitima.*

12. Maj. CHRISTOPH. LE JUGE, *Gallus*,

Gallus, Parisinus, S. J. literarum Humaniorum Professor, Concionator, Collegii Dieppensis Rector, æt. 67. Soc. 46. Scripsit, suppressò suô nomine, *Campum Florum Latinitatis: Justificationem modi procedendi Catholicorum contra Jansenistas: Brevem methodum defendendi Ecclesiam contra omnes adversarios.*

10. Maj. LUDOVICUS JACOB A S. CAROLO, *Gallus*, Cabilonensis, Carmelita, Consiliarius & Eleemosynarius regius, ac Bibliothecæ Gondianæ Præfectus. Emisit in publicum *Bibliothecam Pontificiam: Bibliographiam Parisinam: Bibliographiam Gallicam universalem: De claris Scriptoribus Cabilonensibus libros III: Tumulum Gabrielis Naudæi: Tractatum de optimis Bibliothecis.*

21. Maj. NICOLAUS ZUCCHIUS, *Italus*, Parmensis, S. J. Rhetor. Phil. Math. & Theol. Professor, Concionator, collegii Romani Rector, Pœnitentiarius, & demum Domus professæ Præfectus, Admonitor insuper Præpositi Generalis, collegio Cardinalium in conclavi à sacris confessionibus, & postea Alexandri VII. Concionator Apostolicus, æt. 84. Soc. 68. Edidit *Novam de Machinis Philosophiam: Opticam Philosophiam: Veras devotiones, quibus Anima incitatur ad Christianè vivendum: Praxin veræ devotionis in exercitiis Pietatis: Praxin veræ devotionis erga infantem Jesum & Virginem Mariam: Erga Animas in Purgatorio: Erga festum Assumptionis B. Virginis &c.*

29. Maj. BERN. LOPER, *Germanus*, Paderbornensis, S. J. Human. Philos. Theol. & Lingvæ Hebrææ Professor Missionarius, æt. 61. Soc. 41. Scribunt, quòd plures quàm LXX. inhospitales Spiritus, præscriptis à Romana Ecclesia Exorcismis, & Sanctorum Sacris Lipsanis adhibitis, partim ejecerit, partim ita coërcuerit, ut ferociam posuisse viderentur. Reliquit vernaculè *Informationem de potestate & jurisdictione Sacerdotii Prædicantium Lutheranorum: Speculum, in quo videntur Sacramentum Eucharistiæ sub una specie, Purgatorium, & alia: Dialecticam Catholicam, contra Jacobum Durfeldum.*

1. Jun. HIERONYMUS KROMAYERUS, *Germanus*, Cizensis, Phil. Magister, primùm Histor. pòst Oratoriæ per XIX. annos, deinde Th. Professor ac Doctor in Acad. Lipsiensi, Præsulatus Misnensis Senior, Consistorii Assessor, Alumnorum Electoralium Sax. Ephorus &c. æt. 60. prof. 27. Inclaruit ex *Commentario in Apocalypsin Johanneam: Disputationum Decade, de Ecclesiæ Romanæ Apostasia, in Mysterio peracta: Historiæ Ecclesiasticæ centuriis XVI: Polymathia Theologica: Locis Anti-Syncretisticis: Theologia Positivo-Polemica: Commentario in Epistolam Pauli ad Galatas: Scrutinio Religionum: Orationibus panegyricis variis: Dispp. Philosophicis & Theologicis plu-*

ribus e. g. *de Rubo Ardente, ex Exod. III, 2: De Aquis Supra-cœlestibus, ex Genes. I, 6. 7. 8: De Baptismo Christi: De Satisfactione Christi; De Pacto Legali: De Conscientia: De Eclipsibus: De Voluntate: De principio Theologiæ, Verbo Dei &c.*

5. Jun. CORNELIUS MOORMAN, *Belga*, Socinianus, æt. 70. Prostant ejus *Scripta omnia posthuma, agentia de rebus divinis*, Belgicè.

12. Jun. ERDMUTH-SOPHIA, Electoris Saxonici; Jo. Georgii II. filia, & Christiani Ernesti, Marggravii Brandeburgici, conjux, ætatis 26. Ab ejus ingenio ac calamo habetur *Libellus Germanicus, Historiam S. Rom. Imperii & Statuum complectens*, cujus titulus; **Handlung von der Welt Alter des Röm. Reichs Ständen** *&c.*

14. Jun. LUDOVICUS DE PONTIS, *Gallus*, Nobilis ex Provincia, inter Christianissimi Regis præsidiarios Pro-Centurio, tum Centurio, novissimè Helvetiorum militum ibidem Commissarius Generalis, ætatis 92. Reliquit librum, cui titulus; *Memoria Domini de Pontis, Gallicè tomis II.*

14. Jun. FRANC. ANNATUS, *Gallus*, Ruthenensis, S. J. Phil. & Theol. Professor Tolosanus, dein Censor Librorum Romæ Generalis, tum Collegiorum Monspeliensis & Tolosani Rector, Provincialis Franciæ, Ludovico XIV. Regi à consiliis sacris & confessionibus, æt. 80. Soc. 63. Multa Latinè atque Gallicè exaravit è quibus est *Tractatus de Scientia media, contra novos ejus impugnatores: Augustinus à Bajanis h. e. Jansenianis vindicatus: Quinque Opuscula: Notæ in Diarium Santamorii: Responsio ad librum, qui inscribitur; Theologia moralis Jesuitarum: Resp. ad aliqua postulata circa primam epistolam D. Arnaldi: Bona Fides Jansenistarum in citandis Auctoribus: Ecclesiæ & Regis Christianissimi Consilium in condemnanda Heresi Janseniana: Responsio ad querelam Jansenistarum expostulantium, quod Heretici vocentur: Falsitates & Imposturæ quaternionis, sub titulo epistolæ Jo. de Palafox: Remedia contra scrupulos, quibus à subscriptione Formulari nonnulli revocentur: Jansenii Doctrina sedi Apostolicæ & D. Augustino contraria &c.*

14. Jun. QUIRINUS SCHACHERUS, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, J. U. Doctor & in Acad. patria Professor Electoris Sax. Consiliarius, Consistorii Ecclesiastici & Facult. Juridicæ Senior, Canonicus Numburgensis, æt. 72. Formavit *Tractatum de Actionum cessione: Collegium Practicum: Promptuarium Formularum omnium Actionum ad usum Fori Saxonici: Indicem Treutlerianum, ad usum LL. Communium: Dispp. de Juramento suppletorio: De Ercifcundæ familiæ judicio: De Sponsionibus: De Renunciationibus Actionum indubiarum: De Usucapionibus: De Usuris: De Cessionibus Actionum: De Insinuatione donationis: De Collationibus: De Pollicitatione:*

tione: De Repressaliis: De Pœnis: De Tutelis; De Pactis Romanis &c.

14. Jun. ROBERTUS SKINNER, *Anglus*, Northamptoniensis, Ecclesiæ Parochialis de Launton Rector, Th. Prof. Oxoniensis, tum Episcopus Bristoliensis, & tandem Wigorniensis, ætat. 80. Dedit Anglicè *Sermonem ex Psalmo LXXXXVI*, 9. & quædam alia.

19. Jun. SAMUEL PRZIPCOVIUS, *Polonus*, Eques, Electoris Brandeburgici Consiliarius, dein Exul & Socinianus, æt. 80. Vulgavit *Dissertationem Anonymi de Pace & Concordia Ecclesiæ: Panegyricum honori & gloriæ Vladislai Sigismundi Regis Poloniæ & Sueciæ: Vitam Fausti Socini: Dissert. de Christianorum summo Bono*, suppresso Auctoris nomine: *Apologiam adversus satyram Danielis Heinsii, cui titulus; Cras credo, hodie nihil: Orationem ad Christum, Filium Dei*, carmine eligiacô &c.

18. Jul. GABRIEL ELVERINGIUS, *Livonus*, Revaliensis, Phil. Magister, primùm in Academia Dorpatensi Theol. Professor, deinde in patria Pastor primarius & Superintendens, æt. 44. Typis subjecit *Conciones aliquot funebres: Concionem Inauguralem, ex I. Corinth. IV: Dispp. Theologicas de S. Scriptura, ex II. Timoth. II*, 16. 17: ἀπόλυσιν *Quæstionum de sacra scriptura: De usu Principiorum Rationis: De Scripturæ sacræ autoritate divina: De ejusdem divina efficacia: De Traditionibus: De Christi ad dextram Dei Sessione, ex Psalmo CX*, 1. *De Ecclesia: De ineffabili Spiritus Sancti suspirio, quo pro fidelibus apud Deum intercedit, ex Rom. VIII*, 26. *De æterna Filiorum Dei ad vitam æternam Prædestinatione: De meriti Christi amplitudine: De dicto Apostolico I. Joh. I*, 7: *De S. Cœna Domini &c.*

Obiit ANNO 1670.

18. Jul. JACOBUS BOHLIUS, *Prussus*, Bartensteinensis, Phil. Magister, primùm Græcæ Linguæ Prof. Regiomontanus, dein Ecclesiæ Cathedralis ibidem Pastor, & Consistorii Sambiensis Assessor, æt, 51. Minist. 20. Paravit *Justam & moderatam absentiæ, ab exequiis & justis funebribus funeri Linguæ Hellenisticæ paratis, excusationem & veniam: Conciones XV. Miscellaneas: Dispp. de Fontibus & Fluviis eorumque origine: De Stylo Novi Testamenti &c.*

26. Jul. JO. BAPTISTA BEAU, sive BELLUS, *Gallus*, Avernionensis, è Soc. Jesu, Eloq. Professor Tolosanus, Collegii Ruthenensis Rector, æt. 68. Soc. 51. Adornavit Latinè *Dissertationes de Templo Augurali, de die ac mense Pharsaliei conflictus: Polyænum Gallicum, seu stratagemata Gallorum veterum ac recentium: Speculum veri Antistitis &c.*

30. Jul. ANDREAS DENIIS, *Belga*, Atrebas, S. J. Literarum humaniorum Prof. & Scholarum Rector, Coadjutor Spiritualis, æt. 79. Soc. 62. Prodire fecit versu Gallicô *Poësin sacram, seu illecebras divini*

Amoris, ex Christi patientis stationibus: Sapientiæ Musæum.

14. Aug. DAVID MEVIUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, J. U. Doctor, ejusque in Acad. patria Professor, pòst Syndicus Stralsundensis, demum S. R. Mtis. Sveciæ Consiliarius intimus, summique Tribunalis Wismariensis Vice-Præses, ætat. 61. profess. 35. Ab industria consummatissimi hujus JCti habemus *Tractatum de Arrestis: Discursum Nomico-Politicum de Metatis, seu Hospitatione militari: Dispositionem Juris per Tabulas: Theatrum Concursus Creditorum: Discursum de Amnestia: Commentarios in jus Lubecense: Discussionem Levaminum Inopiæ debitorum: Tacitum Politicè resolutum: Considerationes juridicas super sex diversis punctis in causis Proprietariorum & Pensionariorum: Decisiones Jurisdictionis summi Tribunalis Wismariæ Regii in IX. partes: Prodromum Jurisprudentiæ Gentium communis: Responsum Juris de Resignatione & Revocatione, seu Mutatione, ut & exhibitione Testamenti: Tractatum de Pensionariis: Comment. in Constitutiones Ducatus Bremensis: Dispp. Juridicas.*

24. Aug. NICOLAUS RITTERSHUSIUS, *Germanus*, Altorphinus, J. U. Doctor, Institut. & pòst Pandectarum in Acad. patria Professor, Reip. Norimbergensis Consiliarius, æt. 73. prof. 36. Contexuit *Genealogiam Imperatorum, Regum, Ducum, ab anno 1400. ad 1657. Tabulas Genealogicas illustrium aliquot Familiarum: Commentarium de Gradibus Cognationum ad Digestorum lib. XXXIIX. Tit. X: Memoriam Georgii Noesleri: Dispp. quasdam juridicas &c.*

28. Aug. GREGORIUS RAMART, *Gallus*, Sequanus, Busuntinus, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Professor & Sacerdos, æt. 70. Soc. 51. Fecit Gallicè *Claves Purgatorii, de Animarum ibi statu & levamine.*

26. Aug. JOSUA CHILDREY, *Anglus*, Cantianus, Herberto Baroni à sacris, Rector de Upway, Ecclesiæ Sarisburiensis Præbendarius & Archidiaconus. Exaravit *Calendarium Propheticum: Britannicam Baronicam &c.* Anglicè.

31. Aug. CHRISTIANUS OSTERFELD, *Danus*, Viburgensis, primùm Scholæ patriæ ConRector, tum Philos. Magister, J. U. & Med. Doctor, mox Medicinæ Professor Hafniensis, Bibliothecæ publicæ Præfectus, demum in supremo Justitiæ Tribunali Assessor, & Prof. honorarius, ætat. 51. In publicum prodire jussit *Laurum Wurtenbergicam: Prodromum Exercitationum de Medicinæ fundamentis: Orationem in obitum Thomæ Fincki: Palladium Danicum, Panegyricum solenni servatæ urbis festo: Concordiam Dano-Saxonicam, seu Orationem nuptialem.*

8. Sept. JACOBUS THEUARTIUS, *Gallus*, Facultatis Medicæ Parisiensis Doctor, æt. 72. Illustravit, digessit & edidit *Guil. Ballonii Consilia*

Medi-

Medica: Epidemiorum & Ephemeridum libros duos: Definitionum Medicarum librum: Commentarium in Libellum Theophrasti de Vertigine.

11. Sept. JO. BAPTISTA RAGON, *Gallus*, Altisiodorensis, S. J. Humaniorum literarum Lector, per XLII. annos Concionator, Collegiorum Aurelianensis, Rothomagensis, Parisiensis, & Provinciæ Aquitaniæ, Rector, tum Domus professæ Parisiensis Præfectus, æt. 78. Soc. 60. Formavit Gallicè *Fœdus inter perfectiones Verbi Divini, & infirmitates naturæ humanæ in mysterio Incarnationis: Calvarium, sive de mysteriis Passionis Christi Conciones XXX: Octavas duas Concionum de SS. Eucharistiæ Sacramento: Centum exhortationes de Virtutibus ad perfectionem Christianam & religionem spectantibus.*

11. Sept. SIGISMUND. LAUXMIN, *Polonus*, Samogita, S. J. Rhetor. Prælector, Studiorum Præfectus, Collegiorum Polocensis, Plocensis, Crozensis Rector, & Vice-Provincialis totius Lithuaniæ, æt. 74. Soc. 54. Prelo commisit *Demonstrationem Catholicæ Ecclesiæ, ex certis à prima sui origine notis: Praxim Oratoriam & præcepta artis Rhetoricæ: Epitomen Institutionum Linguæ Græcæ: Artem & praxim Musicam: Orationem de S. Casimiro, Regni Poloniæ & Lithuaniæ Patrono:* Polonicè *Orationem in funere Stanislai Dziewoltowski, Dapiferi Caunensis.*

1. Octobr. JACOBUS PALMERIUS à

Grentemesnil, *Gallus*, Cadomensis, Nobilis, æt. 83. In lucem protulit *Exercitationes in Græcos veteres Scriptores: Descriptionem Græciæ antiquæ.*

3. Oct. HENRICUS VELVERTON, *Anglus*, Northamptoniensis, Baronettus, Collegii Wadhamensis Oxoniæ socius, æt. 37. Vulgavit *Dissertationem de veritate & rectæ rationi conformitate Religionis à Jesu Christo traditæ: Vindicias Ecclesiæ Anglicanæ adversus Edoardum Bagsham, Schismaticum*, Anglicè.

14. Octobr. HENRICUS LAMPARTER, *Helvetus*, Lucernensis, S. J. Phil. & Theol. Professor, Collegiorum Ambergensis, Dilingani, Neopurgensis, Ingolstadiensis & Provinciæ Bohemicæ Rector, æt. 79. Societ. 62. Augustæ Vindelicorum. Scripsit Germanicè *Libram auream, sive defensionem fidei Catholicæ, adversus Jac. Reihingum: Considerationes de præstantia Gratiæ Dei: Vitam Ludovici de Ponte S. J: Stolam gloriæ, seu meditationes de vita Christi, in singulos anni dies: Aphorismos Spirituales:* Ex Italico vertit Latinè *Thesaurum indeficientem, seu actus internos virtutum Blasii Palmæ: Ærumnas Christi: Caduceatorem Pacis Jo Rho: Seraphinum Vincentii Carafæ:* Ex Hispanico *Vitam P. Marcelli Mastrilli: Opusculum S. Thomæ de moribus divinis: Manipulum Spicarum ex libris Societatis.*

29. Oct. CONRADUS HOPPE, *Belga*, Amstelodamensis, Pastor primùm Enckhusanus, dein Harlemiensis,

postremò Amstelodamensis, æt. 50. minist. 23. Condidit *Tractatus duos de Sacramentis tam in genere, quàm Baptismi & Cœnæ Dominicæ.*

5. Nov. THADÆUS WERINGA, *Belga*, Groninganus, S. J. Coadjutor Spiritualis, ætat. 69. Societ. 50. Paravit idiomate patriô *Viam cœli.*

25. Nov. JO. MELCHIOR STEINBERGIUS, *Belga*, Theol Doctor, ejusdemque in Academia Franekerana Professor, æt. 45. Ejus reperitur *Anatome Papismi, fœditatem & novitatem ejusdem renudans & refutans: Vera Papismi idea novitatem & abominationem illius exhibens: Controversiæ & assertiones ex universa Theologia: De Idololatria Romana &c.*

26. Nov. BALTHASAR SCHEIDIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. Magister, pòst & Theol. Doct. Græcæ atque Orient. Lingvarum in Acad. patria Professor, æt 56. prof. 21. Posteris tradidit *Herodiani Historiarum libros VIII. cum Indice Philologico: Jonam Prophetam Philologico-Historico Commentario expositum: Oleum Unctionis Sacrum: XI. Dispp. Phil. super Psalterium Davidis Hebraicum, in quibus examinantur ea, quæ R. Salomon Jarchi, R. Abr. Esra, & R. Dav. Kimchi super Psalmos scripserunt: Dispp. de universalitate vocationis ad regnum Christi, & speciatim de Americanis: De Cleomedis distinctione Terrarum: De Astronomia Hebræorum Biblica: De Hydrographia, cum commentatione Nautica: De Cabala: De Linguis: De Kikaion Jonæ, ex c. IV, 6. sqq: De Salomonis mulieribus, ex I. Regum XI, 3: De Elia Thesbite: Enodationes vocabulorum quorundam Germanicorum, in vulgus minus notorum &c.*

Obiit *ANNO 1670.*

27. Nov. SEBASTIANUS GOTHOFREDUS STARKIUS, *Germanus*, Mitweidensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Nicolaitanæ, deinde Thomanæ Con-Rector Lipsiensis, pòst ad S. Michaëlis Ecclesiastes Luneburgensis, Theol. Doctor & novissimè Pastor & Superintend. Freibergensis, æt. 58. minist. 28. Ejus sunt *VII. Conciones Passionales de Heptalogo Christi*, sub titulo; *Myrrheo-Rosea Jesu in cruce pendentis labia: Passionale triphyllon, ex Marc. XIV. & XV. concionibus VII. Passionalibus: Botrus Copher in triplici Passionis torculario, ex Luc. XXII. & XXIII. concionibus IX: Calix crucis salutifer, ex Joh. XVIII, 19. concionibus VII: Castrum doloris Jesu Christi, ex Matthæi XXVI. & XXVII. concionibus XV: Conciones funebres: Christus de torrente in via bibens, & caput exaltans, disp. ex Psal. CX, 7. &c.*

4. Decembr. MICHAEL EMMERLINGIUS, *Germanus*, Phil. Magister, Pastor & Superintendens Generalis Islebiensis, & Consistorii Ecclesiastici Præses, æt. 70. Reliquit *Conciones funebres &c.*

8. Dec. JOH. VALCKENIER, *Germanus*, Coloniensis, Theol. Doctor ejusdemque in Academiis Hardevicensi,

ensi, Franekerana & Lugduno-Batava per XXV. annos Professor, æt. 53. Formavit *Romam paganizantem: Refutationem Anabaptistarum; Dispp. de SS. Trinitate; De Fœdere Dei cum Homine; De Conjugii Legibus in genere, & in specie de conjugio inter privignos, ex Levit. XIIX, II; De fide Infantum &c.*

20. Dec. RICHARDUS GARDINER, *Anglus*, Herefordiensis, Oxoniæ Canonicus Ædis Christi, & Theolog. Professor, æt. 79. In lucem emisit *Conciones XVII; Specimen Oratorium; Conc. in I. ad Timoth. IV, 16.*

23. Dec. NICOL. FERNANDEZ DE CASTRO, *Hispanus*, Burgensis, S. Jacobi Eques, juris civilis Prof. Salmantinus, Advocatus Fisci Mediolanus, mox Senator, inde Consultor Proregis Siciliæ, seu Protector regii matrimonii. Elucubravit *Exercitationes Salmanticenses, sive Prælectiones ad L. primam Codicis de capite civ. censit. eximendo libri XI. ad L. sec. Codicis de Fundo dotali; Ad principium Institutionum de Emptione & Venditione; Exterminium Gladiatorum, sive Prælect. in L. unicam Cod. de Gladiatoribus; Tractatum de milite Monacho, sive de Religiosis militibus.*

25. Dec. JOH. BRÆMERUS, *Germanus*, Lubecensis, primùm Pastor Flensburgensis, dein Regis Daniæ Concionator Aulicus Germanicus, æt. 55. Vulgavit *Versionem Latinam methodicam Laborum Sacrorum Johannis Hermanni in Evangelia Dominicalia; Librum de calamo quassato & lino fumigante fidei; Concionem in nuptiis Joh. Georgii, Principis Saxoniæ; Conciones aliquot funebres.*

30. Dec. JACOBUS LAMBERTUS, *Gallus*, Matiscovensis, S. J. Rhetor. & Philos. Professor, Concionator, collegiorum Carpentoratensis & Viennensis Allobrogum Rector, æt. 67. Soc. 50. Paravit Gallicè *Philosophiam Aulæ Sanctæ; Scientiam Animæ, in honorem B. Virginis consecratæ; Scientiam Rationis Christianæ, seu Logicam Christianam: De Materniente divina, seu Prærogativis illius: Sanctorum Scientiam moralem.*

JOH. MATTHIÆ, *Suecus*, Ostrogothus, primùm Regens Collegii illustrium Holmiæ, postea Regis Gustavi Adolphi Concionator Aulicus castrensis, tum Reginæ Christinæ à studiis literarum, Theol. Doctor, & tandem Episcopus Stregnensis, æt. 78. Composuit *Syntagma breve Theologicum: Libellum puerilem, continentem quinque priora capita doctrinæ Christianæ: Gnomologiam veterum Latinorum Poëtarum & Historicorum: Grammaticam Regiam, seu novam & facilem rationem discendi Linguæ Latinæ precepta: Rationem studiorum in collegio illustrium Stockholmensi: Institutionem Catecheticam Christianæ Religionis: Examen Catecheticum in Diœcesi Stregnensi: Methodum concionandi: Zelotypiam Pastoralem verè & opportunè arguendi & corrigendi errores & peccata: Ideam boni ordinis in Ecclesia Chri-*

Christi: *Epistolarum Decades X. de universo munere Pastorali: Querelam de præpostero quorundam judicio in castigandis aliorum scriptis: Regulam credendi & vivendi, ad Christianam Reginam transmissam: Formam cultus divini per dies Dominicos, Festos, supplicationum & ejusmodi institutam: Ramos Olivæ Septentrionales, ferentes baccas, religiosam Pacem suaviter redolentes, & Concordiæ Ecclesiasticæ sacras: Positiones de disciplina Ecclesiastica: Formulam Catholicæ, priscæ, veræ & orthodoxæ fidei, ad Reginam Christinam directam: Quæstiones regias & responsiones Sapientum, ex historia Aristeæ & LXX. interpretibus deductas: Dispp. de Ministerio Ecclesiastico:* Sermone populari, *Formam absolvendi & præparationem ad Cœnam: Formam inchoandi cultus divini in templo recens ædificato: Formam ordinandi Sacerdotes in Ecclesia: Librum Stregnensium in templo domique utilem: Methodum visitandi Ecclesias: Conciones funebres &c.*

HONORATUS DE BUEIL, *Gallus*, Eques, Marchio Raconensis. Auctor est diversorum Operum, tam in ligata, quàm prosa oratione, ex quibus sunt *Odæ sacræ in Psalmos: Pastorale: Dissertatio contra conscientias.*

GEORGIUS HORNIUS, *Germanus*, Palatinus, primùm Histor. Polit. & Geographiæ, deinde Lugduni Batav. Histor. Professor. Posterorum indulsit usibus *Historiam Philosophicam: Libros IV. de originibus Americanis: Geographiam veterem sacram & profanam: De ætate Mundi, adversus Isaacum Vossium: Defensionem ejusdem dissert. de ætate mundi: Historiam Ecclesiasticam & Politicam: Orbem Imperantem: Orbem Politicum: Arcam Noæ, sive Historiam Imperiorum & Regnorum, à condito orbe ad nostra tempora: Arcam Mosis, sive Historiam Mundi: Introductionem in historiam universalem: Historiam naturalem & civilem: Dissertationes Historicas & Politicas: Ulyssem, sive studiorum peregrinantem:* Sub nomine Honorii Reggii, *de Ecclesiæ Anglicanæ statu: Res gestas in Anglia, Scotia & Hibernia, ab anno* 1645: *Libros VII. rerum Britannicarum &c.*

CORBETTUS OWEN, *Anglus*, Hintonâ-Salopiensis, Oxoniæ Alumnus Ædis Christi, æt. 25. Scripsit *Carmen Pindaricum in theatrum Scheldonianum.*

FRANCISCUS ANNIBAL DUX D'ESTREES, *Gallus*, Monpessulanus, primùm Episcopus Noviodunensis, deinde ad Principes Italiæ Legatus, tum Vice-Generalis, demum Par & Polemarchus Franciæ, æt. 98. (vel, ut alii referunt, 102.) Contexuit Gallicè *Memorias duas ad Reginam Mariam de Medicis*, quarum una habet *Relationem de obsidione Mantuæ*; altera *de Conclavi, in qua electus est Gregorius XV. Pont. Romanus.*

JO. HARMARUS, *Anglus*, Glocestriensis, Artium Magister, in S.

Albani oppido Archididascalus, Lingvæ Græcæ Professor regius Oxoniæ. Formavit Latinè *Eclogas sententiarum & similitudinum, è Chrysostomo decerptas, Græcè & Latinè cum annotationibus: Januam Lingvarum: Elegiam sacram, in conversionem & martyrium S. Albani: Lexicon Etymologicum, Scapulæ annexum: Orationem pro lingva Græca: Apologiam pro D. Joh. Williams, Archiepiscopo Eboracensi: Cromwelli Protectoris elogium: Orat. panegyricam in Carolum II. reducem: Vitam Ciceronis: Poëmata Græca & Latina: Orationes varias.*

DANIEL JONÆ BEHM, *Svecus*, Gevaliensis, Eloq. Professor Upsaliensis, pòst Secretarius Regius, & Nobilis, demum Consiliarius Aulæ Regiæ. Vulgavit *Panegyricum in Joh. Banerii laudes, post ejus obitum habitum*: Cœperat quoque edere *Hermathenas*, sed pòst evocatus in Aulam, curam hanc abjecit.

NICOL. WESTERMANNUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, Pastor Ecclesiæ Germanicæ Gothoburgensis. Scripsit *Salutiferum munus Genethliacum, seu concionem ex Esaiæ IX, 6: Conc. Inauguralem Ecclesiæ Germ. Gothoburgensis, ex Luc. XIX, 46.*

ALEXANDER MORUS, *Gallus*, Castrensis apud Albios, Theol. in Academia Genevensi Professor. Enucleavit *Notas ad Esaiæ LIII. de perpessionibus & gloria Messiæ: Victoriam Gratiæ, de Gratia & Libero Arbitrio, adversus Dion. Petavium: Orationem de Calvino, in qua Hugo Grotius refellitur: Notas ad loca quædam Novi Testamenti: Regii sanguinis clamorem ad cœlum: Causam Dei, sive de S. Scriptura: Exercitationes de Sacra Scriptura: Dissert. epistolicam de aliquot sui temporis Theologastrorum ineptiis, deque correctione Translationis vulgatæ Novi Testamenti: Fidem publicam, contra Miltonum: Tractatum de Anima, ejusque Facultatibus & naturali Immortalitate &c.*

G. FRIDERICUS RALLE, *Germanus*, Dammensis Pomeranus, Philos. & Medic. Doctor, Practicus Stetinensis. Exaravit *Tractatum de Generatione Animalium &c.*

ANNO 1671.

4. Jan. JOH. RICHMANNUS, *Livonus*, Rigensis, Phil. Magister, primùm in Gymnasio patrio Philosoph. Professor, deinde Pastor Cathedralis, æt. 49. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Disputationes* Wittenbergæ & Rigæ, *de Actu & Potentia: De Natura Metaphysicæ: De Ente, ut & ejus conceptu tam objectivo, quàm formali: De Veritate: De Bonitate Transcendentali: De natura Physices: De causis corporis naturalis in genere: De Materia, in specie &c.* Subjecit quoque typis *Concionem sacram de Cometis an. 1664. & 1665. in cœlo visis.*

17.Jan. JO. SPENSERUS, aliàs VINCENTIUS HAECLIFFE, *Anglus*, Lincolniensis, S. J. Theol. & Lingv. Hebr. in collegio Anglicano Leodii Professor, postea Missionarius, æt. 70. Soc. 44. Publicavit lingvâ vernaculâ *Opus de S. Scriptura perperam ab Hæreticis hujus temporis intellecta: Quæsita XXXVI. Ministris hæreticis in Anglia proposita: Libellum contra Atheos*, cui titulus; *aut Deus, aut nihil: Schisma detectum contra quosdam Doctores Academiæ Cantabrigiensis.*

1.Febr. JACOBUS GöTTEN, *Germanus*, Lubecensis, in patria ad D. Johannis Pastor. Edidit *Observationum Theologico-Historicarum Decadem: Observationum Librum I. & II.* Germanicè *Horarum subcisivarum partem 1. & 2.*

5.Febr. GULIELMUS NICHOLSON, *Anglus*, Stutfordiensis, Artium Magister, Comiti Northumbriæ à Sacris, Croydoniæ Scholæ Magister, deinde Rector, Ecclesiæ de Landellovar, Menevensis Residentiarius, & Archidiaconus Breconiensis, demum Episcopus Glocestriensis. Scripsit Anglicè *Apologiam pro disciplina veteris Ecclesiæ: Expositionem Catechismi Ecclesiæ Anglicanæ: Analysin in integrum librum Psalmorum: Expositionem Symboli Apostolorum.*

17.Febr. MENO HANNEKENIUS, *Germanus*, Blaxensis, Oldenburgicus, Phil. Magister, Scholæ patriæ primùm collega, deinde Ethicæ, mox Theol. & Ling. Orient. in Academia Marpurgensi Professor, tum Theol. Doctor, & demum Ecclesiarum Lubecensium Superintendens, æt. 76. offic. 52. Inclaruit ex *Scuto Catholicæ Veritatis, contra Thomam Henrici: Synopsi Theologiæ: Disputationibus Hebræo-Theologicis, de Hominis creatione, corruptione ac conversione: Expositione Epistolæ Pauli ad Ephesios: Doctrinâ de Justificatione Hominis coram Deo: Sylloge Quæstionum Theologicarum: Grammatica Hebræa: Examine Manualis Martini Becani, de Scriptura Sacra & Traditionibus: Irenico Catholico-Evangelico: Consilio Theologico de heterodoxis in districtum Lubecensem suscipiendis*, sub nomine Ministerii Lubecensis: *Dispp. Theologicis variis*, sigillatim emissis.

23.Febr. DAVID GLOXINUS, Femariâ *Cimber*, J. U. Doctor, primùm Ducis Holsatiæ Consiliarius, tum Reip. Lubecensis, & Civitatum Hanseaticarum Syndicus, sæpe Legatus, demum Consul, Consistorii Ecclesiastici Præses, nec non Consiliarius Cæsareus, ætatis 74. Typis exscripta est ejus *Oratio, cùm Henricum Bangertum, Scholæ Rectorem, renunciaret & constitueret, &c.*

6.Mart. LAURENTIUS WOLFSTRIGEL, *Germanus*, Medic. Doctor, & Anatomiæ in Academia Viennensi Professor, Vir Lingvæ Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Latinæ ac Græcæ peritissimus. Adornavit *Anatomen Hæmoptoici cystis Reni adnatam: Flammam*

mam ex Puteo: Vulnus oculi & coalitum humoris crystallini: Os cuneiforme in pueris: Anatomen Leonis: Tigridum anatomen: Anum imperforatum, ejusque anatomen. Vid. Miscell. Medico-Phys. Naturæ Curios. annô 1. & 2.

9. Mart. GEORGIUS CRUGERIUS, *Bohemus*, Pragensis, S. J. Humaniorum literarum Lector, pòst Scholarum Rector, demum Concionator, æt. 63. Soc. 46. Paravit *Diarium*, in quo, per singulos anni dies, retulit mortem & res gestas virorum clarissimorum, cujus operis titulus est; *Sacrorum Pulverum inclyti Regni Bohemiæ, & Nobilium ejus pertinentium Moraviæ & Silesiæ pars I.*

10. Mart. THEOD. RHAV, *Germanus*, Resensis in Clivia, Jesuita, collegii Marcodurani & Residentiæ Sultzbacensis Rector, juniorum Principum Neoburgi & Juliæ Instructor, æt. 68. Soc. 49. Literis consignavit *Descriptionem Regni Thibet: Relationem rerum mirabilium regni Mogor: Arcam alteram Noë, pro tyronibus: Amicam litem de præcipuis controversiis Fidei: Confusam confessionem Quackerorum.*

19. Mart. CLAUDIUS DE LIDELLE, *Gallus*, Molinensis, Jesuita, Human. Lector, tum Concionator, demum Collegii Alenconiensis Rector, ætat. 78. Soc. 60. Prodire fecit Gallicè *Rationem Eleemosynæ aliarumque misericordiæ actionum rectè faciendarum: Annum pium: Tract. asceticum de Gratia: Theologiam Sanctorum: Orat. de Rupella capta.*

25. Mart. ANDREAS CASTILLON, *Gallus*, Cadomensis, S. J. Rhetor. Lector, Concionator, collegiorum Rhedonensis, Atrebatensis & Parisiensis Rector, demum Provinciæ Franciæ & Domus Professæ Parisiensis Præfectus, æt, 72. Soc. 57. Dedit *Conciones VIII. de Institutione SS. Sacramenti: Conc. de Adventu, II. voluminibus &c.*

30. Mart. GEORGIUS BERLICHIUS, *Germanus*, Theolog. Doctor, Superintendens & Canonicus Martisburgensis. Reliquit *Conciones funebres &c.*

1. April. JOH. CASP. FAUSIUS, *Germanus*, Med. Doctor, Archiater Electoralis, & Academiæ Heidelbergensis Professor, æt. 70. Præsidio suo munivit *Disputationes de Iliaca Passione, seu Miserere mei: De Lue Venerea: De Pædarthocace &c.*

9. April. TILEMANNUS OLEARIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Phil. Magister, primùm Pastor Castrensis, dein Archidiaconus ad D. Ulrici in patria, demum emeritus, ætatis 71. Vulgavit populari lingvâ *Sciagraphiam Harmoniæ Propheticæ, Historicæ, Legalis & Evangelicæ: Turciæ Fatum: Controversiam regiam de Dominio maris: Chronologiam Apocalypticam: Stratagemata Dei mirabilia: Armamentarium Spirituale: Descriptionem Urbis Tyri*, & nonnulla alia.

10. April. REINHOLDUS A DERSCHAU, *Prussus*, Regiomontanus, Theol. Licentiatus, Archiepresbyter, & Pastor Rastenburgensis, æt. 39. Emisit *Disputationes aliquot*, & forsan quædam alia.

13. April. JOH. PAULINUS, *Germanus*, Neoburgensis Palatinus, S. J. Rhetor. & Theol. Professor, collegii Tridentini Rector, nec non Ecclesiastes, æt. 75. Soc. 47. Edidit Latinè *Pia Colloquia cum Christo vulnerato*: *Philothecam seu Animam Deo charam*: Germanicè *Bellum Tartaricum in China*: *Miracula Franc. Xaverii.*

13. April. GOTTFREDUS CHRISTIANUS BOSIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theolog. Doctor, inque Patria Archidiaconus, æt. 52. Elaboravit *Dissertationem Theologicam de Scandalo*: *De unico Jesu Christi Evangelio, ex epistola Pauli ad Galat. I, 6. 7. 8. 9*: *Conciones funebres &c.*

20. Maj. VINCENTIUS BALESTRIERIUS, *Italus*, Neapolitanus, Jesuita, Sacerdos, collegii Theatrini Rector, æt. 76. Soc. 59. Evulgavit *Panegyricos Sermones Sacros*, *tomis duobus*, Italicè.

20. Maj. ANDREAS HENRICUS BUCHOLTZIUS, *Germanus*, Schoningensis, Phil. Magister, primùm in Schola patria Con-Rector, deinde Gymnasii Lemgoviensis Rector, tum Philos. Practicæ & Poës. in Academ. Rintelensi Professor, nec non ibidem Theol. extraordinarius, demum Ecclesiæ Brunsvicensis Superintendens, æt. 64. Concinnavit *Ethicam*: *Tractatum Theol. de Indulgentiis*: *Librum I. Carminum*: *Artem Poëticam Horatii*: *Notas in Lucianum*: *Poëmata Sacra Germanica*: *Psalterium Davidicum versibus Germanicis expressum*: *Explicationem Evangeliorum Dominicalium*: *Refutationem concionis cujusdam Monachi de S. Josepho*: *Herculem Germanicum*: *Herculiscum*: *Dispp. IV. de Ecclesia militanti &c.*

24. Maj. PAULUS NEUCRANTZIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. & Med. Doctor, inque Rep. Lubecensi Physicus ordinarius, æt. 66. Composuit *Librum de Purpura*: *Exercitationem Medicam de Harengo*: *Ideam perfecti Medici, in funere Jo. Henrici Meibomii.*

29. Maj. REGNERUS MANSVELDIUS, *Belga*, Trajectinus, Phil. Magister, in Acad. patria Log. Metaph. & Ethicæ Professor. Condidit *Libellum de legitima ratiocinandi ratione*: *Dispp. de variis argumentis*: *Comment. in Epicteti Enchiridion*: *Adversus Tractatum Theologico-Politicum &c.*

2. Jun. EDOARDUS LEIGH, *Anglus*, Schawellâ-Leicestriensis, Artium Magister, Theologus, Parlamenti Assessor, æt. 69. Congessit Anglicè *Analecta Cæsarum Romanorum*: *Tractatum de Promissionibus divinis*: *Criticam Sacram, in verba Hebraica Veteris, & Græca Novi Testamenti*: *Observationes de Martyribus*: *Systema Theologiæ*: *Tractatum de Theologia*: *Proverbia Galli-*

Gallicana: Annotationes in libros utriusque Testamenti: Annotationes in quinque libros Poëticos V. Testamenti: Angliam cum Comitatibus ejusdem descriptam: Tractatum de Religione & literis: Diatribas III. de Peregrinatione, de re Nummaria, de arte mensurandi: Comment. Philologicum in verba usitatiora legis Municipalis: Observationes Selectas de Regibus Angliæ, & alia.

25.Jun. JO. BAPTISTA RICCIOLIUS, *Italus*, Ferrariensis, Jesuita, Poës. Rhetor. Phil. & Theol. partim Bononiæ, partim Parmæ Professor, ubi etiam Studiorum Præfectus, æt. 73. Soc. 57. Elucubravit *Prosodiam Bononiensem: Crucis Geographicæ fabricam: Almagestum novum, Astronomiam veterem novamque complectens: Geographiæ & Hydrographiæ reformatæ libros XII: Astronomiæ reformatæ tomos II: Vindicias Kalendarii Gregoriani, adversus Franciscum Laveram: Chronologiæ reformatæ tomos II: De distinctionibus Entium in Deo & Creaturis: Evangelium unicum ex IV. Evangelistis conflatum: De immunitate ab errore tam speculativo, quàm practico: Contra motum terræ diurnum, contra Systema Copernicanum.*

7.Jun. JOH. HENICHIUS, *Germanus*, Winhusanus, Phil. Magister, primùm Metaphys. & Lingvæ Hebrææ in Academia Rintelensi Professor, deinde Superintendens Bardovicensis, novissimè Theol. Doctor, ejusque Prof. Rintelensis, nec non Ecclesiarum in Comitatu Schaum-

burgico Superintendens, ætat. 55. profess. 28. Luci exposuit *Dissertationes de Majestate civili: De cultu Creaturarum & Imaginum: De Libertate Arbitrii: De officio boni Principis, piique Subditi: De Pænitentia Lapsorum: De Gratia & Prædestinatione: Compendium Theologiæ: De Veritate Religionis Christianæ: Institutiones Theologicas: Historiæ Ecclesiasticæ & civilis partes III: Dispp. Theologicas.*

14. Jul. MERICUS CASAUBONUS, *Genevensis*, Phil. Magister, Ecclesiæ Cantuariensis in Anglia Canonicus, Rector Jackhamensis, Theol. Professor Oxoniensis, ætat. 72. Multa conscripsit idiomate tam Latinô, quàm Anglicanô, quorum de numero hæc sunt; *Pietas contra maledicos, patrii nominis & Religionis hostes: Vindicatio Patris adversus Impostorem, qui librum ineptum & impium, de origine Idololatriæ, sub Isaaci Casauboni nomine, publicavit: Tractatus de usu & consvetudine: Diatriba de verborum usu: Malorum temporalium causa primaria: De IV. linguis Commentarius: Tractatus de Enthusiasmo: Notæ in Epicteti enchiridion: Lucii Jul. Flori Historia in Anglicanum translata, cum notis in eandem: Orationis Dominicæ Vindiciæ: Responsio ad Labyrinthum Cantuariensem: Epistola ad D. Petrum du Moulin, de Philosophia naturali & experimentali: De credulitate & incredulitate circa res naturales & civiles: Tractatus, quô probatur, dari spiritus,*

Veneficas & operationes supernaturales: Notæ in Hieroclem de Providentia & Fato: Resp. ad authorem libri, cui titulus; Incessus stabilis, ubi de modo probandæ infallibilitatis recèns excogitato: De Jure concionandi apud antiquos: Dissertatio de Christi incarnatione & exinanitione, deque Religionis Christianæ principiis: Notæ in Laërtium: Concio in Hoseæ III, 4. 5: *Notarum in M. Aurelii Antonini Meletemata de se ipso translatio: Proœmium ad librum D. Joh. Dee, de commercio cum spiritibus.*

14. Jul. EDMUNDUS STAUNTON, *Anglus*, Bedfordiensis, Theol. Doctor, Pastor Londinensis, & Præses Collegii Corporis Christi Oxoniensis æt. 71. Emisit quædam idiomate populari, inter quæ *Colloquia Christiana inter Verbi Divini Ministrum & Peregrinum: Sermones &c.*

24. Jul. ANTONIUS MICHAELIS, *Gallus*, Avenionensis, S. J. Rhet. & Phil. Lector, variis in locis per 33. annos Concionator, ætat. 76. Soc. 58. Publicavit *Conciones per Adventum: In singulos dies Quadragesimæ: Mysterium justitiæ: Panegyricos &c.*

8. Aug. JOH. HOFFMANNUS, *Germanus*, Phil. Magister, Archidiaconus Coburgensis & Ministerii Senior, æt. 69. Reliquit *Conciones funebres ex Exod. XV, 26: ex Job. XIII, 16: ex Psalm. LXVIII, 20. — 24: ex Jerem. XXXI, 30: ex II. Timoth. IV, 7. 8: ex Ebr. XI, 9. 10. &c.*

18. Aug. FABIUS AMBROSIUS SPINULA, *Italus*, Genuensis, S. J. Phil. & Theol. Professor, Seminarii Romani & Collegii Genuensis Rector, & Domus ibidem professæ Præfectus, Ecclesiastes, æt. 78. Soc. 61. Dedit foràs *Meditat. in singulos anni dies de vita Christi: Medit. de Virgine & Sanctis præcipuis per annum: Christum patientem: Conciones Quadragesimales: Orationes.*

20. Aug. MATTHIAS MILONIUS, *Suecus*, Arosiensis, primùm Eloq. Professor Upsaliensis, pòst Secretarius Protocolli, mox Legationis ad Pacem Westphal. tum Secretarius Status, mox Consiliarius Aulicus, Nobilis, cognomentô BIÖRNKLAU, Præsidens in Ducatu Bremensi, Ablegatus ad Cæsarem & Status Imperii, ad hæc Legatus plenipotentiar. in Galliam, Aulæ Regiæ Cancellarius, postremò Regni etiam Senator. Typis subjecit *Orationem de revoluta periodo bellorum Gothicorum extra patriam, sub Gustavo Adolpho Rege: Memorabilia bina ad Electorem Moguntinum & Imperii Deputionem: Memoriale, quô Rex Sueciæ dat operam, ut servet Pacem Germaniæ, & deponat bellum cum Polonis.* Reliquit quoque *MSStum de Jure Naturæ.*

22. Aug. PETRUS LE MOYNE, *Gallus*, Calvomontanus, Jesuita, Philos. Lector in Collegio Divionensi, Concionator, ad Poësin Gallicam natus, æt. 69. Soc. 52. Struxit *Picturas morales: Triumphum Ludovici XIII. debella-*

debellatâ Rupellâ: Encomium Principis Condæi: Galliam Sanctam; Iconem Regis Alpes transeuntis: Hymnos de Sapientia divina: Eleemosynarium Sanctum: Apologiam pro Doctrina Patrum S. J. Ministrum irreprehensibilem: Porticum Mulierum fortium: Collectionem carminum Theologorum, Heroicorum & Moralium: Collectionem Lemmatum Heroicorum & moralium: De facilitate devotionis: De modestia Christiana: De Poëmate Epico: Epistolas Heroicas & morales: De S. Ludovico: De arte Regnandi: De arte Symbolorum Heroicorum: Syllogen Symbolorum heroicorum prosâ & versu Gallicis: De Arte Historica: Opera Poëtica Gallica: Epistolas morales Gallicas.

3. Sept. ZACHARIAS LAURENTII KLINGIUS, *Svecus*, Nericiensis, Theol. Doctor & Prof. Dorpatensis in Livonia, pòst Concionator Regius, Generalis Superintendens Castrensis, & Pastor Holmensis, tum Episcopus Gothoburgensis, & Nobilis, cognomentô KLINGENSTIERNA. Vulgavit *Progymnasmata ex Joh. III, 16. adversus D. Joh. Bergii glossam, & ex Rom. IX: Thesaurum Biblicum: Conciones sacras varias.*

15. Sept. BALTHASAR CELLARIUS, *Germanus*, Rottlebiensis Schwartzenburgicus, Philos. Magister, & Ecclesiastes Brunsvicensis, deinde Theol. Doctor, Professor, Ecclesiæ Helmestadiensis & vicinarum Superintendens Generalis, nec non designatus Abbas Mariævillensis, ætatis 67. prof. 23. Celebritatem nominis obtinuit ex *Politica Succincta: Tabulis Politicis: Libello de Consequentia: Dispp. Theologicis in Concilium Tridentinum: Epitome Theologiæ Naturalis: Tabulis Ethicis: Tabulis Physicis: Disputationibus adversus Reformatos, aliisque quàm plurimis sigillatim emissis: Concionibus quibusdam funebribus &c.*

18. Sept. JUSTUS GESENIUS, *Germanus*, Esbeckâ-Calenbergensis, Phil. Magister, & Ecclesiastes Brunsvicensis, dein Concionator Aulicus Georgii, Principis Brunsv. & Luneburgensis, ad hæc Theol. Doctor, Principique Christiano Ludovico à Concionibus Aulicis, nec non Superintendens Generalis Hannoveranus, & Consiliarius Ecclesiasticus, ætatis 72. Minist. 42. Adornavit *Dissertationem de Igne Purgatorio: Scholam Catecheticam: Quatuor Hominis Novissima: Libellum de Resurrectione Mortuorum: Explicationes Evangeliorum Dominicalium & Festivalium: Conciones XII. de Magistratu: Historias V. & N. Test. Biblicas: Praxin devotionis: Conciones Consolatorias: Explicationes Epistolarum Dominicalium & Festivalium: Conciones Pasionales: Conc. IV. de juramentis &c.*

19. Sept. GILBERTUS IRONSIDE, *Anglus*, Sadburiâ-Glocestriensis, Theol. Baccalaureus, tum Rector Ecclesiarum utriusque Winterbourn, demum Episcopus Bristoliensis, æt.

83. For-

83. Formavit *Quæstiones VII. de Sabbatho*, Anglicè.

28. Sept. GEORGIUS WERNERUS, *Germanus*, Bopfingâ-Svevus, J. U. Doctor, primùm Instit. dein juris Canonici & Feudalis, demum Codicis in Acad. Julia Professor, Facult. suæ Senior, ac Dicasterii Guelphici Assessor, æt. 63. prof. 25. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Amissione & Devolutione Feudi: De restitutione in integrum: De Tutela & Cura: De jure Dotalitiorum: De Sententia: De crimine læsæ Majestatis: De Separationibus: De Reconventione: De judice: De Scripturæ potestate ac usu in negotiis civilibus: De Præferentia creditorum in concursu, eorumque privilegio: De Solutionibus: De Dignitatibus: De Condictionibus: De collocatione bonorum: De judiciis &c.*

29. Sept. FELIX PLATERUS, *Helvetius*, Basiliensis, junior, Med. Doctor, in patria Archiater, Logices primò, dein Phys. ultra XX. annos Professor, postea Reip. patriæ Senator, æt. 66. Prelo subjecit *Observationum selectiorum è Diariis passim excerptarum Mantissam &c.*

5. Oct. CHRISTIANUS LYSERUS, *Germanus*, Lipsiensis, primùm Ecclesiæ Halensis Diaconus, dein Th. Doctor, Pastor & Superintendens Sungerhusanus, æt. 47. Confecit *Dissensum Lutheranorum & Jansenistarum: Orationem in obitum Joh. Georgii I. Elect. Saxoniæ: Dispp. de Distinctione: De Majestate &c.*

6. Oct. ALEXANDER SIMONETA, *Italus*, Mediolanensis, S. J. Rhetor. Phil. Ethic. & Theol. Professor Bononiensis, ubi quoque studiorum Præfectus & Sacerdos, æt. 71. Soc. 55. Vulgavit librum Italicè inscriptum; *Nidum Phœnicis, in quo cœlestibus flammis incensus Christianus moriens cœlo renascitur.*

22. Oct. HENRICUS BESSEL, *Germanus*, J. U. Doctor, Regis Sveciæ, & pòst Ducis Brunsvic. & Luneb. in Ducatu Mindensi Cancellarius, Electoris Brandenb. Consiliarius, nec non Cathedralis S. Blasii Præpositus Brunsvicensis, æt. 68. Elucubravit *Dissert. ad Digesta: Tractatum pro Imperatoria ac Regia, contra Pontificis Romani Majestatem:* Germanicè *Speculum liquidum divinæ veritatis, & veram imaginem genuini Christiani: Divitias splendidas mysteriorum divinorum, Christum nempe in nobis considerandi: Tubam Pœnitentiæ: Unionem Animæ cum Christo: Coronam Sacerdotum, de dignitate Venerandi Ministerii: Politicam Davidicam, ex Psalmo CI.* & quædam alia.

24. Octobr. ALEXANDER FISHER, *Anglus*, Collegii Mertonensis Oxoniæ Socius, æt. 76. Scripsit *Theologiam Scholasticam*, & alia.

15. Nov. JO. AMOS COMENIUS, *Germanus*, Moravus, Ecclesiæ Fulnecensis in Moravia Pastor, dein Exul, æt. 80. Pro Scholis plurima elaboravit, ex quibus *Janua Linguarum reserata*: (hæc aliquoties recusa,

& versionibrs condecorata prostat, ut *Germanica* Jo. Mochingeri, *Polonica* Andreæ Wegierscii, *Bohemica* ipsius Auctoris, *Græca* Theod. Simonii, *Anglica*, Jo. Ancorani, *Gallica* Sam. Hartlibii, *Italica* & *Hispanica* Danielis Duez, *Belgica* Seidelii &c.) *Janua eruditionis Scholasticæ: Lexicon Atriale Latino-Latinum: Schola Ludus, sive Encyclopædia: Orbis sensualium pictus: Physicæ Synopsis: Lexicon januale: Vestibulum: Prodromus Pansophiæ: Diatyposis Pansophiæ: Atrium rerum & lingvarum: Diogenes Cynicus redivivus: De caloris & frigoris natura: Faber Fortunæ, sive Ars consulendi sibi ipsi.* Accedunt Scripta ejus Theologica, ut *Janua sive Introductio in Biblia: De Regula Fidei, contra Valerium Magnum: Lux in tenebris: Vindicatio, contra calumnias Nicolai Arnoldi: Admonitio de Irenico Irenicorum: Parænesis de bono Unitatis in Ecclesia Bohemica: Unum necessarium: De zelo admonitio fraterna ad Samuelem Maresium &c.*

15. Nov. JACOBUS FRANCISCUS VIA, *Italus*, Placentinus, Soc. Jes. Rhet. & Theol. Moralis Professor, deinde collegiorum Balneocaballensis, Immolensis, Faventini, Foroliviensis & Ariminensis Rector, aliquot Cardinalium Theologus, ætatis 69. Soc. 53. Felici venâ complura edidit Poëmata, *Epicedia*, *Epithalamia*, *Aonidum plausus gratulatorios*, & similia. Præterea *Decisionum Casuum Conscientiæ tomis duobus.*

21. Nov. MICHAEL WENDLERUS, *Germanus*, Schlettâ-Variscus, Th. Doctor, ejusdemque extraordin. & Philos. Practicæ Ordinarius Professor Wittenbergensis, æt. 61. Typis exscribendum dedit *Tractatum Theolog. de omnibus Christianæ Religionis articulis: Philosophiam Practicam, h. e. Ethicam, Politicam & Oeconomicam: Dispp. de Rep. Anglicana: De Æquitate: De summa hominis felicitate: De Rep. Aristocratica: De distributione subditorum in certas classes: De intelligentia & lumine intellectus: De conversatione virtuosa: De Virtute Heroica: De Philosophia ejusque partibus: De Affectionibus Entis: De Vero & Bono: De IV. Anni Partibus: De Collegio Monachorum & Monachis: De Terra; De officio Magistratus circa Religionem & Reip. defensionem; De Legibus & educatione; De educatione & institutione liberorum; De Rectore Academico; De Aulico, & vitam Agricolæ; De Artibus Pacis, exemplô Salomonis; De Exhalationibus & Meteoris in genere; De Meteoris ignitis; De Mineralium generatione: De Dominatu; De Nobilitate Hungarorum; De principiis Actionum humanarum; De Justitia; Dispp. VIII. ex Aristotelis Politicarum libris; De boni Politici requisitis; De Societatibus Naturalibus; De Republica; De Rep. mixta; De prima simplicis Reip. specie; De Monarchia, Regno & Tyrannide; De Monarchia, Principatu, dominatu & Tyrannide; De indole & potestate Regis Monarchici;*

De Rege; De idea boni Principis; De Regibus Judæorum juribus; De Electione; De Tyranno ejusq; abolitione; De Tyrannide; De Quæstione; utrum Tyranno impia jubenti resistere possint subditi, & quomodo? De Imperantibus; De Summa potestate; De Magistratu; De Majestate; De extrema provocatione; De Bello; De Bello in communi, & in specie de bellis Turcicis; De jure pangendi fœdera; De Fœderibus; De IV. Summis Imperiis; De LXX. hebdomadibus Danielis; De Loco II. Petr. I. &c.

26. Nov. THOMAS AURIEMMA, *Italus*, Neapolitanus, S. J. literarum humaniorum & Theol. Professor, æt. 57. Soc. 39. Struxit *Animæ in vulneribus Christi domicilium: Christi Servatoris Gratias hominibus collatas; Historiam S. Annæ; Vitam ejusdem; Meditationes pias; Flammas & sagittas amorosas erga Mariam; Memoriam perpetuam B. Virginis in quotidianis actionibus; De VII. festis B. Virginis Mariæ; Memoriale Clericorum.*

6. Dec. CORNELIUS PERDUCCIUS, *Belga*, Winocebergensis, Jesuita, Human. & Philos. in Academia Duacena Professor, dein Sodalitatum B. Mariæ variis in locis Director, ætat. 78. Soc. 59. Fecit Gallicè *Accessum Animæ ad Deum per semitam confidentiæ: Tract. de Arte bene moriendi: Considerationes pias super beneficio vocationis ad statum religiosum, & ad Cælibatum: Admonitiones pias, pro facilitando ingressu in exercitium Orationis: Veram regulam luctus in morte suorum, cum officio caritatis, quod jure suo exigunt mortui à vivis: Sacri amoris fomenta ac gustus, attentâ divinorum charismatum meditatione eliciti.*

12. Dec. SIXTUS BERTRAM, *Germanus*, Numburgensis, Phil. Magister, primùm Scholæ patriæ Conrector, dein Rector, tum Pastor Zörbigensis, porro Cizensis Nicolaitanus, demum Theol. Doctor, & ad D. Ulrici Pastor Hallensis, nec non Scholarcha. Foràs dedit *Conciones funebres: Homiliam de Campanis &c.*

12. Dec. FRANCISCUS PLEMPIUS, *Belga*, Amstelodamensis, Med. Doctor & Professor Lovaniensis. Publicæ luci exposuit *Loimographiam, sive tractatum de Peste: Munitionem fundamentorum Medicinæ Vop. F. Plempii adversus Jacobum Primerosium.*

14. Dec. JOSEPHUS GIBALINUS, *Gallus*, Gambalitanus, S. J. Phil. & Theol. Professor, Collegii Lugdunensis, & domus ibidem Probationis Rector, æt. 79. Soc. 64. Exaravit *Disquisitiones Canonicas de clausura Regulari: De Irregularitate: De Censuris: De Usuris & Commerciis: De Simonia: De Scientia Canonica & Hieropolitica: De universali rerum humanarum negotiatione.*

19. Dec. ALBERTUS CURTZIUS, *Germanus*, Monacensis Bavarus, è Soc. Jesu, Mathes. & Phil. Mor. Professor, Concionator, & Collegiorum diversorum Rector, ætat. 71. Soc. 55. Publicavit *Novum cæli Systema: Plausum Symbolicum Maximiliano, Bavariæ Duci, ad Septemviratum evecto*, nomine Ingolstadiensis Collegii

legii: *Thalamum funebrem Henrico Comiti in Helfenstein*, nomine Collegii Dilingani: *Canjurationem Alberti, Friedlandiæ Ducis*, tacitô nomine suô: *Problema Austriacum: Historiam cœlestem, ex commentariis Tychonis Brahe: Problema Architecturæ militaris: Citharam Davidis, seu Psalterium totum, versu Germanicô.*

21. Dec. JOH. THEODORUS SCHENCKIUS, *Germanus*, Jenensis, Med. Doctor, primùm Physicus Chemnicensis, deinde in Acad. Jenensi Med. Professor, æt. 52. Lucem ab eo viderunt *Hortus Plantarum Academiæ Jenensis: Humorum corporis humani historia generalis: De sero sanguinis historia: Exercitationes Anatomicæ: Schola Partium humani corporis: Synopseos Institutionum Medicinæ Prolegomena, Physiologia & Pathalogia: Pars semiotica, Hygicine & Therapeutica: Syntagma componendi & præscribendi Medicamenta: Dispp. de cura Vexatorum: De Terra sigillata: De Scorbuto: De Catalepsi: De Morbo hypochondriaco: De Diaphragmatis natura & morbis: De capitis affectu: De natura Lactis: De Paralysi: De Epilepsia: De Moscho: De Arthritide: De Convulsione: De Imbecillitate ventriculi: De Pleuritide: De macie puerorum ex fascino: De Ophthalmia: De Peste: De Lassitudine: De Angina: De Cholera &c.*

24. Dec. JACOBUS HAUTINUS, *Belga*, Insulensis, S. J. Phil. Prof. Duacensis, æt. 72. Soc. 53. Edidit *Tractatum de Angelo custode, seu de mutuis Angeli custodis & Angeli clientis officiis: Rhetoricam: Sacramentum amoris, Eucharistiam; Vitam Vincentii Carafæ; Advocatum Purgatorii*; Gallicè *Patrocinium defunctorum; Novum opus de Novissimis &c.*

28. Dec. JOACHIMUS SCHNOBELIUS, *Germanus*, Saltzwedelensis Marchicus, primùm Scholæ patriæ Conrector, tum J. U. Doct. & Prof. Rostochiensis, inde Ducis Megapolitani Consiliarius Aulicus & Archivarius, sæpe Legatus, demum Syndicus & designatus Consul Stetinensis, æt. 69. Ab eo leguntur publicatæ *Exercitationes Justinianeæ: Dispp. XXV. ad Digesta: XI. ad jus Feudale: Dissertationes ad Pandectas: Dissert. V. de Pace Germaniæ: Dispp. de Transactionibus &c.*

28. Dec. EDOARDUS BAGSHAW, *Anglus*, Broughtonâ-Northamptoniensis, Phil. Magister, Vicarius de Amersden, Theol. Baccalaureus, æt. 42. Exaravit *Dissertationem de Decretis divinis: Exercit. de Libero Arbitrio: Tractatum, quô probatur, ad Sanctos, quatenus Sanctos, neutiquam spectare rerum gubernacula: Inquisitionem in fundamenta & argumenta de Pontificis & Ecclesiæ Romanæ infallibilitate: Conciones varias.*

JO. FRIDER. GRONOVIUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, primùm in Gymnasio Daventriensi Histor. & Eloq. deinde in Acad. Lugduno-Batava Professor, æt. 60. Elucubravit egregia scripta, ex quibus sunt *Diatriba ad Statii Papinii*

Silvas: Libri III. observationum; Comment. de Sestertiis; T. Livius cum notis perpetuis: M. & L. Senecæ recensiti & notis adornati; Observationes in Scriptoribus Ecclesiasticis; Gratulatio ad Principem Auriacum Guilielmum II. cùm paternum imperium simul cum hæreditate adiisset; De centesimis Usuris & Fœnore Unciario; De Pecunia veteri; Laudatio funebris Jacobi Golii; Notæ in M. Fab. Quintilianum; Oratio de Lege Regia: Notæ in H. Grotii libros III. de jure belli ac pacis; Plurimos insuper Auctores clasficos alios recensuit emendavitque.

MICHAEL VEXIONIUS, *Suecus*, Smolandus, J. U. Doctor & Prof. Aboensis, pòst Assessor Tribunalis ibidem regii, Nobilis, cognomentò GULDENSTOLPE. Adornavit *Rhapsodiam, seu Dialagum inter ἄμουσον & Φιλόμουσον: Orationem de Munificentia Caroli Gyllenhielmii; Panegyrin ob fundatam & dotatam Academiam Aboënsem, Reginæ Christinæ dictam: Orationem de Bibliothecis in genere, & in specie de Bibliotheca Academiæ Aboensis; Discursum de Academiis earumque statu & juribus; Descriptionem solennis Inaugurationis Academiæ Aboensis in Finlandia; Philosophiæ Practicæ partem primam; Fasciculum controversiarum Ethicarum; Rotam Fortunæ: Politicam, ad modernam Imperii Sveo-Gothici statum accommodatam: Synopsin Oeconomicam: Collegium Ethicum: Descriptionem Sueciæ: Isagogen ad studium juris Sveo-Romani: Collationem juris Suetici cum Romano*, opus incompletum: *Paratitla juris Suecani*, quorum pauca tantùm folia edita, ob Auctoris mortem, cætera excudi non potuerunt.

GEORGIUS COLBIUS, *Prussus*, Neuhausanus, primò Scholæ Löbnicensis Con-Rector, deinde Diaconus Cniphofiensis Regiomonti. Scripsit *Presbyterologiam in Prussia Regiomontana, ab anno 1620. usque ad An. 1664: Deductionem Controversiæ Mœvianæ: Reconciliationem cum proximo &c.*

ANNO 1672.

3. Jan. THEODORUS WOLDERUS, *Prussus*, Regiomontanus, J. U. Doctor, ejusque in Acad. patria Professor primarius, supremi in Prussia Tribunalis Consiliarius, atque Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 43. offic. 17. Prelo subjecit *Tyrocinium Criminale: Tyrocinium Matrimoniale: Dispp. XV. de Verborum & rerum significatione: Tyrocinium privatum ad IV. Institutionum Justinianearum libros: Dispp. de Legitima: De Usuris: De Tortura: De inculpatæ Tutelæ moderamine: De Legibus Romanis: De re monetaria &c.*

7. Jan. PHILIPPUS JACOBUS SACHSIUS A LEWENHAIMB, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Phil. & Med. Doctor, S. R. Imperii Academiæ Naturæ Curiosorum Adjunctus, dictus *Phosphorus*, Reip. patriæ Physicus, æt. 44. Ejus est Ἀμπελογραφία, *sive Vitis Viniferæ consideratio Physico-Philologico-Historico-Medico-Chy-*

co-Chymica: Dissertatio Historico-Medica de miranda Lapidum natura: Oceanus Macro-Microcosmus, de analogo motu Aquarum ex & ad Oceanum: Γαμμαρολογία, sive cancrorum consideratio Physico-Philologico-Historico-Medico-Chymica: Extant quoque in Ephemeridibus Acad. Nat. Curios. Germ. ejus *Observationes de Liene magno: De Remedio antipleuritico: De Serpente in stomacho cervi petrefacto: De Phthisici pueri anatome: De Auro Chymico: De consensu Labiorum faciei cum labiis uteri: De Hominibus pisciformibus: De Fracturis gravidarum difficilibus: De Cerebro Bovis petrefacto: De Renibus humanis petrefactis: De Sanguine albo: De Lienis exsectione: De intestini cæci usu legitimo: De Animalibus cornutis: De Hominibus cornutis: De Polypo cordis: De malignis exhalationibus ex puteis: De singulari catharrorum extractione: De Mutis & Surdis: De ossium mollitie: De herba ossifraga: De Fœtuum humanorum in utero morbis: De Lapillis in vesica fellea repertis: De rapa monstrosa anthropomorpha: De vermibus in variis locis & diversis rebus repertis: De vagitu uterino: De Lapidibus ex abscessibus prolapsis: De corde humano magno: De Gammaris amaris Silesiacis & aliis miris Cancrorum: De Crystallo: De Flamma ex ventriculo & aliis partibus corporis humani: De Mictione cruenta: De Aloë Silesiaca florescente: De Aloë Choræ Salitiana: De mira alvi Stipticitate: De fœtu extra uterum Aureliaensi: De Bombycibus: De Pilis demortuorum: De Animalibus Hermaphroditicis: De Auro vegetabili: De Cantharidibus: De variis miris Antipathiis: De imaginis vi in prægnantibus: De serpentum & bufonum antipathia: De Lue animalium: De Lacte, arthriticorum solatio: De Emplastro: De variis imprudenter per os assumptis & deglutitis, ad vias urinarias delatis, & feliciter excretis: De Mercuriali cingulo importunè adhibito: De Fœminis artem Medicam imperitè exercentibus: De Suppressione Urinæ à calculo diurna, non lethali: De Hominibus sine cerebro natis: De materia & vario effectu Fulguris,* aliisque rebus quàm plurimis.

22. Jan. JOHANNES SANDERUS, *Germanus*, Brunsvicensis, Philos. Magister, primùm Rector Scholæ Schöningensis, deinde Magdeburgensis, demum ad D. Catharinæ Brunsvicensis, ætatis 40. Edidit *Homeri Iliadis librum IX. cum collectaneis de Homeri vita & scriptis.*

24. Jan. MICHAEL HAVEMANNUS, *Germanus*, Bremefordensis, Philos. Magister, primùm Philos. Lector, deinde Scholæ Rector, tum ad SS. Cosmæ & Damiani Pastor, postea Ministerii Stadensis Senior, sed à Pontificiis in exilium pulsus, mox Pastor primarius Nordensis, Scholarumque Inspector ac Professor, iterum Pastor Stadensis, demum Ecclesiarum in Ducatibus Bremensi ac Verdensi Superintendens Generalis, &

& Consistorii Regii, quod Stadæ est, Præses, æt. 75. minist. 46. Paravit *Christianismi duo luminaria magna: Helicen Hiero-Tacticam*, *de jure Episcopali*: *Erin Eucharisticam*: *Orationem de bonorum Ecclesiasticorum ortu*, *progressu & genuino usu*: *Amusium*, *sive cynosuram studiosorum*: *Astræam*, *sive epitomen Scientiæ sideralis*: *Geometriam*: *Theognosiam antiquissimam*, *Mosaicam*, *Propheticam*, *Rabbinicam*: *Gamologiam Synopticam* h. e. *Tractatum de jure Connubiorum*: *Anti-Willium*; *Demonstrationem corporis Christi in Eucharistia*; *Assertionem Responsi Mosis de Matrimonio cum defunctæ uxoris Sorore*; *Liticulam inter Cajum & Julium*; *Defensionem Mosis*, *contra matrimonium cum defunctæ Conjugis Sorore*, *Bucholzero oppositam*; Germanicè *Controversiam de S. Cœna*, *inter Lutheranos & Calvinianos*; *Bethabaram*, *de itinere ad mortem*; *Viatorium contra tenebras Judaicas*; *Conciones varias*; *Quæstiones fundamentales &c.*

4. Febr. JOH. BöTTIGERUS, *Germanus*, Quedlinburgensis, Philos. Magister, initio Scholæ Halberstadiensis Rector, dein ibidem ad SS. Petri & Pauli Pastor, ac Scholarcha, post hæc Superintendens, Pastor, Scholarum Inspector, & Consistorii Præses Sanderhusanus, tum Theol. Doctor, demum ad D. Ulrici & Levini Pastor Magdeburgensis, Ministerii Senior, ac Consiliarius Ecclesiasticus Brandeburgicus, ætatis 60. ministerii 32. Imprimi fecit *Isagogen Historicam à principio creationis mundi, ad annum* 1649; *Praxin Christianismi*; *Consilium de Subscriptione Edictorum Electoralium ad Ministerium Stendalense*; *Animadversiones apologeticas in discursum Wittebergensem*, *contra judicium Magdeburgense*: *Refutationem calumniarum Anonymi*; *Concionem inauguralem de officio Pastorum &c.*

12. Febr. JACOBUS GRANDAMICUS, *Gallus*, Nonnetensis, S. Jes. Humaniorum, Philos. & Theolog. Professor, collegiorum Bituricensis, Rhedonensis, Turonensis, Flexiensis & Rothomagensis Rector, Provinciæ Franciæ Visitator, æt. 84. Soc. 63. Edidit *Novam demonstrationem immobilitatis Terræ*, *petitam ex virtute Magnetica*; *Tractatum Evangelicum de summa Dei gloria in Jesu Christo*; *De die supremo & natali Christi quæstionem Evangelicam*; *Chronologiam Christianam*; *Rationem supputandarum eclipsium Solis*; *Differt. de eclipsi Solis notata à Pachymere in Historia de Michaële Palæologo*; *Cursum Cometæ*, *qui apparuit annis* 1664. & 1665.

22. Febr. DANIEL SCHNEIDER, *Germanus*, Phil. Magist. primùm Diaconus, dein Pastor ad D. Virginis, ac demum Concionator Aulicus Dresdensis. Struxit *Syllogismum apodicticum*, *syllogismo Jodoci Keddii apodictico falso oppositum*; *Titium continuatum & illustratum*, *sive in Locos Theologiæ Historicos Casp.* Titii

Titii continuationem; Manuductionem ad Titii locos in Evangeliis & Epistolis Dominicalibus rectè adhibendos: Conciones duas de Pace: Conc. II. Jubilæi: Scutum Religionis & Fidei: Scriptum polemicum adversus Joh. Reinholdum &c. Conciones funebres.

24. Februar. MATTHIAS DöGEN, *Germanus*, Dramburgo-Neo-Marchicus, Dominus Amelandiæ, Collegii Archithalassici, quod Amstelodami, per XXXIV. annos Commissarius, Electoris Brandeburgici Consiliarius, ejusdemque in Belgio Fœderato ultra XXV. annos Agens, æt. 67. Berolini. Delineavit *Architecturæ militaris modernæ theoriam & praxin*, quæ versa quoque extat Gallicè & Germanicè.

4. Mart. DOMINICUS MACER, *Melitensis*, Eques Auratus, Comes Palatinus, Protonotarius Apostolicus, Cathedralis Ecclesiæ Viterbiensis Canonicus, Theol. sacrarumque Inquisitionis & Indicis Congregationum Consultor, æt. 68. Emisit *Hiero-Lexicon, sive Sacrum Dictionarium, in quo Ecclesiasticæ voces, earumque Etymologiæ, origines, symbola, ceremoniæ, dubia, barbara vocabula, atque Sacræ Scripturæ & SS. Patrum phrases elucidantur:* (septies hoc impressum est) *Apparentes S. Scripturæ contradictiones conciliatas: Itinerarium: Explicationem hymnorum Breviarii Romani*, sub nomine anagrammatico, Nicodemo Grima i. e. Domenico Magri.

Obiit *ANNO 1672.*

12. Mart. JOH. BLOMIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Reip. patriæ Bibliothecarius, ex profunda melancholia αὐτόχειρ, inque scala bibliothecæ se suspendit. Reliquit inibi Schedulam hisce verbis: Jesus Christus, qui me tam pretiosè redemit, animæ misereatur meæ! Ex bonis mille Imperiales reliquit, 200. Orphanotropheo, ac residuum Cognatis suis indigentibus legavit, æt. 53. Prelo subjecit *Hexaemeron, sive Indicem Historico-Philosophicum: Dissertationes de Navigatione Salomonis in Ophir: De Purpura & Cocco: Mercurium Euhodicum vulgaris Grammaticæ monstrantem negligentiam: De Baculis veterum: De nobilis juventutis institutione: Oratorem reformatum: Integri operis de causis corruptarum Scholarum ἀποσπασμάτιον.*

24. Mart. GREGORIUS TüLSNERUS, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, J. U. Doctor, Consiliarius Hasso-Darmstadinus, & Juris Professor tam Marpurgensis, quàm Giessensis, æt. 65. prof. 32. Reliquit *Dispp. Juridicas*, & fortè quædam alia.

17. April. GUALTHERUS PAULUS, *Belga*, Hüensis in Condruis, S. J. Theol. Doctor, hujus & Phil. Professor Duacensis, pòst etiam Viennensis, ubi & Studiorum Præfectus, tum Librorum censor Romanus, Ducibus Bullonii à sacris Concionibus, ætat. 85. Societ. 69. Scripsit *Septem dolores B. Virginis rythmô numerosô expressos: Canticum novum*

animi

animi salientis à mundo, à terra, à cœlo, à se ipso ad Deum Cogitationes ferias, bivium duplex, unum mortalitatis, alterum æternitatis: Triumphum Corporis Christi: Hortum Olivarum: Cordolium Deiparæ: Jesulogiam, seu fundamenta totius Theologiæ & Philosophiæ: Medullam Sanctioris Theologiæ &c.

21. April. ANTONIUS GODEAU, *Gallus*, Drocumensis, præcipuus Academiæ Francicæ, Episcopus Grassensis & Venciensis. Prodire fecit idiomate vernaculô *Paraphrasin in Epistolas D. Pauli: Historiam Ecclesiasticam sex voluminibus: Vitam Caroli Borromæi: Elogium Episcopi: Meditationes super Sacramentum Cœnæ: Vitam S. Pauli: Usum pacis: Poësin Christianam: Tabulas seu imagines Pœnitentiæ: Elogia & historias Impp. Regum, Principum Paraphrasin Psalmorum: Historiam Franc. Salesii: Versionem & explicationem novi Testamenti: Ordinationes & instructiones Synodales: Meditationes in Orationem Dominicam: Vitam S. Augustini: Tractatum de tonsura clericorum: Precationes: Demonstrationem causæ Regiæ contra Parlamentum Tolosanum: Orat. funebrem in obitum Regis Ludovici XIII: Ideam boni Magistratus in vita & morte Cordesii &c.*

12. Maj. JO. DE PEDROZA, *Lusitanus*, Conimbricensis, è Soc. Jesu, Missionarius ad Indos, Collegii Racholensis & Domus Probationis Goæ Rector, æt. 58. Soc. 41. Edidit

lingvâ Concannicâ *Soliloquiorum divinorum Libellum.*

27. Maj. JO. ARNOLDUS FRIDERICI, *Germanus*, Altenburgensis, Med. Doctor, Physicus in patria, tum Med. Professor in Acad. Jenensi, æt. 35. Sub præsidio ejus habitæ sunt *Dispp. de Pica: De Pæonia: De Abortu: De malo castrensi seu Hungarico: De Ileo: De Vertigine: De Aure: De Melancholia: De Aloë: De Asthmate: De Lethargo: De Hydrocephalo: De Atrophia: De corpulentia nimia: De Diaphragmate ex vulnere læso: De Fœmina, naturæ miraculo: De Gangræna & Sphacelo: De Guajaco: De Incubo: De Convulsione inferioris maxillæ: De Oculo: De Tentigine: De Fluore albo mulierum: De Peripneumonia: De Ventriculo: De memoriæ læsione sive oblivione: De Liene: De Lienterie: De Phthisi: De Lethargo: De uteri hydrope &c.*

27. Maj. JO. ULRICUS PREGIZERUS, *Germanus*, Tubingensis, Filius, Theolog. Licentiatus, Moralis Philos. Professor in Academia patria, & Pædagogiarcha, æt. 60. Reliquit *Dispp. de Peccatis Actualibus: De Perfectione Sacræ Scripturæ*, aliisque materiis Theol. & Philosophicis.

2. Jun. LUCAS LYSERUS, *Germanus*, Lipsiensis, J. U. Doctor, Electoris Brandeburgici Consiliarius Aulicus, æt. 49. Ejus est *Mulierum Curator Saxonicus &c.*

7. Jun. JO. HEUNIUS, *Germanus*, Wolgasto-Pomeranus, Med. Doctor, ejusdem

ejusdemque in Academia Gryphiswaldensi Professor emeritus, ætat. 69. Quæ publico dedit, sunt *de Hirundinum usu & efficacia in Medicina tractatus*: *Dissertatio de Spiritus vini, sive Aquæ vitæ usu & artificiosa præparatione ad quosvis humani corporis affectus perutilis*: *Tractatus Germanicus de Peste & Febre pestilentiali*: *Practica Febrium domestica*: *Disp. de Ictero*: *De Phthisi*: *De calculo renum & vesicæ*: *De Ischiade*: *De Pleuritide*: *De futuro uterino*: *De Scorbuto*: *De febre petechiali maligna*: *De Colica &c.*

11. Jun. HENRICUS SAVAGE, *Anglus*, Theol. Baccal. dein Professor, Collegii Balliolensis Oxoniæ Magister, ætatis 68. Exaravit Latinè *Quæstiones tres Theologicas in Comitiorum vesperiis discussas*: *Thesis suæ*; *Pædobaptismum esse licitum*, *defensionem*, *contra M. Tombes*; Anglicè *Commentarium de fundatione collegii Balliolensis*; & diversa alia.

13. Jun. VINCENTIUS LEOTAUDUS, *Gallus*, Valloysiensis, Ebredunensis, S. J. Mathes. Professor, in qua dicitur paucos totâ Europâ habuisse sibi suo ævo pares, æt. 77. Soc. 59. Prelo subjecit *Geometriæ Practicæ elementa*; *Etymon Quadraturæ circuli hactenus editorum celeberrimæ, quam Georgius à S. Vincentio exposuit*; *Institutionum Arithmeticarum libb. IV*; *Ciclometriæ libb. tres*; *Magnetologiam, sive novam de Magneticis Philosophiam.*

18. Jun. CHRISTOPH. DE VEGA, *Hispanus*, Talalensis, Jesuita, Humaniorum literarum, Phil. & Theol. Moralis Interpres, Concionator, Collegii Turiasonensis & Domus Professæ Valentinæ Rector, æt. 77. Soc. 60. In lucem misit *Commentarium in librum Judicum, tomis tribus*; *De maximo malorum malo*; *Theologiam moralem*; *Salvum Conductum per devotionem Marianam*; *Casus varios Confessionis, partibus duabus.*

18. Jun. JACOBUS LOBBETIUS, *Belga*, Leodiensis, S. J. Phil. Prof. Duacensis, collegiorum Tornacensis, Mantensis & Leodiensis Rector, æt. 80. Soc. 59. Paravit *Quæstiones Theologicas*, *Historias Morales in Evangelia Dominicarum & Festorum totius anni*: *Opuscula mortaliæ de Peccato ejusque natura, pœnis & remediis*: *Speculum Ecclesiasticorum & Religiosorum*: *Viam vitæ & mortis*: *De Sacra Domini Passione & religioso Templorum cultu*: *De fortitudine & constantia Christiana*: *Concionum Asceticarum de Virtutibus variis partes III*: *Conc. in Evangelia Feriarum totius Quadragesimæ*. Prodierunt quoque simul in tom. VII. collecta.

19. Jun. JOH. JODOCUS FELWINGERUS, *Germanus*, Altorphinus, J. U. Doctorandus, & in Acad. patria Polit. Professor, ær. 28. Adornavit *Differt. de Antichresi tacita.*

20. Jun. ALPHONSUS DE ANDRADA, *Hispanus*, Toletanus, Phil. in patria Professor, S. J. Theol. inter-

pres, Collegii Placentini Rector. Concionator & Missionarius, ætat. 82. Soc. 60. Edidit Hispanicè oppidò multa, videlicet *Discursum de B. Maria Virgine: De duce ad virtutem & imitatione B. Mariæ Virginis: Itinerarium Historicum: Monita spiritualia S. Teresiæ, cum commentario: Militiam spiritualem: Patrocinium universale B Virginis: Meditationes in singulos anni dies: Vitas virorum illustrium de Soc. Jesu: De veneratione sacrarum imaginum: Viam vitæ: Lectionem de bene moriendo: Scholasticum perfectum: Bonum militem Catholicum: Operarium Evangelicum &c.*

27. Jun. OCTAVIUS TEDESCHIUS, *Siculus*, Catanensis, Jesuita, Eloq. Professor Messanæ, Phil. Catanæ, Theolog. Scholasticæ Neti, & Moralis Syracusis, nec non Ecclesiastes, æt. 71. Soc. 58. Vulgavit idiomate Italicô *Panegyricas conciones sacras & morales.*

9. Jul. DANIEL COLONIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, Antecessor, & Academiæ patriæ à Secretis, æt. 65. Scripsit *Orationem panegyricam de illustri victoria, quam Amplissimi rerum Indiæ Occidentalis administratores 8. Sept. 1628. ab Hispanis retulerunt: Vitam Gerardi Æmilii ab Hogeveen, Acad. Leidensis Curatoris, & urbis ejusdem Syndici &c.*

22. Jul. LUDOV. JANNINUS, *Gallus*, Nantuanus, ordinis Jesuitici, Rhet. & S. Scripturæ Prælector, dein Præposito Generali ab epistolis ad Assistentiam Franciæ, tum Collegii Camberiensis Rector, æt. 81. Soc. 66. Latinè reddidit ex Italico & Hispanico varia, eaque inter *Dan. Bartoli Asiaticam historiam: Hist. Europæam: Eusebii Nierembergii de Inæstimabili pretio divinæ Gratiæ: Prodigia divini erga homines amoris &c.* De suo scripsit & edidit *Rudimentum Concionatoris Christiani: Disciplinam virtutum & perfectionis Christianæ: Coronam Augustissimæ Virginis Dei Matris: Tyrocinium S. Scripturæ sensu legitimô exponendæ.*

27. Jul. JOH. HINRICUS A DAUBER, *Germanus*, Herbornensis, J.U. Doctor, primùm illustris Scholæ Bredanæ Legum Civilium Professor, deinde Consiliarius Hassiacus in Aula Cassellana intimus, pariter ac Consistorialis, Regiminis Principalis & Acad. Marpurgensis Pro-Cancellarius, æt. 62. Confecit *Librum de Romano Imperio: Orationem Inauguralem de Jure civili Hebræorum, Græcorum & Romanorum: Orat. panegyricam in obitum Friderici Henrici, Principis Arausiaci: Orationem funebrem in excessum Andreæ Riveti, Theologi &c.*

28. Jul. TOUSSANUS BRIDOVL, *Belga*, Insulensis, S. J. Coadjutor Spiritualis, æt. 72. Soc. 54. Exaravit Gallicè *Gloriam mirabilem Deiparæ: Triumphum annuum Christi: Miracula & beneficia à S. Xaverio patrata in Calabria: Officinam Sacram piorum Artificum: Illustre Nosocomi-*

um

um piorum cæcorum: Infernum clausum per considerationem pœnarum damnatorum: Paradisum apertum per pietatem erga B. Virginem: Scholam eucharisticam &c.

29. Aug. NICOLAUS ZAPFFIUS, *Germanus*, Mievitiensis Schwartzenburgicus, Theol. Doctor, hujus & Ling. Orient. Professor Erfurtensis, postea Concionator Aulicus primarius, Pastor ac Superintendens Generalis Vinariensis, ætat. 72. Publicæ luci donavit *Tractatum Distinctionum ac Limitationum: Dubia Physica: Opusculum Theologicum: Compendium Locorum Theol. Articulos fidei complectens: Catenam auream Articulorum fidei: Hodogeticum Philosophiæ Practicæ: Philosophiam universalem: Clamorem resuscitatorium de illapsis Weigelianis: Conciones funebres: Dispp. Theol. ac Philos. plurimas.*

31. Aug. JO. WEINMANNUS, *Germanus*, Suinfurtensis, Francus, Phil. Magister, Alumnorum Noricorum Inspector, tum Diaconus, & Theol. Professor, demum Theol. Doctor, & Facult. suæ Senior, æt. 73. Minist. & Prof. 44. Prelo subjecit *Collegium Aphoristicum: Institutiones Theologicas: Collegii Galatini partem I. in XVI. dispp dispertitam: Heptalogum Christi: Τριωδιον sive cantiones III. Ecclesiasticas explicatas: Conciones funebres: Dispp. Phil. & Theol. non paucas, sigillatim emissas.*

10. Sept. JO. HENRICUS BOECLERUS, *Germanus*, Cronhemio-Francus, Gymnasii Argentoratensis Collega, Phil. Magister, tum ejusdem Acad. primùm Oratoriæ, pòst Historiarum Professor, Canonicus Thomanus, deinde Eloq. Professor Upsaliensis ac Historiographus Regius, iterum Histor. Professor Argentor. denique Consiliarius Cæsareus & Moguntinus, simulque Comes Palatinus, æt. 61. prof. 35. Illustris hic nominis Vir concinnavit *Notas in Corn. Nepotem; In Plinii Panegyricum; In Vellejum Paterculum; In Taciti XV. capita priora libri I. Annalium; In Herodianum; In Suetonium; In Taciti Annales & Historias; Dissertationem de Politicis Justi Lipsii; Librum de auspicio Regio, De Eloquentia Politici libellum; Orationes & Programmata; Comment. de rebus Seculi à Christo nato IX. & X; Dissertationes Academicas; Excerpta ex Actis Senatus in Parnasso; Notitiam S. Romani Imperii; Museum, ad Amicum; Tract. de Amnestia; Comment. in H. Grotii lib. de Jure Belli ac Pacis; Lectiones Polybianas ad Capellum; Dissertat. de Legione Romana; De comparanda Latinæ linguæ facultate; De utilitate ex Historiæ universalis compositione capienda; Animadversiones in Hippolitum à Lapide de ratione Status; Notas & animadversiones in Dan. Ottonis jus publicum; Institutiones Politicas; De Scriptoribus Græcis & Latinis; Dispp. Politicas & Historicas ferè innumerabiles, diversis annis emissas.*

22. Sept. NICOLAUS WYSING, *Helve-*

Helvetius, Lucernensis, S. J. Phil. & Theol. Professor, Librorum censor Romanus, & Theologus Præpositi Generalis, pòst Collegii Dilingani & Domus tertiæ probationis Rector Oetinganus, æt. 71. Soc. 56. Reliquit *Disp. Theol. de Hominum Prædestinatione ad vitam æternam: De scientia & voluntate Dei: De arcano SS. Trinitatis mysterio.*

29. Sept. JOH. MüLLERUS, *Germanus*, Vratislaviensis, Silesius, Phil. Magister, & Practicæ Philos. Prof. Wittenbergensis, deinde Pastor & Inspector ad D. Michaëlis Luneburgensis, demum Ecclesiæ S. Petri & Pauli Pastor Hamburgensis, Scholarum Inspector, Ministerii Senior, & Theol. Doctor, æt. 74. Minist. 50. Ex lucubrationibus ejus eminent *Dispp. IIX. de Elementis: Dispp. X. de Summo Bono: Prodromus Anti-Jansenii: Anti-Jansenius: Admonitio ad Hamburgenses de erroribus Pontificiorum: Conciones VII. super Psalmum XXII: Conc. VIII. super Psalmum VIII: Conc. IX. in Symbolum Athanasii: Explicatio Augustanæ Confessionis: Conc. de S. Cœna: Utrum Laici V. Test. absque cognitione Christi fuerint salvati? Apologia libri de novis Prophetis, contra Nic. Tedingum: Refutatio objectionum, quibus Pontificii Religionem Lutheranam suspectam reddere volunt: Figmentum cerebri humani, de Reprobatione hominum, ex mero Dei beneplacito: Anabaptismus: Lutherus defensus: Refutatio absoluti Decreti Dordrechtani: Judaismus: Dehortatio, contra pessimum librum Eliæ Prætorii, de abusu Ministerii: Conciones Scholasticæ de educatione juventutis: Colluvies Quackerorum: Defensio Lutheri defensi, contra Carolum à Kreutzen S. J: Conc. XVII. in Psalmum CI: Atheismus devictus &c.*

30. Sept. GEORGIUS ELGER, *Livonus*, S. J. in qua literarum humaniorum Lector, Concionator & operarius Duneburgi, ubi quoque Superior, æt. 88. Soc. 65. Scripsit lingvâ Letticâ *Institutiones Christianas: Evangelia in eandem lingvam translata.*

30. Oct. JO. FERRANDUS, *Gallus*, S. J. Rhetor. & Theol. Lector, Collegii Ebredunensis Rector, æt. 86. Soc. 68. Emisit Latinè *Disquisitionem Reliquiarum, sive de suspecta earundem Reliquiarum in diversis locis multitudine: Vitam S. Hectoris Fulgentii Ferrandi: Epinicion pro Liliis aureis Franciæ, adversus Jo. Jacobum Schiffletium, apes pro Liliis sufficere audentem: Epinicion secundum, pro iisdem Liliis: Animadversioni Schiffletianæ animadversionem cum fœnore repensam:* Gallicè *Pro laborantibus in partu, de pietate erga S. Ignatium: Pro Animabus purgatorii juvandis.*

30. Oct. GEORGIUS MENTZIUS, *Germanus*, Amænoburgensis Moguntinus, Jesuita, Human. literarum, Philos. & Theol. Professor, Collegiorum Aschaffenburgensis, Bambergensis, Moguntini, & Domus

Pro-

Probationis Rector, æt. 70. Soc. 52. Dedit Latinè *Opus quadripartitum, sive Meditationes in Psalmos & Cantica: Artem patiendi & compatiendi.* Transtulit è Gallico in Latinum Sermonem *Regulas Salesianas, seu normam Christianè vivendi, ex libris Francisci de Salis: Nic. Causinidicem Christianum: Christiani Mayeri compendium industriarum spiritualium.*

6. Nov. HENRICUS SCHüTZE, *Germanus*, Costericiensis, Electoris Saxonici Capellæ Magister, ætat. 87. offic. 57. Vulgavit *Symphoniarum sacrarum partes duas: Cantiones sacras XII: Psalmos Davidicos &c.*

10. Nov. MICHAEL STAUDACHER, *Germanus*, Halensis, Tirolensis, S. J. Rhet. Math. Phil. & Theol. Professor, nec non Concionator, æt. 59. Soc. 43. Publicavit *Centum Affectus Amoris Dei; Concionum Partes II.* Germanicè.

19. Nov. JO. WILKINS, *Anglus*, Northamptoniensis, Artium Magister, Principi, Comiti Palatino, à Sacris, Collegii Wadhami Custos, Theol. Professor, Collegii SS. Trinitatis Cantabrigiæ Præfectus, Hospitii Greyiensis Prædicator, S. Laurentii Parochus, Decanus Ripponensis, novissimè Episcopus Cestriensis, & Societatis Regiæ Londinensis Socius, æt. 58. Commentatus est Anglicè *de Luna habitabili; Discursum de excellentia Providentiæ; De dono precandi & prædicandi; Specimen linguæ universalis, ejusque characteris,* & alia.

19. Nov. JO. GIATTINUS, *Siculus*, Panormitanus, S. J. Rhet. in collegio patrio, Græcæ Linguæ in Romano, sicut & Mathes. Phil. & Theol. Professor, lingvas Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Syriacam & Arabicam eximiè calluit, æt. 72. Soc. 57. Exaravit *Perorationem sanguinis, orationem in Vaticano dictam; Panærides Apes, in laudem Franc. Barberini: Orationes Sacras XXIV: Logicam: Physicam: Historiæ Tridentini Concilii tomos III. ex Italico Sfortiæ Cardinalis Pallavicini: Leonem Philosophum, Tragœdiam: Cafres: Antigonum: Ariadnem Augustam, Tragœdias: Volumen contra Hæreticos hujus temporis &c.*

6. Dec. GASP. MAYNE, *Anglus*, Hatherlâ-Devoniensis, Ædis Christi Canonicus Oxoniæ, Magister Vicarius Cassingtonensis ac Pirtonensis, Theol. Prof. & Archidiaconus Cicestriensis, æt. 68. Typis commisit *Conciones varias: Defensionem concionis suæ de falsis Prophetis: Conciones & epistolas defensorias, & controversiarum aliquarum tunc temporis glîscentium solutionem: Belli à plebe suscepti examen: Poëma in ducis Eboracensis victoriam navalem: Bellum amatorium, Comœdiam: Connubium urbanum, comœdiam: Lucianum è Græco in Anglicanum transfusum.*

9. Decembr. GEORGIUS FEHLAU, *Prussus*, Gedanensis, Pastor ad D.

Mariæ in patria, æt. 48.. Formavit *Annotationes in Christophori Angeli Enchiridion de statu hodiernorum Græcorum.* Germanicè *Speculum muliebre Spirituale &c.*

15. Dec. JOH. BRUNNEMANNUS, *Germanus*, Coloniensis Marchicus, Phil. & J. U. Doctor, primùm Logices, tum Digestorum ac demum Decretal. Professor, Academiæ Viadrinæ in Facultate juridica Ordinarius, nec non Electoris Brandenburgici Consiliarius, æt. 64. prof. 36. Posterorum commodis concessit *Enchiridion Logicum: Collegium Irenico-Politicum de Tractatibus Pacis XII. disputationibus absolutum: Comment. in Codicem Justinianeum: Repetitionem Paratitlorum Wesenbecii: Tractatum de cessione Actionum & Versuris: Memoriale præcipuarum Legum Codicis: Comment. in Pandectas: Tract. de Inquisitione: De Processu tam civili, quàm criminali: Exercitationes Justinianeas: Decisiones juris, sive Consilia & Responsa Academica: Jus Ecclesiasticum, ad usum Ecclesiarum Evangelicarum: Dispp. de Advocatione causarum: De Spe: De Delicto servi, alteriusque hominis corrupti: De Dardanariis: De Decima: De Liquido: De Adhæsione Togata: De emendatione propinquorum*, aliasque longè plures.

16. Dec. CAROLUS DE GROBENDONCQUE, *Belga*, Mechliniensis, S. J. Rhet. Eth. Phil. & Theol. Professor partim Olomucii, partim Pragæ, ubi etiam studiorum Præfectus generalis, æt. 72. Soc. 55. Vulgavit Latinè *de ortu & progressu Spiritus Politici decadem primam:* Germanicè, tacitô suô nomine, *Methodum piè transigendi tempus Sacri Adventus: Modum transigendi tempus intra Adventum & Quadragesimam &c.*

— Dec. FRANC. DE LA BOE SYLVIUS, *Germanus*, Hanoviensis, Med. Doctor, hujusque primùm in patria, pòst Lugduni, inde Amstelodami Practicus, denique in Academia Lugduno Batava Med. Practicæ Professor, æt. 48. Exaravit *Disputationum Medicarum Decadem: Praxeos Medicinæ libb. IV: De methodo medendi librum: Orationem de Hominis cognitione: Orat. de affectu epidemico Leidensi: Observationes Anatomico-Medicas: Dispp. de Palpitatione cordis: De Opio, ejus natura & vero usu Medico: De Inflammatione: De Dolore Nephritico: De Ischuria &c.* Opera ejus Medica in unum volumen redacta sunt.

30. Dec. HIEREMIAS ÆSCHELIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, Halæ Saxonum obiit. *Pansophiam* emisit.

GABRIEL BARTHOL. GRAMONDUS, *Gallus*, in sacro Regis Christianissimi Consistorio Senator, inque Parlamento Tolosano Præses. Texuit *Historiam rerum Gallicarum lib. XVIII.*

JO. BAPTISTA MOLIERE, *Gallus*, Parisiensis, Poëta Comicus & JCtus, cujus prostant *Opera junctim edita, sive Comœdiæ voluminibus quinque,* quas

quas inter *Misantrope* maximè *commendatur*.

LAMPERTUS ALARDUS, *Germanus*, Crempa-Holsatus, Theol. Licentiatus, Poëta Laur. Cæsareus, Pastor Brunopolitanus, Consistorii Regii Meldorffensis Assessor & Senior, æt. 60. Ab eo habentur *Amorum libri duo: Epiphyllides Philologicæ, comprehendentes varias vocum, rerum & rituum observationes: Pathologia Sacra Novi Testamenti: Memoriale Holsaticum: Conciones Pœnales de signis & prodigiis: Praxis Christianismi Apostolici: Calamitates Jobi: Conciones IV. in Psalmum XLVII: Sævitia Linguæ ex Psalmo LII. &c.*

AUGUST. CHIESIUS, *Italus*, JCtus. Foràs dedit *Consilia juridica: Tractatum de Privilegiis militum &c.*

GUIDO PATINUS, *Gallus*, Bellovacensis, Medicinæ Doctor, & in Collegio Regio Parisiensi Professor, æt. 71. Prodire fecit Gallicè *Epistolas Selectas; Tractatum de valetudine tuenda, per vivendi normam usumque legitimum rerum ad bene salubriterque vivendum necessarium; Notas in Nicol. Ellain tractatum de Peste; Notas in Galeni librum de sanguinis missione; Quæstionem de Sobrietate; An totus homo naturâ sit morbus?*

ZACHARIAS ROTTMANNUS, *Germanus*, Herphordiâ-Westphalus, Phil. Magister, Pastor ad D. Nicolai Stralsundensis, demum rude donatus, æt. 62. Emisit *XLII. Conciones in Psalmum CII; Conc. XLII. in Psalmum CIV.* & fortè quædam alia.

ANNO 1673.

13. Jan. SEVERUS CHRISTOPH. OLPIUS, *Germanus*, Eisenacensis, Phil. Magister, primùm Poëf. & Moralium Professor Jenensis, dein Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Römhildensis, ætatis 45. Divulgavit *Pastorii Aulicum inculpatum; Dissp. de Conscientia erronea, circa Deum, ex lumine naturæ cognoscibilem; De Potestate circa Sacram; De Anti-Christo, Hilario à S. Anastasio Carmelitæ oppositam &c.*

16. Jan. GUSTAVUS JOHANNIS, sive JANSSONIUS, *Suecus*, primùm Mathem. deinde Græcæ Linguæ, tandem Theol. Lector in Gymnasio Lincopensi, & Pastor in Slaka. Emisit *Dissertationem de Bello, ejusque jure &c.*

22. Jan. FERDINANDUS HERBENSTEIN, *Germanus*, Græcensis, Nobilis, Jesuita, Humaniorum literarum, Ethicæ, Dialect. & Theol. tam Moralis, quàm Scholasticæ, nec non juris Canonici Professor in Academ. à patria, collegiorum, Lincensis, Judenburgensis, Viennensis, & Domus ibidem Professæ Rector, ætat. 68. Societ. 48. Dedit *Conclusiones juridicas de judiciis in lib. II. Decretalium Gregorii IX.*

26. Jan. HIERON. LALLEMANT,

Gallus, Parisiensis, S. J. Human. & Philos. in patria Professor, collegiorum Blesensis & Flexiensis Rector, Missionarius postea in Americam, ætat. 80. Societ. 63. Scripsit *Relationes de Missione Canadensi ab anno 1645. ad an. 1664.*

2\. Febr. TACHO A GLINS, *Belga*, J. U. Doct. & Prof. Franekeranus, tum Acad. Rector, æt. 54. Reliquit *Tractatum de Mora*, & quædam fortassis alia.

3\. Febr. JO. A LABADIE, *Gallus*, Vasco, S. J. à qua deinceps defecit, aliquandiu, Canonicus Ambianus, pòst Ecclesiastes Tholusæ atque Pibraci, tum Carmelita, sub nomine *Johannis de Jesu Christo*, post hæc ejuratâ Religione Pontificiâ, Ecclesiastes Montalbanus, Calvinianus, hinc Exul abiit Orangium, verbi factus Minister Genevensis, mox Medioburgensis, sed ab officio remotus Ecclesiastico, peculiare vivendi genus instituit, Sectæ conditor, Donatistarum, Chiliastarum, aliorumque Fanaticorum restaurator, & privatim docere perrexit. Hinc Amstelodami & Bremæ deliria sua proposuit, bonorum introducens communionem, ætatis 63. in Westphalia. Emisit *Epistolam ad amicos in Papatu*; *Apologiam contra Pontificiorum criminationes*; *Responsionem pro Pastoribus Montalbanensibus*; *Bonum Sacræ Cœnæ usum*; *Triumphum Eucharistiæ in metro*; *Solennem Fidei declarationem*; *Compendium Christianismi*; *Sacras Decades*; *Psalmos Evangelicos*; *Conciones &c.*

18\. Febr. PETRUS LALLEMANT, *Gallus*, Remensis, Canonicus Regularis Augustinorum, Rector & demum Acad. Parisiensis Cancellarius, æt. 51. Literis consignavit *Testamentum Spirituale*; *Mortem justorum*; *Sanctorum ad moriendum desiderium.*

27\. Febr. MICHAEL SENESCHALLUS, *Belga*, Bappalmensis, S. Jes. Rhet. & Phil. Professor Duaci, dein Mathem. Lingvæ Hebr. & Theol. ibid. Professor, ac studiorum Præfectus, æt. 67. Soc. 50. Publicæ luci donavit *Nobilem Agonem S. Florentii, Martyris Perusini*: *Epistolam de vero anno & die expugnatæ Constantinopoleos à Turcis*: *Resolutionem Theol. de non fundandis Vectigalibus, quæ ab Ecclesiasticis exigebantur*: *Triadem Evangelicam, seu quæstionem triplicem de anno, mense, die Christi nati, baptizati & mortui*: Gallicè vulgavit, tacitô nomine suô, *de devotione erga B. Virginem dolorosam.*

24\. Mart. GEORGIUS CONSTANTIUS, *Bohemus*, Msenensis, S. J. Human. & Math. Professor, Scholarum Præfectus & Missionarius, æt. 66. Soc. 46. Condidit *Historiam S. Montis in Bohemia*; *Vitam Christi ex IV. Evangelistis*; *Manuale Sodalitatis Telezii*; *Fœminam stellam*; *Limam lingvæ Bohemicæ*; *Philotheam S. Francisci de Salis*; *Calendarium Patrumfamilias*; *Exercitium Christianæ perfectionis*; *De officio Laicorum in statu*

Religioso; Fructus belli contra Deum suscepti, & plura alia.

29. Mart. JOH. GERDESSEN, *Germanus*, Wolgastô-Pomeranus, Phil. Magister, primùm Theol. Professor Gryphiswaldensis, mox Pastor Wismariensis, novissimè Antistes Ecclesiæ Germanicæ Holmensis, æt. 48. minist. 17. Ejus reperitur *Talio divina, seu concio ex Matth. XVIII, 35; Salve-Holmia, ex Act. XX, 28; Salve Christianum, cùm primùm* CAROLUS XI. *Sueciæ Rex privilegiis dotatam Ecclesiam Germ. Holmensem inviseret, ex Luc. XVII. 11. sqq; Conciones funebres ex Thren. V, 15. 16. 17. in obitum R. Caroli Gustavi; ex Psalmo CXVI, 7. 8. 9; ex Hagg. II, 24; ex Sapient. III, 1; ex Psalmo XXVII, 10; ex Marco XIII, 33; ex Joh. XI, 25. 26; ex Apoc. XIV, 13; ex I. Corinth. XIII, 12; ex Ps. XXV, 17. 18; ex II. Timoth. IV, 7. 8; ex II. Reg. XIX, 3; ex Apocal. XXII, 20. &c.*

6. Apr. CABRIEL BEATUS, *Italus*, Bononiensis, S. J. literarum humaniorum, Philos. Mathes. & Theol. Professor, Parochorum Præses, collegii Græcorum Romæ Rector, Provincialis Romani Socius, & demum Operarius Domus Professæ Romanæ, æt. 66. Soc. 46. Explicavit *Usum Speculi plani, sive de Dimensionibus per Speculum planum; Quadripartitum universæ Philosophiæ compendium; Sphæram triplicem, artificialem, elementariam ac cælestem; Quæstiones morales selectiores de Lege interna & externa.*

6. Apr. LEOPOLDUS MANCINUS, *Germanus*, Bojus, Vilshoviensis, S. J. Human. Lector, Ecclesiastes, collegii Monachiensis Rector, & Electoris Bavariæ Consiliarius Ecclesiasticus, æt. 67. Soc. 51. Elucubravit *Memoriale Passionis Christi: Ideam morientium, Christum crucifixum: Passionem Christi novo-antiquam: Viridarium morale Principis Christiani: Enchiridion Aulicorum, seu methodum sacro-profanum vivendi Christianè in aulis Principum.*

8. April. BERNARDUS NEUHAUSER, *Germanus*, Monacensis, S. J. Human. & Phil. Prof. Concionator annis amplius 24. æt. 59. Soc. 43. Edidit Germanicè *de Purgatorio, ostendens ex S. Scriptura dari: De communione sub utraque specie*, hôc titulô; *Statera cælestis Panis.*

22. April. IGNATIUS GASTO PARDIES, *Gallus*, Palensis, Jesuita, Human. Phil. & Mathem. Professor, æt. 37. Confecit *Dissertationem de natura & motu Cometarum: Horologium thaumanticam duplex: Tractatum de motu locali: Elementa Geometriæ: Tract. de cognitione Brutorum animantium: Epistolam Philosoph. ad amicum Cartesii discipulum: Miracula Franc. Xaxerii, ex Italico Gallicè reddita.*

23. April. JOACHIMUS SCHELENIUS, *Germanus*, Treptaviâ-Pomeranus, Phil. Magister, Mathematum

per XIV. annos in Academia Livonorum Dorpatensi Professor, æt. 61. Revaliæ. Ab eo in lucem missa est *Rhabdologia, sive computatio per Virgulas: Rudimenta Praxis Italicæ*, h. e. *brevis manuductio ad nonnulla calculi, cum primis in Regula Trium, compendia: Cursus Mathematici pars secunda, in qua proponitur Arithmetica generalis & specialis: Ejus pars tertia, in qua proponitur Geometria: Pars quarta, in qua proponitur Geodæsia: Appendix Geometriæ, de Trigometria plana &c.*

6. Maji GUERNERUS ROLFINCKIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Med. Doctor, primùm Chirurgiæ & Botan. dein Chimiæ & Practicæ in Acad. Jenensi Professor, Ducum Sax. Archiater, Facult. suæ Senior, æt. 73. prof. 44. Posteris tradidit *Methodum cognoscendi & curandi affectus capitis particulares: Dissert. de Hepate: De Corde: Epitomen methodi cognoscendi & curandi particulares corporis affectus: Dissertationes Anatomicas ad circulationem accommodatas: Methodum cogn. & curandi Febres: Ordinem & methodum partium generationi dicatarum: Ordinem & methodum Medicinæ specialis consultatoriæ: Chimiam in artis formam redactam libris VI: De Vegetabilibus Plantis, suffruticibus, fruticibus in genere, lib. II: Non entia chimica, Mercurium Metallorum & Mineralium: Dissert. Chimicas VI. de Tartaro, Sulphure, Margaritis, Auro, Argento, Antimonio, Ferro & Cupro: Consilia Medica: Disp. de Hydrope Ascite: De Podagra: De strangulatione uteri: De Phthisi: De Pleuritide: De Aphthis: De Pyretologia in genere: De Ichore ulcerum seroso: De Melancholia & Mania: De natura Cervi: De Pollutione nocturna: De Cardialgia: De Hernia: De renum & vesicæ calculo &c.*

17. Jun. HENRICUS A DIEST, *Germanus*, Altenâ-Marchicus, Theol. Doctor, primùm Verbi Divini Minister Emricensis, deinde Theol. & Lingvæ Hebr. in Gymnasio Hardevicensi Professor, demum utriusque Prof. Daventriensis, ætat. 78. minist. 3. prof. 46. Inclaruit *Mellificio Catechetico: Theologia Biblica: Enchiridio Theologico: Instructione de ratione studii Theologici: Funda Davidis: Analysi Apocalypseos: Grammatica Hebræa, cum rudimentis Chaldaicis ac Syriacis: Concionibus Pœnitentialibus: Funebribus & Miscellaneis Dominicalibus: Passionalibus: Festalibus: Paradigmaticis: Catecheticis: Instructione de arte concionatoria: In quinque priora capita Epistolæ ad Romanos: Oratione de Animæ statu post mortem: Disputationibus variis:* Belgicè *Considerationibus Theologico-Politicis de statu Belgii Fœderati.*

27. Jun. JOH. REINBOTHUS, *Germanus*, Altenburgensis Misnicus, Phil. Magister, primùm ad D. Nicolai Pastor Flensburgensis, vicinarumque Ecclesiarum Præpositus, ac Consi-

storii Regii Director, dein Diæceseos Hatterslebiensis Præpositus, & Concionator Aulicus Regius, tum Theol. Doctor, demumque Ecclesiarum Slesvicensium & Holsat. Ducatuum Superintendens Generalis, Concionator Aulicus & Præpositus, æt. 64. Enucleavit *Disputationes Logicas: Ethicas: Commentarium in IV. priora capita Oseæ: Responsum ad XV. quæstiones, quas Vir quidam illustris ab Evangelicis exegit: Contra librum Jodoci Kedden*, qui inscribitur; *Civitas solis: Apologiam contra calumniatores suos: Concionem Inauguralem Academiæ Kiloniensis: Conciones funebres &c.*

8. Jul. LAURENTIUS JONÆ FORNELIUS, *Suecus*, Ostro-Gothus, Phil. Magister, Poës. Prof. Upsaliensis, & Pastor in Gambla Upsala. Vulgavit *Descriptionem Horologii Astronomici: Εὐχαριστικὸν in felicitatem Academiæ Upsaliensis: πανεγύρικον in inclutum ac præclarum sacræ Poëseos studium: Exegesin de antiquissima Sueonum metropoli Upsalia, carmine Elegiacô: Gustavum sago togatum*, h. e. *Regis Gustavi Adolphi res heroicas in bello ac pace gestas: Poëticam tripartitam: Somnum Adami, nuptiis Regis Caroli Gustavi & Hedwigæ Eleonoræ allegatum: Phœnicem reparabilem alitem, Inferiis Mariæ Eleonoræ R. S. destinatam &c.*

17. Jul. CHRISTIANUS GROSSE, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo,

Phil. Magister, initio Archidiaconus & Theol. Prof. ac Hebrææ Lingvæ, nec non Consistorii Assessor Stetinensis, tum Theol. Doctor, Pastor Nicolaitanus, ac demum Superintendens Generalis in Pomerania Electorali, æt. 71. minist. 40. Adornavit *Compendium Grammaticæ Hebrææ: Bucolica Davidica: Dissert. de autoritate Pontificis Romani: De dissensu Calvinianorum & Lutheranorum: Apologiam contra calumniatores: Stoam conversam, sive Epistolas: Syllogen Distinctionum Theologicarum: Evangelicam Liberorum confirmationem: Curationem Israëlis ægrotantis propheticam: Osculamini Filium, sive de vera Fide Evangelica: Vindicationem injuriarum, pro Ministerio Evangelico, contra Mich. Nathanielem Martinum, sectæ Weigelianæ propugnatorem: Socinianam fidei confessionem adversus Jac. Felbingerum: De S. Cœna: De Magia: Charitatem Virtutum maximam: Harmoniam Evangelistarum: Spem anchoram cœli: Conciones varias &c.*

2. August. GEORGIUS NEUFELD, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, in Gymnasio patrio Phil. Professor ac Bibliothecarius, æt. 48. offic. 21. Foràs dedit *Logicam Synopticam: Ætiologiæ Metaphysicæ Dispp. quinque: Dispp. IV. de Philosophiæ Practicæ natura & cultura: II. de Temperantia: II. de Amicitia: II. De Tyranno: De Specie Logica: De existentiæ Angelicæ cognitione naturali: De Ethicæ natura in genere: De Virtute morali: De*

Fortitudine: De Modestia: De Veracitate: De Imperantibus: De Principum electione: De Principum Successione & Inauguratione: De Principis virtute in genere ac in specie ad Deum relata: De Principis virtute ad se ipsum relata: De Principum Consiliariis: De Majestatis divisione: De Physicæ natura: De Pavone: De Choreis: Manipulum Theorematum Ethicorum: Decadem theorematum ex Phil. theoretica & practica desumptorum &c

3. Aug. GUILIELMUS LACÆUS, *Anglus*, Eboracensis, S. J. Human. tum Audomaropoli, tum in ipsa Anglia per 58. annos Lector, ætat. 88. Soc. 62. Scripsit Anglicè, tacitô suô nomine, *Judicium Academici de libello Guilielmi Chillingworthi: Heautomarchiam, sive pugnam Chillingworthi adversus se ipsum.*

6. Aug. PETRUS LESCALOPIERIUS, *Gallus*, Parisinus, Jesuita, Human. Rhetor. & Sacrarum literarum Professor, æt. 65. Soc. 52. Commentatus est *Humanitatem Theologicam*, *in qua, præter Ciceronis libros de natura Deorum illustratos, quicquid solô naturæ lumine de Deo percipi potuit, ex omni antiquitate in apertum profertur.*

20. Aug. LUCAS ZALUSKI, *Roxolanus*, in Palatinatu Minscensis Albæ Russiæ, S. J. in qua Humaniorum literarum, Phil & Theol. Professor, tum Missionarius, Concionator, suorum in Residentia superior, & demum Vilnæ in domo professa de-

Obiit ANNO 1673.

natus, æt. 69. Soc. 53. Publicavit, nomine sub alieno, *Tractatum de sumptione Sacræ Eucharistiæ, sub utraque specie: Compendium totius Philosophiæ: Panegyricum de Sigismundo Denhoff, S. R. Imperii Principe.*

25. Aug. JO. THEYER, *Anglus*, Brockworthiensis, Collegii Magdalenensis Oxoniæ Socius, Artium Magister, æt. 76. Dedit *Aeriomastiga, sive Apostolicæ Episcoporum institutionis vindicias, contra schismaticos hujus seculi Aerios.*

26. Aug. ADAMUS AIGENLER, *Germanus*, Tirolensis, è Societate Jesu, Mathem. & Lingvæ Hebr. Professor Ingolstadiensis, dein Missionarius ad Sinas, ætat. 40. Struxit *Fundamenta Lingvæ Sanctæ.*

17. Sept. HIERONYMUS BUECKIUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, primùm Diaconus ad D. Petri Hafniensis, postea ibidem Pastor Ecclesiæ Germanicæ primarius, æt. 43. minist. 12. Reliquit *Conciones in Psalmum XXIII. XXIV. XXV. XXVI. LXXIII. funebres &c.*

21. Sept. CÆSO GRAMMIUS, *Germanus*, Tonningâ-Holsatus, Phil. & Med. Doctor, Physiologiæ & Græcæ Lingvæ Professor Kiloniensis, æt. 33. Delineavit *Chilonium*, *novum Holsatiæ Parnassum: Examen Problematis Hippocratici, an de liquidis in fistulam spiritualem aliquid illibatur, secundum naturam? Dispp. de Anatomia Nivis: De Metamorphosi uxoris Lothi in statuam salinæ: De Synco-*

Syncope: De Sanguinis esu: De Stella Regis Judæorum: De Aquis supra cœlestibus: De Definitione temporis &c.

1. Oct. MICHAEL SCHOLBACHIUS, *Livonus*, Revaliensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Narvensis, & Consistorii Regii Assessor, deinde in fortalitio Niensi, demum Maholmensis ad S. Nicolai Pastor & Præpositus in Wiria, æt. 55. minist. 30. Publicæ luci exposuit *Concionem Eucharisticam pro Pace Suetico-Germanica, ex Psalmo XVIII, 47. seqq: Concionem funebrem in obitum conjugis M. Henrici Stahlii &c.*

6. Oct. JACOBUS ADAMUS HERRENSCHMID, *Germanus*, Zimmero-Oettingensis, primùm Diaconus Geildorffiensis, deinde Pastor Bopfingensis, demum ibidem Antistes, æt. 60. minist. 29. Typis subjecit *Quæstiones de Nativitate Christi: Conciones de Tempore: Elenchum vitiorum: Vigiliam sacram: Muriologiam ex Sapient. XII, 8: Homilias X. de fructibus Pacis: Conciones funebres: Conciones de novo Anno:* Propediem prodibit ejus *Postilla Canonica &c.*

16. Oct. ALOYSIUS SPINOLA, *Italus*, Genuensis, Nobilis, S. J. literarum amæniorum, Philos. & sacrarum literarum Professor in Collegio Romano, tum Concionator in celebrioribus Italiæ urbibus, Seminarii quoque Romani, & postea Collegii Germanici & Hungarici in Urbe Rector, Clementi IX. Pontifici à sacris Confessionibus, nec minus Consultor sacræ Congregationis Rituum, Indulgentiarum & Visitationis Apostolicæ, æt. 76. Soc. 57. Prodire jussit, suppresso tamen nomine, *Itinerarium Pietatis & Doloris per eos gradus, quos Rex dolorum suis passionibus & sanguine consecravit.*

10. Nov. FRANCISCUS POMEY, *Gallus*, Paternensis in Comitatu Venaissino, S. J. Humaniorum & Rhet. Lector, nec non Scholarum Rector, æt. 55. Soc. 37. Formavit *Pantheum Mythicum, seu fabulosam Deorum historiam: Libitinam, sive de Funeribus: Catechismum Theologicum: Florem Latinitatis: Pomarium tempestivæ Latinitatis: Candidatum Rhetorices: Indiculum Universitatis, & ferè rerum omnium, etiam Artium nomina: Colloquia Scholastica & moralia: Dictionarium Latino-Gallicum: Methodicam particularum Orationis collectionem: Methodum ad omnes Actiones ritè obeundas: Institutionem Christianam.*

16. Nov. ANDREAS RENTIUS, *Græcus*, ex insula Chio, S. J. Missionarius in Chium, ubi in Residentia Superior, postea primus in lingva Græca Pœnitentiarius ad Basilicam S. Petri Romæ, æt. 88. Soc. 57. Transtulit in Græcum sermonem *Ludovici Granatensis ducem peccatorum.*

22. Nov. JO. CORDIER, *Gallus*, Rhenensis in Campania, S. J. Human. Rhetor. Philos. & Theol. moralis Prælector, Collegiorum Catalaunensis, Divionensis, Domus proba-

probationis Nancæjanæ, & demum totius Provinciæ Campaniæ Rector, æt. 75. Soc. 54. Emisit Gallicè *Familiam Sanctam, seu de officio eorum, qui familiam componunt, tomis tribus.*

25. Dec. MICHAEL KöNIG, *Germanus*, Rabnicensis, J. U. Doctor, Consiliarius & Vice-Cancellarius Magdeburgensis, æt. 59. Reliquit *Dispp. de Contractuum præstationibus: De Nuptiis: De Quæstionibus forensibus ex processu Saxonico: De jure Retentionis &c.*

26. Dec. FRANC. RICHARD, *Lotharingus*, Mussipontanus, S. J. politiorum literarum Lector, Missionarius, ætat. 61. Societ. 42. Scripsit Græcè & Latinè *Librum de Controversiis Græcorum & Latinorum, seu clypeum Romanæ Fidei: Relationem rerum gestarum à PP. Soc. Jesu in Insula S. Irenes.*

31. Dec. CHRISTOPH. PHILIPPUS RICHTERUS, *Germanus*, Eisfeldensis Francus, J. U. Doctor, Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius Saxonicus, Decretalium Professor, Facultatis Juridicæ in Academia Jenensi Ordinarius, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessor primarius, Academ. Senior, æt. 71. prof. 36. Concinnavit *Commentarium de Significatione Adverbiorum in jure civili & canonico usitatorum: Lexicon Ethicum: Comment. ad Legem ultimam Codicis de edicto Adriani tollendo: De Transactionibus & erroribus calculi: Volumen Velitationum Academicarum: Expositionem omnium Authenticarum Codici insertarum: Centuriam variarum juris decisionum: Consilia tomis duobus: De Literatorum statu, jure atque privilegiis: Tractatum de Successione ab intestato: De Contractibus: De Pactis: De jure & privilegiis Creditorum: De Testamentis: Dispp.* suô exornavit præsidiô quàm plurimas, ex quibus *De Apostolis: De carcere & custodia rerum in causa civili & criminali: De Homicidio: De novi operis nunciatione: De Transactionibus: De Affectionibus juramenti judicialis: De Tributis: De Possessione: De Legati dotium hypotheca: De Hyperocha, seu de eo, quod amplius est in pignore: De Laudatione Auctoris: De jure & facto: De Pallio Episcopali: De Furtis: De Commodato: De desertione litis civilis: De Augustissimæ Domus Austriacæ juribus ac præeminentia: De Braxatione: De dotalitio: De Placitis Principum: De jure Nuptiarum, Venere illicita, ejusque pœnis &c.*

THEODORUS PETRÆI, *Cimber*, Flensburgensis. Ab eo habetur *Homilia Æthiopica de Nativis Jesu Christi latinô sermone donata: Prophetia Jonæ, ex Æthiopico in Latinum versa, & notis atque adagiis illustrata.*

JO. LUDOVICUS RUELIUS, *Germanus*, Roetziensis, Neomarchicus, Philos. Magister, primùm Ecclesiæ Falcobergensis prope Sedinum, deinde Löbloviensis prope Gedanum Pastor, tum Archipresbyter Strasburgicus in Prussia, pòst Theolog. Doctor,

Doctor, Antistes & Pastor apud Quedlinburgenses ad Divi Blasii Palæopolitanus, obiit demum Noribergæ. Typis excudendum dedit *Tractatum Historico-Chronologicum de IV. Conciliis Oecumenicis: Dissert. Hist. Chronol. de Conciliis Ecclesiasticis priorum seculorum: Dissertationem Philologico-Theologicam, in qua denominationes conciliorum præcipuæ: Concilia illustrata tomis II: Schediasma de Epistolis formatis: Antiquitates Diœcesinus: Concionem in auspicium novi anni: Ad preces* Νυϑεσίαν; *Religionem Gentilium circa festa.*

ANNO 1674.

3. Jan. CLAUDIUS MALTRETUS, *Gallus*, Aniciensis, S. J. Rhetor. & Theol. Prælector, collegii Mantalbanensis, & Domus Probationis Tolosæ Rector, æt. 52. Soc. 36. Vertit ex Græco in Latinum *Procopii Cæsariensis Historiarum sui temporis libros VIII: Ejusdem de Ædificiis Justiniani lib. sex: Ejusdem Historiam arcanam, cum notis.*

25. Jan. MELCHIOR SEBIZIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Med. Doctor, inque Academia patria Prof. primarius, S. Palatii Cæs. Comes, Reip. Archiater, & Capituli Thomani Præpositus, æt. 95. prof. 61 Rector Magnificus decies, Decanus trigesies, creavit 47. Notarios, 55. Doctores Medicinæ, & examinavit 163. candidatos. Cùm nonagesimum ætatis attegisset annum, visu adeò gaudebat, ut libros, minutioribus etiam typis impressos, absque perspicillo legere potuerit. Condidit *Dissertationes de Acidulis: Exercitationes Medicas LVI: Miscellanearum Quæstionum Medicarum fasciculos LIII: Dispp. de recta ratione Purgandi: Discursum Medico-Philosophicum, de casu Adolescentis cujusdã Argentoratensis mirabili: Epistolam de Serpentibus in humano corpore: Historiam mirabilem de fœmina, quæ ventrem supra modum tumidum, ultra decennium, gestavit: Galeni Artem parvam in XXX. dispp. resolutam: Ejusdem libros VI. de morborum differentiis & caussis in epitomas contractos: Collegium Therapeuticum in XXV. dispp. redactum: Prodromum examinis Vulnerum: Examen vulnerum partium similarium & dissimilarium: Galeni libros de Symptomatum caussis: De Morborum caussis: De Plethora & Cacochymia: Examen vulnerum singularum humani corporis partium: Comment. in Galeni libellos de curandi ratione per sangvinis missionem: Libros III. Galeni de naturalibus facultatibus in VIII. dispp. resolutos: Ejusdem libros de simplicium Medicamentorum facultatibus in XVI. dispp. resolutos: Manuale, sive Speculum Medicinæ practicum: Dissert. de Notis Virginitatis: Galeni methodum medendi in XIV. dispp. resolutam: De Alimentorum facultatibus lib. V: Dissert. de divino, quod Hippocrates in morbis*

bis considerandum præcepit: Dispp. *VI. de Variolis & Morbillis: III. de Respiratione: IV. de Dentibus: II. de Pilis: II. de tempore Morborum: II. de Diebus Criticis: II. de Crisibus: III. de Urinis: De naturalibus facultatibus: De Senectute & Senum statu ac conditione: De Morbis contagiosis & Contagio: De calculo Renum: De Fame & Siti: De Dolore: De Sudore: De Rigore, horrore: De Hæmorrhoidibus: De Marasmo: De Singultu: De Palpitatione cordis: De Stranguria: De Ulceribus: De Concoctione alimentorum: De morbis novis: De Ictero: De colica passione: De Asthmate & orthopnæa: De Ophthalmia: De constipulatione alvi: De Ulceribus: De variis Medicinæ artis curationis problematibus: De Conditura, seu balsamatione cadaverum humanorum &c. Appendicem Chronologicam Professorum Academiæ Argentoratensis.*

3. Febr. CHRISTIANUS WOLDENBERGIUS, *Germanus*, Crempâ-Holsatus, Phil. & J. U. Doctor, primùm juris extraordinarius & Græcæ lingvæ ordin. deinde Decretal. Professor Rostochiensis, Comes Palatinus Cæsareus, & Consistorii Ducalis Assessor, æt. 53. prof. 18. In lucem misit *Orationem inauguralem, de usu Græcæ lingvæ, in omnibus Scientiis; Collegium theticum super Institutiones Juris: Orationem de laudibus* Φιλαυτίας: *Tractatum de Numeris utriusque juris civilis & canonici; Subsidium juris, seu indicem Interpretum & commentatorum antiquorum & recentium super libros Institutionum: Indices tres Auctorum & tractatuum universi juris: Orat. de origine, progressu & usu corporis Canonici: Principia juris Romani, i. e. Leges Draconis & Solonis, Leges Romuli & XII. Tabularum: Micarum juris manipulos III; Orat. de vita & honestate clericorum; Axiomata juris universi: De origine Consistoriorum; Compendium ex integro tractatu Matth. Coleri de Processibus executivis: Dispp. de injuriis & famosis libellis; De novo Anno, seu oblatione votorum; De beatitudine civili; De Majuma; De Censore rerum publicarum; De acquirendo rerum dominio; De Legatis & Legationibus &c.*

22. Febr. JO. CAPELLANUS, *Gallus*, Parisiensis, Christianissimi Regis Consiliarius, & Academiæ Francicæ collega, ætat. 79. Composuit *Mare Rabbinicum infidum; Poema*, quod *Aurelianensem puellam* inscripsit; *Paraphrasin super Miserere*, & quædam alia.

25. Febr. HERMANNUS LEMBKEN, *Germanus*, Rostochiensis, primùm Senatus Academici Secretarius, deinde J. U. Doctor, ejusdemque Prof. nec non Reip. patriæ Syndicus, demum Facult. juridicæ Senior, æt. 64. prof. 30. Vulgavit *Dispp. aliquot de Servitutibus tam realibus, quam personalibus; De Intercessione Feminarum &c.*

28. Febr. ANGELUS GALLUCIUS,

Italus,

Italus, Maceratensis, S. J. in Collegio Romano XXIV. annos Professor, æt. 81. Soc. 68. Typis exscribendum dedit *Tractatum de Bello Belgico ab anno* 1593. *ad Inducias pactas an.* 1609. *tom. II: Orationes varias.*

1. Mart. CHRISTOPH. FRIDERICH, *Germanus*, J. U. Licentiatus, Reip. Vratislaviensi per XXX. annos à Secretis. Formavit *Processum juridicum: Disp. de Legatorum Sanctitate &c.*

4. Mart. SEBASTIANUS ALISCHER, *Germanus*, Silesius, Boleslaviensis, Poëta Laur. Cæsareus, primùm ad S. Petri & Pauli Ecclesiastes, dein Superintendens Lignicensis, æt. 72. minist. 43. Scripsit *Sermones Exequiales*, qui extant *in thesauro orationum funebrium in Silesia habitarum Part. I. p.* 138. 149. 155. 166. 175. 187. 200. *&* 207. Fortè etiam nonnulla alia.

7. Mart. HENRICUS LEMCHEN, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, Pastor Bergensis in Norwegia, æt. 73. minist. 35. Paravit *Vindicationem Librorum Apocryphorum V. ac N. Testamenti; Antidotum Melancholiæ; Delineationem aliquot vitiorum viginti homiliis explicatorum; Vindicationem incarnati, veri, Messiæ promissi; Scholam Papistarum reformatam &c.*

11. Mart. JOH. MICHAELIS, *Germanus*, Stralsundensis Pomeranus, Phil. Magister, & Eloq. Professor in Academia Gryphiswaldensi, deinde Theol. Doctor, ejusque ibidem Prof.

Regii per Pomeraniam Consistorii Assessor, & ad D. Jacobi Pastor, æt. 62. prof. 30. Concinnavit *Orationem in obitum Matthiæ Stephani JCti; Orat. in funere Bogislai XIV. Pomeraniæ Principis; Portam triumphalem Regi Carolo Gustavo erectam; Vindicias divinitatis Christi, contra Danielem Zwickerum; Orat. funebrem in obitum Mævii Volschovii, Theologi; Dispp. de Anima; De Coronis; De voce Selah; De induratione cordis; De loco Esaiæ IX, 5. 6. contra Rabbinos; Analysin dicti Genes. XLIX, 10; De Peccato in Spiritum Sanctum: De mysterio SS. Trinitatis, è Solius V. T. libris demonstrabili: De vera reali ac substantiali corporis ac sanguinis Christi in cæna præsentia: De Resistentia aliena: De Peccati originis robore ad damnandum: In Psalmum XLV. Hebraicè præsidendo &c.*

17. Mart. THOMAS ÆGERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Licentiatus, inque patria Archidiaconus Thomanus, æt. 46. Ejus superest *Par primum Orationum sacrarum I. Præsepe Bethlehemiticum veræ sapientiæ receptaculum. II. Natalis Christi Servatoris excellentissimus: Par alterum I. Christus, Sol justitiæ, ex mortuis ortus. II. Christus Scopus vitæ unicus: Oratio parentalis in obitum D. Jo. Georgii Dorschei: Comment. de Probabilitate, novo Moralistarum ac Jesuitarum dogmate: Decretum Parlamenti Parisiensis circa Autoritatem Papæ: Dispp. de ortu & progressu*

cultus Reliquiarum: De lætitia & tristitia: De Passagiis; De Lotionibus Rom. veterum: Oratio de secessu veterum: Acclamatio ad Electorem Saxoniæ: Meditationes Passionales.

21. Mart, MAXIMILIANUS HABERSACK, *Germanus*, Franco-Herbipolensis, S. J. Human. Philos. Math. & Lingvæ Hebrææ Professor, nec non Ecclesiastes, æt. 35. Soc. 19. Edidit Germanicè, haud appositô nomine suô, *Refutationem Motivorum Andreæ Wigandi.*

6. April. LUDOV. FIEDLERUS, *Germanus*, Arnstadiensis, Thuringus, Phil. Magister, ad D. Martini Pastor primarius Halberstadiensis, Consistorialis & Scholarcha, ætatis 68. Scripsit, sub titulo, *de Requie Animarum. Conciones aliquot funebres*, &, quæ me latent, fortè alia.

7. April. ANDOCHIUS MOREL, *Gallus*, Divionensis, S. J. Politiorum literarum, Phil. & Theol. Scholast. Lector, Ecclesiastes, Collegii Aquensis & Lugdunensis Domus S. Josephi Rector, æt. 75. Soc. 58. Formavit Gallicè *Imaginem Nobilitatis Christianæ: Epistolam de anno seculari Societatis Jesu: Responsum ad literas adversus doctrinam Jesuitarum: Tractatum historicum de falsò imposita sanctis PP. ratione docendi fideles tam in fide, quàm in moribus*, alienô nomine.

21. April. JOH. PHILIPPI, *Germanus*, Lignicensis Silesius, J. U. Doctor, primùm Synedrii Ecclesiastici, mox Curiæ supremæ Advocatus, tum Reip. Lipsiensis Senator, curiæ Provincialis in Inferiori Lusitania Assessor, ad hæc Scabinus, Comes Palat. Cæsareus, demum Pro-Consul Lipsiensis, æt. 67. Confecit *Usum Practicum Institutionum Justinianearum: Tractatum de subhastationibus: Observationes ex decisionibus Elect. Saxonicis: Considerationes juridicas in Processum judiciarium Saxonicum: Dispp. de Obligationibus: De Carceribus: De Curatione bonorum: De eo, quod interest: De Legitimatione: De Injuriis &c.*

26. April. JOH. CHRISTOPHORUS STORKAU, *Germanus*, Blanckenburgensis, primùm Scholæ Osterodensis Con-Rector, deinde Scholæ Lambertinæ Rector Hildesiensis, demum ibidem ad S. Annæ Pastor, æt. 37. offic. 10. In juventutis commodum, tractatus aliquot emisit, quorum hi sunt tituli; *Latinitatis scopuli: Paræmiæ Græcæ, Latinæ & Germanicæ: Particularum usus: Romanæ dictionis flosculi: Syntaxis Græca: Excerpendi methodus.*

29. April. JOH. FRENTZELIUS, *Germanus*, Poëta Laur. Cæsareus, Phil. Magister Vicarius Magdeburgensis & Canonicus Cizensis. Vulgavit *Carmina varia, Latina & Germanica.*

29. April. JOH. ANDREAS BOSIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Philos. Magister, Histor. Professor Jenensis, æt. 47. prof. 18. Ab eleganti ejus habemus ingenio *Schediasma de comparanda*

randa notitia Scriptorum Ecclesiasticorum: Notas & glossarium de ortu, educatione & studiis Julii Agricolæ: Dissertationes & Judicia Doctorum hominum de significatione Cometarum; In Cornelium Nepotem Annotationes: Exercitationem Philol. ad II. Timoth. II, 22: Introductionem generalem in notitiam Rerump. orbis universi: Dissertationes Isagogicas de comparanda Prudentia, juxta & Eloquentia civili, deque libris & Scriptoribus ad eam rem maximè aptis: Dispp. de Coronarum gestatione: De Maris reciproca æstuatione, & de Nausea: De æstu marino, ejusque nominibus tam antiquis, quàm recentioribus: De Imperio Turcico: De Ara Ignoti Dei: De Sono: De juvenilibus concupiscentiis: De Clinicis Ecclesiæ veterum: De Periocha Fl. Josephi de Jesu Christo: De Ostracismo: De Pontifice Maximo Romæ veteris: De Pontificatu max. Imperatorum Romanorum: De inventa Cruce Dominica narrationes veterum: De Veterum adoratione: Characteres beatæ Reip. è proœmio, vitæ Agricolæ à Tacito scriptæ &c.

18. Maji AUGUSTINUS STRAUCHIUS, *Germanus*, Dôliciensis, J. U. Doctor, ejusque Prof. Wittenbergensis, Facult. Juridicæ, Ordinarius, curiæ Provincialis & Consistorii Assessor, tum Comes Palat. Cæsareus, Electorum Saxoniæ Consiliarius intimus, & per annos XX. ad varia S. R. Imp. Comitia Legatus, ætat. 62. Dedit *Dispp. de Commerciorum navalium jure singulari: De Consistorii Ecclesiastici juribus: De Locatione & Conductione: De Germanorum Principum jure: De Præventione: Collegium juridicum Successionum ab intestato, VII. disputationibus propositum: De Majestate, legibus & armis instruenda: De Religione, & circa eam summi Magistratus jure & autoritate &c.*

30. Maji JO. THURIANUS, *Gallus*, Dionatensis, S. J. Human. Lector & Ecclesiastes, æt. 74. Soc. 56. Composuit *Hominem viatorem, qui à terra ad cœlum contendit.*

4. Jun. JO. HELWIGUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. & Med. Doctor, in patria, & pòst Ratisbonæ Archiater, ætat. 65. Ejus reperitur Ἀλφάβητον ἰατρικόν, h. e. *brevis totius Medicinæ Hippocraticæ in paucas tabellas redacta delineatio: Observationes Physico-Medicæ posthumæ.*

12. Jun. CHRISTOPH. MOLITOR, *Germanus*, Norimbergensis, Philos. Magister, Lingvæ Orientalium & Eloq. Professor Altorphinus, æt. 47. Paravit *Orationem panegyricam in excessum Jo. Mich. Dilherri, Theologi &c.*

13. Jun. ANDREAS WIGANDUS, *Germanus*, Fuldensis, Theol. Licentiatus, primùm Soc. Jesu, Poës. Rhetor. & Mathem. demum quoque Theol. Professor tam Molsheimensis, quàm Erfurtensis, hujusque Academici Consilii secreti Assessor, deinde è castris Pontificiorum ad Lutheranos transiens, Consistorii Ducalis Saxo-Jenensis Assessor, æt. 68. Stru-

xit *Concionem Revocatoriam*, *in qua causas sui à Papatu discessus exponit*, *Apologiam contra Jesuitarum Moguntinorum calumnias*, & *Dn. Ernesti*, *Landgravii Hassiæ epistolam*, *ad L. B. de Boineburg perscriptam* &c.

4. Jul. ADRIANUS POIRTRES, *Belga*, Oostervicanus, S. J. Human. Lector, & annis amplius XXX. Concionator, æt. 68. Soc. 49. Prodire fecit, sed sine nomine, *Carmen de victoria Principis Cardinalis Ferdinandi* & *Batavorum clade ad Calleam*: *De victoria Principis Thomæ Sabaudi* & *Comitis Piccolaminei in Morinis*: Flandricè *Typum mundi*: *Larvam mundi*: *Cor Deo Sacrum*: *Columbam in caverna Materiæ*: *Suffragia Sanctorum* &c.

16. Jul. ERNESTUS CREGEL, *Germanus*, Ulzâ-Luneburgensis, J. U. Doctor, Codicis Feudorumque in Acad. Altorphina Professor, & Reip. Norimb. Consiliarius, æt. 46. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Dispensatione Pœnarum*: *De Justitia* & *Jure*: *De Lege Regia Romanorum*: *De Juris Retorsione*: *De Jurisdictione forestali*: *De Insulis* & *Lipsanis Imperii*: *De differentiis juris civilis* & *municipalis* &c.

30. Jul. ENOCHUS SCHWANTENIUS, *Germanus*, Güstroviensis, Megapolitanus, Phil. Magister, primùm ad D. Jacobi Diaconus, pòst Archidiaconus, tum Theol. Doctor, ejusque Prof. Rostochiensis, æt. 56. minist. 28. Publicavit *Collegium super Augustana Confessione privato-publicum*: *Dispp. Heptalogicas*, *exhibentes aphorismos ex verbis Christi*, *in ara crucis prolatis*, *ceu indices LL. inde pullulantium* ἀπολύτρωσιν *Jesu Christi* &c.

16. Sept. JOH. BOTSACCUS, *Germanus*, Hervordiâ-Westphalus, Theol. Doctor, Gymnasii Gedanensis Rector, Theol. & Lingvæ Hebr. Professor, nec non ad SS. Trinit. Ædem Pastor, deinde summi Templi Antistes ac Ministerii Senior, tandem emeritus, æt. 74. offic. 41. Publici juris fecit, in commodum Ecclesiæ, *Tractatum de Autoritate S. Scripturæ*: *Promptuarium Allegoricum*: *De Ecclesia Romano-Papistica non Sancta*: *Contradictiones Pontificias*: *Breviarium S. Theologiæ*: *Anteambulonem epistolicum*: *Gymnasium Christologicum*: *Reformatum Pseudo-Augustanum*: *Anti-Crellium*: *Falsam sodalitatem Calvinianorum*: *De Reformatis August. Confessionis non sociis*, *adversus Jo. Crocium*: *Moralia Gedanensia*: *Resp. apologeticas ad scriptum H. Nicolai exaratas*: *Patrologiam*, *sive de libertate veterum doctorum scripta judicandi*: *Discussionem Loci Paulini Phil. II, 5. 6*: *Introductionem* & *Artem tractandi divinos sermones*: *Dispp. plurimas*: Germanicè *Anchoram precum*: *Prooemium Jubilæum*: *Anti-Stegmannum*: *Fundamentum veritatis Catholicæ D. Eliæ Schilleri dirutum*: *De S. Cœna*: *De fugienda doctrina Arrianorum*: *LX. meditationes de Verbo Patientiæ*: *Anti-Fontanum*: *Anabaptismum reproba-*

tum: De natura Christi confessorum, ex I. Petr. III, 16: Aurum veritatis ac Pacis Lutheranorum: Resp. ad tres quæstiones de S. Scriptura: Fundamentum Religionis Evangelicæ, contra Jod. Keddium: Viatorium Anti-Syncretisticum: Apologiam hujus contra D.C.G: Explicationem Catechismi: Demonstrationem invariatæ August. Confessionis socios non esse hæreticos &c.

18. Sept. GABRIEL COSSARTIUS, *Gallus*, Pontisarensis, Rothomagensis, S.J. Human. & Rhet. Professor Parisiensis, æt. 51. Soc. 40. Prelo subjecit *Panegyricos duos Ludovico XIV. Regi dictos: Gratiarum actionem Amando Borbonio Principi de conty: Orationes II. adversus novitatem doctrinæ, & Satyram Francisci Dumonstrier: Carmina varia.* E Græco vertit in Latinum *Parthenii Patriarchæ Constantinopolitani decretum synodale super Calvinianis dogmatibus:* Collatô etiam cum Philippo Labbe studiô, *SS. Concilia, ad regiam editionem exacta, & parte IV. auctiora, tomis XVII.*

23. Sept. ABRAHAMUS BATTUS, *Germanus*, Gryphiswaldensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm Log. & Metaph. in Academia patria Prof. dein Theolog. Doctor, ejusdemque Prof. & Pastor Jacobæus, demum Generalis Pomeraniæ Rugiæque Superintendens, Consistorii ibidem Regii Præses, æt. 68. prof. 42. Exaravit *Dispp. Logicas: Orationem contra Photinianos & Socinianos: Analysin Logicam Epistolæ D. Pauli ad Romanos: Dispp. III. de Troporum in SS. Theologia abusu: De Deo: De inferno: De omnipotentia Dei in creaturis: De propriorum communicatione: De Passionali Messiæ castigatione, ex II. Sam. VII, 12. sqq. &c.*

24. Sept. SIMON LÖFFLERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Licentiatus, inque patria ad D. Thomæ Archidiaconus, ætat. 47. Scripsit *Orationem metricam de effusione Spiritus Sancti visibili: Dispp. aliquot & Conciones funebres &c.*

27. Sept. ROBERTUS ARNAULD, Dominus D' ANDILLI, *Gallus*, Parisiensis, Eques, degens primùm in Aula Regia, deinde in Abbatia Port-Royal des Champs, æt. 86. Condidit *Historiam Ecclesiasticam tomis VIII.*

9. Oct. MICHAEL FRID. LEDERERUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor, ejusque in Acad. patria Professor, æt. 35. Emisit *Dispp. de origine & privilegiis Electorum: De justitia belli privati: De Pacto ἀντιχρήσεως: De Evictionibus: De jure Feriarum: De Monopoliis: De jure quinquennali: De ἀντιλοιδορίᾳ: De jure cursuum publicorum: De jure peculiorum Filiorum familias: De Laudis: De jure bestiali: De jure Assecurationis: De Contractibus innominatis &c.*

25. Oct. JOH. BONA, *Sabaudus*, Pedemontanus, S. R. E. titulo S. Bernhardi ad Thermas Cardinalis,

Presbyter, ex ordine Cisterciensi, æt. 66. Cùm Clemens X. Summus Pontifex Romæ esset mortuus, fuére, qui putârunt, Cardinalem Jo. Bonam ejus eligendum esse successorem. Hinc tale tum circumferebatur *Epigramma:*

Grammaticæ leges plerumque Ecclesia spernit,
Fortè erit, ut liceat dicere Papa bona.
Vana Solæcisci ne te conturbet imago:
Esset Papa bonus, si Bona Papa foret.

Elaboravit *Librum de discretione Spirituum: Opus rerum Liturgicarum veteris Ecclesiæ: Manuductionem ad cœlum: Horologium asceticum, sive exercitia Sacra ad singulas actiones cum fructu obeundi: Opus de Psalmodia divina vel cantu Ecclesiastico &c.*

29. Oct. JO. FERRIER, *Gallus*, Ruthenensis, S. J. Human. Philos. & Theol. Professor, Collegii Tolosani Rector, demum Regis Christianissimi Ludovici XIV. Confessarius, æt. 60. Soc. 42. Edidit Latinè *Responsionem ad objectiones Vincentianas, sive argumenta, quibus Vincentius Baronius scientiam mediam impugnat: Theologiæ tomum I. de Deo uno, juxta Augustini & Thomæ principia:* Gallicè *Sententias insigniorum Casistarum, super Probabilitate opinionum in re morali: Jansenismum damnatum, seu Refutationem libelli, in quo contendunt Jansenistæ, Propositiones Jansenii non esse damnatas eô sensu, quô ab illis defenduntur*, nomine suppresso: *Ad-*

monitionem ad Arnaldum super epistola ab eo edita contra Sacerdotem, qui Jansenistis adhærentem absolvere in confessione noluit: Resp. ad alteram epistolam Arnaldi: De Immortalitate Animæ & vera Fortitudine: De Christi pulchritudine: Relationem eorum, quæ gesta sunt in negotio Jansenistarum anno 1663: Submissionem apparentem Jansenistarum ad decisionem Ecclesiæ: Refutationem libelli publicati à discipulis Jansenistarum, contra librum de Submissione apparenti Jansenistarum.

9. Nov. CASIMIRUS WIIUK KOIALOWICZ, *Lithuanus*, S. J. Poës. Rhet. Phil. & Theol. Scholasticæ Professor, Ecclesiastes, Collegii Vilnensis Rector, studiorum præfectus, & Academiæ Procancellarius, æt. 57. Soc. 40. Struxit *Institutiones Rhetoricas: Panegyricos Heroum varios in unum volumen collectos: Modos LX. Sacræ Orationis variæ formandæ: Panegyricum de Ladislao Wolowicz, Palatino Vitepscensi.* Polonicè scripsit *Panegyricos & conciones plures.*

18. Nov. CAROLUS LALLEMANT, *Gallus*, Parisiensis, è S. Jesu, Humaniorum literarum & Philos. Lector, pòst Missionarius ad Americanos, inde Collegiorum Rothomagensis, Flexiensis, Parisiensis, nec non Domus Professæ Rector, æt. 87. Soc. 67. Exaravit Gallicè *Discursus diversos de vita abscondita Christi Jesu in Sacra Eucharistia: Exercitia Spiritualia, juxta methodum S. Ignatii.*

12. Dec. JO. OTTO TABOR, *Germanus*,

manus, Budisſinâ-Luſatus, J. U. Doctor, ejusdemque primùm Argentoratenſis, dein Gieſſenſis primarius Profeſſor, & Academiæ hujus Cancellarius, æt. 70. Famam magni nominis ſibi comparavit variis ingenii ſui monumentis, ex quibus ſunt *Filum Ariadneum, per ſingulos & Labyrintho ſimillimos Pandectarum juris anfractus, planiorem viam commonſtrans: Commentarius ad Tit. Codicis de Metatis & Epidemeticis: Armamentarium Juſtinianeum, ſeu de univerſo Armorum jure: De altero tanto uſurario: Commentatio Synoptica de contractu & jure Colonario Provinciali: Racemationes Criminalium Definitionum: De Debitorum per calamitates bellicas ad incitas redactorum præſidiis: Partitiones elementares: De executione rei judicatæ: De jure Feudali: De Tortura & indiciis Delictorum: Ichnographia jurisprudentiæ in Inſtitutiones: Trifolium, exhibens ſchema jurisprudentiæ: De Jure Socidæ, ſuffragio & obligatione Succeſſorum in officiis: De Subſtitutionibus: De Teſtamento Principi aut Comiti oblato: Diſpp. V. de Confrontatione: Collatio juris divini Judæorum cùm jure civili Romanorum: De clauſula Codicillari: De jure cereviſiario: De non-appellando Brunſvicenſium Ducum: De Admodiatione: De Conatu: De Dotalitio: De jure Haſtæ: De Crimine læſæ Majeſtatis: De jure Obſtagii: De crimine Repetundarum: De Poteſtate Patria: De Depoſito: De Culpa: De Regimine imperantium: De ſervis hominibus propriis & famulis: De L. Aquilia: De patrocinio Pupillorum & Minorum: De Aphopliſmo ſeu Exarmatione &c.*

16. Decembr. PAULUS CORDES, *Germanus*, Hamburgenſis, Philoſ. Magiſter, Paſtor Auguſtanæ Confesſionis Amſtelodamenſis, ætatis 61. Formavit Belgicè *Sholam Catechiſmi: Vocem ex Septentrione Matth. XXV. tribus homiliis explicatam.*

20. Dec. PETRUS MUSÆUS, *Germanus*, Longopratô-Thuringus, Th. Doctor, ejusdemque in Academiis Rintelenſi, Helmſtadienſi & Kilonienſi Profeſſor, hujusque Pro-Cancellarius, æt. 54. prof. 27. Inclaruit ex *Inſtitutionibus Metaphyſicis: Oratione contra Atheos:* Παιδεία *ſeu Introductione in Theologiam: Tractatu de Perſona Chriſti: Tract. de Lege Civili: Diſputationibus in univerſam Theologiam: Oratione in Inauguratione Academiæ Kilonienſis recitata, cùm primus Pro-Rector crearetur: Diſſertatione, quâ nova Edoardi Herberti, Baronis Angli, methodus de inveſtiganda veritate examinatur: Libro de fugiendo Syncretiſmo: De æterna Beatitudine, & huic oppoſita Damnatione, ut & morte & reſurrectione: Diſpp.* Sigillatim emiſſis, *de Principe, legibus ſoluto: De Scriptura Sacra: De fide juſtificante: De officio Chriſti mediatorio: De natura & conſtitutione Theologiæ: De primo Homine: De jure naturæ: De Juſtia: De Baptiſmo: De Perſona Chriſti: De capite Eccleſiæ:*

De

De Regeneratione: De Exorcismo: De Loco Pauli Rom. V, 12. &c.

HERM. GLASERUS, *Belga*, Woerdano-Batavus, Phil. Magister, Pastor primùm Husanus, deinde Leydensis, ac demum Hagiensis August. Confessioni addictus, æt. 68. minist. 37. Paravit *Analysin definitivam Locorum Theologicorum: Catechismum Theoretico-Practicum: Concionem Inauguralem: In Psalmos Pœnitentiales Conc. IX.*

ANDREAS REYHERUS, *Germanus*, Suhlanus, Phil. Mag. primùm Scholæ Schleusingensis, deinde Luneburgensis, & demum Gymnasii Gothani per 32. annos Rector. Typis excudendum dedit *Compendium Adverbiorum, pro manuductione Poëtica: Margaritæ Philologicæ Grammaticam generalem trium Lingvarum, Latinæ, Græcæ & Hebrææ harmonicam: Margaritæ Philologicæ Grammaticam exemplarem Latinam: Margaritam Philosophicam in annulo: Grammaticam specialem Latinam: Dialogorum methodicorum fasciculum Scholasticum: Indicem in Corn. Nepotem: In Q. Curtium: Florilegium epistolicum: Synopsin Grammaticæ Græcæ: Puerilia Græcè legendi rudimenta: Tabellas in universum Logicæ systema introductorias: Theatrum Romano-Teutonicum*, h. e. *Lexicon Latino-Germanicum: Systema Logicum: Cheiragogum Oratorium, sive Rhetoricam Practicam: Vocabularium seu Lexicon Grammat. Græco-Latinum, & Latino-Græcum: Regulas Sermones Latini elegantioris generales &c.*

FRIDERICUS HOFMANNUS, *Germanus*, Silesius, Gymnasii Elbingensis Con-Rector, in Collegio Florilego dictus *Cleander.* Condidit *Centurias sex Lusuum Epigrammaticorum: Orationem in Calendas Januarias &c.*

ISBRANDUS DE DIEMERBROECK, *Belga*, Montfurto-Trajectinus, Med. Doctor & Prof. Ultrajectinus. Ejus supersunt *Libri IV. de Peste: Dispp. Practicarum pars 1. & 2. de morbis capitis & thoraci: Anatome corporis humani.*

MICHAEL RAGERUS, *Germanus*, Sultzbacensis, primùm Concionator Aulicus Delmenhorstanus, deinde ad SS. Cosmæ & Damiani Pastor Stadensis, demum Superintendens Verdensis, æt. 67. Minist. 35. Prelo subjecit *Exegesin in epist. Pauli ad Romanos: in epistolam ad Galatas: in epistolam ad Ephesios: ad Colossenses: ad Philippenses: in utramque ad Thessalonicenses.*

GILBERTUS MAGUINUS, *Gallus*, Reliquit *Refutationem fabulæ Prædestinationis.*

ANNO 1675.

1. Jan. IGNATIUS BOMPLANUS, *Italus*, Anconitanus, S. J. Rhetor. Professor Romanus, ut & Lingvæ Hebrææ, æt. 62. Soc. 47. Typis commi-

commisit *Elogia Sacra & Moralia: Historiam Pontificatus Gregorii XIII: Prolusiones Rhetoricas & Orationes: Modos varios & eleganter loquendi Latinè: Enchiridion Rhetoricum: Subsidium Orationis Latinæ: Historiam Christianarum rerum, ab ortu Christi: Orationes funebres: Fodinam Paradisi, seu affectus sacros de Deo & Attributis suis*, Italicè, & tacitô nomine.

8. Jan. GEORGIUS ROSENKRANTZIUS. *Danus*, Nobilis, in prædio Rosenholm natus, Academiæ Soranæ Præses, ætatis 68. Exaravit *Meditationes in Natalem Jesu: Pii vitam piam: Praxin Testamenti ἀναμνήσεως: Meditationes pias in mortem & passionem Jesu.*

24. Jan. CAROLUS SCHÆFFERUS, *Germanus*, Med. Doctor & Physicus Halensis. Foràs misit *Delicias Botanicas Halenses, seu catalogum Plantarum Indigenarum Halæ Saxonum.*

29. Jan. FRANC. MARIA BRANCATIUS, *Italus*, Neapolitanus, S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Viterbiensis. Fuit quidem anno 1670. in locum Clementis IX. electus Papa Romanus; sed ab Hispanis rejectus. Composuit *Diatribam de usu Chocolatis.*

1. Febr. JO. WEYER, *Belga*, Mechliniensis, è Soc. Jesu, Rhetor. Ethic. Philos. & Theol. Professor, Concionator Latinus, & rerum spiritualium Præfectus, æt. 78. Soc. 58. Struxit *Fontem vitæ: Theophilum, seu Spiritum renovantem: Theophilum se renovantem: Viam excellentiorem charitatis, ejusdemque exercitium actuale: Affectus pios, pro impetranda bona morte.*

5. Febr. JOH. HENRICUS GLASERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Phil. & Med. Doctor, in Academia patria Anat. & Botan. Professor, æt. 46. Paravit *Panegyricam dissertationem de similitudine & differentia, quæ proli cum parentibus intercedit, & quonam à principio illa dependeat: Disp. Inaug. de Rheumatismo: Orat. in obitum Hieronymi Bauhini: Tractatum posthumum de Cerebro.*

10. Febr. HENRICUS MARTINIUS, *Prussus*, Dantiscanus, Med. Doctor, Ducis Brigensis in Silesia Archiater. Ab eo habetur *Anatomia Urinæ Galeno-Spagyrica: Ars pronunciandi ex urinis, tam rationalis, quàm mechanica.*

11. Febr. LUCAS GERNLERUS, *Helvetius*, Basiliensis, Theol. Doct. ejusdemque in patria Professor, & Antistes, æt. 49. Condidit cum Jo. Buxtorffio & Jo. Rudolpho Wetstenio, *Syllabum Controversiarum Religionis, quæ Ecclesiis orthodoxis cum adversariis intercedit.* Solus edidit *Dissert. de Academiæ Basiliensis origine & progressu: Conciones XXX. in I. Sam. XXIV: Conc. CVII. funebres aliasque.*

12. Febr. STEPHANUS PETIOT, *Gallus*, Lemovicensis, S. J. Eloqu. Lingvæ Hebr. & Theol. Professor, nec non 20. amplius annis Ecclesiastes, æt. 73. Soc. 56. Prodire fecit

Panegyricum Burdegalæ dictum Ludovico XIII. Regi Galliæ, post debellatos in Gallia sectarios: Paneg. in nato Delphino: Orationes II. funebres.

24. Febr. ANDREAS ARZET, *Germanus*, Constantiensis, S. J. Rhet. & Mathem. Lector, ut & Theologiæ, tum Missionarius, æt 71. Soc. 55. Formavit opusculum hâc inscriptione: *Clavis Mathematica, ex Euclidis VI. prioribus elementorum libris.*

28. Febr. MATTHIAS TABBERTUS, *Germanus*, Wolgastô-Pomeranus, Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. Gryphiswaldensi Professor, Pastor ad D. Mariæ, Regii Consistorii Præses, & Generalis per citeriorem Pomeraniam ac Rugiam Superintendens, æt. 49. minist. 23. Delineavit *Constantinum Imp. Magnum cum Alexandro Episcopo M. per Confessionem Augustanam redivivum, & à monstrositate Papistica vindicatum: Religiosis Aug. Conf. demonstrationem, cum confutatione Jacobi Masenii: Homiliam de fide & homagio Gryphiswaldensium, ex II. Sam. V, 1. 2. 3: Conc. de bono Pastore, & pio Auditore, ex I. Thessal. V, 12. 13: Dissp. de principiis Romanensium autoritativis, Primatu Pontificis Rom. & Traditionibus non scriptis, nec non de eorundem principio quæstuoso, Purgatorio: De communicatione naturarum & idiomatum: De vera Sophia amplectenda,* i. e. *de necessario & utili in Religionis Lutheranæ veritate perseverandi studio, ex II. Timoth. III, 13. 14. 15: De Acceptilatione: De Concilii Ephesi historia, decreto & annexis: De æterna æterni Filii ab æterno patre generatione: De Sacramentali corporis & sanguinis Christi cum pane & vino in S. Cœna unione: De tentatore Satana: De meriti bonorum operum in ordine ad vitam æternam falsò à Pontificiis jactata antiquitate &c.*

9. Mart. GERHARDUS GRAVE, *Germanus*, Osnabrugo-Westphalus, Theol. Doctor, Templi Cathedralis Pastor & Theol. Lector secundus Hamburgi, Consistorii item Svecici, quod Stadæ est, Assessor, ætat. 77. Ejus habentur *Tabulæ Apocalypticæ: Theologia methodica: Pentas Quæstionum Theologico-Historicarum: Explicatio Psalmi LXVIII: Conciones in Apocalypsin Johannis &c.*

10. Mart. JOH. CONRADUS SCHRAGMüLLERUS, *Germanus*, Grünstadio-Leiningensis, Phil. Magister, primùm Rector & Pastor Henningensis, pòst Phys. Prof. Marpurgensis, tum Theol. Doctor, hujusque ibidem extraord. Professor, demum Ecclesiæ Spirensis Antistes, Consistorii Assessor & Gymnasii Inspector, æt. 70. prof. 7. minist. 35. Typis subjecit *Eclogarum Physicarum Prodromum: Contradictionum apparentium Physicarum partem generalem: Tractatum Stœcheologicum, sive de Elementis: Manuale Catholicum: Ranas Jesuitarum loquaces: Probationem, quod Maria in Papatu Christo præfe-ratur: Weigelium redivivum, dede-*

Ctum

ctum & evictum, contra Christ. Rosælium: Rosælium Heautontimorumenon Anti-Kircherum, sive responsum ad XV. quæstiones Joh. Kircheri: Sermonem apologeticum de certitudine salutis: Conciones varias de Tempestatibus, Terræ motu &c. Christianismum Dulceamarum: Disp. Philosophicas: Conciones funebres, & quæ sunt alia.

21. Mart. FRIDERICUS HOFFMANNUS, *Germanus*, Med. Doctor, Archiepiscopi Magdeburgensis Archiater, & Physicus Halensis. Publicæ luci donavit *Opus de methodo medendi, juxta seriem Wallæjanam; Appendicem de modo insultum Apoplecticum curandi letifero: Cardianastrophen admirandam, seu cordis inversionem memorabilem: Clavem pharmaceuticam Schröderiani, seu animadversiones cum annotationibus in pharmacopæiam Schröderiânam: Disp. de dolore Dentium: De affectione hypochondriaca &c.*

26. Mart. ERNESTUS III. DUX SAXONIÆ &c. cognomentô PIUS, æt. 73. Regiminis in Ducatu Gothano 34. Eisenacensi 30. in Comitatu Hennebergensi 15. & demum in Ducatu Altenburgensi & Coburgensi 3. Vidit ex se natos XII. Liberos, ac XVIII. Nepotes. Jussu ejus & auspiciô prodierunt *Biblia Ernestina, sive Vinariensia: Harmonia Evangelica: Loci Communes Theologici: Manuale Biblicum: Suscitabulum: Tractatus de Tentationibus spiritualibus: Ideæ Concionum Dominicalium per quinquennium: Epitome Historiarum Biblicarum: Praxis Catechismi: Meditationes Passionales: Compendium Theologicum Hütteri, cum novis Scholiis: Historia Ecclesiastica: Schola Latinitatis: Logica: Physica &c.*

8. April. VITUS EBERMANNUS, *Germanus*, Rent-Weisdorffensis in Diæcesi Bambergensi, S. J. Human. literarum, Phil. & Theol. Scholasticæ partim Moguntiæ, partim Herbipoli Professor, seminarii quoque Fuldensis Rector, æt. 78. Soc. 57. Exaravit *Vindicias contra D. Georgium Calixtum, pro Ecclesiæ Tribunali, in causis fidei infallibili: Irenicon Catholicum, contra eundem: Irenici partem alteram pro sedis Apostolicæ infallibilitate: Interrogationes apologeticas, libello Herm. Conringii, de concusso fundamento Fidei Pontificiæ, oppositas: Examen examinis-Conringiani, de infallibilitate Cathedræ Apostolicæ: Alexandri VII. Papæ electionem & autoritatem à cavillis Conringii vindicatam: Anti-Musæi partem primam, seu Parallelum Ecclesiæ veræ & falsæ, contra Joh. Musæum: Partem II. de Bibliis vernaculâ linguâ corruptis à Lutheranis, & analysi divinæ fidei: Nervos sine mole, sive Bellarmini controversias vindicatas, contra varios: Expostulationem cum Lutheranis Doctoribus, de Anti-Christianismo affictio Romanæ Ecclesiæ: Trophæa Romana: Probationem, Jenenses Doctores & Andr. Wigandum perperam interpretari Biblia*, Germanicè.

14. April. CASP. MAURITIUS, *Germanus*,

manus, Tunderensis, Slesvicensis, Phil. Magister, primùm Logicæ Professor, deinde Archidiaconus & Theol. Prof. Rostochiensis, mox Theol. Doctor, & ibidem Superintendens, inde D. Jacobi Pastor Hamburgensis, æt. 62. minist. 25. unà cum uxore ei contigit sepeliri. In publicum emisit πρῶτον ψεῦδος, *sive primum falsum Calvini & Sociorum*: πρῶτον ψεῦδος, *sive primum falsum Socini & Socinianorum*: *Exercit. secularem de Simonia*: *Partes duas Exercitationum Anti-Calvinianarum*; *Decadem Dispp. Theologicarum in Formulam Concordiæ*; *De officio Christianorum Elenchtico*; *Exercitationes Anti-Socinianas*; *Explicationem Catechismi*; *Viam optimam ad Renovationem*; *Dispp. varias de Gratia irresistibili*; *De Invocatione Sanctorū*; *De statu Ecclesiastico*: *De Fato Calvinistico*; *De autoritate Scripturæ*; *De Nestorianismo*; *De S. Cœna*; *De quæstione*; *An, qui non de prædestinatus est, Pelagianus sit, saltem ex Semisse?* *De Formula Concordiæ*: *De morbis Rerumpublicarum &c.*

15. April. ALEXANDER LORENCOWIC, *Roxolanus*, S. J. Rhetor. & Mathem. Professor, Sacerdos, Collegiorum Jaroslaviæ, Leopolis & totius Provinciæ Rector, æt. 66. S. 49. Edidit, sub alieno nomine, librum, cui titulus; *Centuriæ meritæ Virtutis militum è minimo Soc. Jesu ordine*: Sub nomine Societatis, *Vaticinium Regale, sub auspicatissima primordia*

Michaëlis Coribut, Regis Poloniæ: *Conciones varias funebres*, patriò idiomate habitas.

— April. SIGISMUNDUS RUPERTUS SULTZBERGERUS, *Germanus*, Dresdensis, Phil. & Med. Doctor, primum Anat. & Chirurg. dein Pathol. Professor Lipsiensis, Facult. Medicæ Senior, & Academiæ Decemvir, æt. 47. Reliquit Dispp. *de Rhachitide*: *De Abortu*: *De Viperæ morsu*: *De rore Microcosmi*: *De Iliaca Passione*: *Historiam Medicam*, *novum Pauperorum morbum continentem, qui ipsis* der Friesel *dicitur &c.*

19. April. BALTH. TELLEZ, *Lusitanus*, Ulyssiponensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Prælector, Seminarii Hibernorum & Collegii D. Antonii in patria Rector, Provinciæ Lusitanæ Præfectus, ætat. 80. Soc. 65. Condidit *Summam universæ Philosophiæ*: *Chronicon Soc. Jesu in provincia Lusitaniæ*: *Historiam generalem Æthiopiæ altæ, & de rebus in ea gestis, à Patribus Soc. Jesu.*

27. April. SIMON SIMONIDES, *Belga*, Verbi Divini Minister Roterodamensis, & pòst Hagiensis. Emisit in lingva vernacula *Tractatus duos de Sacra Domini Cœna*: *Christum crucifixum*: *Animam cœlestem*: *Exercitia Pietatis*: *Necessariam Pœnitentiam &c.*

8. Maji GUIL. GUMPPENBERG, *Germanus*, Bavarus, Monacensis, S. J. Human. Eth. & Theol. Lector, summi Pontificis in Basilica Vaticana Pænitentiarius, & Concionator, ætat.

66. Soc. 50. Vulgavit Latinè & Germanicè *Ideam Atlantis Mariani*, *de imaginibus miraculosis B. V. Mariæ: Jesum, virum dolorosum, Mariæ matris dolorosæ Filium*: Italicè, sub nomine Rudolphi Grimming, *XVI. peregrinationes per CCLXV. Ecclesias Romæ.*

12. Maji HENRICUS MAYER, *Germanus*, Suevus, Dilinganus, Soc. Jesu, Rhet. Phil. & Theol. Professor, studiorum Præfectus, Collegiorum Ratisbonensis, Frisingensis, Friburgensis, Lucernensis & Dilingani Rector, Academiæ quoque hujus Cancellarius, æt. 67. Soc. 48. Scripsit Opuscula his titulis; *Quis ut Deus? de Attributis divinis: Manuale Biblicum, de concordia apparentium in sacris scripturis contradictionum: De Sponsalibus & Matrimoniis: Felix piæ mortis hora.*

— Maji JOH. WANDALINUS, *Cimber*, Wiburgensis, primùm Hebrææ Lingvæ, dein Theol. Prof. Hafniensis, mox Theol. Doctor, demum Selandiæ Episcopus, æt. 51. offic. 23. quô tempore VII. sacris viris Episcopales induit infulas, XIII. Præpositos constituit, & CXX. divini oraculi Præcones sacro Sacerdotum inauguravit Collegio. Ab ejus industria habetur *Explicatio IV. Oraculorum V. & N. Testamenti: Diatribe de feria Passionis, & triduo mortis Christi, adversus Wilh. Langium: In Historiam sacram & profanam exercitationes V: De Etymologia vocis Eberinæ* יובל *quæ anno Jubilæo nomen dedit: In librum Ezræ Vestibulum Theol. de variis quæstionibus ad literaturam sanctam spectantibus: Scriba edoctus ad regnum cœlorum, sive sententiæ Christi Matth. XIII, 52. explicatio: In Epistolam Judæ Prodromus: Jus regium ἀνυπεύθυνον quinque libris explicatum: Memoria gloriosa Friderici III. Regis Daniæ: Inaugurationis & unctionis Christiani V. Regis Daniæ vera descriptio: Lectiones sacræ tribus supplicationum diebus in Dania habitæ.*

20. Maj. VITUS BERINGIUS, *Cimber*, Wiburgensis, primùm Poës. Prof. Hafniensis, deinde Historiographus Regius, demum in Summo Tribunali & Ærario regio Assessor, æt. 58. Concinnavit *Tractatum de Artis Poëticæ natura & constitutione: Orat. de Historia: Inaugurationem Friderici III. Regis carmine elegiacô celebratam: Fatum luctuosum Caroli I. Regis Britanniæ: Fortunam Domus Austriacæ: Natalitia Fridericæ Amaliæ: Plausum Regi Christiano V. diadema suscipienti dicatum: Obsidionem Hafniensem: Memoriam Daniæ Regis Friderici III. in cœlo gloriosi &c.*

20. Maj. PETRUS DES CHAMPS-NEVFS, seu de Campis navis, *Gallus*, Nannetensis, S. J. Rhet. & Phil. Lector, Scholarum Præfectus in Collegio Parisiensi, Sacerdos, æt. 73. Societ. 54. Congessit *Anthologiam Latino-Gallicarum Locutionum: Manuductionem ad lingvam Latinam: Luciani Dialogos mortuorum, & varias*

homilias S. Chryſoſtomi Græco-Latinas cum notis Grammaticalibus: Axiomata Evangelica ex libris N. Teſtamenti: Pſalmos Davidicos & Sacra Cantica in Romano Breviario occurrentia cum brevi & literali explicatione: Suſpiria Davidica &c.

21. Maj. STANISLAUS LUBIENIECIUS, de Lubienietz Rolitſius, Eques *Polonus*, Paſtor Lublinenſis, pòſt Czarkovienſis, æt. 50. Hamburgi in exilio. Dedit foràs *Vitam ac mortem Jonæ Schlichtingii: Theatrum Comicum in III. tomos diſtinctum: Strenam lugubrem in obitum Principis Boguslai Radzivilii &c.*

22. Maj. VALENTINUS BERGERUS, *Germanus*, Ordruviô - Thuringus, primò Con-Rector Geravienſis, inde Gymnaſii Halenſis Rector, æt. 55. Formavit *Æolum Dramaticum, ſeu Actum Oratorium de natura Ventorum &c.*

2. Jun. JO. OHNEBERGER, *Germanus*, Svevus, Bleſſenſis, S. Jeſu, Humaniorum Lector, Concionator & Miſſionarius, æt. 55. Soc. 32. Compoſuit *Inſtitutionem defendendi fidem Catholicam contra Hæreticos: Viatorem Evangelicum.*

8. Jun. JO. LABOUREUR, *Gallus*, Nobilis Montmorenciacus, Cænobiarcha. Struxit *Tumbas illuſtrium Perſonarum cum elogiis & genealogiis: Itinerarium Reginæ Poloniæ, cum relatione de reditu Mareſchalli de Guebriant: Hiſtoriam Caroli VI. Regis Galliæ &c.*

obiit ANNO 1675.

17. Jun. JOACHIMUS GESENIUS, *Germanus*, Holtorffio-Saltzwedelenſis, Philoſ. Magiſter, Concionator Lipſiæ Sabbaticus, deinde Rector ibidem Scholæ Thomanæ Subſtitutus, ætatis 31. Prodierunt ejus *Folia Palmarum Lipſienſium, ſive Sermones funebres.*

20. Jun. JO. HöPNERUS, *Danus*, Hafnienſis, J. U. Licentiatus, ætatis 32. Ejus ſupereſt *Titan Arctous, purpureo Junii 7. die, quo Chriſtianus V. inſignibus Imperii decoratus: Venus Palatina, ob Daniæ Principem, Wilhelmiam Erneſtinam, Carolo, Palatino Principi, connubiali fœdere conciliatam: Panegyricus ad Petrum Comitem de Greiffenfeld: Catalogus Bibliothecæ, quam Academiæ Hafnienſi donavit &c.*

25. Jun. JOHANNES OLAI DALKARLUS, *Svecus*, Weſtmannus, Phil. Magiſter, primùm Polit. & Hiſtor. Lector Aroſienſis, deinde Juris Profeſſor Aboënſis, tum Secretarius Regius, tandem Aulæ Conſiliarius, Collegii Reviſionum Aſſeſſor, & Nobilis, cognomentô STIERNHöôK, æt. 80. per IV. Regum & bina Adminiſtrantium Procerum tempora Miniſter fidelis. Emiſit *Delineationem ſummorum capitum doctrinæ Politicæ: Orationem de ſtudio Politico & civili vitæ genere: De jure Sveonum & Gothorum vetuſto libros II. &c.*

29. Jun. MARTINUS PEREGRINUS, *Italus*, Mutinenſis, Jeſuita, Human. Philoſ. & Theol. Profeſſor, Collegii Tiburtini Rector, & Pænitentiarius Ponti-

Pontificius Laureti & Romæ, æt. 64. Soc. 44. Fecit *Discursum de Contritione perfecta & sanctificante: De resurrectione corporum humanorum, probata rationibus naturalibus.*

5. Aug. JO. BAPT. ANDREANUS, *Italus*, Vabevetanus, S. J. Rhetor. Romæ, & Philos. Vilnæ Prof. ubi etiam Domus professæ Varsaviensis Præpositus, & duorum Regum Poloniæ, Vladislai IV. & Joh. Casimiri Concionator lingvæ Italicæ, dein Collegiorum Spoletini ac Firmani Rector, inque hoc insuper Theolog. Professor, æt. 71. Soc. 58. Luci exposuit *Orationem de Christi cruciatibus: Orat. II. de Spiritus Sancti adventu: Orat. IV. de S. Ivone, pauperum Advocato: Orat. de laudibus S. Joh. Baptistæ: Discursum Acad. de odio & amore: Discursum de Passione Domini.*

8. Aug. VALENTINUS ANDREAS MöLLENBROCKIUS, *Germanus*, Erfurtensis, Med. Doctor, Academiæ Naturæ Curiosorum Senior, dictus *Pegasus*, Chymiater, Practicus & Physicus Halensis. Ejus reperitur *Medulla totius Praxeos Medicinæ aphoristica: De Varis, seu Arthritide vaga scorbutica tractatus: Cochlearia curiosa.* Extant præterea in Ephemeridibus Acad. Naturæ Cur. Germ. ab eo *Observationes de variolis fœtus in utero: De Hypercatarsi à medicamentis Mercurialibus: De Omento putrefacto: De mictione cruenta: De mictione chylosa: De prædictione futurorum ex dentibus: De cati ex ore mulieris nativitate: De carne cruda vomitu rejecta: De Sudore pingui & oleoso: De fluxu alvi pingui, seu pingvedine mera per alvum excreta: De remedio certo in incontinentia urinæ: De cordis inversione: De manuum tremore & festucarum collectione in febribus acutis non semper lethali: De Vena à pulmonibus rejecta: De Pilulis post annum vomitu adhuc integris rejectis: De morte ex potu Spiritus vini: De repentina morte à veneno latente: De inopinata morte: De Gonorrhææ causa & curatione.*

21. Aug. JO. BAPTISTA CASILIUS, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Rhetor. Lector, collegiorum deinde Bariensis, Neapolitani, & Domus professæ Rector, nec non Sacerdos, æt. 78. Soc. 60. Struxit *Sacram Poësin: Meditationes pias de Sanctis.*

30. Aug. JOH. TACKIUS, *Germanus*, Wetzlariensis, Phil. & Med. Doctor, hujus & Eloq. Professor Giessensis, ac Archiater Hasso-Darmstadinus, æt. 58. Confecit *Cedrum æternitati nominis & famæ Georgii II. Hassiæ Landgravii, oratione funebri consecratam: Novum Hassiæ Phœbum, Ludovicum VII. ortum, oratione publicâ commendatum: Chrysogoniam Animalem & Mineralem: Triplicem Phasin Sophicum Solis orbe expeditum, humanæque fragilitati & spei resurrectionis rerum consecratum: De Auro, Sacharo & quinta essentia vini: Phasin I. Medicum, aureum flumen repræsentantem, & infirmitati humanæ apprimè convenientem: Phasin II. Chemico-*

Physi-

Physicum, magnum Philosophorum opus, pro conficiendo Elixire, ad metalla & corpora humana cum generatione sanguinis humani, in corpore humano comparans: Mysterium Resurrectionis verum, sive Phasin III. spei mortalium ad immortalitatem consecratum: Orationes panegyricas in obitum Joh. Georgii I. Elect. Saxoniæ, ejusque conjugis Magdalenæ Sybillæ: Academiam Giessenam restauratam: Sucrenen Theosophicam de fonte Greisheimensi: Tract. de origine fontium: Cæli Anomalon, sive de Cometis epicomma Physicum: Castrum doloris in D. Ferdinandi IV. funere repræsentatum: Phantasiam Seculi Philosophiæ ignaram: Disp. de Febribus: De Rore &c.

3. Sept. UNO JOHANNIS TERSERUS, *Suecus*, Westmannus, Ling. Orientalium Prof. Upsaliensis, æt. 33. Discussit *Quæstionem pragmaticam, Animum elatum cum abjecto*, ex *occasione verborum Aristotelis Nicom. IV. 13. contendentem: Dissert. de Nuptiis Secundis: De Teraphim: De Dis Gentilium: De Ambitionis peste &c.*

13. Sept. HENRICUS MüLLERUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, primùm Archidiaconus, dein Græcæ Lingvæ Prof. tum Theolog. Doctor, ejusdemq; Professor, Templi Mariani Pastor, Ecclesiarum Rostochiensium Superintendens, & demum Facult. Theol. Senior, æt. 44. minist. 22. prof. 16. Inclaruit ex varijs ingenii sui monumentis, quæ inter *Methodus Politica: Theologia Scholastica: Orator Ecclesiasticus: Jesus patiens: Patrocinium conjugii clericorum: Quæstionum selectarum Theologicarum Semi-centuria I. & II: Caussa Cæsarum & Principum contra Pont. Rom. defensa: Tractatus de Pœnitentia: Dissert. de Baptismo pro mortuis: Tractatus de Berengarianismo: Harmonia V. & N. Testamenti:* Germanicè *Osculum amoris cæleste: Schola Pœnitentiæ: Recreationes Spirituales: Catena Evangelica: Catena Epistolica: Musica animæ: Schola crucis: Infelix conjugium: Altare Spirituale: Scaturigo lacrumarum & consolationum: Flammula amoris divini: Præservativa contra malum: Disp. Theol. ex Matth. XXII, 29. -32: ex Psalm. XVI: ex Psalmo I: De Pacto Legali & Evangelico: De Versionibus Bibliorum Græcis: De absoluto Reprobationis Decreto: De Exinanitione Christi: De Catholicismis meriti Christi: De justificatione &c.*

13. Sept. CASP. HAMMERSCHMIDIUS, *Germanus*, Egranus, Phil. Magister, Pastor primùm Sammenheimensis, deinde Decanus Concensis, demùm Concionator Aulicus, Consiliarius Ecclesiasticus & Superintendens Onolsbacensis, ætat, 63. Vulgavit *Conciones aliquot Nuptiales & Funebres.*

17. Sept. JOH. WENDT, *Germanus*, Cöslino-Pomeranus, primùm in patria Rector & Diaconus, dein Pastor Simötzelensis in suburbio Colbergensi, ætatis 54. Typis expressit *Logicam: Conc. funebres &c.*

2. Oct. GEORGIUS CHRISTOPH. REINMANNUS, *Germanus*, Rudolstadiensis, Poëta Laur. Cæsareus, Pastor Hernstadii & Stobræ in Thuringia, æt. 36. Reliquit *Poëmata Germanica*: Vertit quoque *Josephi Hallii Cogitationes Subitaneas* ex Anglico in Germanicum.

10. Oct. THOMAS TAMBURINUS, *Siculus*, Celtanissettensis, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. Professor, Collegiorum Caltanissettensis, Montis regalis, Mamertini & Panormitani Rector, Censor & Provincialis Siciliensis, æt. 84. Soc. 69. Scripsit *Opuscula tria de Confessione, Communione & Sacrificio Missæ*: *Methodum expeditæ confessionis*: (hæc vicies impressa est) *Explicationes Decalogi libris X. digestas*: *Juris divini, naturalis & ecclesiastici expositiones morales de Sacramentis, contractibus, censuris & irregularitate*: *De Bulla Cruciatæ cum additionibus ad omnia opera Auctoris*: *Germanam doctrinam*. Transtulit quoque ex Latino Italicè *Anicii M. Boëtii libros V. de consolatione Philosophiæ &c.*

21. Oct. MARTINUS VOGELIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. & Med. Doctor, Log. & Metaph. in Gymnasio patrio Prof. æt. 41. Laudatur, quòd cum Lingvis & doctis propriis, & elegantioribus Europæ ceteris, omnes propè scientias, ultra communem modum conjunxerit. Unde Phænicem eum vocant Hamburgensem non facilè rediturum.

Delineavit *Historiam vitæ & mortis Joachimi Jungii, Philosophi*, cujus scripta aliqua luci donavit. Varia quoque reliquit edenda à se consignata.

21. Oct. JO. DE BRUYN, *Belga*, Coricomensis Batavus, Phil. Magister, Phys. & Mathes. in Acad. Trajectina Professor. Dedit foràs *de natura Lucis epistolam, ad Isaacum Vossium*: *Dissert. de cognitione Dei naturalis*: *Defensionem Philosophiæ Cartesianæ, contra Vogelsangh*: *Disp. de Corporum levitate & gravitate*: *De vi altrice &c.*

29. Oct. CHRISTIANUS HOBURG, *Germanus*, Luneburgensis, primùm Cantor & Ecclesiastes Leoburgensis, tum ex librorum à Schwenckfeldio editorum lectione se immutatum sensit, post hæc Scholæ Ultzensis Conrector, ut tamen simul Concionatoris partes subiret, ibidemque in Religione suspectus esse cepit, deinde liberorum Hamburgi informator privatus, mox Corrector in typographeo Sterniano Luneburgi, inde pulsus Pastor Ecclesiæ Bornensis, porrò Vice-Pastor in Geldria, demum Latumensis. Sic in Lutherano non minùs, quàm Reformato suggestu docuit. Novissimè inter eos, qui Mennonis Himonis doctrinæ addicti, conversatus & concionatus est Hamburgi, æt. 68. inque cæmiterio Altenaviensi Reformatis addicto sepultus. Prelo subjecit lingvâ populari *Suscitabulum cordis*; *Praxin Da-*

vidicam: *Praxin Arndianam*: *Medullam Tauleri*: *Christianismum Scandalosum*, sub nomine Bernhardi Baumanni: *Speculum abusuum hodierni Ministerii*, sub Eliæ Prætorii nomine: *Examen Heimianum*, *contra librum Guil. Christ. Heimii*, *cujus titulus*; *Vinculum gratiæ*, sub nomine Andreæ Sauberlich: *De Bello Germanico*: *Judaismum Germano-Evangelicum*: *Speculum juventutis Principis*: *Apologiam Prætorianam*: *Theologiam mysticam*: *Postillam mysticam Evangeliorum*: *Caduceatorem*: *Theologiam cordis*: *Emblemata sacra*: *Meditat. de adventu Domini*, sub nomine Christiani de Montaldo: *Arndium redivivum &c.*

1. Nov. THOMAS WILLIS, *Anglus*, Medic. Doctor, Philos. Naturalis in Acad. Oxoniensi Professor, deinde Poliater Londinensis, & Societatis Regiæ Socius, æt. 57. Huic adscribuntur *Diatribæ de Fermentatione & Febribus*: *Differt. epistolica de Urinis*: *Cerebri anatome*, *Nervorumque descriptio & usus*: *Pathologiæ cerebri & nervosi generis specimen*, *in quo agitur de morbis convulsivis & de Scorbuto*: *De Anima Brutorum exercitationes duæ*: *De ratione motus Musculorum*: *Affectionum*, *quæ dicuntur Hystericæ & Hypochondriacæ*, *Pathologia Spasmadica vindicata*: *Pharmaceutice Rationalis*, *sive Diatriba de Medicamentorum operationibus in humano corpore*: *Opera omnia*.

6. Nov. PETRUS ERNESTUS TWEBOMIUS, *Germanus*, Hildesiensis, Phil. Magister, in patria ad S. Martin. Pastor, æt. 50. minist. 22. Formavit *Ideam boni Concionatoris*.

1. Dec. PHIL. SCHLÖSSER, *Germanus*, Sachruckiâ-Nassoviensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Treburiensis, deinde concionator Aulicus Darmstadiensis, æt. 62. minist. 31. Reliquit *Conciones aliquot funebres*.

6. Dec. JO. LICHTFOOTIUS, *Anglus*, Staffordiensis, primò Pastor S. Bartholomæi Londinensis, pòst Ecclesiæ magnæ Mundoniæ in agro Hertfordiensi per XXX. annos Rector, tum Theol. Doctor & Professor, Aulæ S. Catharinæ apud Cantabrigienses Præfectus & Canonicus Eliensis, æt. 73. Elucubravit varia, ex quibus sunt *Harmonia*, *Chronica & ordo Veteris Testamenti*: *Observationes super librum Geneseos*: *Manipulus spicilegiorum è libris Exodi*: *Miscellanea Christiana & Judaica*: *Harmonia IV. Evangelistarum tum inter se*, *tum cum Vetri Testamento*: *Descriptio Templi Hierosolymitani*: *Dissertatio in Articulum IV. Symboli Apostolici*, *descendit in infernum*: *Concio & Disputatio pro gradu Doctoratus*: *Harmonia*, *Chronica & ordo Novi Testamenti*: *Horæ Hebr. & Thalmudicæ in Geographiam terræ Israëliticæ*: *In Evangelium Matthæi*: *Marci*: *Lucæ & Johannis*: *In Acta Apostolorum*: *Comment. Chronologicus & criticus in Acta Apostolorum*: *Horæ Hebraicæ & Thalmu-*

Thalmudicæ in quædam capita Epistolæ S. Pauli ad Romanos: In Epist. I. ad Corinth. &c. Suppetias quoque tulit Briani Waltonii Bibliis Polyglottis: Edmundi Castelli Dictionario Heptaglotto: Recensuit Math. Poli Synopsin Criticorum.

25. Dec. GEORGIUS PREUSIUS, *Livonus*, Revaliensis, Phil. Magister, primùm in Acad. Dorpatensi Theol. extraord. Phys. & Logic. Ordin. Professor, tum Th. Doctor, Superintendens Oeseliensis, demum in Livonia Superint. æt. 56. Exaravit *Nucleum Psychologiæ Polemicæ: Orat. panegyricam in natalem Christinæ, Sveciæ Reginæ: Dispp. aliquot Philos. & Theol. de Sensibus: De matrimonio &c.*

ALEXANDER ACHILLES, *Prussus*, Nobilis, Regis Poloniæ Vladislai Aulicus, ejusque ad Persas Legatus, Equitum Magister, denuò ab Electore Brandenburgico ad Cosaccos Legatus, variis per Orientem peregrinationibus inclutus, demum in summa rerum inopia obiit Holmiæ, ætat. 91. Emisit lingvâ Germanicâ *Tractatum de causis Terræ ac Maris motus:* Reliquit ineditum *Consilium Bellicum contra Turcas: Philosophiam Physicam &c.*

JUSTUS CORTNUMMIUS, *Germanus*, Cellensis, Med. Doctor, ejusdemque Professor Soranus Regius. Divulgavit *de Morbo attonito librum, ad Hippocraticam sangvinis in corpore humano periodum exaratum: Observat. de doloribus Hypochondriacis menstruis: De Paraplegia bracchii à tumore*, quæ extant in Ephemeridib. Acad. Naturæ Curios. Germ. Anno IV. & V.

JONAS SUNDELIUS, *Svecus*, Bothoniensis, Eloq. Professor Upsaliensis, pòst ordinis Equestris Secretarius. Publicavit *Epistolam in excessum D. Petri Winsemii, Prof. Franekerani: Disp. Juridicam de Contractibus, qui re perficiuntur.*

SAMUEL MARESIUS, *Gallus*, Picardus, Aviomontensis, primùm Ecclesiastes Laodunensis, dein Falesiensis, mox Pastor & Theol. Prof. Sedanensis, tum Theol. Doctor, Trajecti ad Mosam Pastor, inde Limburgensis, porrò Sylvæducensis, demum Past. & Theol. Professor Gröningensis, æt. 76. minist. 55. prof. 51. Ex plurimis ejus, quæ exire fecit, scriptis eminent sequentia; *Monachomachia, sive Vindiciæ, pro veritate Religionis Reformatæ, adversus Matth. Hauzeur, Franciscanum: Salus Reformatorum asserta, sive Romanensium de Reformatis judicium temerarium: Parænesis ad Theodorum Tranquillum: Scholæ Sylvæducensis inauguratio: Specimen JCti orthodoxi: Dissertatio de Anti-Christo: Vindiciæ pro salute Reformatorum: Cursus Philosophi contracti pars practica: Concordia discors & Anti-Christus revelatus, contra H. Grotium: Defensio Pietatis & sinceritatis optimatum Sylvæducensium: Systema universæ Theologiæ: Ultima Patientia tandem expugnata*

gnata à D. G. Voetio: Bonæ fidei sacrum, in causa Schoockio-Voetiana: Theologiæ elenchticæ nova synopsis, contra Jac. Tirinum S. J: Dissert. de usu & honore S. Ministerii in Ecclesiis Reformatis: Lingua abortiva à D. Gisb. Voetio refossa: Biga Fanaticorum eversa: Tomus II. Anti-Tirini: Liber de Exorcismis: Diatribæ III. Theol. de Auro, Thure & Myrrha: Theologus paradoxus retectus & refutatus: Xenia Academica: Dissert. de Syncretismo & Reconciliatione partium in Religione dissidentium: Hydra Socinianismi expugnata, sive Anti-Volkelii tomus I. & II: Synopsis veræ doctrinæ de Gratia & annexis quæstionibus: De Peccato in Spiritum Sanctum: Auctarium Bibliothecæ Theol. D. Gilb. Voetii: Fœderatum Belgium orthodoxum: Senio sacrarum Dissertationum: Orationes variæ: Munimen orthodoxiæ & perseverantiæ Evangelicæ, contra Valer. Magnum: Apologia novissima pro Augustino Jansenio &c. contra Pontificem & Jesuitas: Epicrisis Theol. ad quæstiones de Gratia & Redemptione, contra Dallæum: Exemptio scrupulorum, quos Missionarii Pontificii injicere conantes conscientiis Protestantium ad eos seducendis: Considerationes Erotemat. circa fœnus Trapezyticum: Judicium de Canonicis Ultrajectinis: Decisio Acad. quæstion. aliquot Theologicarum: Examen quæstionum de Episcoporum origine, contra Jo. Brideaux: Johanna Papissa restituta, contra Blondellum: Refutatio fabulæ Præadamiticæ: Videntes, sive de Prophetia & Prophetis: Compendiosa Papismi refutatio: Dissert. de Waldensibus: Vindiciæ de Canonicis Ultrajectinis, adversus Essenium: Sylloge dispp. selectiorum: Fasciculus Myrrhæ: De Gratia & Redemptione universali: Defensio fidei catholicæ, contra Curcellæum: De abusu Philosophiæ Cartesianæ: Vindiciæ hujus dissertationis contra P. ab Andlo: Clypeus orthodoxiæ, contra eundem: Indiculus præcipuarum controversiarum, contra Wittichii Theologiam pacificam: Tract. de afflicto statu studii Theologici in Belgio: De Obsidione Groningæ: De duobus extremis in peste declinandis oratio &c.

DANIEL VOETIUS, *Belga*, Heusdinus, Phil. & Med. Doctor atque Professor Ultrajectinus, ætat. 31. Struxit *Compendium Physicæ: Metaphysicæ: Pneumaticæ: Meletemata Philosophica: Dispp. varias.*

ANNO 1676.

7. Jan. GERHARDUS HIMSELIUS, *Germanus*, Magdeburgensis, primùm Scholæ Tangermundensis Conrector, deinde Med. Doctor, Mathem. Professor & Physicus Revaliensis, æt. 73. offic. 44. Paravit *Architecturam militarem: Cometologiam: Calendaria.*

7. Jan. GEORGIUS BERELIUS, *Suecus*, Calmariensis, Phil. Magister, in Acade-

Academia Upsaliensi Logic. ordinarius, & Theol. extraord. Professor, nec non Pastor in Chamble Upsala, æt. 35. Publicavit *Dispp. de Indulgentiis Papalibus: De Insectis: De amplificanda Republica &c.*

13. Febr. JOACH. HECHTIUS, *Germanus*, primùm Ecclesiæ Seehusensis in Marchia Pastor & vicinarum Inspector, deinde Templi Cathedralis ad S. Michaëlis Pastor, nec non Scholæ & Diœceseos Inspector Luneburgensis, demum Theol. Licentiatus, ejusdemque ibidem Prof. & Ministerii Senior, ætat. 62. Reliquit *Dispat. Inauguralem de Michaëlis Archangeli cum Diabolo de corpore Mosis certamine*, & quædam alia.

9. Mart. THEODORUS BAECK, *Germanus*, Uberlinganus, S. J. Mathes. partim in Friburgo-Brisgoiana Academia, partim Lucernæ Helvetiorum, nec non aliquandiu Theol. moralis Professor, & ab annis amplius 30. Fiederico, Hassiæ Landgravio, & S. R. E. Cardinali, à sacris Confessionibus Romæ, æt. 78. Soc. 58. Luci dedit *Tubum Optico-Geometricum novum: Architectonicam militarem defensivam, oppugnatam & defensam.*

20. Mart. JOH. KUHNIUS, *Germanus*, Schleusingensis, Philos. Magister, Math. Professor Lipsiensis, æt. 57. Habuit *Dispp. aliquot Philosophicas.*

26. Mart. JOH. JACOBUS PFEIFFIUS, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm Ecclesiæ Germanicæ Pastor Holmensis per annos XXV. dein annis XII. Episcopus Esthoniæ, & Consistorii Regii quod Revaliæ est, Præses, æt. 62. minist. 37. Juris publici fecit *Dissertationem de unione mystica Christi & fidelium: Conciones funebres ex II. Chronic. XXXIV, 28: ex Psal. XC, 1-9: ex Psal. XXIII: ex Psal. XXVII, 8. sqq: ex II. Tim. IV, 18: ex II. Timoth. IV, 6. 7. 8. &c. Concionem valedictoriam ex Psal. CXV, 12. seqq.*

— April. PETRUS HABERKORNIUS, *Germanus*, Butisbacensis Wetteravus, Philos. Magister, primùm Phys. Prof. Marpurgensis, deinde Theol. Doctor, Concionator Aulicus, tum Theol. Professor Giessensis, Ecclesiæ ibidem Pastor & Superintendens, æt. 72. prof. 44. Plurimis Scriptis Ecclesiæ profuit, utpote *Vindicatione Lutheranæ fidei, contra Helvicum Ulricum Hunnium; Syntagmate Dissertationum Theologicarum; Anti-Valeriano; Relatione Actorum Rheinfeldensium; Collegio Anti-Photiniano; Disputat. Anti-Walenburgicis, ubi Ecclesia Christi fuerit ante B. Lutherum; Tractatu de Persona Christi; Enodatione errorum, quos Syncretistæ circa articulos fidei fundamentales committere solent; Disputationibus contra Keddium & Forerum; Vindiciis contra tractatum; Ovum ante gallinam, filius ante patrem, à Forero editum; Decade Dispp. Theol. de Ministerio Ecclesiastico; Tractatu de erroribus Calvinianorum fundamentalibus; Defensione B.*

Lutheri libri de Libero Arbitrio; Vindiciis articuli primi sect. 2. Epicrifeos Wittenbergensis Syncretismo Cassellano oppositæ, de S. Cœna; Admonitione contra Syncretismum; Demonstratione, quòd hodierni etiam Calviniani errorem Manichaicum, Pelagianum, Messalianum, Schwenckfeldicum &c. committant; Concionibus in Psalmos à I. usque ad X; Oratione panegyrica in obitum Georgii II. Hassiæ Landgravii; Disp. Theol. sigillatim emissis pluribus. Germanicè *Refutatione Missæ Pontificiæ; Conc. in Psalmum XCI; Defensione divinæ veritatis, contra Matth. Fabrum: Enodatione quæstionis; unde ex sacris literis sciri potest, quinam sit Religionis Christianæ Articulus? Concionibus funebribus variis.*

7. Apr. JOH. HüBERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, primùm Ecclesiæ Dorlisheimensis, pòst in patria ad D. Wilhelmi Pastor, demum emeritus, nec non ad D. Stephani Canonicus Senior, æt. 63. minist. 41. Typis subjecit *Concionem inauguralem Templi Wilhelmitani: Relationem de S. Wilhelmo & collegio Wilhelmitano: De Cœnobio Stephaniano & utriusque loci monumentis: De origine Landgraviorum in Alsatia.*

9. April. JOH. STEMANNUS, *Germanus*, Hamburgensis, Phil. Magister, initio Ecclesiastes Germanicus Hafniensis, pòst ad D. Nicolai in patria Archidiaconus, æt. 74. minist. 51. Scripsit Germanicè *de necessaria Pastorum electione: Armaturam spiritualem contra Turcas: Solatium de certitudine salutis æternæ: Speculum ex Esaiæ XXVI. formatum: Meditationes Eucharisticas de præparatione ad S. Cœnam: Considerationem Verborum Christi Joh. XIV: Vindicias de electione Ministrorum verbi divini popularium præ exteris &c.*

Obiit ANNO 1676.

26. Apr. JOH. FABRICIUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister, Ecclesiæ primùm Altorphinæ Diaconus, dein Theol. ibidem Professor, demum ad D. Mariæ Antistes Noribergensis, æt. 58. minist. 34. Elucubravit Doctissimus Theologus *Prælectiones Theologicas: In Augustanam Confessionem Homilias XXVIII: Conciones III. sub auspicium & exitum novi anni habitas: Manuale domesticum: Scholam Patientiæ: Historiam Petri Apostoli: Conciones funebres varias: Disp. Theologicas.* Alia ejus Scripta propediem luci dabit Filius ὁμώνυμος, Academiæ hodie Altorphinæ Professor celeberrimus.

28. Apr. GEORGIUS CONRADUS CRUSIUS, *Belga*, Zutphaniensis, Jur. Utr. Doctor, & in Academia Lugduno-Batava Professor, æt. 32. Consignavit *Diatriben ex variis observationibus, quæ ad jus civile pertinent, ex Juliani lib. XXX. Digestorum, de scriptura & essentia cap. XL. Si Paterfamilias D. de Hæred. instituendis.*

3. Maj. JOACH. GEORGIUS ELSNERUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Phil. & Med. Doctor, S. R. Imperii Acad. Naturæ Curioso-

rum

Obiit ANNO 1676.

rum collega, dictus *Telamon*, in que patria Practicus, æt. 54. In Ephemeridibus German. extant ejus *Observationes cum Scholiis de remedio Atrophiæ oculi: De mira secundinæ humanæ textura: De Vincetoxico Scrofularum remedio: De Albedine chyli tegente rubedinem: De Veronicæ usu in calculo: De restitutione Humorum oculi: De Liene, Veneris sede: De Anguillis viviparis: De natura & præparatione spermatis ceti.*

3. Maj. ERNESTUS FRID. SCHROETERUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, J. U. Doctor, primò Advocatus, paulò pòst Academiæ patriæ Professor, Curiæ & Scabinatus Assessor, nec non Consiliarius Saxonicus. Emisit *Notas in Bernh. Sutholti Dissertationes: Tractationem bipartitam de Suitate & testamento Patris inter Filios: Resolutiones in lib. VII. Codicum: Comment. in Jus Feudale: Ad libros L. Pandectarum: Dissp. de interpretatione Legis: De Dispensationibus: De Pacto Successorio inter unitos diversi matrimonii liberos: De Legislatoris in jus naturæ potestate: De Equis publicis: De Retrotractione: De juris Emphyteutici, soli & superficiei alienatione: De Metu: De Nutu: De affectione: De alienatione in Mutuo, contra Salmasium: De Banno ferino, ejusque jure: De charta Blanca: De Consolidatione: De Degradatione: De eo, quod justum est in puncto malitiosæ desertionis: De dolo malo: De Gabella detractionis & emigrationis: De evictionibus rerum Feudalium: De Executione: De Feudis Regalibus: De Feudi alienatione: De Regalibus Fisci: De Homicidio: De interpretatione juris: De Lamiis: De Stylo Curiæ: De Regali Legationum jure & privilegiis: De jure Matris, circa liberos sanguinolentos: De Actione Pauliana: De Protestationibus: De septem quantis: De Quinquennalibus: De jure tutelari: De inculpata Tutela: De Sententia: De Seniore: De Perjurio: De Competentia fori communis & privilegiati: De remediis Restitutionis in integrum: De Successione ab intestato: De jure Viduarum: De injuriis: De Beneficio vel exceptione bonorum excussione ab intestato: De privilegiis Pauperum &c.*

7. Maj. HENRICUS VALESIUS, *Gallus*, Parisiensis, primùm Advocatus in Summa Curia, deinde Historiographus Regius, æt. 72. Amisit usum dextri, pòst etiam sinistri oculi, curatus quidem à Medico videbatur, sed, catarracta iterum pupillam dextram obtegente, cogebatur ut uno oculo qualicunque esset contentus. Anno ætatis LXI. duxit uxorem, formosam puellam, licèt monoculus esset, & per XI annos, ex illa VII. liberos tulit. Concinnavit libros quàm plurimos, eosque maxima eruditione repletos, quales sunt *Versio & notæ in Constantini Porphyrogennetæ variorum Græcorum excerpta: Notæ in Ammianum Marcellinum, & Anonymum de rebus gestis Constantini & aliorum aliquot Imperatorum:*

torum: Notæ ad varios Autores Græcos de Legationibus: Annotationes ad Eusebii Historiam Ecclesiasticam: Excerpta ex Diodoro Siculo cum notis: Excerpta ex Polybio aliisque Græcis Autoribus cum annotationibus: Dissert. IV. de origine & progressu Donatianorum, de Anastasi, de translatione LXX. interpretum, & de Martyrologio: Versio & notæ in Socratem & Sozomenum: Versio & notæ in Theodoricum & Evagrium, cum excerptis è Philostorgio & Theodoro Byzantio: Oratio in obitum Jacobi Sirmondi, S. J. Presbyteri: Soteria pro Ludovico Magno Rege Christianissimo: De Victoria ejusdem Maurica & Turcica: Orat. in obitum Petri Puteani, Regi Galliæ à consiliis & Bibliothecis &c.

10. Maj. FRIDERICUS LACHMUND, *Germanus*, Hildesiensis Saxo, Med. Doct. Physic. primùm Osterwicensis, dein in patria Practicus, æt. 41. Ejus reperitur *Dissertatio de Ave Diomedea: Admirandorum Fossibilium in tractatu Hildesiensi descriptio.* Extant quoque in Ephemeridibus Acad. Naturæ Curiosorum Germ. *Orationes de Visceribus sub cute prominentibus in fœtu: De Ulcere intestini recti Brasilianis familiari: De Vermibus admirandis pedum, lumborum ac scroti in America: De ossiculorum fragmentis per tussim excretis: De particula clavis ab infante 23. hebdomadum deglutita: De Spina è musculo dextræ manus, & de particula straminis ex oculi angulo extracti: De menstruali partium in puella quadam externarum mortificatione: De Cygni lingua ossea: De cornu in superiore parte pedis fœminæ enato: De cranio anseris monstroso: De Vespertilionibus caudam habentibus: De Testudinibus: De Avibus præter naturam candidis: De mure niveo: De Cantharidibus: De Ovo ab ansere à Februario usque in Septembrem retento: De Muscarum grandium, quæ Perlæ nominantur, insueta copia: De dextra Aure occlusa: De Infante: De Cranii fontanella in homine adulto: De ansere domestico cristato: De infante bimulo nondum dentato: De osse frontis virginis adultæ mobili.*

3. Jun. CASP. HABERMANNUS, *Germanus*, Wupseliô-Jeverensis, J. U. Doctor & Prof. Rostochiensis, ætatis 41. Reliquit *Disputationes de Ratificatione*, aliisque materiis juridicis.

4. Jun. ALBERTUS VOGTIUS, *Germanus*, Lipstadiô-Westphalus, Phil. Magister, primùm Lingvarum Oriental. deinde Theol. Professor, hujus Licentiat. & Pastor Jacobæus Gryphiswaldensis, tum Academiæ Rector Magnificus, æt. 41. Elaboravit *Delicias Sacras, sive vocum aliquot Hebraicarum emphases: Miscellanea Biblica, quibus XXVIII. loca Scripturæ V. & N. T. explicantur: Panegyrin Oratoriam Syriacam, de passione & crucifixione Christi: Disp. de Melchisedecho &c.*

8. Jun. CHRISTIANUS OTTO A BOEKELEN, *Germanus*, Lubecensis,

sis, primùm Regi Sveciæ à Secretis, deinde Ducis Saxo-Leoburgici Consiliarius Aulicus. Vulgavit *Tractatum de Jure Protectionis clientelaris: Opuscula de diversis familiis veterum Jurisconsultorum: De Orationibus Principum in Senatu Romano: De Exceptionibus tacitis in pactis publicis: De æmulatione Imperiorum.*

24. Jun. JACOBUS SCHALLERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Theol. Doctor, inque Academia patria Philos. Practicæ Professor, nec non Capituli Thomani Præpositus, æt. 72. prof. 43. Quàm plurimas emisit *Disputationes*, suô munitas præsidiô, ut *Ethicam Pythagoricam: Ethicam Hesiodæam: De certitudine Boni moralis, ex Sexti Philosophi Pyrrhoniarum hypothyposeon lib. III: De tarda Numinis vindicta: De fraterno amore, ex Plutarcho: De discrimine adulatoris & amici, ex eodem: De Divinatione, ex Cicerone: De Superstitione: De Blasphemia: De Homine avaro: De Hospitalitate: De Abstinentia circa cibum: De expositione infantum: De Αὐτοχειρίᾳ: De Testamentis: De Legibus: De notitiis insitis: De Agricultura: De Bello: De Statu Reip. turbato: De Magistratu: De re militari: De Monarchiarum corruptione: De Simonia: De Ostracismo: Ad libros Philonis Judæi: De VII. characteribus virtutum Aristotelicarum: De Tortura in Christiana Rep. non exercenda: De Dione Cynico: De vanitate vanitatum, ex Eccles. I, 12: De Al-*

cibiade, Pseudo-Politicorum mores adumbrante: De Cantilena: De Vindicta: De Producta & Rejecta, ex Seneca: De Pugna iræ & patientiæ, ex Prudentio: De Divitiis; De mutuis verè amicorum officiis; De Verecundia; De Temeritate; De Stultitia; De voluntario indirecto; De Pulcritudine fucata; De clementia Principis; De principiis decori, ad Apologiam pro Hobbio conscriptam; De Aristocratia; De Matrimonio; De Judæis; De quæstione; an secundum acta & probata, vel secundum conscientiam judicandum sit? Laudabilia Politicorum, ex Justino, Ad Q. Septimii Fl. Tertulliani librum de spectaculis; De Termino vitæ; De Libero Arbitrio, contra Mart. Schockium; De conformatione creaturæ rationalis ad Creatorem, contra Thomam Hobbeum; Ad Hier. Rorarii libellum, quod Animalia bruta ratione utantur meliùs homine; De Paupertate; De amissione gratiæ & statu peccati; De Summo Bono; Parallelismum Alcumenæ, ex Plutarcho; De M. Antonini Imp. Philosophia: De bono & malo morali: De Candore: De Comitate: De Consiliario: De contumelia: Ideam viri excellentis, ex Corn. Nepote: De Cimone, ex eodem: De natura Desperationis: De natura Deorum, ex Cicerone; De arte & ratione discendi: De Dolo: De Fabulis: De Indulgentiis: De Christo, offensionis lapide: De Φιλοινίᾳ Germanorum: De Scipione Africano, seu Comitatis speculo: Decuriam quæstionum Practica-

rum: Quibus principiis & axiomatibus Pontificii scriptores nuncium mittere debeant, ut Pax firma in Germania servari possit &c.

24. Jun. FRANCISCUS BOSQUET, *Gallus*, Episcopus primùm Lutevensis, pòst Monpessulanus, æt. 63. Prodire fecit *Notas in epistolas Papæ Innocentii III: Vitas Paparum, qui Avenione sedem suam habuerunt: Historiam Ecclesiasticam Galliæ: Synopsin Legum Michaëlis Pselli: Pugionem fidei, contra Judæos & Mauros Raimundi Martini &c.*

21. Jul. JOH. ITTIGIUS, *Germanus*, Schleusingâ-Hennebergicus, Phil. & Med. Doctor, primùm Organi Aristotelici, deinde Phys. Professor Lipsiensis, Facult. Philosophicæ Senior, & Academiæ Decem-Vir, æt. 69. prof. 25. Habuit *Dispp. de Igne fatuo, aliisque materiis Philosophicis.*

4. August. JOH. VORSTIUS, *Germanus*, Wesselburgio-Dithmarsus, Phil. Magister, primò Scholæ Flensburgensis Rector, dein Theol. Licentiatus, ex Lutherano factus Reformatus, novissimè Bibliothecæ Electoris Brandeburgici, & Gymnasii, quod Berolini est, Joachimici Præfectus, æt. 53. Innotuit ex editis Scriptis variis, inter quæ reperiuntur *Exercitationes Academicæ: Philosophia Sacra: Index in Cornelium Nepotem: Comment. de Hebraismis Novi Testamenti: De Adagiis N. T. Observationes in linguam vernaculam: De Latinitate falsò suspecta, deque Latinæ linguæ cum*

Germanica convenientia liber: De Latinitate meritò suspecta, deque vitiis Sermonis Latini vulgo ferè non animadversis liber: Dissertationum Sacrarum libri tres: Epistolæ ad Wernerum Freund: Ad D. Gerh. Titium: Ad D. Christ. Chemnitium: Ad Joach. Ludov. Reinerum: Inter Paulum & Jacobum super doctrina de justificatione conciliatio: Dissert. de divinæ Gratiæ in hominibus convertendis & in fide conservandis efficacia: Dispp. de Enunciatione negativa: De prima mentis operatione ejusque differentiis: De causa per se & accidens: De Summa potestate civitatem gubernandi: De Sceptro & judicibus: De Paradiso: An lingua Hebræa Cananæis vernacula fuerit? Germanicè *Animadversiones in D. Christ. Dreieri conciones II. de S. Cœna &c.*

20. Aug. JOH. HALLERVORDIUS, *Prussus*, Regiomontanus, Philologus, æt. 32. Consignavit literis *de Historicis Latinis Spicilegium: Bibliothecam curiosam.*

24. Aug. EDMUNDUS FIGRELIUS, *Suecus*, Ostro-Gothus, primùm Histor. Professor Upsaliensis, pòst CAROLI XI. Regis in studiis literarum Informator, & Nobilis GRIEPENHIELM vocatus, tandem Regni Senator, Baro, & Aulæ Regiæ Cancellarius, æt. 45. Delineavit *Brevem Reip. cum Romana Sueciæ comparationem; Diagramma epicum de ultimo mundi die & vita æterna: Epitaphium in funere Jacobi de la Gardie, Comitis,*

tis, Regni Archistrategi: De statuis illustrium Romanorum librum, Tabulas Grammaticas in usum Regis Caroli XI.

30. Aug. HENRICUS MEIERUS, *Germanus*, Bremensis, J. U. Doctor, Reip. patriæ Senator, & demum Consul, sæpe Legatus, æt. 67. Pars maxima libri, qui Inscriptionem habet, *Assertio Libertatis Urbis Bremensis*, ipsius operâ in lucem prodiit.

31. Aug. LAURENTIUS MATTHIÆ STIGZELIUS, *Svecus*, Angermannus, Logices primò Prof. pòst Theol. Doctor ejusdemque Professor Upsaliensis, nec non Pastor, tandem Regni Sveciæ Archiepiscopus, Academiæ Upsaliensis Pro-Cancellarius, Consistorii Ecclesiastici Præses, & Nobilis dictus LILLIEMARCK, æt. 78. offic. 46. Publico dedit *Orationem de præstantia & utilitate Logices; Dispp. V. de usu Logices; De ratione solvendi argumenta; Orat. de recta Philosophicorum studiorum ratione; Quæstiones in Psalmum XXII; Dispp. aliquot de Comitiis; De Regula Fidei; Commentarium in Apocalypsin; Dispp. Sigillatim emissas de mutatione naturali in genere; De Republica; De statu democratico; De Syllogismo; De recta ratione definiendi; De Prudentiæ Causis & effectis; De Deo Trinuno; De Fœderibus & Testamentis Dei; De administratione regni Christi; De Ministerio verbi & Sacramentorum; De Confessione Ecclesiastica; De Providentia divina circa actiones malas ipsumque peccatum; De Conjugio; De vocationis hominum ad salutem amplitudine; De Universali Dei voluntate ad omnium hominum salutem; De Concilio Apostolico Act. XV. descripto; De tribus universalibus æternæ hominum salutis causis; De disciplina Ecclesiastica &c.*

2. Sept. NICOL. RUDBECKIUS, *Svecus*, Arosiensis, Eloqv. primùm in Gymnasio patrio Lector, mox Pastor in Hedemora, deinde in Tuna Dalekarliæ, tum Pastor Holmensis primarius, Theol. Doctor, tandem Episcopus Arosiensis, & Consistorii ibidem Præses, æt. 55. minist. 32. Concinnavit *Orat. in obitum Caroli Hising de Eloquentiæ parandæ præsidiis: In obitum D. Olai Laurelii; De Atheista errorum suorum convincendo, atq; in veritatis viam reducendo; Pro Pace inter Svecos & Danos: Dispp. Theologicas in Epistolam ad Romanos: Memoriale Locorum Theologicorum: Conciones funebres varias: Concionem Comitialem; Conc. de Catechismo: Conc. de Cruce & morte Christi: Tractatum de Gratia Dei ad Salutem ducente: Dispp. sigillatim emissas.*

3. Sept. JOH. BOHEMUS, *Germanus*, Ditenandorffensis Misnicus, Philos. Mag. Poëta L. Cæs. primùm Gymn. Halensis per XII. annos Con-Rector, deinde XXXVII. annos Rector Dresdensis, æt. 77. offic. 49. Elucubravit *Notas Philologicas in clavem Græcæ Linguæ D. Eilhardi Lubini: Libellum de Sophisticis Elenchis: Grammaticam Hebræam; Orat. Dominicam*

in XLII. linguas translatam cum notis: Horatii Flacci V. libros Odarum versibus Germanicis redditos: Programmata varia &c.

11. Sept. GEORGIUS WITZLEBEN, *Germanus*, Ruderstadiensis Thuringus, Theol. Doctor & Pastor Soranus, dein Theol. Prof. in Academia Hafniensi, æt. 60. offic. 30. Scripsit *de priscorum Patrum Theologia: De modo docendi atque discendi Theologiam: De Judæorum Sabbatho & Christianorum: Cursum verbi divini in Acad. Sorana*, in quo varia ejus opera Theol. quæ vel publicè proposita, vel privatim elaborata, & ad edendum parata sunt, exhibentur &c.

14. Sept. JOH. CHRISTOPH. SELDIUS, *Germanus*, Hilperthusâ-Francus, Theolog. Doctor, primò Ecclesiæ Rômhildensis vicinarumque Superintendens, postea Pastor, Superintendens generalis, Scholarcha & Prof. primarius Coburgensis, æt. 64. minist. 22. Paravit *Dispp. de Subalternatione Scientiarum & præcognitis demonstrationis: Exercitationes Analyticas: Metaphysicam: Pneumaticam: Harmoniam orthodoxiæ Paulinæ in locos de Prædestinatione & Justificatione: Diatriben de Methodo interpretandi: Topicam Marcellianam: Anti-Marcellium: Exercitationes Anti-Marcellianas: Topicam Calvinianam: Theologiæ Marcellianæ & Hereticæ Parallelismum: Scrutinium articulorum fidei fundamentalium:*

Scrutinium mediorum Religionis dissidia componendi legitimorum: Prodromum Theologiæ axiomaticæ præmissum: Dispp. quàm plurimas, de incrementis & decrementis Imperiorum: De Amicitia: De Neutralitate: De Academia: De materia & forma Syllogistica: De Habitibus intellectualibus: De Lege positiva: De eversione Rerump: De arcanis Rerump: De Virtutibus conversationis moralis directricibus: De Syriasmi utilitate: De Orientalium Linguarum certitudine: De Paradoxis Jo. Morini: De Philosophia Theologiæ ancillante: Harmoniam Calvino-Photinianam: Papismi & Gentilismi comparationem: Elenchum Anti-Calvinianum &c. Germanicè *Revelationem Deastri Syncretistici*, & quædam alia.

19. Sept. MICHAEL FALCK, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, primùm in Gymnasio Patrio Log. & Metaphys. nec non Philos. Practicæ Professor, simulque Bibliothecarius, dein ad D. Bartholomæi, & demum ad D. Catharinæ Pastor, æt. 54. Prof. 2. Minist. 23. Ab eo habentur *Oratio Panegyrica Secularis, in Laudem Alberti I. Ducis Prussiæ & Academiæ Regiom. Fundatoris: Collegium Politicum in Lib. VIII. Aristotelis. Conciones LIII. Pœnitentiales: Conc. XX. ex Joh. XVI, 33. de Victoriâ Mundi. Disputationes Theologicæ: de Religiosâ Carnis Christi cum Λόγῳ Adoratione: De Ministerio Lutheri & Lutheranorum Verbi Divini Ministrorum*

rum. *Philosophicæ*: III. *de Philosophiâ in genere*: *De Elementorum alteratione*: *De Naturâ Elementorum*: *De mutuâ Elementorum Transmutatione*: *De Scripturâ S. in Physicis adhibendâ*: *De Spiritu Universi*: *De Generatione & Corruptione*: *De Principiis Politicis*: *De Voluntate*: Item: *Quæstiones Politicæ pro Aristotele contra Bodinum*: Item, *de Quæstione Politicâ*: *An & Quomodo Summus Magistratus Legibus civilibus sit solutus? De Tyranide & Tyranno*; *Oratio de nimiâ Philosophandi Libertate pro Introductione ad Professoratum habita*: *Dispp: de Habitibus Intellectûs*: *De Universalibus*: *Quæstiones Miscellaneæ Philosophicæ &c.* Scripta *complura alia*, quæ Ministerii Gedan: nomine atque arbitrio, quando vel Consilium Exteris in rebus gravissimis dandum, vel Fama atque Existimatio Sacri Collegii vindicanda, vel defendenda denique Orthodoxa Veritas fuit, b. defunctus dexterrimè consignavit, recensere nihil attinet, cùm maximam etiam partem eristica fuerint, quæ συῤῥάξεως tempore efflagitavit necessitas, &, abrogatis post per Christianam Amnestiam controversiis, æternùm sepulta esse jussit fraterna Caritas.

3. Oct. STEPHANUS CLERICUS, *Genevensis*, primùm Miles, postea Med. Doctor, inque Acad. patria per XX. annos Græcæ Lingvæ Prof. tum Reip. Senator, æt. 77. Prostaat ejus *Quæstiones Sacræ VIII. in quibus Scripturæ loca explicantur*: *Dissertationes Philologicæ.*

17. Oct. TOBIAS ANDREÆ, *Germanus*, Braunsfelsiô-Solmensis, Phil. Magister, Histor. & Græcæ Lingvæ in Academia Groningensi Professor, Ecclesiastici Synedrii & Facult. Phil. Senior, nec non Academiæ Bibliothecarius, æt. 72. prof. 42. Exaravit *Oratione in excessum Comitis Henrici Nassovii, Gubernatoris Frisiæ*: *Assertionem methodi Cartesianæ, oppositam Jacobi Revii considerationi Theologicæ*; *Replicam, explicationi mentis humanæ Henrici Regii repositam*; *Dispp. nonnullas* e. g. *de Triumviratu intestino &c.*

17. Oct. DANIEL FESSELIUS, *Germanus*, Freiburgensis Misnicus, Phil. Magister, primùm Viduæ Electoris Brandeburgici Concionator Aulicus, deinde in patria Pastor, tum Berolini ad Templum primarium Pastor, denique Pastor & Superintendens Custrinensis, ac Consistorii Electoralis Assessor, æt. 76. minist. 52. Adornavit *Adversariorum Sacrorum libros V*: *Theatrum Theologico-Politico-Historicum de causis mutationum & eversionum Imperiorum*: *Christum mysticum, Theosophiæ mysticæ nucleum*: *Promptuarium Biblicum*: *Concionum funebrium tomos tres*: *Regnum Christi & Diaboli mysticum &c.*

25. Oct. JUSTUS GEORG. SCHOTTELIUS, *Germanus*, Eimbeccâ-Hannoveranus, J. U. Doctor, Consiliarius Guelphicus Aulicus & Ec-

clesiasticus, nec non Dicasterii Assessor, in Societate Fructifera dictus der Süchende/ æt. 64. Divulgavit *Tractatum de singularibus antiquis in Germania juribus & observatis maximam partem adhuc usitatis; Linguæ Germanicæ artificium; Delineationem æternæ salutis; Hortum fructificum; Concordiam IV. Evangelistarum; Delineationem extremi judicii;* CXXX. *imagines & explicationes de nomine Jesu Christo; Descriptionem inferni & cruciatuum in eo; De Statu Hominis post mortem; De adspiciendo Salvatore &c.*

1. Nov. GISBERTUS VOETIUS, *Belga*, Heusdanus, primùm per sexennium Ecclesiastes Vlimensis in pago, dein XVII. annos in patria, ubi quâque septimanâ conciones VIII. habuit, sæpe ad varias Ecclesias & Synodos delegatus, demum per XLII. annos Theol. Doctor & Prof. in Academia Ultrajectina, Ecclesiæ ibidem Pastor, Synodi Dordracenæ jam è pluribus annis membrum superstes unicum, æt. 87. minist. 65. Vidit ex se prognatos filios filiasque X. nepotes neptesque XXV. ac unum Pronepotem. Celebritatem nominis sibi comparavit, editis ingenii monumentis, ex quibus sunt *Thersites Heautontimorumenos; Desperata causa Papatus, contra Jansenium: Problemata Theologica; Specimen assertionum partim ambiguarum aut lubricarum, partim periculosarum, seu Confraternitas Mariana; Gymnasium Ultrajectinum; Bibliotheca studiosi Theologiæ; Dispp. Theologicæ; De Lusu Aleæ; Exercitia pietatis; Politia Ecclesiastica; Philonium Romanum; Descriptio epistolica de termino vitæ; Vindiciæ pro lege & imperio contra Hobbesium de Cive; De Johanna Papissa; De Bonis Ecclesiasticis: De Fœnore Trapezitico: De Cœlo Beatorum: Resp. ad libellum personati cujusdam Cephæ Pistophili: Defensio Lutheri, & adjunctorum ipsi Theologorum Protestantium, asserentium; nos solâ fide justificari &c.* Sermone etiam Belgicô, *de Academiarum & Scholarum utilitate ac necessitate: Catechesis ad Catechismum Remonstrantium: Notæ ad Bailii praxin Pietatis.*

19. Nov. JOH. PHIL. MüLLERUS, *Germanus*, Woldenbergensis, Ducis Osnabrugensis, nec non Brunsvicensis & Luneburgensis Aulæ & Cancellariæ Consiliarius, æt. 46. Struxit *Tabulas in Grotium de jure belli ac pacis.*

24. Nov. JOH. SEBASTIANUS GÜTHE, *Germanus*, Meiningensis Hennebergicus, Phil. Magister, primùm in patria Rector, deinde Diaconus, postremò Superint. Hilperthusanus, æt. 48. Ejus est *Poligraphia Meiningensis: Tractatus de mirabili Dei Gratia: Conciones LII. Nuptiales: Conc. funebres variæ.*

2. Dec. NATHANAEL SOTVELLUS, *Anglus*, S. J. Presbyter & Secretarius, in Domo Professorum Romæ. Edidit *Bibliothecam Scriptorum Societatis Jesu recognitam & productam ad an-*

num

num M. DC. LXXV. & fortè quædam alia.

25. Dec. MATTHIAS HALE, *Anglus*, Glocestriensis, Capitaneus justitiæ de Banco Regis, æt. 67. Scripsit Anglicè *Contemplationes morales & divinas: Difficiles Nugas seu Observationes: De vita & morte Pomponii Attici: Observationes de motu naturali, de rarefactione & condensatione: De Anima: De primæva origine Hominum ex lumine naturæ &c.*

27. Dec. FRIDERICUS RAPPOLTUS, *Germanus*, Reichenbachiensis Variscus, Phil. Magister, primùm Scholæ Thomanæ Con-Rector, dein Nicolaitanæ Rector, simulque Dialect. postea verò Poës. Professor, demum Theol. Doctor, ejusdemque Prof. in Academia Lipsiensi, Canonicus Cizensis, Alumnorum Elect. Ephorus &c. æt. 61. offic. 34. Concinnavit *Libellum Poëmatum varii generis: Synopsin controversiarum in Epitome Formulæ Concordiæ occurrentium: Comment. in Horatium: Poëticam Aristotelicam: Disp. varias* e. g. *De Lætitia: De Tristitia: De Principe docto: De Sole: De Insignibus: De Insignibus Principatus: De Poëtarum corona: Logicam Gellianam: Observationes in cap. XXVIII. libri II. Noctium Atticarum: De veterum Græcorum informatione: De Agno: De Gratia justificationis, ex Matth. VII, 18. sqq: De Imputatione: De Adoratione carnis Christi: De Præsentia carnis Christi: De Christo Sacerdote N. T: De testimonio Spiritus Sancti interno: De impiorum excæcatione &c.*

OLAUS NICOLAI, *Suecus*, Bothniensis, Phil. Mag. primùm Scholæ Upsaliensis Rector, deinde Pastor in Torstuna. Vulgavit *Arvidi Joh. Tideri Grammaticam Latinam, versis plerisque in Sermonem Svecicum, & passim mutatis in melius: Prosodiam Latino-Græco-Hebraicam ejusdem.*

DANIEL SACHSIUS, *Germanus*, Th. Doctor & Superintendens Cöthensis, æt. 60. Paravit *Concordiam IV. Evangelistarum de nativitate, vita, passione, morte, resurrectione, & ascensione Christi: Conciones mysticas: Informatorium ad Ecclesiam reformatam Ducatus Anhaltini: Instructionem & præparationem S. Cœnæ: Explicationem Evangeliorum Dominicalium: Manuale contra Papatum: De Ubiquitate corporis Christi: Probationem Religionis Pontificiæ, & quare illa vitanda &c.*

OCTAVIUS FALCONERIUS, *Italus*, Formavit *Instructiones Athleticas: Dissert. de Nummo Apameensi, Deucalionæi diluvii typum exhibente.*

THEODORUS JACOBI, *Germanus*, Samicensis Silesius, J. U. Licentiatus, Advocatus & Reip. Budorgicæ Secretarius, æt. 44. Scripsit *de Emphyteusi & Laudemio.*

ANNO

ANNO 1677.

10. Februar. JOH. KOTZEBURIUS, *Germanus*, Quedlinburgensis, Cœnobii Lockumensis primò Provisor, deinde Coadjutor, demum Abbas, & ordinum Provincialium Ducatus Brunsvico-Calenbergici Primas, æt. 61. Hannoveræ. Reliquit *Dispp.* & quædam alia.

21. Febr. JOH. CONRADUS BROTBEQUIUS, *Germanus*, Tubingensis, Phil. & Med. Doctor, primùm Physicus Eslinganus, deinde in Academia patria Astron. mox Phys. ac demum Med. Professor, nec non Stipendii Hochmanniani ac Scholæ Senatoriæ Inspector, æt. 56. prof. 29. Emisit *Orationem de ἰατρομαθηματικῆς conjugio indissolubili*: *Disputationes de morbis anniversariis, juxta Hippocratem enumeratis*: *De Catharro Suffocativo*: *De Sangvine menstruo*: *De Catalepsi &c.*

4. Mart. ISAACUS BARROW, *Anglus*, Londinensis, Theol. Doctor, primùm Græcæ Lingvæ, deinde Mathes. Prof. Oxoniensis, demum SS. Individuæ Trinitatis Collegii apud Cantabrigienses Rector, & istius Academiæ Vice-Cancellarius, æt. 48. offic. 17. Libri, quos edidit, sunt *Euclides*: *Lectiones Opticæ*: *Archimedis Lectiones Geometricæ*: *Archimedis opera*: *Apollonii Conicorum libb. IV*: *Theodosii Sphærica*: *Lectio de Sphæra & Cylindro*: *Sermones quinque de excellentia Religionis Christianæ*: *Sermones IV. de officio Christianorum*: *X. de peccatis in vaniloquio*: *VIII. de amore Dei & proximi*: *Tractatus de charitate in pauperes*: *De Passione Christi*: *Expositio Orationis Dominicæ & Decalogi*: *Doctrina de Sacramentis*: *Serm. XXXIV. in Symbolum Apostolicum*: *De Primatu Papæ*: *Discursus de utilitate Ecclesiæ*: *XLV. Sermones varii*. Opera ejus junctim prodierunt tomis tribus.

13. Mart. VALENTINUS HENRICUS VOGLERUS, *Germanus*, Helmstadiensis, Phil. & Med. Doct. Physicus primùm Oppenheimensis, deinde Med. Prof. in Academia Julia, quæ ei patria, æt. 55. prof. 25. Publicavit *M. Aurel. Severini Chirurgiam*: *Institutionum Physiologicarum librum*: *Diæteticorum Commentariorum librum, cum dissertatione de vi imaginis in pestilentia producenda*: *De naturali in bonarum doctrinarum studia propensione, delectu ingeniorum, studiorum hodiernis corruptelis, earumque caussis, dissertationes quinque*: *Introductionem universalem in notitiam cujuscunque generis bonorum scriptorum*: *Physiologiam Historiæ Passionis Jesu Christi*: *De Valetudine Hominis cognoscenda librum*: *De rebus naturalibus ac Medicis, quarum in Scripturis Sacris fit mentio, commentarium*: *Dispp. de Hæmorrhagia narium*: *De Tussi*: *De Venenis*: *De Arthritide*: *De Scorbuto*: *De Chyli generatione & motu*: *Theses* ex

ex universa Medicina depromptas: Dissert. de Testimonii humani in negotio præcipuè eruditionis auctoritate &c.

22. Apr. BONIFACIUS STÖLTZLIN, *Germanus*, Giengensis, Phil. Magister, Pastor primùm Helffensteinensis & Geislingensis, deinde Bollingensis & Domeitinganus, tum Holtzensis ac Steinheimensis, demum Kuchheimensis, æt. 74. minist. 46. Paravit *Manum Catecheticam: Postillam Evangelicam: Conciones X. Passionales: Libellum de Turcarum origine, nomine &c. Tubam Ecclesiasticam, sive Conc. singulares: Libellum precum pro gravidis: Bethesdam pro ægrotantibus & moribundis: Concionatorem Spiritualem: Praxin Biblico-Catecheticam: Libellum precum pro Concionatoribus & Theologiæ Studiosis: Preces pro avertendis variis casibus: De Tempestatibus: De bona senectute: Fidum Pastoris Achatem: Remedia spiritualia: Christianorum morientium præmium optimum: Libellum pro Communicantibus: Hortum florum spiritualium: Viatorium Itinerarium: Curam liberorum.*

23. April. BARTHOLOMÆUS BREDELOVIUS, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister, Pastor Steindammensis in Prussia, æt. 31. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Sabbato* Δευτεροπρώτω *ex Luc. VI, 1: De Paschate* σταυρωσίμω *& translationibus Festorum; De Situ tribus Naphtalim: De ultimis Domini vestigiis in loco Ascensionis: De die Oblationis manipuli primitialis in festo Pentecostes: De Numero, quem Plato Rebus publicis fatalem statuit libro IIX. de Republica: Theses Philosophicas &c.* Edidit quoque *Concionem de circumstantiis temporis nati Servatoris nostri, ex Luc. II.*

18. Maj. ANDREAS ESSENIUS, *Belga*, Bommeliensis, Phil. Magister, & Ecclesiastes in inferioribus longis Paludibus, (vulgo Nederlangh broeck) deinde Theolog. Doctor ejusdemque Professor ac Pastor Ultrajectinus, æt. 59. minist. 37. Struxit *Templum Crucis, contra Crellium: Dissertationes de Decalogo, & die Sabbathi, adversus Abrah. Heydanum: Defensionem Consilii Theol. Ultrajectini de Canonicatibus, Vicariatibus &c. Systema Theologicum: Synopsin controversiarum Theologicarum: Vindicias quarti præcepti in Decalogo: Compendium Theologiæ: Orationem funebrem in obitum Gisberti Voetii, Theologi: De perpetua moralitate Decalogi: Orat. de certitudine Perseverantiæ: Dissert. de Subjectione Christi ad Legem divinam: Dispp. varias Theologicas.* Belgicè *Institutiones contra errores Socinianorum: Doctrinam de Abnegatione Christi: Considerationem similitudinis Matth. XVIII, 24. &c.*

1. Jun. JOACHIMUS SCHRÖDERUS, *Germanus*, Freudenbergensis, Megapolitanus, Phil. Magister, ad D. Georgii per XL. annos Pastor Rostochiensis, tandem emeritus, æt.

64. Luci exposuit idiomate vernaculô *Speculum Christianæ vitæ: Speculum disciplinæ Ecclesiasticæ: Speculum Superbiæ: Speculum Homicidii, de Duellis: Speculum Christianæ Patientiæ: Coronam Pacis: Coronam Sacerdotalem, de S. Ministerio: Speculum Christianæ gloriæ, pro Nautis: Horologium matrimoniale: De Pennalismo abrogando tractatus diversos.* Latinè *Thesaurum Ecclesiasticum Concionum funebrium: Cassandrum redivivum &c.*

16. Jun. GEORGIUS BUSCHIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Philos. Magister, & per XLII. annos Scholæ patriæ collega, tandem emeritus, æt. 77. Edidit *Compendium Grammaticæ Græcæ.*

21. Jun. CHRISTIANUS RAVIUS, *Germanus*, Berolinensis, Lingvarum Orientalium Professor Ultrajectinus, Amstelodamensis, Oxoniensis, Upsaliensis, Kiloniensis, ac demum Viadrinus, æt. 68. Orientalium Lingvarum amore Byzantium petiit, & ter centum autores, magnô labore hinc inde conquisitos, in Angliam intulit. Scripsit multa & varia, ex quibus sequentia nota sunt *Orthographiæ & Etymologiæ Hebraicæ delineatio: Panegyricæ Orationes duæ de Lingvis Orientalibus: Dissertatio de Scribendo Lexico Arabico: Obtestatio ad universam Europam pro discendis rebus ac lingvis Orientalibus: Primæ aliquot Alcorani Suratæ Latinè: Versio nova in Caput IV. Geneseos, cum quibusdam annotatis: Concordantiarum Hebr. & Chaldaicarum epitome: Spolium Orientis Christiano orbi dicatum, sive Catalogus MSS. Orientalium: Chronologia Biblica nova: Orbis Hieraticus: XXX. Arcana Biblica: Excussio discussionis D. Calovii: Chronologia restituta, contra Vossium: Catena magnetica annorum mundi: De ratione peregrinandi: Quinquaginta testium Biblicorum de vera plenitudine temporis Adventualis Christi: Responsio ad disputationem Magni Celsii de Anno: Ravii & Wasmuthi Litteræ circulares, pro erigendo Collegio Orientali, de propaganda Fide:* Anglicè *Grammatica Generalis Hebræo-Chaldæo-Syro-Arabico-Samaritana: Notæ in Grammaticam Hebræam Martinii: Dispp. de Dudaim Rubenis: De Vindicta: De Plenitudine adventuali Jesu Christi in carnem: In XIX. postremos versus Genes. XXX. &c.*

4. Jul. CONRADUS DüRRIUS, *Germanus*, Norimbergensis, Philos. Magister, primùm Alumnorum Noricorum Inspector, pòst Eth. & Poës. demum & Theolog. Professor Altorphinus, ætat. 52. prof. 23. Concinnavit *de recondita veterum Sapientia Orationem: Virtutes & merita D. Georgii Königii, Theologi: Synopsin Philos. Moralis: Isagogen in Lectionem Aristotelis: Accessiones in Distinctiones & divisiones Philosophico-Theologicas Theod. Hackspanii: Christianismi per hypotheses & dogmata Socinianorum eversionem: Compendium Theol. Moralis:*

ralis: De Animarum humanarum ad posteros propagatione: Ethicam Paradigmaticam: Laudationem funebrem Jodoci Kreffii à Kreffenftein: Orat. de præpoftera & impia libertate philofophandi in religionis negotio: Tractatum Theol. de Religione Chriftiana in Germaniam introducenda, & hucusque confervata: Ifagogen in libros Normales feu Symbolicos Ecclefiæ Noribergenfis: Obfervationes ad textum Auguftanæ Confeffionis: Problematum Moralium Selectiorum centuriam: Memoriam Joh. Fabricii, Theologi: Anti-Marcellium: Difpp. de natura, origine & progreffu Philof. Ariftotelicæ: De Æmulatione: De Confcientia: De Prudentia judiciaria: De Jure naturæ & ejus immutabilitate: De Jure naturæ ejusque indifpenfabilitate: De Luctu fpiritus & carnis: De Præjudiciis in rebus Theologicis: De Hæreticis: De Schifmaticis: De Anathemate: De Charitatis, qua homo erga Deum & Homines obligatur, ordine: De Ethnicis: De Judæis: De Muhammedanis &c.

5. Jul. LUDOVICUS JACOBI, *Germanus*, Stetinenfis Pomeranus, Phil. Magifter, in patria Jacobæus primùm Diaconus, pòft Archidiaconus, demum Paftor, nec non Theol. Doct. æt. 61. minift. 33. Scripfit Germanicè *de Prophetæ Jeremiæ vocatione: De ejusdem fidei confeffione in Mesfiam: De ejusdem Prophetæ Auditoribus: De ufu & abufu Cometarum: De Schola regia Nathanielis: Conc. funebres &c.*

9. Jul. JOH. SCHEFFLERUS, *Germanus*, Vratislavienfis Silefius, Phil. & Med. Doctor, primùm Principis Olfnicenfis, deinde Ferdinandi III. Imp. Rom. Archiater, ex Lutherano factus Presbyter Romanus, ordinis quoque Teutonici Eques, æt. 53. Publicavit *Caufas, propter quas, abjectô Lutheranifmô, Catholicam Religionem fufcepit: Scriptum Chriftianum, de notis & indiciis populi Dei: Scriptum Turcicum: Utriusque fcripti defenfionem contra D. Scherrzerum & D. Chemnitium: De cultu Jofephi & aliorum Sanctorum in Papatu: Lutheranifmum Joh. Beckeri refutatum: Tutamen luminis veritatis Catholicæ: Unicum cœli regnum: Concilium Tridentinum ante Tridentinum:* Sub nomine Johannis Angeli, *de vocatione Miniftrorum*, & nonnulla alia Germanicè.

23. Jul. BRUNUS RYVES, *Anglus*, Theol. Doctor & Prof. Regiæ Majeftati à Sacris, Liberarum Windforienfis & Wolverhamptonenfis Capellarum, à reftitutione Caroli II. Regis Decanus primus, nobilisfimi ordinis à Periscelide Scriba, æt. 81. Reliquit *Sermones*, & fortè quædam alia.

27. Jul. JOH. LOCCENIUS, *Germanus*, Itzehoâ Holfatus, J. U. Doctor, primùm Hiftor. & Eloq. in Academia Upfalienfi Prof. Skyttianus, deinde Juris Profeffor, & Academiæ iftius Bibliothecarius, nec non Hiftoriographus Regius, demum Prof.

Honorarius, & Collegii Antiquitatum Sveo-Gothicarum Præses, æt. 80. prof. 50. Publico cum laude donavit *Epigrammata Sacra & moralia: Orationes funebres in obitum Joh. Simonii: In obitum Petri Kirstenii: Orat. in aditu Professionis Skyttianæ habitam: Dissertat. de migrationibus Populorum, & in specie Gothorum Sveonumque: Orat. de Historiarum præstantia: Dissert. de Scythis veteribus: De Svecis ac Gothis: De causis incrementi & decrementi illustrium Rerump. & Monarchiarum: De Epistolis & Orationibus rectè scribendis habendisque: Orat. de Gustavi Adolphi Regis virtutibus: Syntagma dissertationum Politicarum: Curtium cum notis: Notas in Epistolam Ciceronis ad Q. Fratrem: Exercitationes juris: Synopsin Juris Sueo-Gothici: Lexicon Juris Sueo-Gothici: Libros III. de Jure Maritimo: Corn. Nepotem cum annotationibus: Rerum Sveticarum Historiam: Antiquitates Sveo-Gothicas: Erici Olai Hist. Sveticam, cum notis: Elogium Axelii Oxenstierna: Gratulationem ad Carolum Gustavum Regem de Pace Sveo-Danica: Libr. IX. historiæ Sveticæ: Leges Provinciales Regni Sveciæ in Latinam Lingvam traductas notisque illustratas: Synopsin juris publici Sveo-Gothici: Jus maritimum Svecorum translatum in Sermonem Latinum: Dissertationem de studio juris: Orationem de Imperiorum periodo ac conservatione: Inaugurationem Reginæ Christinæ: Dispp. de obligatione, Antido-*

rali vel jure Antipelargiæ &c.

8. Sept. CHRISTOPH. BULÆUS, *Germanus*, Kotzschenbrodâ-Saxo, Phil. Magister, primùm Poës. in Academia Lipsiensi Professor, deinde Pastor Mutzsensis, porro Wurcensis, demum Theol. Doctor, Past. & Superintendens Dresdensis, ac Consistorii Elect. Saxoniæ Assessor, ætat. 74. minist. 42. Prelo subjecit *Censuram Historiæ, quam M. Joh. Hoferus de sua ad Religionem Papisticam defectione perscripsit: Schediasmata in Valerium Flaccum: Charitillam, Poëmata juvenilia: Elenchum errorum Papisticorum, de Sacramenti nomine & definitione: Concionem memorialem & Jubilæam, ex Esaiæ XL, 8: Conciones funebres varias &c.*

9. Sept. JOH. CHRISTOPH. KOHLHANS, *Germanus*, Coburgensis, Phil. Magister, Scholæ patriæ Rector, & Gymnasii ibidem Ducalis Professor. Luci donavit *Exercitationes Glotticas, de Poësi Hebræa: Observationes in Psalmum CXIX: De V.T. punctorum Hebraicorum origine: De nomine Dei Tetragrammato: De Scheva & vocalibus Hatephatis: De V.T. Germanica B. Lutheri versione: De N.T. Hellenistica Lingva: Grammaticam Hebræam biformem: Admiranda Optica &c.*

— Sept. WILHELMUS MOMMA, *Germanus*, Hamburgensis, primò Ecclesiæ Reformatæ Pastor Lubecensis, dein Pastor & Theol. Professor Hammonensis, tum Medioburgen-

sis

sis in Zeelandia, demum incola Amstelodamensis, æt. 35. Scripsit *Prælectiones Theol. de Oeconomia Temporum Testamentaria triplici: Meditationes in Catechesin Heidelbergensem: Dissert. de adventu Schilo, ex Genes. XLIX, 10: Meditationes in Epistolas Pauli ad Romanos & Galatas.*

26. Sept. DANIEL LüDEMANNUS, *Germanus*, Paswalcô-Pomeranus, Phil. Magister, primùm Carolo Gustavo, exercitus Svecici tum Duci Generalissimo, ab Aulicis & campestribus Concionibus, deinde Theol. Doctor, Pastor & Ecclesiarum Diæcesium Bremensis ac Verdensis Superintendens Generalis, nec non Consistorii Ecclesiastici Præses, æt. 56. minist. 28. Reliquit *Concionem Irenicam, pro Pace Germaniæ: Descriptionem historicam D. Virginis Margaretæ: Tractatum de extremo judicio: Conc. funebres ex Jerem. V, 15. 16. 17: ex II. Timoth. IV, 6. 7. 8. in obitum Caroli Gustavi, Regis Sveciæ: ex Psalm. LXIII, 6. — 9: ex I. Timoth. I, 15: ex Job. VII, 1. &c.*

6. Oct. ALBERTUS KOIALOWICZ, *Lithuanus*, Launensis, S. J. literarum humaniorum, Phil. & Theol. Scholasticæ Professor, Collegii Vilnensis Rector, hujus Acad. Pro-Cancellarius, & Domus Professorum Præfectus, æt. 68. Soc. 50. Composuit Latinè *Elogia Imperatorum ex Austriaca familia: Primum Societatis Jesu annum secularem, Vilnæ solemnibus feriis celebratum: Compendium Ethicæ Aristotelicæ; De vita & moribus P. Laurentii Bartilii S. J: Oculum ratione correctum, seu Refutationem demonstrationis ocularis de Vacuo: Historiæ Lithuanæ partem primam & secundam: Miscellanea rerum ad statum Ecclesiasticum in magno Ducatu Lithuaniæ pertinentium: Instructionem circa casus reservatos: De rebus gestis anno 1648. & sequenti, contra Cosaccos Zaporovios Rebelles: Fastos Radziwilianos, de gestis Ducum Radziwil:* Polonicè *Decem modos colendi B. Virginem in ejus imagine Lauretana: Colloquia Theologi cum Politico, de electione prudenti unius veræ Christianæ Religionis, sub nomine discipuli sui: Concionem in funere Petri Vvolowicz: Colloquia Theologi cum Ministro, de dissidiis in rebus fidei inter Catholicos & Calvinianos: Compendium vitæ Alphonsi Rodriquez S. J. ex Hispanico: Colloquia Theologi cum dissidente in Religione, de sincero & non adulterato usu S. Scripturæ, ad probandos articulos fidei &c.*

8. Oct. JOH. MITZELIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, ejusdemque in Acad. Regiomontana Professor, Judicii Aulici, & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 35. Ab eo reperiuntur *Dispp. de Juris Provincialis Ducatus Prussiæ Oeconomia generali & speciali: De Moratoriis: De Jure: De principiis Juris: De Jure finium: De Repressaliis: De jure Detractionis: De Vectigalibus: De Arrestis: De Testimonio Fœminarum: De Remissione peccatorum: De Monopoliis: De Tutelis:* De

De Sequestro: De Juramento litis decisorio: De Compensationibus: De Servis veterum Romanorum: De Populis fundis: Theses juridicas juris publici, Justinianei, privati, feudalis atque canonici &c.

20. Oct. JOH. GABRIEL DRECHSLERUS, *Germanus*, Wolckensteinensis Misnicus, Philos. Magister, Theol. Baccalaureus, Gymnasii Halensis collega tertius. Elaboravit *Compendium Historico-Chronologicum; Manuductionem ad Poësin Hebraicam: Orationem in secularem festivitatem Formulæ Concordiæ; De Larvis Natalitiis Christianorum; Epist. ad Guilh. Mechovium de modo formandæ juventutis; Delineationem libri Joh. Sleidani de IV. summis Imperiis; Melioris partis electionem, adversus Annam Mariam à Schurmann & Johannem de Labadie; Dispp. de Metallorum transmutatione; De Sermone Brutorum; De Spectris; De Syncretismo Pilato-Herodiano, ex Luc. XXII, 12; De Cithara Davidica; Descriptionem Mosis; An una gutta sanguinis Christi satisfacere potuerit pro mundo?* Germanicè *Anchoram Sacram studiosorum è verbo Dei fabricatam; De mundana vanitate & cœlesti solatio &c.*

28. Oct. PETRUS AURIVILLIUS, *Suecus*, Gevaliensis, Phil. Magister, primùm Log. & Metaphys. postea Græcæ Lingvæ, ac demum Theolog. Professor Upsaliensis. Vulgavit *Orationem Græcam, carmine Heroicô, super obitu Jacobi Augusti, & Caroli*

Johannis de la Gardie; Elementa Logicæ Peripateticæ; Elementa Metaphysicæ; Epigrammata Græca varia; Dispp. de Igne; De bono Principe; De Epicuri voluptate; De Perfecto; De Regimine Philosophico; De Philosophia libera; De abusu Religionis civili; De Amnestia; De triplici Academicorum veterum secta; De causa morali; De Duratione; De Canone Logico: propter quod unumquodque tale est, illud magis est tale; De objecto Logices; De natura Sensuum; De una in singulis hominibus Anima; De judicio controversiarum in Theologia; ὑποτύπωσιν doctrinæ Papisticæ de merito operum, ejusque speciebus congruo & condigno; Disp. Græcam περὶ τῆς ἀρετῆς &c.

11. Nov. GEORGIUS HIERON. WELSCHIUS, *Germanus*, Augustanus, Med. Doctor, in patria Physicus, in S. R. Imp. Societate Naturæ Curios. dictus *Nestor*, Orientalium Lingvarum, & præ cæteris Arabicæ, Turcicæ, Persicæ, Armenicæ, Ægyptiacæ, Sinensis & Iberæ non imperitus, quin & Gallicæ, Hispanicæ, Anglicæ, Belgicæ, Hungaricæ, & Polonicæ doctus, inprimis autem Italicæ, ætatis 53. Condidit *Dissert. II. Medico-Philosophicas de Ægagropilis, sive calculis in Rupicaprarum ventriculis reperiri solitis: Sylogen curationum & observationum Medicinalium centuriis sex; Exercit. de Dracunculis veterum & de vermiculis capillaribus infantium: Hecatosteas II. observationum Physico-Medicarum:* Tabu-

Tabulas æquinoctiales novi Persarum & Turcarum anni: Somnium Vindiciani, sive desiderata Medicinæ: Curationum Exoticarum chiliades II. & consiliorum Medicinalium centurias IV. cum annotationibus: Mictomimematum, sive Miscellanearum Medicinalium centurias III: Epistolas mutuas Argonautæ ad Nestorem, & Nestoris ad Argonautam, de thesauro experientiæ Medicinæ: Specimen de abortu: Epist. de Solano furioso, ad Jo. Matth. Fabrum: Animadversiones in Joh. Walæi methodum medendi: Curationum propriarum & consiliorum Medicorum Decades X. cum commentario. Extant quoque in Ephemeridibus Acad. Natur. Curios. Germ. ejus *Observationes de Xyloaloecardioide: De Ligno Sassafr. à radice diverso: De Tapaco Japonico: De Jaspide carioso: De Margaritis onychinis & Margarito mantiis: De Achate Aphrodisio: De Spondylolithris & Dolicholilis Teriolensibus: De calculis pulmonum: De Fructibus aliquot Americanis nondum descriptis: De anatome Muris alpini: De Pila cervicapræ orientalis: De Lapide Nephritico flavo & albo: De loco Athenæi, de hortis in navi Hieronis, Regis Syracusani, de hortis Adonidis & pensilibus, deque lacruma Opuntiana: De Lapidibus prægnantibus, gemmis in gemmis, ovis in ovis: De Halileon Sisensi olivari: De Fungillo Mithridatico omnium minimo: De abstinentia ementita puellæ: De Margaritis Lacustribus Augustanis: De Pulvere metallico nigro, ex ventriculo Sthrutionis: De Nævorum varietate & cicere in facie M. Tullii Ciceronis: De punctura Vespæ & Aranei: De vigiliis cum ejulatu diuturnis: De Diarrhæa pertinaci curata: De tumore lienis febriculoso: De σπαδίλῃ orvietano ex vino curata: De Hydrope affectu in latitudine sanitatis: De Lumbrico lato quinque ulnarum magnitudine: De Vomituritione lethali: De Hernia intestinali: De fungillis Cubriorrhizæ: De Tithymalocampis Clangenfurtensibus.*

2. Dec. JO. CHRISTOPH. WIEDERUS, *Germanus*, Philos. Magister, Gymnasii Poëtici Rector Ratisbonensis, æt. 64. Foràs dedit *Orationem in obitum D. Balthasaris Balduini, Theologi: Carmina varia.*

FRANCISCUS GLISSONIUS, *Anglus*, Med. Doctor, Phys. in Academia Cantabrigiensi Professor, dein Collegii Medici Londinensis Socius, pòst Elector, demum Præses. Struxit *Anatomiam Hepatis & de Lymphæductibus: Tractatum de Rachatide: De natura Substantiæ energetica, sive de vita Naturæ: Tract. de Ventriculo & Intestinis.*

ANDREAS OLZOWSKI, *Polonus*, primùm Regni Referendarius, deinde Episcopus Culmensis, tum Pro-Cancellarius Poloniæ, demum Archi-episcopus Gnesnensis. Vulgavit *Censuram Candidatorum Sceptri Polonici.*

FRIEDERICUS JESSENIUS, *Germanus*, Husâ-Slesvicensis, Phil. Magister, Pastor primò Todingensis, inde

Tônin-

Töningensis, novissimè Chiloniensis, tum Theol. Doctor, ejusdemque Facult. in ea Acad. Assessor, æt. 64. minist. 37. Prodire fecit *Larvam detectam Davidis Georgii, Hæresiarchæ: Conc. inauguralem Academiæ Chiloniensis, ex Matth. XXI, 1-15. de laudibus & utilitatibus Academiarum: Conciones aliquot funebres &c.*

BENEDICTUS SPINOSA, *Belga*, Amstelodamensis, Judæus. Conscripsit *Tractatum de natura & conceptu Dei:* Suppressô nomine, *tractatum de libertate Philosophandi: De principiis Philosophiæ Cartesianæ.* Opera ejus *posthuma* uno volumine prodierunt, in quo continentur *Ethica, more Geometricô demonstrata: Politica: Tractatus de emendatione intellectus: Epistolæ: Compendium Grammatices Linguæ Hebrææ.*

ANNO 1678.

1. Febr. TIMOTHEUS RITZSCHIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Electori Saxoniæ à correspondentiæ secretis, & Bibliopola, æt. 64. Edidit Germanicè *Cursum primum & secundum annuum variarum Novellarum justô ordine dispositum.*

23. Febr. FRIDERICUS DAVID STENDERUS, *Germanus*, Erfurtô-Thuringus, diversis in locis Scholæ Moderator, demum in Aula vivens Brunsvicensi, æt. 50. Lusit *Anagrammata Latina & Germanica.*

28. Febr. HENRICUS KIPPINGUS, *Germanus*, Rostochiensis, primùm Miles in exercitu Svecico, deinde Phil. Magister, & Scholæ Metropolitanæ Bremensis Con-Rector, ætatis 44. Ingenii sui & diligentiæ testes sunt *Historia universalis: Physica: Politica: Antiquitates Romanorum: Opus Philosophicum, quo continentur Dialectica: Metaphysica: Pneumatica: Et liber de creatione: Ethica: Auctaria ad Joh. Pappii Historiæ Ecclesiasticæ epitomen: Liber de Cruce & Cruciariis: Annotationes in Auberii Prætensiones Gallicas: De Sacra Scriptura Exercitationes: Nova methodus juris publici.*

2. Mart. MICHAEL KIRSTENIUS, *Germanus*, Beronâ-Moravus, Phil. & Med. Doctor, primùm Mathes. deinde Poes. atque Phys. Professor Hamburgensis, æt. 58. prof. 25. Concinnavit *de Pace Germaniæ Panegyrin: Cometam: In Theatrum Anatomicum Poëma: Laudationem funebrem M. Joh. Stemanni: Memoriam Bibliothecæ Hamburgensis: Monumenta Gymnasii Hamburg. instaurati Anno clɔ Iɔc LXXV: Hymnum in Natalem Servatoris & Epigrammata Natalitia: Programmata varia.* Germanicè vertit, tacitô nomine, *Th. Bartholini Institutiones anatomicas: Julii Casserii Placentini Explanationes Tabularum Anatomicarum, cum additis Danielis Bucretii &c.*

7. Mart. JOH. ERNESTUS NORICUS, *Germanus*, Martisburgensis

Saxo, J. U. Doctor & Professor Lipsiensis, deinde Aulæ Martisburgensis Consiliarius, ac demum Sacri Consistorii Director, æt. 43. Effecit *Notas in Institutiones juris: Dispp. de Fictione &c.*

10. Mart. JO. DE LAUNOY, *Gallus*, Constantiensis, Theologus Parisiensis, æt. 77. Commentatus est *de Vera Notione plenarii Concilii apud August. in causa Rebaptizantium dissertationem: Defensam Breviarii Romani correctionem, circa historiam S. Brunonis: De verâ causa Secessus Brunonis in eremum: Dissert. V. de Simonis Stockii viso, de Sabbathinæ Bullæ privilegio, & de Scapularis Carmelitarum sodalitate: Dissert. de veteri ciborum delectu, in jejuniis Christianorum: Discussionem Responsionis de duobus Dionysiis: De Concilio, in quo Donatistæ damnati: Librum de cura Ecclesiæ pro miseris & pauperibus: De Victorino Episcopo: Dissert. de mente Concilii Tridentini circa Satisfactionem in Sacramento Pœnitentiæ: Judicium de autore librorum de imitatione Christi: Refutationem eorum, quæ contra Thomæ Kempensis vindicias scripserant Rub. Quatremaires & Joh. Launoy: De recta Nicæni Canonis VI. & prout à Rufino explicatur, intelligentia: Inquisitionem in privilegia ordinum Præmonstratensium: De cura Ecclesiæ pro Sanctis, de Reliquiis ac sacris officiis, ab omni falsitate vindicandis: Tomos V. Epistolarum: Opusculum de duobus Dionysiis: Tract. de varia Aristotelis in*

Acad. Parisina fortuna: Tractatum de commentitio Lazari, Magdalenæ & Marthæ in provinciam appulsu: Dissert. de auctoritate negantis argumenti: Judicium de Hadriani Valesii disceptatione de Basilicis: Testem & confessorem Veritatis Evangelico-Catholicæ, adversus Bellarminum & alios sedis Rom. defensores &c.

12. Mart. JOH. MARCELLUS WESTERFELDIUS, *Germanus*, Buxovillâ-Hanoviensis, Phil. Magister, primùm Pastor Lingelsheimensis, deinde Hansbergensis, porrò Ecboldsheimensis in Alsatia, tandem Theol. Licentiatus, & Ecclesiæ Nerolinganæ Pastor & Superintendens, æt. 68. minist. 46. Dedit *Concionem de Pace: Disp. de adventu & advenientis Eliæ officio Malach. IV, 5. promissi, Matth. XVII, 10. — 13. ostensi &c.*

13. Mart. SAMUEL BUTSCHKI & RUTENFELD, *Germanus*, Silesiensis, Vratislaviensis, Consiliarius Cæsareus, inque Ducatu Vratislaviensi Senior Provincialis (Königl. Mannes und Landes Eltester) ætat. 66. Ejus superest *Comœdia de Ariana: Judex avarus: Libellus de scribendis literis Germanicis: De scribendis literis amatoriis: Flores Senecæ: De Euthymia, seu tranquilla mente &c.*

28. Mart. CLAUDIUS FRANC. MILLIET, DESCHALES, *Gallus*, Camberiensis, S. J. Rhetor. & amænio-rum Literarum Lector, deinde Missionarius ad Turcas, tum Philos.

Mathes. ac etiam Theol. Professor, Collegii Camberiensis Rector, ætat. 57. Soc. 43. Adornavit *Commentaria in VIII. libros Euclidis: Cursum Mathematicum tomis tribus, quorum I. complectitur Euclidis libros VIII: Arithmeticam: Theodosii Sphærica: Trigonometriam: Geometriam Practicam: Mechanicam: Staticam: Geographiam universalem: Tract. de Magnete: Architecturam civilem: Artem Tignariam Tomus II. continet Tractatum de Sectione Lapidum: Architecturam militarem: Hydrostaticam: Tract. de Fontibus & Fluviis: De Machinis Hydraulicis: Navigationem: Opticam: Perspectivam: Catoptricam & Dioptricam. Tomus III. continet Musicam: Pyrotechniam: Astrolabia: Gnomonicam: Astronomiam: Kalendarium: Astrologiam: Algebram: Indivisibilium methodum & de Sectionibus Conicis: Tractatum de motu locali & elaterio*, Gallicè.

12. April. JOHANNES ELAI TERSERUS, *Svecus*, Dalekarius, primò Notarius & Scholæ Collega Arosiensis, deinde in Lexand Sacellanus, tum Græcæ Lingvæ in Gymnasio Arosiensi Lector, postea Johanni Bannero à concionibus Aulicis & Castrensibus, domum reversus, Philosophiæ Magister, mox Theolog. Lector, & Pastor Ecclesiæ Kæriche, porrò Theol. Doctor ejusdemque tàm in Academia Aboënsi, quàm Upsaliensi Professor, Pastor quoque Ecclesiæ Wexalæ, post hæc Episcopus Aboënsis, inde Pastor Rittersholmensis Holmiæ, nec non S. Claræ Ephorus, tandem verò Episcopus Lincopensis & Ostro-Gothicus, æt. 73. minist. 47. Ab eo supersunt *Dispp. Theologicæ in Augustanam Confessionem: Analysis Epistolæ Pauli ad Galatas: Versio nova Geneseos, Exodi & Levitici Latina: Annotationes in Genesin: Chronologia sacra: Annot. in Exodum; Explicatio Catechismi Lutheri prolixior*, lingvâ populari: *Quæstiones & resp. in eundem; Concio sacra ex Psalm. LXI, 7. 8. cùm* CAROLUS XI. *Rex primùm in Senatum ingrediebatur; Conc. funebres & Dispp. Theol. variæ.*

23. April. ADRIANUS BEIERUS, *Germanus*, Glauchemsis, Osterlandus, Phil. Magister, Ecclesiæ Jenensis Archidiaconus, æt. 78. Ei debetur *Nomenclatura Professorum in Universitate Jenensi; Syllabus Theol. Doctorum & Licentiatorum in Salana promotorum; Geographus Jenensis; Schola Danielis typus Universitatis Jenensis, seu Concio sacra, ex Dan. I, 3. sqq.*

24. April. LUDOVICUS VI. HASSIÆ LANDGRAVIUS, HERSFELDIÆ PRINCEPS &c. æt. 48. *Psalterium Davidicum carmine Germanicô* expressit.

25. April. CHRISTIANUS EBERHARTIUS, *Germanus*, Calthen-Nordhemiensis, Hennebergicus, Phil. Magister, Histor. & Poëf. in Acad. Julia, quæ Helmstedii est, Professor, æt. 59. Prof. 23. Reliquit

Dispp-

Dispp. de Summo Bono, seu felicitate humana; De spontaneo & invito: De Syllogismo &c. Historiam festi secularis Academiæ Juliæ anno 1676. celebrati.

16. Maji JOH. GEORGIUS BINDRIM, *Germanus*, Rôreishagensis Megapolitanus, Phil. Magister, Th. Prof. Rostochiensis. Habitæ sunt sub ejus præsidio *Dispp. de Voce Hosianna; De Sione Evangelica; De Excommunicatione Judæis usitata; De Characteribus Messiæ; De Prophetis, illorumque ordine &c.*

12. Jul. ERICUS ERICI PONTOPPIDANUS, *Fionus*, Biergegardensis, Phil. Magister, Poëta Laur. primùm Arcis Regiæ Anderschovianæ Pastor per XVI. annos, deinde Ecclesiæ Coagiensis VII. annos Pastor, demum Theol. Doctor, & Episcopus per sexennium Nidrosiensis, æt. 62. Elucubravit *Epigrammatum sacrorum centurias III: Comœdiam de conjugio Tobiæ versibus Danicis conscriptam; Tractatum de spirituali inter Christum & Ecclesiam conjugio; Ἐπινίκιον de victoria Davidis & Christi, Græcis versibus; Paraphrasin metricam in Cebetis Tabulam; Bucolica sacra; Coronationem Apollinarem: Similitudines Ovidianas collectas: Aquilam versibus decantatam: Panegyria in coronationem Friderici III. Regis: Centuriam Miscellaneam, & singularem Epigrammatum: Poëmata varia: Auream & gemmatam viri coronam: Rosam Daniæ: Margaritam Cimbricam: Certamen Olympicum: Florilegium Cimbricum: Natales gloriæ, quæ usus & doctrinæ filia, genii atque sedulitatis neptis est: Meditationes Sacras in Baptisma, cum ejusdem Teratologia: Novi anni meditationes, cum hymnis: Filiorum Dei vitam spiritualem in Deo, & mortem proficuam: Theologiæ Practicæ seu Ethicæ sacræ synopsin: Epistolam, in qua verba avium & animalium voces exprimentia, quæ in elegia de Philomela & alibi occurrunt, Danicè redduntur &c. Compendiosam Evangelistarum Harmoniam: Vocabularium Danico-rhytmicum: Polyhymniam Danicam: Baptismum sangvinis, seu Comment. in Passionem Christi: Horologium spirituale: Annonam sacram, seu Comment. in Evangelia totius anni*, & quæ sunt alia.

15. Jul. ADOLPHUS SAUBERTUS, *Germanus*, Norimbergensis, in patria ad D. Ægidii Pastor, æt. 43. Reliquit *Conciones aliquot funebres, easque inter in obitum Joh. Mich. Dilherri, ex Cant. II, 13. 14.*

29. Jul. ANDREAS WISSOWATIUS, à Szumki, Eques *Polonus*, Fausti Socini ex filia Nepos, Pastor primùm in Ukrania & Volynia, postea Lublinensis, hinc Racovianus, & tandem Robcoviensis in Cracoviensi Palatinatu, æt. 70. Amstelodami in exilio. Scripsit *Annotationes in Acta Apostolorum, in Epist. S. Jacobi & Judæ, quæ insertæ sunt in Bibliotheca Fratrum Polonorum: Stimulos Virtutum, fræna peccatorum: Dissert. de Hominis vera beatitudine consectan-*

da: Discursum de vita æterna ejusque consequendæ modo: Tractatum, in quo demonstrantur corporis cultum pretiosum non decere Christianos: Notas in Catechesin Ecclesiarum Polonicarum &c.

18. Aug. WOLFG. ADAM LAUTERBACH, *Germanus*, Schlaizâ Variscus, J. U. Doctor, Prof. Tubingensis, Ducis Würtenbergensis Consiliarius intimus, & Consistorii Ecclesiastici Director Stutgardiensis, ætat. 60. prof. 30. Waltenbuchi. Celebritatem nominis obtinuit editis ingenii sui monumentis, ex quibus sunt *Conclusionum forensium Exercitationes XXIX: Tractatus de bonorum societate conjugali: Differentiæ juris communis & Würtenbergici in Criminalibus: De Epistola: De Fidejussore indemnitatis: Tract. de singulari Fratrum jure: De Juramentis: Dispp. Juris Tubingensium volumina III:* Sigillatim quoque prodierunt, sub ejus præsidio habitæ *Dispp. de Nuncio: De Consilio: De palmario Advocatorum: De Arrha: De alienatione rerum, quæ minorum sunt: De Donationibus propter nuptias: De procuratore substituto: De differentiis principalibus juris civilis ac canonici cum Hamburgensium statutis: De Jure Antichreseos: De Cancellatione, ejusque in jure effectibus: De cautione rati à conjunctis præstari solita: De Dotis collatione: De Confessione: De Confusione: De Contractibus in genere: De Privilegio creditorum personali simplici: De Voluntate: Delibata Juris &c.*

19. Aug. STEPHANUS GORLOVIUS, *Prussus*, Neuhofius, Phil. Magister, Ling. Orient. in Academia Regiomontana Professor, Ecclesiæ Lœbnicensis ibidem Diaconus, demum Facultatis Philosoph. Senior, æt. 59. prof. 31. Ab eo habentur *Dispp. de primo cognoscendi principio: De Confusionis Linguarum origine & modo: De Initio Decalogi, ex Exod. XX. 1. seqq. & Protevangelio Gen. III, 15: De Detorsionibus & exceptionibus nonnullis Judæorum, in Rabbinicum Niz Zachon &c. Tubarum Sanctuarii sonus.*

21. Aug. CAROLUS ORTLOBIUS, *Germanus*, Olsnâ Silesius, Phil. Magister, Concionator primùm in Aula & urbe Olsnensi, deinde Diaconus ad D. Elisabetæ Vratislaviensis. Prodire fecit *Homiliam super Electionem Leopoldi Imp. Romani: Encænia Salomonæa Janischdorffensium exemplar, ex I. Reg. VIII, 8. — 12: Volumen Concionum funebrium: Dispp. de variis Germanæ Poëseos ætatibus: De Sole: De Cruce Christi: De Sepulcro Christi: De Apparitionibus Dæmonum, contra Papistas: De monte olivarum: De ritu jejuniorum: De Poëtis &c. Meditationes sacras carmine Germanicô.*

— Octob. ADAMUS LAURENTIUS NICOLAI, *Germanus*, Lubecensis, Philos. Magister, & ad D. Jacobi in patria Pastor. Vulgavit *de Notitia Dei adquisita libellum: De Vesta Barbara & Orientali primitias.*

15. Oct.

15. Oct. ABRAHAMUS HEIDANUS, *Germanus*, Francothaliâ-Palatinus, primùm Ecclesiastes Naerdensis per quadriennium, deinde Leidensis, tum Theol. quoque Doctor & Professor, demum Senior, æt. 81. minist. 55. Vidit Nepotes & Abnepotes. Adornavit *Orationem de singularibus S. Scripturæ: De origine erroris libros VII: Orat. funebrem in obitum Friderici Spanhemii: Examen Catechismi Remonstrantium: Comment. de causa Dei defensa contra homines: Orationem de componenda inter Christianos Pace & Concordia: De Sabbato & die Dominica Disputationem: Considerationes ad res quasdam gestas in Acad. Lugduno-Batava: Fasciculum Dispp. Theologicarum de Socinianismo: Orationem de luctuosa calamitate, quæ An. clɔ Iɔc LXIX. civitatem Leidensem afflixit: Corpus Theol. Christianæ in XV. Locos digestum: Dispp. varias* e. g. *de S. Scriptura: De Theologiæ natura: De Providentia Dei erga Gentiles &c.*

21. Oct. ARNOLDUS SYENUS, *Belga*, Amstelodamensis, Med. Doctor, hujus & Botan. Professor Lugduno-Batavus, ætat. 38. prof. 8. Prodiit ejus *Commentarius in partem Horti Indici Malabrici de Arboribus: Epistola ad Casp. Bartholinum de Herba Fumana &c.*

22. Oct. JOH. HARTIGVELD, *Belga*, Patricius Roterodamensis, Socinianus, ætat. 62. Delineavit Belgicè *Christianum verè inermem*.

3. Nov. JOH. TITIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, Cancellarius Stolbergensis, Reip. Northusiensis, nec non ordinis Equestris in Comitatu Hamsteinensi Consiliarius atque Syndicus. Prelo subjecit linguâ vernaculâ *Successionem hereditariam Northusanam: Orationes Inaugurales*, & quædam alia.

5. Nov. JO. BAPTISTA NANIUS, *Italus*, Eques Venetus, ad Urbanum VIII. Pont. Romanum, Ludovicum XIV. Regem Galliæ, & Ferdinandum III. Imp. Rom. Legatus, tùm Reip. patriæ Senator, postremò D. Marci Procurator, & Capitaneus classis adversus Turcas Generalis, ætat. 63. Conscripsit Italicè *Historiam de rebus Venetis: Philosophiam Peripateticam dogmaticam.*

10. Nov. DANIEL ZWICKERUS, *Prussus*, Gedanensis, Med. Doctor, Socinianus, æt. 66. Amstelodami in exilio. Consignâsse dicitur *Demonstrationem veræ methodi disputandi: Regulas fundamentales, secundum quas S. Scriptura debet explicari & intelligi: Irenicum Irenicorum: Judicium de Johanna Papissa, contra Maresium: De stante & triumphante visibili Ecclesia, contra portas inferni: De I. Corinth. XIV. perversè explicato: Novi fœderis Josiam: De Animarum præexistentia ante-mundana: Epist. ad Mart. Ruarum, de Fratribus Moravis &c.*

11. Nov. MELCHIOR FUCHS, *Livonus*, Rigensis, Reip. patriæ Proconsul, Consistorii Ecclesiastici Præ-

ses, Portorii Regii Præfectus &c. æt. 75. Publicæ luci donavit idiomate Germanicô *Meditationes Sacras in Evangelia Dominicalia & Epistolas totius anni.*

20. Nov. DANIEL CLASENIUS, *Germanus*, Luneburgensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Magdeburgensis Con-Rector, mox Rector, tum in Equestri Gymnasio patrio Ethic. & Polit. Professor, demum J. U. Doct. & Prof. Helmstadiensis, æt. 55. Literis consignavit *Comment. in Tabulam Cebetis: Theologiæ Naturalis libros II: De Religione Politica Tractatum: De jure Aggratiandi: De Oraculis Gentilium, & in specie de Vaticiniis Sybillinis libros tres: Compendium doctrinæ Politicæ: Commentar. in Constitutiones Criminales Caroli V. Imperatoris: Dispp. de Juramento: De constituto possessorio: De collatione bonorum: De immunitate metatica: De jure detractionis: De patria potestate: De contractibus innominatis &c.*

28. Nov. JOH. LUDOV. FABER, *Germanus*, Poëta Laur. Cæsareus, Gymnasii Norimbergensis collega, æt. 43. Reliquit *Poëmata varia.*

19. Dec. GEORGIUS SEGERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. & Med. Doctor, Regis Poloniæ Archiater, Physicus, Medic. item & Phys. in Gymnasiis Thorunensi ac Gedanensi Professor, æt. 49. Preli publici beneficiô eruditorum stitit oculis *Synopsin Musæi Wormiani: Triumphum cordis: Differt. de usu integumentorum corporis: De Lympha Bartholiniana: Orationem de vita & obitu Jo. Jacobi à Brunn, Medici: Libellum de Querimonia cordis: De ortu legitimo librum Hippocratis περὶ καρδίης: Orationem inauguralem de curiositate Physica: Bartholini centuriam I. & II. observationum singularium in Germanicum idioma translatam: Dispp. de Opio: De febri epidemia: De Hippocratis orthodoxia in doctrina de nutritione fœtus in utero: De Aneurismate venarum &c. Observationes* ejus *variæ* extant in Ephemeridibus Academiæ Natur. Curios. Germaniæ.

GEORGIUS THEOD. DIETERICUS, *Germanus*, Hallus, J. Utr. Doctor, primùm Consiliarius Darmstadinus, deinde Consiliarius Aulicus Cæsareus, Liber Baro à RONDECK, demum Halæ Saxonum Præses. Luci exposuit *Notas in Auream Bullam; Tractatum de jure & statu Judæorum in Republica*, & nonnulla quædam alia.

ANNA MARIA A SCHURMANS, *Belga*, Ultrajectina, Virgo doctissima, Lingvarum quoque Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, Turcicæ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Anglicæ, Italicæ, Hispanicæ, Germanicæ & Belgicæ perita. Propter stupendam hanc eruditionem audit Friderico Spanhemio *Stolatus Musarum & Gratiarum Doctor*, Danieli Heinsio *Musa decima*, Jac. Crucio *Minerva Batava*, & Jo. Suithio *Alpha Virginum*, æt. 72. Viverti in Frisia.

Typis divulgavit *Differt. Logicam de ingenii muliebris ad doctrinam & meliores literas aptitudine.* Extant opera ejus *Hebraica, Græca, Latina, Gallica, Prosaica & Metrica; Ἐκλογία seu melioris partis electio.* In Arte pariter Pictoria excelluit.

THOMAS HOPFFERUS, *Germanus,* Auguftanus, Phil. Magifter, primò Ecclefiaftes Ratisbonenfis, deinde ad S. Crucem in patria, deinde Superintendens Schorendorffenfis, æt. 60. minift. 34. Ejus reperitur *Triga Concionum Valedictoriarum; IX. Homiliæ Typicæ; Conciones Nuptiales & Funebres &c.*

NATHANAEL STUCKEY, *Anglus,* Ecclefiæ eorum; qui Bedelliani nuncupantur, Londini Patronus, æt. 29. Ex Anglica *in Latinam* tranftulit *lingvam Joh. Bidelli Catechefin.* Addidit *Orationem de Paffione & morte Chrifti.*

CHRISTOPH. SCHLEGELIUS, *Germanus,* Dresdenfis, Phil. Magifter, Ecclefiæ primùm Vratislavienfis Paftor & Theol. Profeffor, deinde Theol. Doctor & Superintendens Grimmenfis. Ab eo habetur *Hakeldama, five Ager fangvinis, ex Matth. XXII, 3. & 11. Regium Chrifti Sacerdotium &c.*

NICOL. PAVILLONIUS, *Gallus,* Parifienfis, Advocatus in Parlamento Parifienfi, æt. 90. Contexuit *Carmina varia.*

JOACH. STEGMANNUS, Junior, *Germanus,* Ecclefiaftes in Polonia, pòft Claudiopoli, æt. 60. Emifit, fub nomine Magnus Amicus honefti, *brevem difquifitionem inter duas de S. Trinitate difputantium partes; Demonftrationem Religionis Chriftianæ veritatis; Commentarium in Evangelium S. Johannis è cap. V. usque ad cap. XI; Epiftolas.*

FRANCISCUS JUNIUS, Junior, *Germanus,* Heidelbergenfis, Theologus & Philologus, æt. 90. Academiæ Oxonienfi fcripta & monumenta laboris fui moriens commifit. Edi curavit *Libros III. de Pictura veterum: Verfiones duas Evangeliorum, Gothicam & Anglo-Saxonicam: Gloffarium Gothicum in IV. Evangelia Gothica: Obfervationes in Willerami Francicam paraphrafin Cantici Canticorum &c.*

GALEATUS GUALDUS, *Italus,* Vicentinus, Comes Prioratus, Hiftoriographus Cæfareus. Elaboravit Italicè *Hiftoriam Bellorum Ferdinandi II. & III. & Philippi IV. Hifp. contra Guftavum Adolphum Sveciæ, & Ludovicum XIII. Galliæ Reges, ab anno 1630. usque ad 1640. libris XXVI: Hiftoriam de motibus Galliæ: Scenam hominum illuftrium in Italia: Hiftoriam de Leopoldo Imperatore.* Creditur etiam, quòd fit Auctor libri, qui infcribitur, *Minifterium Cardinalis Mazarini.*

ANNO 1679.

27. Jan. ABRAH. THAVONIUS, *Suecus*, Halikoensis, primùm Phys. deinde Theol. Professor Aboensis, tum Theol. Doctor & Superintend. Narvensis, postremò Episcopus Wiburgensis, æt. 57. prof. 18. Reliquit *Conciones aliquot funebres: Dispp. de Sensibus: De Stellis: De Hominis in utero formatione &c.*

28. Jan. JOH. FICHLAU, *Prussus*, Insterburgensis, J. U. Doctor, Electoris Brandeburgici Consiliarius, & Judicii Aulici Criminalis Præses, æt. 51. Scripsit *de Imperio absolutè & relatè considerato: Summam Jurisprudentiæ: Centuriam thesium illustrium Theol. ad Rubricam Codicis de Summa Trinitate & Fide Catholica: Disp. de Legatis &c.*

5. Febr. JUSTUS VONDELIUS, *Germanus*, Agrippinensis, Incola Amstelodamensis, Virgilius Batavus dictus, æt. 90. Varia ejus extant Belgicò sermone *Poëmata: Comœdiæ: Tragœdiæ: Noah, de Cataclysmo: Johannes, Legatus Pœnitentiæ: Mysteria Altaris: Præstantia Ecclesiæ: Cultus divinus: Oedypus: Hecuba: Hyppolitus: Trojæ interitus: Cantilenæ rurales: Inauguratio Curiæ Amstelodamensis &c.*

13. Febr. JOSIAS CHRISTOPHOR. NEANDER, *Germanus*, Lubenâ-Lusatus, Philos. Magister, primùm Scholæ Custrinensis Con-Rector, deinde ad S. Johannis & Augustini Pastor Stargardiensis, Theol. Doct. ejusdemque & Lingvarum Oriental. in collegio ibidem Grüningiano Professor, æt. 48. minist. 19. Vulgavit *Metaphysicam: Dispp. aliquot Philos. ut de Anima rationali: De Mundo &c.*

— Febr. LUCAS BACMEISTERUS, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. Magister, Theolog. Professor, tandem emeritus, & Academiæ patriæ Senior, æt. 74. prof. 44. Exaravit *Orationem de attenta Scripturarum Sacrarum lectione, earumque varia & multiplici necessitate ac utilitate: Disp. de nativitate Christi: Σκιαγραφίαν sive Analysin & catenam Catechismi minoris D. Martini Lutheri XXI. tabulis comprehensam:* Edidit quoque B. *Parentis sui Fasciculum Quæstionum Theologicarum.*

17. Febr. JONAS FORNELIUS, *Suecus*, Ostrogothus, Phil. Magister, Mathem. Professor Upsaliensis, & Pastor in Fundbo. Ejus reperitur *Dissertatio Uranographica: Oratio panegyrica in ortum Principis Caroli XI: Dispp. de Eclipsibus: De Lumine & maculis Lunæ: De Luminarium efficacia in concitando mari: De Ἀντιβολία seu Radiatione Optica: De Cometis: De Astrognosia: De natura & objecto Optices &c.*

24. Febr. NICOLAUS TUNANDER, *Suecus*, Ostrogothus, Theol. Prof. Aboënsis. Confecit *Tractatum Theol. de Hæresi in genere; Dispp. de Statu Exinan-*

Exinanitionis Christi; De certitudine Salutis &c. Concionem funebrem ex Joh. VII, 24.

2. Mart. JOHANNES THOMÆ, Germanus, Lipsiâ-Misnicus, J. Utr. Doctor, primùm Jurium Professor Jenensis, deinde Consiliarius intimus & Cancellarius Saxo-Altenburgico-Gothanus, æt. 48. Condidit Tractatum de Noxa Animalium.

26. Mart. JO. SCHEFFERUS, Germanus, Argentoratensis, in Acad. Upsaliensi Juris Natural. & Gentium Professor Honorarius, Eloqv. & Polit. Skyttianus, Academiæ Bibliothecarius, & Regii Collegii Antiquitatum Assessor, ætat. 58. prof. 31. Cum immortali nominis sui gloria publicavit Pacati Panegyricum cum notis Philologicis & Politicis: Orationem in obitum Jacobi Ponte de la Gardie Archistrategi: De Militia navali veterum libros IV: Orat. in decessu Reginæ Christinæ: De antiquorum Torquibus Syntagma: Gymnasium Styli: Librum de Stylo: Titulum sepulcralem in obitum Caroli Gustavi Regis: Memoriam Comitum Augusti & Jo. Caroli de la Gardie: Æliani historias varias cum notis: Phædrum cum annotationibus: De Philosophia Pythagorica librum: Arriani Tactica cum annotationibus: Mauritii Strategicon cum notis: Annot. in scriptorem veterem, Gothicâ linguâ scriptum, de Götrico & Rholfone, Regibus Westro-Gothicis: Petronii fragmentum Tragurianum cum notis: Orationem ad Ca-

rolum Regem, cùm studiorum gratiâ primùm venisset Upsaliam: Dissert. Politicas de Regibus Romanorum: Upsaliam antiquam: Memoriam Jo. Canuti Lenæi, Archiepiscopi: Librum de arte pingendi: Institutionem Regiam, linguâ Veteri Sveticâ, cum versione Latina & notis: De Re Vehiculari Veterum lib. III: Aphthonium, Theonem & alios Gr. Lat. cum notis: Pyrrhi Ligotii Comment. de re vehiculari cum versione Latina & notis: Sam. Bochardi de quæstione; num Æneas unquam fuerit in Italia, dissertationem ex Italico versam in Latinum: Orat. ad Carolum Regem, cùm primùm manus admovisset gubernaculis Imperii: Anonymi Sueci Chronicon Archiepiscoporum & Sacerdotum Upsaliensium, cum notis: Lapponiam: (quæ Germanicè & Anglicè etiam extat) Indicem in libros H. Grotii de jure Belli & Pacis: Higinum cum notis: Israëlem Erlandi de vita S. Erici, cum notis: De tribus orbibus aureis in Scania erutis Disquisitionem: Notas in Scriptores aliquot Latinos & Græcos: Memoriam D. Laurentii Stigzelii, Archiepiscopi: De situ & vocabulo Upsaliæ epistolam defensoriam: Justinum cum annotationibus Criticis: De Exceptis annotationibus, ex scriptis Caroli Episcopi Arosiensis judicium: De Institutione literaria generosi Adolescentis judicium: De antiquis verisque Regni Sveciæ insignibus: Julium Obsequentem de Prodigiis cum notis: Sveciam literatam, seu de scriptis & scriptoribus gentis Sve-

citæ: Memorabilia Sueciæ gentis exempla: Dispp. varias, suo munitas præsidio, ut; *de præstantia Monarchiæ: De rota Fortunæ Romanæ, ex Sallust. Catil. X: De instinctu sacrificandi in Gentilibus: De Aulico, ex Tacit. IV. Annal. c. XX. 3. & 4: De Clarifigationibus bellicis: De Rep. felici & diuturna, ex Sall. Catil. IX: De Senatore, ex Cicer. lib. III. de Legibus c. 18: De Jure Naturæ ejusque fundamento: De ortu Status Politici & norma Politicè vivendi &c.*

31. Mart. NATHANAEL DILGERUS, *Prussus*, Dantiscanus, primùm Concionator Aulicus Rappelsteinensis, deinde in patria Pastor, ac demum S. Ministerii Senior, æt. 75. minist. 49. In publicum prodire fecit Germanicè *Responsum ad Vindicias ultimas Joh. Cæsaris de sacra Cœna: Conc. de re cœlesti in S. Cœna: Homiliam castrensem ex Psal. LX: Inaugurationem Regiam ex Apoc. XII, 7: Conciones nundinales ex Luc. XIX, 13. & Luc. XVI, 1. seqq. ex Joh. XII, 20. seqq. Conc. Jubilæam ex Psalm. CXXVIII: Conciones aliquot funebres:* Nomine Ministerii Gedanensis, *Tractatum contra Jo. Cæsarem: Syncretismum, an cum Calvinianis formari possit?* & nonnulla alia.

31. Mart. JOH. ULRICUS MAYERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Philos. Magister, inque patria Concionator primùm Sabbaticus, dein Archidiaconus, demum Theol. Doctor & ad D. Thomæ Pastor, æt. 63. minist. 39. Edidit *Dispp. de virtute morali: De imagine Dei homini primævo concreata: De Novatianismo & Syncretismo: De Homine instituto, destituto & restituto: Conciones funebres plurimas ex Psal. LXXIII, 25. 26: ex II. Timoth. IV, 6. 7. 8: ex Esaiæ XXXVIII, 13. 14: ex Psalmo CXVI, 7. 8. 9: ex Psal. LXXI, 20. &c.*

— April. HENRICUS REGIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Med. Doctor, ejusdemque in Acad. patria Professor primarius, ætat. 81. Contexuit *Fundamenta Physices: Fundamenta Medica, seu Medicinæ libros IV: Philosophiam Naturalem: Praxin Medicam: Spongiam pro eluendis sordibus animadversionum Jacobi Primerosii, de circulatione sanguinis: Notas ad Corollaria Theologico-Philosophica D. Gisb. Voetii: Physiologiam, sive cognitionem sanitatis: Explicationem mentis humanæ: Hortum Academicum Ultrajectinum.*

13. April. ELIAS WEISIUS, *Germanus*, Zittaviensis, in Gymnasio patrio per XL. annos Collega, tandem emeritus, æt. 70. Vulgavit *Manuductionem linguæ Græcæ.*

14. April. MARTINUS MILTOPÆUS, *Finno*, Aboensis, Phil. Magister, Eloq. in Acad. patria Professor & Pastor in Pike, æt. 48. Reliquit *Institutiones Oratorias: Orationem in obitum M. Simonis Kexleri: Quæstiones Rhetoricas: Dispp. de Affectibus in genere: Miscellaneas Quæstiones Practicas: De Terr-aquei globi tam exter-*

na,

na, quàm interna structura, corporumque quorundam genesi: De Anima separata: De publica juventutis institutione: De Elementis in genere: Theoremata nonnulla Miscellanea &c.

22. April. FRIDERIUS GEISLERUS, *Germanus*, Swidnicensis Silesius, Phil. & J. U. Doctor, Professor Lipsiensis, æt. 43. Ab eo habetur *Actio Injuriarum ad Palinodiam: Dispp. de publicis judiciis: De vi publica & privata: De Modestia: De Nominum mutatione & Anonymis Scriptoribus: De Jure Cœmiteriorum; De Titulo Principum: Nos Dei gratiâ: De Temperamentis Pœnarum &c. Angelus clypeus oratione repræsentatus.*

27. April. PAULUS SPERLINGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, primùm Gymnasii Bordscholmensis Rector, simulque Pastor & Præpositus, deinde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Kiloniensis, æt. 73. minist. 43. Dedit *Disput. Inauguralem de antiquissimo Exorcismi in baptismo ritu, nequaquam temerè, multò minus tumultuariè, vel rejiciendo, vel abrogando*, & quæ fortè sunt alia.

5. Maji MAGNUS CELSIUS, *Suecus*, Helsingus, Phil. Magister, Mathem. Professor Upsaliensis, & Pastor in Upsalia vetere, æt. 58. Enucleavit *Computum Ecclesiasticum: Dissert. de Cerebro humano: De Plantis: Tractatum de ignotis antea Runis Helsingicis: Dissert. de Cometis: Eclipsigraphiam; Dispp.* sub ejus præsidio habitæ sunt non paucæ, ex quibus vidimus *de Horologio Sciatherico; De Iride; De festo Hebræorum; De comparatione corporum cœlestium ad tellurem; De Thule veterum; De Systemate mundi Democriteo; De Anno; De natura Piscium in genere, & Piscatura; De Eclipsibus; Fasciculum Positionum Miscellanearum &c.*

12. Maji GEORGIUS DAMMIUS, *Germanus*, Rostochiensis, primùm in patria ad D. Mariæ Diaconus, dein Theol. Doctor, Pastor Regiomontanus, & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 46. Ejus sunt *Dispp. de die omnium primo, & de ritu super sepulcra baptizandi; De officio Pastorali elenchtico ex Joh. XVI, 8; Frustula Philosophica; Positiones Philosophicæ &c.*

18. Maji PETRUS ERICI LIUNG, *Suecus*, Sudermannus, Phil. Magister, Philos. Practicæ Prof. Upsaliensis. Edidit *Compendium Philosophiæ Moralis; Dispp. de Libertate Arbitrii humani; De Pietate in Deum & Proximum; De vario sepeliendi ritu; De præstigiis dæmonum; De Pace; De jure Parentum in liberos; De Hospitalitate; De Educatione; De amore sui bono & perverso; De veneratione & amore Regis, ex Curtio; De virtute morali in genere; De Actionum hominum moralium principiis & natura in genere; De Opibus; De Mansuetudine, De Civitatis natura; De Intellectu humano: De virtute boni viri & boni civis: De Prudentia: De Comitiis: De Amicitia: De bono Senatore: De Bello &c.*

22. Maji ANDREAS BIUGG, *Suecus*, Holmensis, primùm in Ducatu Bremensi ac Verdensi, deinde in Cancellaria Regia Holmensi Secretarius, & Nobilis LILIESTERNA dictus, æt. 48. Vulgavit *Solemnem actum, quô CAROLUS XI. avitum Regni Suecici Solium conscenderet.*

25. Maji JOH. GEORGIUS ALBINUS, *Germanus*, Weisenfeldensis, primùm Scholæ Rector, tum ad D. Othmar. Pastor Naumburgensis, in Collegio Societatis Fructiferæ dictus der Blühende/ ætat. 55. minist. 22. Ejus prostat *Eumelio: Poëmata Germanica Sacro-profana: Hermanni Hugonis Pia desideria in linguam Germanicam conversa: Conciones funebres &c.*

7. Jun. JOH. WALTHERUS, *Germanus*, Gautschensis prope Lipsiam, Phil. Magister, primò Gymnasii Curiensis Rector, tum Theol. Licentiatus, postea ibidem Pastor, Superintend. & Professor, æt. 60. minist. 20. Dedit prelo *Conciones aliquot funebres.* Si quæ sunt alia, me fugiunt.

8. Jul. SAMUEL JONÆ COLUMBUS, *Suecus*, Wesmannus, Poëta, æt. 37. Emisit *Odas Sveticas plures, cum notis Musicalibus: Mundum Biblicum, seu quid de creatione, lapsu, resurrectione ac extremo judicio prodant sacræ literæ: Carmina varia Græcô, Latinô, Gallicô, Germanicô & Sveticô sermone consignata*, & Sigillatim emissa.

24. Jul. JONAS RUGHMAN, *Islandus*, Collegii Antiquitatum in Academia Upsaliensi Adjunctus, æt. 43. Scripsit *Threnodiam de morte M. G. de la Gardie, carmine Heroicô, linguâ veteri Gothicâ: Fragmenta quædam LL. Veterum, collecta ex diversis scriptoribus & historiis, linguâ eâdem: Versionem Sveticam historiæ veteris Islandicâ linguâ scriptæ, de Regibus Nowagorum: Monosyllaba Islandica &c.*

25. Jul. JOH. SEBASTIANUS MITTERNACHTIUS, *Germanus*, Hardislebiensis, Thuringus, primùm Pastor Teutlebiensis, deinde Scholæ Numburgensis Rector, tum Ephorus Neostadiensis, demum Theol. Doctor, Concionator Aulæ Saxon. Citicensis primarius, Consistorii Assessor, & Præsulatus Numburgensis Superintendens, æt. 66. minist. 41. Elaboravit *Grammaticam Hebræam: Medullam Logicæ: Elementa Rhetorica: Praxin Logicam: Notas in G. Fabricii historiam sacram: Notas in Colloquia Stephaniana: Dissertationes Scholasticas: Specimen Philologicum divitiarum Evangelicarum: Dissert. de Johanne Evangelista, an adhuc vivat, & de Judæo quodam à tempore passionis Dominicæ superstite: Panegyricum in obitum D. Jacobi Welleri: Dissert. Historicas de variis argumentis: Politicam Dramaticam.* Germanicè *Librum Precationum: Considerationem IV. Novissimorum: De Arte Poëtica Germanica: Pædiam de informatione librorum: Colloquium inter IV. Scriptores Papisticos: Apologiam hujus colloquii, contra D. Eliam Schillerum:*

Refuta-

Refutationem, contra Valer. Magnum: XII. Meditationes de novo Anno: Tragœdiam de infelici Milite: Scripta quædam adversus D. Joh. Schefflerum: Currum cælestem: Oeconomiam Scholasticam: Ornatum Scholasticum: Conciones Nundinales: Funebres &c.

28. Jul. BALTHASAR MENTZERUS, *Germanus*, Giessensis Hassus, Theol. Doctor, ejusdemque in Academiis Marpurgensi, Rintelensi ac Giessensi Professor, demum Aulæ Darmstadinæ Concionator primarius, & Comitatus Cattimelibocensis Superintendens, æt. 65. offic. 38. Concinnavit Theologus hic insignis *Dilucidationem quæstionis de vitæ humanæ termino: Consilium super colloquium Sinceri Wahrenbergii de Polygamia: Statuas Honoris, sive Concionum funebrium volumen: Homiliam de summo bono Holmiæ habitam: De nobilitate filiorum Dei, ex Joh. I, 11. 12: Dispp. de Prudentia Sermonis: De productione Animæ rationalis: De vera & reali præsentia Christi in Cœna: De Baptismo: De divinitate Christi: De termino vitæ: De Concilio Oecumenico 1. Nicæno &c.*

29. Jul. JOACHIMUS FABRICIUS, *Germanus*, Lindaviâ-Marchicus, Phil. Magister, primùm in Pædagogio Musices Professor, pòst Archidiaconus Cathedralis, tum Theol. Doctor, Pomeraniæ citerioris Vice-Superintendens, Pastor ad D. Mariæ, & Theol. Professor Stetinensis, æt. 62. minist. 33. Emisit *Dispp. de*

obiit ANNO 1679.

Justificatione; De Ecclesia &c. Conciones funebres, & fortassis alia.

16. Aug. JOH. THEIL, *Germanus*, Numburgensis. Poëta Laur. Cæsar. & Scholæ Budissinæ Rector, æt. 71. Composuit *Analysin Epistolarum Dominicalium & Festivalium; Lexicon Horatianum, super libros V. Odarum Horatii; Orationem Ciceronis pro Lege Manilia explicatam; Carmina varia.*

22. Aug. MARTINUS BRUNNERUS, *Suecus*, Helsingensis, Phil. Magister, & Græcæ lingvæ Prof. postea Theol. Doctor, ejusdemque Professor Upsaliensis, nec non Pastor Dannemarkensis, æt. 52. prof. 21. Adornavit *Palæphatum de Incredibilibus Græcè & Latinè cum annotationibus; Portam cœli & habitationem Dei in his terris, ex Genes. XXXVIII, 17. in inauguratione templi recèns ædificati; Opus salutis, ex 1. Petri I, 3.-10; Dispp. de Ortu Civitatis naturali; De Anima rationali; De comparatione Tyrannidis & Anarchiæ, servitutis & licentiæ, ex Isocrate; De Analysi; De primordiis Reip. bonæ; De Nuptiis Secundis, in legem primam Charondæ; De Pœna Calumniæ, in legem secundam Charondæ; De Allegatione Scripturarum; De Sensu Locorum Scripturæ; De Conciliis; De quibusdam Legibus disputandi; De necessitate & contingentia; De voce Amen &c.*

25. Aug. JOH. RôLINGIUS, *Germanus*, Holsatus, Philos. Magister, & Poës. Professor Regiomontanus, æt. 45. Emisit *Cantiones Sacras;*

Obiit ANNO 1679.

Disp. de Metro Poëtico; Carmina varia, Latina & Germanicâ, sigillatim typis subjecta.

— Sept. PETRUS LAMBECIUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, primùm in patrio Gymnasio Histor. Professor, nec non Rector, deinde ex Lutherano factus Pontificius, Consiliarius ac Historiographus Cæsareus, ut & Bibliothecæ Præfectus Viennæ, æt. 51. Plurima in lucem protulit, è quibus est *Prodromus Lucubrationum Criticarum in A. Gellii Noctes Atticas; Syntagma Originum & Antiquitatum Constantinopolitarum; Origines Hamburgenses; Prodromus historiæ literariæ; Orationes aliquot cum Programmatibus, in Gymnasio Hamburgensi habitæ; Tabulæ Synopticæ in Phil. Cluverii Introductionem Geographicam; Libri VI. Commentariorum de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi: Diarium S. Itineris Cellensis interrupti & repetiti; Axiomata Politica Gallicana; Syntagma rerum Germanicarum &c.*

1. Nov. CHRISTIANUS FRIDERIC. FRANCKENSTEINIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Philos. Magister, primùm Scholæ patriæ Nicolaitanæ Con-Rector & Concionator Sabbaticus, pòst Gymnasiarcha Halensis, postremò Lat. Lingvæ & Histor. in Acad. patria Professor, ac Facultatis Philos. Senior, æt. 58. Ab eo habemus *Notas in Benjamini Prioli historiæ Gallicæ libros XII: Dispp. de Religione Romanorum, ex Gellii lib. 2. Noct. Attic. c. 28: De Terræ motu, ex eodem c. 28. l. 2. Noct. Atticarum: De Ephialte, seu Incubo: De Philostorgia: De Antipathia Nationum: De Consule Romano: De Consiliario: De ratione exigendorum Tributorum: De Ærario Romano: De Epistola Pauli ad Philemonem: De novo Anno &c. Justa anniversaria memoriæ Joh. Georgii I. Electoris Saxoniæ.*

12. Nov. FRANCISCUS BURMANNUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, primùm Scholæ patriæ Rector, deinde Theol. Doctor ejusdemque in Academia Trajectina Professor, ac Ecclesiæ ibidem Pastor. In lucem protulit *Synopsin Theologiæ, & speciatim Oeconomiam Fœderum Dei, tomis II: De moralitate Sabbathi hebdomalis: Apologiam pro moralitate Sabbathi: Belgicam afflictam, seu Orationem de calamitatibus communis patriæ: Narrationem de controversiis nuperiùs in Academia Ultrajectina motis, & depulsionem eorum:* Belgicè *Explicationem Pentateuchi: Expositionem librorum Josuæ, Judicum & Ruth: Explicationem librorum Regum & Chronicorum: Explicationem librorum Samuelis*, & quæ sunt alia ab eo concinnata.

15. Nov. FRANCISCUS SIMON, *Germanus*, Wartanus, Ukeromarchus, Philos. Magister, per 50. annos in cœtibus Georgii Pastor Hamburgensis, æt. 76. Struxit *Speculum Christi, & beneficiorum ipsius, versibus Heroicis Græco-Latinis: Demonstrationem exhibiti Messiæ, metris Hebrai-*

braicis: Germanicè *Macrocosmum & Microcosmum didacticum*: *Gymnasium crucis & Academiam lucis*: *Verum Christianismum Apostolicum & Evangelicum*: *Scholam anniversariam triplicem Concordantiarum, Controversiarum & Conscientiarum.*

19.Nov. THEOPHRASTUS RENAUDOTUS, *Gallus*, Parisinus. Primus in Gallia ab anno 1631. *Novellas* consignâsse & edidisse dicitur.

2. Dec. JOHANNES STRAUCHIUS, *Germanus*, Coldicensis Misnicus, Phil. & J.U. Doct. primùm in Acad. Lipsiensi Philol. Lat. & Histor. deinde in Jenensi Histor. Professor, tum Civitatis Brunsvicensis Proto-Syndicus, iterum Juris in Academ. Salana Prof. itemque Ducis Saxoniæ Bernhardi Consiliarius intimus ac Vice-Cancellarius, Consistorii Ecclesiastici ibidem Præses, ordinis juridici Senior, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessor, demum in Acad. Giessensi Professor primarius & Pro-Cancellarius, æt. 67. In Themidis cultorum gratiam elucubravit *Lexicon Particularum juris*: *Amœnitates juris Canonici*: *Dissert. XXIX. ad universum jus Justinianeum privatum*: *Exercitationes juris Publici exotericas XIII*: *De Captivis & Postliminio*: *Dissertationes X. super tit. D. de Regulis juris antiqui*: *Exercit. VI. ad quinquaginta decisiones Justiniani*: *Dispp. III. in Tacitum de Moribus Germanorum*: *Berytum, sive ad Tit. C. de Metropoli, Beryto*: *Controversias illustres juris*: *Dissert. Academicas V. de Electione & electi potestate*: *Kal. Januar. in L. C. de oblatione votorum*: *Dispp.* sigillatim habitas *de Successione ab intestato*: *De modo Appellandi ad Cameram*: *De Regno Aretalensi*: *De Austregis*: *De Regula Catoniana*: *De Centesimis Usuris*: *De origine Imperiorum*: *De condictione furtiva*: *De condictione de eo, quod certo loco dari oportet*: *De condictione Triticaria*: *De jure Fratrum, eorumque præ Sororibus prærogativa*: *De præsenti Imperii periodo*: *De incertis personis*: *De juris naturæ & civilis convenientia*: *De jure Maritorum in uxorem, resque uxorias*: *De Obstagio*: *De Oppignorationibus Imperialibus*: *De Privilegiis*: *De Tempore*: *De regali Vectigalium jure*: *De Competentia Fori*: *De Vino*: *De Precario*: *De Publicana in rem actione*: *De Juramento supplementorio*: *De constitutione Principis*: *De Jactu*: *De Obligatione Civitatis ex contractu mutui*: *De accessionum quibusdam maximè controversis speciebus*: *De Protestationibus*: *De Vectigalibus*: *De Actione redhibitoria*: *De acquisitione per hos, qui sunt in potestate*: *De actione æstimatoria & in factum &c.*

3. Dec. JOH. JACOBUS SEGIUS, *Germanus*, Longo-Salissâ-Thuringus, Pernaviensis in Livonia Pastor primarius, & Scholæ Inspector, æt. 61. Scriptis mandavit *Hæmatologiam Sacram, sive Meditationes de Sanguine Jesu Christi*, Germanicè.

4. Dec. THOMAS HOBBES, *Anglus*, Malmes-

Malmesburiensis, Philosophus, æt. 91. Librorum, quos scripsit, hi sunt tituli; *Elementa Philosophica de Cive: De Mirabilibus Pecci: De natura Hominis: De Corpore Politico, sive elementa juris: Leviathan sive de Republica: Elementorum Philosophiæ sectio prima, de corpore: Prælectiones VI. ad Professores Savilianos: Characteres, sive Indicia absurda Geometriæ XC. Doctoris Wallis: De Homine, sive Elementorum Philos. sectio secunda: Quæstiones de Libertate, Necessitate & casu, contra D. Bramhallum: De principiis & ratiocinatione Geometrarum: Dialogus de natura Aëris: De duplicatione Cubi: Problemata Physica, unà cum magnitudine Circuli: Examinatio & emendatio Mathematicæ hodiernæ: Quadratura Circuli, Cubatio Sphæræ, Duplicatio Cubi: Rosetum Geometricum, cum censura doctrinæ Wallisianæ, de Motu: Rescripta tria ad Regiam Societatem, contra D. Wallis: Principia & Problemata aliquot Geometrica antè desperata, nunc explicata: Thucidides è Græco Anglicè versus: Lux Mathematica: Ulyssis itinera, sive Odysseæ Homericæ libri IX. X. XI. XII. versibus Anglicis: Homeri Ilias & Odyssea Anglicanô carmine expressæ: Decameron Physiologicum, sive Decalogi X. de Philosophia naturali: Considerationes de fama, de fidelitate in Regem, moribus & Religione Th. Hobbes: De Bello civili Anglicano, ab anno* 1640. *ad* 1660. *&c.*

21. Dec. CHRISTIANUS DONATUS,

Obiit ANNO 1679.

Prussus, Regiomontanus, in patria Senator Löbnicensis, Prætor atque Scholarcha, æt. 57. Emisit sermone vernaculô Βιογραφίαν *Jesu in terra, cum variis fidelium suspiriis: Poëmata Germanica.*

28. Dec. PETRUS WINSTRUPIUS, *Danus*, Hafniensis, primùm Phys. in patria Academ. Professor, deinde Concionator Aulicus Regius, tum Theol. Doctor & Canonicus Arhusiensis, mox Episcopus Scaniensis, porrò Canonicus Lurdensis, & Nobilis, æt. 75. offic. 46. Episc. 41. Londini in Scania. Adornavit *Epigrammata: De Cornu aureo Christiani V. Poëma: Orationem in obitum Christiani IV. Regis Daniæ: Lessum Synodicum in obitum Christiani Principis: De usu linguarum & disciplinarum Philosophicarum in Theologia: Orationem Synodalem, an Sacerdotibus tempore belli, obsidionis & persecutionis fugere liceat? Orat. parentalem Oligero Rosenkrantzio: Belli Suecico-Danici* θαυμάσια: *Pandectarum Sacrorum, sive Commentariorum in Matthæum tomos II: Orat. de calumniis & calumniatoribus: De Academiis in genere, & præcipuè de Academia Londinensi in Scania: Conc. funebres: De Autoritate Symbolica Formulæ Concordiæ: Orat. Synodalem de Patientia &c.*

JACOBUS EMMENESSIUS, *Belga*, Scholæ Lugduno-Batavæ Rector. Dedit *Notas in Virgilium.*

JACOBUS OSTENS, *Belga*, Pastor Ecclesiæ Roterodamensis Mnemonitarum,

tarum,

tarum, qui Waterlandi nuncupantur. Ejus prostant *Animadversiones in Confessionem G. Aldendorp, Arnoldi à Heuven, Jo. Andreæ & Wilh. à Mourick, concernentes præcipuos articulos Religionis Christianæ: Pacificus Sol*, & alia, idiomate Belgicô.

ANNO 1680.

12. Jan. ALARDUS UCHTMANNUS, *Belga*, Gröningensis, Lingvæ Hebrææ in Acad. Lugduno-Batava Professor, æt. 68. Ejus est *Vox clamantis in deserto.* Latinè transtulit R. J. *Bardresitæ examen mundi*, & si quæ sunt alia.

15. Febr. FRIDERICUS RüCKERUS, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister, Lycei in patria Löbnicensis Rector, æt. 36. Reliquit *Consensum & Dissensum Scholasticorum & Aristotelis circa Philosophiæ naturam: circa Metaphysicæ naturam: Paradoxa Philosophica: Paradoxa rediviva: Certamen Pluti cum Apolline & Musis de prærogativa: De justitia universali.*

19. Febr. RAYMUNDUS JOH. FORTIS, *Italus*, Veronensis, Eques D. Marci, Medicinæ Prof. Patavinus, Cæsaris Leopoldi Archiater, & Venetorum Proto-Medicus, ætat. 75. Prodire fecit *Consilia de Febribus & morbis mulierum facilè cognoscendis & curandis: Consultationum & Responsionum Medicinalium centurias quatuor.*

12. Mart. LüDERUS KANNENGIESSERUS, *Germanus*, Bremensis, primùm in Gymnasio patrio Physic. Professor & Scholæ Rector, deinde Theol. & Phil. Prof. atque Rector Gymnasii Servestani, æt. 49. Ab eo habetur *Panoplia Christiana: Collegium Canonum Logicorum: Metra Mnemonica: Metaphysica: Examen juris publici.*

19. Mart. ADRIANUS JUNIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, in patria Ecclesiastes, æt. 41. Publici juris fecit *Opera analytico practica in Jes. LVIII. LIX. Luc. I, 46. 55. I. Corinth. XIII. & Jerem. XXXI, 33. 34; Oeconomiam Dei in Ecclesia; De Loco Apocal. XVI, 2;* Belgicè *Explicationem Danielis; Cantici Canticorum Salomonis; Brevem Relationem de ortu, progressu & interitu Anti-Christi*, & nonnulla alia.

5. Apr. NICOLAUS STENGERUS, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. Magister, primùm Scholæ patriæ Cantor, deinde Diaconus Mercatorum, tum Pastor, demum Ministerii ibidem Evangelici Senior, Theol. & Lingv. Orient Professor ac Gymnasii Inspector, æt. 70. minist. 44. Exaravit & edidit *Conciones LXII. in Augustanam Confessionem; Conc. Pœnitentiales; Confessionem Fidei; Conciones XXXIV. Conscientiarias; Postillam Evangelicam; Meditationes Passionales; Homiliam de Eclipsi Solari, ex Esaiæ XLV, 6. 7: Postillam Credendorum*

dorum & Faciendorum; Inaugurationem novi Altaris, ex Jos. XXII, 26. 27; Conciones Festivales; Parentationem D. Martini Lutheri; Conc. funebres; Disp. de duplici justitia hominis justificati; De Ecclesia; De Christianismo; De jure Dei in homines &c.

23. Apr. SIMON PAULI, *Germanus*, Rostochiensis, Med. Doctor, primò Lubecæ Practicus, deinde Med. in patria Professor, postea in Acad. Hafniensi Anat. Chirurg. & Botan. Prof. demum Regis Daniæ Archiater Senior, & Capituli Arhusiensis Prælatus, æt. 77. offic. 45. Posteris concessit *Quadripartitum Botanicum, de simplicium Medicamentorum Facultatibus: Orationem de quæstione; Cur fiat, quod, qualis Phidias inter Plastas, vel qualis inter Pictores Apelles fuerit, talis inter Medicos Hippocrates celebretur, nemo verò hâc ætate ei similis existat? Icones Floræ Danicæ: Viridaria varia, Regia & Academica: Comment. de abusu Tabaci Americanorum veteri, & Herbæ Thee Asiaticorum in Europa novo: Digressionem de vera, unica ac proxima causa febrium, & de methodo curandi febres: Modum dealbandi ossa: Observationes in coctura ossium: De Anatomia equi regii: De pueri cujusdam paralysi: De Oxygalæ damnis: De coctione ossium, in primis sterni: Disp. de Arthritide: De dolore dentium: De Hæmorrhagia: De Catharro &c.*

24. Apr. CHRISTOPH. SCHRADERUS, *Germanus*, Luneburgensis,

Phil. Magister, Præpositus Bergensis, per XL. annos Eloq. Professor Helmstadiensis, & Scholarum per Ducatum Guelphicum Inspector generalis, ætat. 78. Concinnavit non absque laude *Commentarium de Rhetoricorum Aristotelis sententia & usu: Livianarum Orationum XVIII. Analysin Rhetoricam: Dispositiones Epistolicas: Tabulas Chronologicas: Orationem in Visitatione Acad. Juliæ habitam: Orat. in studiorum Academiæ Juliæ instauratione habitam: Epistolam interpretem nummi Judaici: Orat. funebrem Friderici Ducis B. & L. Dispositiones Oratorias: Hypotheses Oratorias ad Jo. Sleidani de Statu Religionis & Reip. historiam, in eloquentiæ usum contexta: Orationem, cùm Acad. Juliæ magistratum iniret: Orat. in obitum D. Georgii Calixti: In obitum D. Conr. Horneji: Programmata Selectiora: Orat. secularem, cùm seculum suum primum finiret Academia Julia: Disp. de gratuita per fidem justificatione: De convenientia & discrimine Oratoriæ ac Poëseos &c.*

10. Maji JOH. HILPERTUS, *Germanus*, Coburgensis, Phil. Magister, Hebrææ Prof. Helmstadiensis, pòst Theol. Doctor & Superintendens per XXIV. annos Hildesiensis, æt. 53. Paravit *Disquisitionem de Præ-Adamitis, contra Isaacum Peyrerium: R. Mosis Maimonidæ tractatum de Pœnitentia, ex Hebræo in Latinum sermonem conversum: Disp. de Judæorum flagellationibus, ex II. Corinth. XI, 24:*

De

De gloria templi posterioris: Hebræo-Philosophicam adversus Judæos: De Agapis: De Perseverantia Sanctorum: Conciones funebres, ex Hebr. XIII, 7: ex Psalm. XCII, 13. 14. &c.

11. Maji PETRUS MÖLLERUS, *Prussus*, Insteroburgensis, Med. Doctor, Chymiæ & Chirurgiæ in Academia Regiomontana Professor, ætat. 48. Formavit Germanicè *Apologiam justam, contra Calumniatores: Spongiam Medicam: Dispp. de Ventositate Spinæ: De Vulneribus Scopetorum &c.*

11. Maji HENRICUS UFFELMANNUS, *Germanus*, Verdensis, Phil. Magister, primùm Eth. Professor, pòst Theol. Doctor, ejusdemque Prof. extraordinarius Helmstadiensis, inde Pastor ad D. Michaelis, Prof. & Scholæ Inspector Luneburgensis, æt. 39. Typis subjecit *Aristotelis Ethicorum Nicomachiorum Paratitla: Librum de jure, quô homo homini in sermone obligatur: Orationem adversus exercitationes paradoxas Petri Gassendi: De Imperfecta Perfectione fidelium in hac vita: Dispp. de Affectibus in genere: De jure naturali Gentium & civili: De principiis Actionum moralium: De jure Talionis: De Homagio: De gradibus læsionum: De mensura pretii rerum, & re numaria in Rebusp. constituenda: De Platonis, Aristotelis, Stoicorum & Epicuri Philosophia Morum, doctrinæque Aristoteleæ prærogativa: De Sanctimonia Principum: De Legatis: De Duellis: De certitudine gratiæ Dei & remissionis peccatorum &c.*

18. Maji MICHAEL LUDOVICI, *Germanus*, Coburgensis Saxo, primùm Eloq. & Græcæ Lingvæ in patrio Gymnasio Professor, deinde Vice-Superintendens Hoffstadensis & Sonnefeldensis, tum Concionator Castrensis, mox Exercitus Svetici in Germ. Superintendens generalis, post hæc Consiliarius Ecclesiasticus & Pastor primarius Stadensis, iterum Superintendens castrensis generalis in Polonia, & Ecclesiastes Aulicus Regius, demum Superint. Wismariensis ac Pastor primarius, æt. 79. minist. 47. Edidit *Conciones aliquot funebres.* Cætera me fugiunt.

3. Jun. JO. GRAMBSIUS, *Germanus*, Mœno-Francofurtanus, Ecclesiastes in patria, æt. 56. minist. 26. Reliquit *Conciones funebres.* Edi curavit *J. G. Dorschei Biblia numerata.*

29. Jun. GEORGIUS CRAUSERUS, *Germanus*, Eisfeldensis Francus, Poëta Laur. Cæsareus, Con-Rector Scholæ primùm Jenensis, deinde Altenburgensis, tum Rector Altenb. postea Superintendens Apaldensis, & postremò Eisenbergensis, ætat. 64. offic. Schol. & Eccles. 40. In lucem protulit *Scintillas Tullianas, sive Elegantiarum Latinarum promptuarium: Corollas Poëticas: Phosphorum Græcarum vocum & phrasium Novi Testamenti: Horologiam Christianam, sive libellum de juramento: Disp. de Ecclesia ritibusque Ecclesiasticis &c. Conc. funebres.*

18. Jul. JO. LUDOV. HARTMANNUS, *Germanus*, Rotenburgensis, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Spilbacensis, dein Gymnasii patrii Rector, tum Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Rotenburgo-Tuberanus, æt. 40. Varia elucubravit, ex quibus sunt; *Laudatio funebris J. G. Styrzelio nuncupata: Conciliorum & Colloquiorum illustrium omnium per XVI. secula celebratorum consensus, solennitas, acta & decreta: Dispp. V. de disciplina Ecclesiastica revocanda: De Elencho morali & doctrinali: Prodromus in Comment. Biblicum: Collegia super Catechismum Lutheri majorem: Sacra piacularia: Facilis ratio discendi Latinam lingvam: Grammatica Græca N. Testamenti: Methodus catechizandi: De impedimentis propagandæ pietatis: Manuale Evangelicum, de controversiis cum Pontificiis: Manuale defensum & continuatum:* Theologia *Positiva: Clavis Philosophiæ: Medulla Logica, cum axiomatibus Philosophicis: Pax Ecclesiastica, contra D. Kargium: Schola conscientiæ: Fidei fundamentum: Speculum virtutum: Proba fidei: Conciones Inaugurales: Pastorale Evangelicum: Manuale Pastorum: Conc. Nuptiales: Funebres: Thesaurus Ecclesiasticus & domesticus: Conc. VII. Pœnitentiales, & I. de Cometis: Libellus de Blasphemia & Imprecationibus: De charta lusoria, & Fortunæ olla: De proprio commodo: Postilla: Homiliæ Casuales & Miscellaneæ: Papismus acatholicus, contra G. Hoffmannum: Libellus absolutorius: Rationis Status anatomia: De Otio: Vera Christianismi impedimenta & adjumenta: De Simulatione & hyprocrisi: De Ebrietate: De injustitia: De Perjurio: Ephemerides Evangeliorum &c.*

19. Jul. ANDREAS GRUBBE, *Suecus*, Bothniensis, Phil. Magister, Theol. Extraord. & Ling. Orient. Ordin. Professor Upsaliensis. Ab eo supersunt *Dispp. de constantia naturæ: De primis fundamentis felicitatis civilis: De Scientia Dei: De Gratia Dei universali: De Hæresi: De Coloniis: De Bello legitimo &c.*

25. Jul. JOH. PAULUS DEROLDUS, *Germanus*, Mederâ-Francus, Philos. Magister, Archidiaconus Garzensis in Pomerania vocatus, dein ad ostium Dunæ in Livonia Pastor, æt. 35. Rigæ. Prelo submisit *Dissertationem de Elenctici Spiritus Sancti officii, falsæ doctrinæ refutationem & rejectionem expetentis, pietate & necessitate, contra Joh. Ravium, & Syncretismi admiratores: Dilucidationem quæstionis; an hodierni Reformati ab antiquis & horrendis dogmatibus suis recesserint, & ad Lutheranos propius accesserint? Concionem sacram, de Christi Præcursoris doctrina & præmio,* idiomate vernaculô.

10. Aug. CONRADUS VICTOR SCHNEIDER, *Germanus*, Bitterfeldensis Saxo, Phil. & Med. Doctor, Professor primarius Wittenbergensis, nec non Saxoniæ Elect. & Principum Anhaltinorum Archiater, æt.

66. prof. 41. Publico dedit *Dissertationes Academicas de partibus principalioribus: Librum de Osse cribri formi & sensu ac organo odoratus, & morbis ad utrumque spectantibus: Dispp. Osteologicas: Orationem de Æquitate ac justitia naturæ: Orat. de Bellis Naturalibus: Libros quinque de Catarrhis: Librum de Catarrhis specialissimum: Lib. de morbis capitis seu cephalicis soporosis: Librum de novo gravissimorum trium morborum curatione, de Apoplexia, Lypopsychia & Paralysi: Librum de Spasmorum natura, subjecto & causis: Dispp. de Ossibus Sincipitis: De Osse Occipitis: De Ossibus temporum: De natura Ossis frontis: De fracturis cranii: De hydropei partu difficili: De Pleuripneumonia: De spasmo cordis: De Melancholia, sive delirio tristi: De Peste: De Lapide Bezoar: De fluxu alvi colliquativo: De Angina: De Arthritide: De Renum & Vesicæ calculo: De Cancro: De Peripneumonia: De Phthisi: De Appetitu gravidarum: De Pleuritide &c.*

12. Aug. TOBIAS WAGNERUS, *Germanus*, Heidenhemiensis, Phil. Magister, primùm Diaconus, tum Pastor Eslingensis, mox Theol. Doctor, post hæc Decanus Ecclesiæ Tubingensis, illustris Stipendii Ephorus, Theol. Professor, demum Præpositus ibidem & Cancellarius, æt. 82. minist. 56. Doctoribus 98. & Magistris 691. Licentiam promotionis impertivit. Ex se vidit natos XVI. liberos, XLIV. nepotes, &

II. pronepotes. Inclaruit ex *Institutionum Historicarum libros VII: Compendio Dialectico: Breviario Geographico: Genealogiis Magnatum Europæ: Auspiciis Academicis: Manuductione Polemicâ, de SS. Scriptura: De Justificatione: Memoriis Joh. Vlrici Pregitzeri: Melchioris Nicolai: Danielis Hitzleri, Theologorum: Inquisitione in oracula Sybillarum de Christo: Inquisitione in Acta Henotica: Examine Elenchtico Atheismi speculativi: Astrologia Genethliaca: Tractatu de Persona Christi: Orationibus in Vigiliis Nativitatis Christi habitis: Concionibus Eslingensium funebribus: Censurâ causarum, ob quas D. Christoph. Besoldus ad Pontificios transiit: Lib. de Visionibus Joh. Werneri: De Pluvia sangvinea: Compendio veri Christianismi: Consultatione Pacis Germaniæ; Consultatione de Pace inita; Apologia pro sententia sua de Visionibus Wernerianis; Theologia Patrum Evangelica; Concionibus Propheticis; Postilla Evangelica textuali, Homiliis Casualibus; Conc. XL. de Susanna & Daniele; Descriptione familiæ Turcarum Ottomannicæ; Postilla Epistolari; Concionibus de D. Martino Luthero; Praxi Catechismi; Dissertatione, quid de Jacobi Böhmii libris judicandum,* & nonnullis quibusdam aliis.

13. Sept. MARTINUS GEIERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. Magister, primùm Lingv. Hebr. in patria Academ. Prof. deinde Theol. Doct. ejus-

demque Prof. Paſtor & Superintend. Lipſienſis, demum Electori Saxoniæ à Confesſionibus, Concionibus Aulicis primariis & Conſiliis Eccleſiaſticis, æt. 66. offic. 21. Celeberrimi Theologi pariter & Philologi nomen obtinuit, editis ingenii ſui monumentis, ex quibus *Tractatus de Hebræorum luctu lugentiumque ritibus*: *Proverbia Salomonis enucleata*: *Comment. in Eccleſiaſten*: *Prælectiones Acad. in Danielem Prophetam*: *In Pſalmos Davidis*: *Poſtilla Evangelica, de tempore & æternitate*: *Libellus de Omniſcientia Dei*: *De Amore Dei & Proximi*: *Cogitationes de morte, juxta dicta aliquot Biblica*: *Concionum funebrium Tomi IV*: *Conc. Inaugurales*: *Comitiales*: *Nuptiales &c.* *Diſſp. de ratione cœnandi Ebræorum*: *De Meſſiæ morte, ſepultura & reſurrectione*: *De Precibus pro defunctis*: *De Adventu Domini ad ſupremum judicium*: *De Superſtitione*: *De Deo*: *De Angelis & Hominibus*: *De Lege &c.*

14. Sept. FRIDERICUS KETNERUS, *Germanus*, Stolbergenſis, Theol. Licentiatus, primùm Subſtitutus in patria Paſtor & Ephoriæ Adjunctus, deinde ad D. Thomæ Diaconus Lipſienſis, æt. 34. Evulgavit *Conciones IV. Pœnitentiales, cum notis Philologicis*: *Concion. Inauguralem, ex Eſaiæ XLIX, 1. ſqq*: *Curam Salutarem Animæ pro iis, qui ſalvari cupiunt, ex dictis aliquot Biblicis*: *Gemitum columbæ & ſignaturam ſuſpirantium*: *Conciones funebres &c.*

Obiit ANNO 1680.

15. Sept. JOH. NEUNACHBAR, *Pruſſus*, Elbingenſis, Phil. Magiſter, primùm Diaconus Mariewerdenſis, dein ad D. Mariæ Paſtor, Conſiſtorii Aſſeſſor, Theol. Profeſſor, & Miniſterii Senior Thorunenſis, æt. 56. miniſt. 34. Foràs miſit *Praxin Catechiſmi Evangelicam*: *Conc. III. de Cœna Domini*: *IV. Conciones de Encæniis Templorum &c.*

24. Sept. HENRICUS FLOCKENIUS, *Germanus*, Bremenſis, primùm in patria ad S. Remberti Paſtor, deinde Theol. Doctor & Eccleſiæ Miniſter Emdanus, tum Theol. Profeſſor & Eccleſiaſtes Hardervicenus, poſtremò Theol. in patria Profeſſor, & verbi divini ad S. Stephani Miniſter, æt. 78. miniſt. 47. Ejus extat *Tomus I. Operum Theologicorum, continens Tabellas Synopſis Theologiæ*: *Angelographia*: *Theologiæ Catholicæ prolegomena & Geneſis enucleata*: *Oratio Inauguralis de Providentia Dei ſingulari, circa Academiarum incrementum*: *Diſſp. de Deo & Attributis divinis &c.*

— Oct. PHILIPPUS LOHMEIERUS, *Germanus*, Magdeburgenſis, primùm in Academia Rintelenſi Phyſices Profeſſor, deinde in Gymnaſio Luneburgenſi Eloqv. Prof. & Collegii Equeſtris Inſpector. Elucubravit *Obſervationes Curioſas Miſcellaneas*; *Diſſp. de artificio navigandi per aërem*; *De Fulmine*; *De Paradoxis gravitatis & levitatis*; *De Igne*; *De Aëre &c.*

10. Oct. JACOBUS TAPPIUS, *Germanus*,

manus, Hildesiensis, Med. Doctor, ejusque Prof. Helmstadiensis, Acad. Juliæ Senior, Augusti Ducis Brunsv. & Luneb. Archiater, æt. 77. prof. 48. Habetur ab eo *Oratio de Tabaco, ejusque hodierno abusu*; *Dissertatio de Ritibus sacris & profanis, quibus veteres infantes suos in eorum natalibus, vel paulò pòst initiârunt*; *Dissertationes de principum, sive sensuum internorum functionum læsionibus, earumque causis & curationibus*; *Dispp. de Arthritide*; *De Apoplexia*; *De comate & caro*; *De Ileo*; *De Somno naturali, ejusque causis*; *De natura & subjecto febris &c.*

15. Oct. NICOLAUS ARNOLDUS, *Polonus*; Lesnensis, Theol. Doct. ejusdemque in Academia Franekerana per XXX. annos Professor ac Concionator Academicus, æt. 62. Confecit *Atheismum Socinianum Joh. Bidelli refutatum*; *Religionem Socinianam, seu Catechesin Racovianam majorem refutatam*; *Compendii Manualis M. Becani refutationem*; *Contra Brevingii Tribunal conscientiæ iniquum*; *Discursum Theol. contra J. A. Comenium*; *Lucem in tenebris, sive Vindicationem locorum V. & N. Testamenti*: *Refutationem fasciculi controversiarum Henrici Eckardi*; *Differt. de Theologiæ super Philosophiam dominio*; *Disp. de S. Scripturarum divinitate*; *De Statu primi Hominis instituto, destituto & restituto*; *De cognitione Dei naturali*; *De Miraculis*; *De Fide miraculosa*; *De Nazaræis, Rechabitis & Solitudine Joh. Baptistæ, contra Monachatum Papisticum*; *De Cælibatu Sacerdotum prætenso*; *De assumptione B. Virginis Mariæ &c.*

25. Oct. JOH. PRÆTORIUS, *Germanus*, Zetlingâ-Neomarchicus, Phil. Magister, Poeta Laureat. Cæsareus. Condidit *Thesaurum Chiromantiæ*; *Anti-Christum per Gematriam detectum*: *Schediasma de Bruma*: *De Suspensa Poli declinatione & excentricitate firmamenti, vel ruina cæli*; *Diatriben de Coscinomantia, seu Cribro Magico*; *De Olla Fortunæ*; *Filamenta D. Virginis*; *Alectryomantiam*; *Hibernacula Ciconiarum*; *Descriptionem Geographicam de Melioboco & Specu Bumani*; *Elucidarium Uraniæ*; *Chasma inter Pegaviam & Lipsiam visum*; *Librum de Pollice*; *Valedictorium Exequiale*; *Saturnalia*; *Philosophiam futilem mulierum*; *Astrologiam Germanicam & germanam*; *Descriptionem variorum mirabilium*; *Zodiacum Mercurialem*; *Gazophylacii gaudium*; *Lusum Chiromanticum*; *Dæmonologiam Rubenzahlii Silesii &c.*

29. Oct. JOH. HABÆUS A LICHTENSTEIN, *Germanus*, primùm Regius Holmiæ Secretarius, dein ad Aulas Principum Germaniæ Legatus, postea Consiliarius Danicus, demum Cæsareus. Ejus Scriptum esse dicitur, sine Auctoris nomine publicatum, cujus titulus; *Causæ, ob quas Rex Sueciæ commotus fuit Curlandiæ Ducem custodiæ tradere.*

30. Octob. ANTOINETTE BOURIGNON, *Belga*, ex Flandria Ryssellana, Virgo peculiaris sectæ inventrix, æt. 64. Illius sunt libri sequentes; *Lux in tenebris: Sepulchrum Theologiæ falsæ: Veritas recognita: Lux mundi: Admonitio contra Quakeros: Testimonium Veritatis: De vera Virtute: Lydius Lapis: Cæcitas hominum hodie viventium: Renovatio Spiritus Evangelici: Novum Cœlum & Nova Terra: Academia Theosophorum: Anti-Christus denudatus: Misericordia extrema: Sacra Perspicientia: Vocatio Dei & reluctatio hominis: Vita interna & externa: Lapis novæ Hierosolymæ.* Pleraque extant idiomate Gallicô, Belgicô, Germanicô, nec non aliqua Latinô.

— Nov. ATHANASIUS KIRCHERUS, *Germanus*, Fuldensis, S. J. Phil. Moralis, Mathem. Lingv. Hebr. & Syriacæ Professor Herbipolensis, & pòst Avenionensis in Gallia, tum Mathem. in Collegio Romano Professor, æt. 78. Romæ. Elucubravit haud pauca, quæ eruditorum terunturmanibus, è quorum sunt numero *Magnesia, de effectibus Magnetis: Gnomonica Cataptrica, sive Horologiographia reflexa: Specula Melitensis Encyclica: Prodromus Coptus, de lingva Copta: Ars Magnetica: Lingva Ægyptiaca restituta: Ars magna lucis & umbræ: Musurgia, sive Ars magna consoni & dissoni: Obeliscus Pamphilius: Oedypus Ægyptiacus, in IV. tomos divisus: Iter extaticum cœleste: Iter extaticum terrestre: Scrutinium Physico-Medicum de Peste: Diatribe de crucibus Neapolitanis: Polygraphia, seu artificium Lingvarum: Mundus Subterraneus: Historia Eustachio-Mariana: Arithmologia, sive de occultis numerorum mysteriis: China illustrata: Obelisci Ægyptiaci interpretatio hieroglyphica: Magneticum Naturæ regnum, sive de triplice Magnete: Ars magna sciendi, sive Combinatoria: Latium vetus & novum: Splendor domus Joanniæ: Arca Noë: Turris Babel: Phonurgia nova, de prodigiosis Sonorum effectibus: Physiologia Kircheriana: Organum Mathematicum: Pantometrum Kircherianum: Sphynx Mystagoga.*

23. Nov. JOH. COSEN, *Livonus*, Revaliensis, Pastor ad ædem Spiritûs Sancti in patria, æt. 52. minist. 28. Reliquit *Conc. aliquot funebres.*

23. Nov. JACOBUS SAHMIUS, *Prussus*, Regiomontanus, Græcæ Lingvæ in Acad. patria Professor, pòst Eloquentiæ, tum Archiepiscopus Bartensteinensis, & demum Cathedralis apud Cniphosianos Regiomonti Pastor & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 49. Ejus est *Gratulatio ad Jo. Dietericum à Tettau, cùm Cancellariatûs munus susciperet; Leonis & Aquilæ Brandenburgicæ virtutes, in natalem Friderici Wilhelmi, Electoris, & Caroli Æmilii, Ducum Brandeb. propositæ, & nonnulla quædam alia.*

29. Nov. JO. LAURENTIUS BERNINUS, *Italus*, Neapolitanus, Eques,

ques, Architectus, Sculptor, Pictor & Statuarius excellentissimus, æt. 82. In publicum prodire fecit *Scripta quædam, idiomate patriô.*

30. Nov. CHRISTOPH. SANDIUS, *Prussus*, Regiomontanus, ætat. 36. Amstelodami. Vulgavit *Tractatum de Veteribus Scriptoribus Ecclesiasticis: Nucleum Historiæ Ecclesiasticæ, seu Arianorum: Centuriam Epigrammatum: Interpretationes paradoxas IV. Evangeliorum: Tractatum de Origine Animæ: Notas & animadversiones in Ger. Jo. Vossii libros III. de Historicis Latinis: Confessionem fidei de DEO Patre, Filio & Spiritu Sancto, Secundum Scripturam*, tacitô nomine suô: *Scripturam S. Trinitatis revelatricem*, sub nomine Herm. Cingalli: *Problema paradoxon, de Sp. Sancto; an non per illum Sanctorum Angelorum genus intelligi possit? Appendicem addendorum, confirmandorum & emendandorum ad nucleum Historiæ Ecclesiasticæ: Catalogum Patriarcharum & Episcoporum Hierosolymitanorum &c.*

4. Dec. THOMAS BARTHOLINUS, *Danus*, Hafniensis, Phil. & Medic. Doctor, in Academia patria primùm Mathem. deinde Anatom Professor, tum Facult. Medicæ Senior, demum Prof. Honorarius, Archiater Regius, in Suprema justitiæ Curia Assessor, atque eô tempore Academiæ Hafniensis Rector, æt. 64. prof. 34. Famam nominis sui latè sparsit pluribus scriptis, quorum hæc est series; *Anatomia Parentis sui observationibus & figuris locupletata* (Versa est Gallicè, Belgicè, Anglicè, Germanicè, versibusque Italicis reddita) *Anatomica Aneurismatis dissecti historia. Observationes de Unicornu: De Pleuritide Paradoxa: De Monstris in Natura & Medicina: De angina puerorum: De latere Christi aperto: Antiquitatum veteris puerperii Synopsis: De luce animalium libri III: De armillis veterum, præsertim Danorum: Anatomicæ Vindiciæ: Animadversiones in Anatomica Hoffmanni: De variis Reip. Christianæ morbis, & placidis illorum remediis: Collegium Anatomicum: De cruce Christi Hypomnemata IV: De lacteis Thoracicis dubia Anatomica: Vasa Lymphatica in animalibus inventa, & Hepatis exequiæ: Vasa Lymphatica in Homine inventa: Defensio vasorum Lacteorum & Lymphaticorum, adversus Jo. Riolanum: Examen Lacteorum, contra Harveium & Riolanum: Spicilegium I. & II. ex Vasis Lymphaticis: Paralytici, N. T. Medico & Philologico commentario illustrati: Orationes in obitum D. Olai Wormii: in obitum Henrici Fuiren: Dispensatorium Hafniense: Historiarum Anatomicarum rariorum centuria I. & II.* (extat quoque Germanicè & Belgicè) *centuria III. IV. V. & VI.: Panegyricus Regi Friderico III. dictus: De Nivis usu Medico observationes variæ: Cista Medica, variis Consultationibus repleta: Domus Anatomicæ Haffniensis descriptio: Responsio ad novas Observationes Bilsianas, contra Zassium: Dispp. Variæ Haffnienses: Castigatio epistolæ*

Bilſii: De Hepate defuncto diſſertatio: De Pulmonum ſubſtantia & motu: De inſolitis partis humani viis: De Cometa conſilium Medicum: De Medicina Danorum domeſtica diſſertationes X: De Hepatis exautorati deſperata cauſa Epiſtolarum Medicinalium centuriæ IV: Orationum varii generis volumen: De Flammula Cordis: De Cygni anatome ejuſque cantu: Carminum libri VIII: De Medicis Poëtis: De Bibliothecæ ſuæ incendio: De Medico perfecto Oratio: Orat. in obitum Joh. Mulenii: De Flagrorum uſu in Medicina: Quæſtiones nuptiales: De morbis Biblicis Miſcellanea Medica: De Theriaca diſſertationes duæ: De Rectoris Academici dignitate Oratio: De Confectione Alkermes diſſertatio: De viſitatione Pharmacopæorum: De Tranſplantatione morborum: De cerebri ſubſtantia, & oculorum ſuffuſione: De ſanguine vetito: Acta Medica & Philoſophica Hafnienſia, volum. V: De ſimplicium Medicamentorum inquilinorum facultatibus cognoſcendis: De Anatome Practica conſilium: De legendis Libris Diſſert. VII: De Peregrinatione Medica: Gratulatio ad Comitem Petrum Greiffenfeld: De Puerperio veteri: De Equeſtris Ordinis Danebrogici Origine: Panegyricus Regi Chriſtiano V. dictus. Vid. quoque obſervationes ejus, quæ extant in Ephemerid. Nat. curioſ. Germ. anno I. & II.

— Dec. PAULUS HACHENBERGIUS, *Germanus*, Eloq. & Hiſt. Prof. Heidelbergenſis, ac pôſt Electoris Palatini Conſiliarius intimus, æt. 39. Publicæ luci expoſuit *Orationem in nuptiis Caroli, Comitis Palatini ad Rhenum: Diſſertationes de Germania media: Corpus Rerumpubl. & Imperiorum: Diſpp. de Origine gentium Europæarum: De Originibus Danorum, Norwegorum, Anglorum, Scotorum & Hibernorum: De originibus Germanorum & Suedorum &c.*

12. Dec. CHRISTOPH. CRELLIUS SPINOVIUS, Paſtor Socinianorum in Polonia & Pruſſia, demum Exul in Sileſia. Foràs dedit *Diſſertationem de virtute Chriſtiana & Gentili: Narrationem de colloquio Raznovienſi, inter Romano-Catholicos & Unitarios habito.*

20. Dec. BALTHASAR KANSDORFFIUS, *Germanus*, Stetinenſis Pomeranus, Phil. Magiſter, in patria ad D. Petri Paſtor, & Miniſterii Senior, æt. 67. off. 41. Scripſit *Correctionem Tabulæ Juris divini, pro Vindicandis ſacra Philologica Hebraica veritate, & irrefutabili tractatu Bohliano &c.*

23. Dec. HENRICUS RUDOLPHUS REDEKERUS, *Germanus*, Oſnabrugo-Weſtphalus, J. U. Doctor, Pandectarum Profeſſor Roſtochienſis, Facult. Juridicæ Senior, Principis Mecklenburgici Conſiliarius Intimus, & Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſor, æt. 55. Sub ejus præſidio habitæ ſunt *Diſpp. de Hæreditate Conventuali: De Intereſſe: De Gratia: De juramento Perhorreſcentiæ: De Traditionibus: De Fidejuſſoribus: De Uſucapionibus & Præſcriptionibus: De Curſoribus publicis:*

publicis: De Tortura reorum: De Actionibus in rem: De Electione Episcopi ad lib. V. de Episc. & cler. &c.

JOEL LANCELOTTUS, *Germanus*, Med. Doctor, Ducis Holsatiæ Archiater. Formavit *Observationes de Menstruis ultra consuetum naturæ terminum salutariter fluentibus: De gravi ventriculi affectu, falso pulmonibus adscripto: De mirabili calculi vesicæ cura: De singulari solis cum cephalalgia consensu: De magno Hirundinum usu in cephalalgia: De sudore atro & sanguineo: De Epilepsia transplantata in caniculam: De copiosissimo liquoris limpidi ex aure sinistra profluxu: De fœtu mortuo feliciter educto: De mirando Antipathiæ exemplo: De raris citra suffocationem submersorum historiis.* Hæ leguntur in Ephemer. Naturæ Curios. Germ. ad An. VI. & VII. *Epistolam de quibusdam in Chymia prætermissis.*

WILH. DAVID REDOCH, *Belga*, Amstelodamensis Batavus, Ecclesiastes Mennonitarum Groningæ, æt. 47. Ejus est *Antidoti Wenigani vanitas*, Belgicè.

JOACHIMUS COPPENIUS, *Germanus*, Tangerm. Marchicus, Philos. Magister, primùm Pastor & Inspector Neapolitanus, deinde ad D. Mariæ Pastor Stralsundensis, æt. 81. Literis consignavit ac edidit *Conciones in Epistolas Dominicales & Festivales.*

ANNO 1681.

3. Jan. CORNELIUS LERCHE, *Danus*, Neoburgensis, in Fionia, Toparcha de NIelstrup Aasmarch, primùm Regibus Christiano IV. & Friderico III. à secretis rerum Germanicarum, post ad Hisp. Regem Philippum IV. Legatus, demum Consiliarius in Collegio Status, ac Fionensis Diæceseos per Insulas Falstriam & Lollandiam Præfectus regius, æt. 66. Scripsit *de Mari libero tractatum.*

10. Jan. RUDOLPHUS A STRAUCH, *Livonus*, Windoviensis Curo, Equitum Magister. Condidit *Historiam de Livonia.*

19. Jan. DANIEL SCHULTZE, *Germanus*, Treptoviensis Pomeranus, Phil. Magister, primùm in Pædagogio Stetinensi Cantor, tum Sub- & mox Con-Rector, demum Rector, novissimè Scholæ etiam Senatoriæ ibidem Rector, ætat. 55. offic. 30. Struxit *Lexicon Græcæ Linguæ*, & quædam alia.

14. Febr. JO. ALOYSIUS BUCHORST, *Belga*, Groningensis, L.B. & Legatus Cæsareus, ætat. 50. Ejus est *Germania exultans, sive plausus gratulatorius, cùm Leopoldus Ignatius Rom. Imperator coronaretur: In adventum Guilh. Henrici Arausiorum & Nassaviorum Principis Musa gratulatoria &c.*

6. Mart. MICHAEL DE MAROLLES, *Gallus*, Nobilis, Abbas de Villeloin & Baugerois, æt. 80. Interpretatus

est *Gallicè Novum Testamentum*: Transtulit quoque è Latina *in linguam Gallicam Amianum Marcellinum, aliosque auctores clasicos: Vitas Lucretii, Plauti, Virgilii &c.* Prostant & illius, idiomate patriô, *Designatio rerum memorabilium, quas ipsemet in vita observavit, nec non Colloquia cum Viris prudentioribus habita: Catalogus librorum, numismatum & imaginum, cum demonstratione eorum, quæ in isto volumine habentur: Imago Templi Musarum, ex Museo Domini Favereau: Historia Regum Galliæ, & quæ illis regnantibus memorabilia evenerunt: Tractatus de Poëmate Epico &c.*

24. Mart. CASP. VOIGTIUS, *Germanus*, Luboâ-Megapolitanus, primùm Senator, dein Consul Wismariensis, æt. 52. Aggressus est ingens Opus *pro gloria Germanicorum; Pro Italia antiqua*, sed morte præventus in lucem protrahere haud potuit.

25. Mart. JOH. CHRISTOPHOR. FALCKNERUS, *Germanus*, Lauffâ-Noricus, J. U. Doct. & Prof. Jenensis, Scabinatûs ibidem ac Provincialis Judicii Assessor, æt. 51. Sub eo habitæ sunt *Dispp. de jure & statu Adoptionis: De Obstagio: De juribus Conviviorum: De Fœneratorum per SCtum Macedonianum coërcitatione: De SCto Vellejano: De Sub- & Obreptione: De acquirendo rerum dominio: De jure deliberandi: De jure Reconveniendi: De Mulctis: De Fide Politica seu morali: De eo, quod justum est circa infamiam: De litibus, earumque*

protractione & abbreviatione: De jure & privilegiis Fisci: De jure Aggratiandi: De eo, quod justum est vel injustum, circa læsionem pudicitiæ: De injuria Parentum erga liberos: De jure prohibendi: De jure sacro ἀποσμασμάτων: De Carceribus: De jure Hospitiorum: De favore juris: De juramentis illicitis: De jure & legitimatione Spuriorum: De remissione Locarii, ob sterilitatem aliosque casus fortuitos: De re integra: De Salariis Pastorum: De purgatione Moræ: De dolo, culpa & casu, quatenus in contractibus præstentur: De αὐτοχειρίᾳ: De Processu civili: De jure pignorum & hypothecarum: De Infitiatione ejusque pœna in civilibus: De juramento necessario &c.

16. April. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDORFFERUS, *Germanus*, Noribergensis, J. U. Doctor, Electoris Saxoniæ Consiliarius, Curiæ Supremæ Elect. & Ducalis Assessor, Facultatis juridicæ ordinarius, & Professor primarius, Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, illiusque Custos, ut & Sixti, quæ Martisburgi sunt, Acad. Lipsiensis Decemvir ac Senior, Collegii Paulini Præpositus, æt. 83. offic. 54. Reliquit *Dispp. de Mutationibus Rerumpublicarum: De crimine læsæ Majestatis: De Anatomia Medicorum jure divino & humano licita: De mandata jurisdictione: De Codicillis: De Pactis: De Transactionibus: De Adulterio, quatenus divortii causa &c.*

19. April.

19. Apr. PHIL. JACOBUS WOLFFIUS, *Germanus*, Sedinensis Pomeranus, J. U. Doctor, primùm Advocatus Custrinensis, dein ibidem Syndicus, tum in Acad. Viadrina Codicum Professor, demum Facultatis Juridicæ & totius Universitatis Senior, æt. 78. offic. 40. die proximo post suum obiit natalem. Ejus reperiuntur *Dispp. de Statutis: De Consuetudinibus: De Suffragiis: De Æquipollentiis: De Cambiis: De Taxationibus: De juris in hæredes transmissione: De contractibus & quasi contractibus: De Denunciatione litis: De Emptione & venditione: De Emphyteusi, Decades aliquot positionum juridicarum super Processum &c.*

24. April. WILHADUS NICOLAI, *Danus*, Cimber, Holstbroënsis, Ecclesiarum Udbyneder & Kasberg in Diœcesi Arhusiensi Pastor & Præpositus, æt. 74. Struxit *Solium Salomonis, h. e. de justitia administranda: Itinerarium piorum, ex Es. LVII, 1. 2.*

28. April. ARNOLDUS MAURITIUS HOLTERMANNUS, *Germanus*, Tecklenburgâ-Westphalus, J. U. Doct. in Gymnasio Steinfurtensi per XII. annos juris Professor, postea in Academia Marpurgensi Eloq. & Histor. ac demum quoque juris Professor, nec non Consiliarius Hassiacus, æt. 54. Scripta ejus sunt *Commentarius in Institutiones de Acquæstu militari & bellico: Protheoria universi juris Feudalis: Lex Regia, sive Ratio Status Imperii Romano-Germanici: De differentia juris Canonici & Civilis: Schola belli & pacis Floriana, i. e. Comment. in Florum: Ephemeris Historica Rectoratus Academiæ Marpurgensis anni MDCLXX: Dispp. de Ministrissimo: De nequitia Advocatorum: De vario juris usu & abusu in curiis & cancellariis &c.*

1. Maj. JOH. MUSÆUS, *Germanus*, Longoprato-Schwartzenburgicus, Phil. Magister, primùm Histor. & Poës. in Academia Jenensi Professor, deinde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. primarius, æt. 68. prof. 38. Celebris factus est ex Scriptis, quæ edidit, inter quæ sunt *Vindiciæ pro disquisitione de stylo Novi Testamenti, adversus M. Jacobum Grossen: De usu principiorum rationis & Philosophiæ, in controversiis Theol. contra Nic. Vedelium: Dispp. Theologicarum Pars I. de Theologiæ natura, principio & fine ultimo: Tract. de conversione hominis ad Deum: Biblia Ernestina à Titi Ebermanni maledicentia vindicata: Dissert. de Cœna, contra Jo. Vorstium: De æterno Electionis decreto; Introductio in Theologiam: Tractatus de Ecclesia, contra Vitum Ebermannum: Dispp. Theol. de Fide: Quæstiones Theol. de Syncretismo & S. Scriptura: Consilium, utrum Bona opera sint necessaria ad salutem? Vindiciæ pro Aug. Confessione, contra Jodocum Kedde: Refutatio sectæ alicujus sic dictæ Conscientiariæ:* Nomine Collegii Theologici, *Censura causæ Stengerianæ, de Pœnitentia: Dispp. de ratione probandi ex Historiis*

aliquid non esse factum: De æqualitate in justitia particulari observanda: De Stylo N. T: De Hostiis in S. Cœna: De Scriptura, principio conclusionum Theologicarum: De ritibus primitivæ Ecclesiæ Baptismalibus: De lumine naturæ, contra Ed. Herbert, Anglum: De communione sub una specie: De salute Gentilium, contra Curcellæum: De Libertate Philosophandi, contra Spinosam: De Loco Matth. XIX, 9: De Loco Rom. IX, 11. seqq: De Zech. XIIX. &c.

11. Maji JOH. BAAZIUS, *Suecus*, Jönecopensis Smolandius, primo Ecclesiæ Skiarstadensis Pastor, deinde Concionator Aulicus regius, tum Ecclesiastes Wingakerensis in Sudermannia, inde Episcopus Wexionensis, mox Scarensis, demum Regni Archiepiscopus, Academiæ Upsaliensis Pro-Cancellarius, & Consistorii Ecclesiastici Præses, æt. 55. Vulgavit *Libellum de libero Arbitrio Hominis: Meditationem sacram de Christo θεανθρώπῳ: Confessionem Chalcedonensem & Epistolam Leonis M. ad Flavianum: Conciones funebres ex Joh. XVI, ult. & XVII, 1. 2. &c.*

31. Maji JUSTUS GERHARDUS RINCKIUS, *Germanus*, Helmstadiensis, Theol. & Ministerii Candidatus, fulmine tactus ante portas Altorphii. Confecit *Hermetem epistolicum, seu Institutiones Epistolicas.*

7. Jun. GERHARDUS TITIUS, *Germanus*, Quedlinburgensis Saxo, primum Hebr. Lingvæ Prof. deinde

Theol. Doctor & Professor primarius Helmstadiensis, æt. 61. prof. 30. Inclaruit ex *Declaratione Locorum quorundam Epitomes Theologiæ D. Georgii Calixti: Ostensione summaria, contra Pontificios: Oratione de gravissimis corruptelis, quibus in occidente Ecclesia Christi est oppressa: Vindicatione Augustanæ Confessionis, contra Bellarminum: Laudatione funebri in obitum D. G. Calixti: Exercitationibus Academicis, de Controversiis inter Pontificios & Protestantes: Animadversionibus Theol. in Motiva Ernesti, Hassiæ Landgravii: Responsione ad XII. Postulata Jodoci Keddi, S. J: Thesibus Theol. orthodoxam Christianæ fidei doctrinam complexis: Castigatione Animadversionis Titi Ebermanni in ostensionem summariam: Repetitione doctrinæ Protestantium de S. Cœna, cum confutatione Epistolæ Joh. Vorstii: Responso contra eundem: Comment. de Morte & Christiana ad eam præparatione: Tractatu de phrasibus sive locutionibus veterum Ecclesiæ Doctorum: Refutatione calumniæ, de morte Georgii Calixti: Probatione Lydii lapidis Hildesiensis, de Ecclesia vera & falsa: Manifestatione errorum M. O. Sonnemanni, Apostatæ: Disp. quàm plurimis Theologicis &c.*

12. Jun. SIGISMUNDUS A BIRCKEN, aliàs BETULIUS, *Germanus*, Wildensteinâ-Bohemus, Comes Pal. Cæsareus, in Collegio Societatis fructiferæ dictus der Erwachsene / in Societate Pegnensi nuncupatus *Floridan*,

dan,

dan, & è Recuperatorum ordine Academicus, æt. 55. Luci exposuit lingvâ populari elegantissima scripta, è quibus *Germania Pace exultans*: *Thus spirituale, seu Cantiones sacræ*: *Meditationes Passionales*: *Theatrum Germanicum, sive IV. Comœdiæ, nempe Margaris, Androfilo, Silvia & Bivium Herculis*: *Lauretum Austriacum, de laudibus Archiducum Austriæ*: *Ebrietas de usu & abusu Tabaci*: *Comenii orbis pictus illustratus*: *Meditationes Dominicales & Festivales*: *Danubius, seu Chronicon Hungariæ*: *Mausoleum Regum Hungariæ*: *Colloquium Pastoritium in nuptiis Windischgrætzio Oettingonis*: *Speculum honoris Austriacum*: *Itinerarium Ulyssis Brandeburgici*: *Guelphis, sive Lauretum inferioris Saxonicæ*: *Meditationes funebres*: *Pegnesis, sive IX. Poëmata Pastoritia*: *Pars ejus altera, sive VIII. Poëmata Pastoritia, sacri argumenti*: *Palatium Heroum Saxoniæ*: *Poësis Germanica*: *Soliloquia Dominico-Festalia.*

22. Jun. HENRICUS BERNHARDUS MEIERUS, *Germanus*, Bremensis, novæ-urbis in patria Ecclesiastes. Reliquit lingvâ vernaculâ libros duos, quorum hi sunt tituli: *Lac & cibus solidus, pro Christianis veritatem amantibus, quomodo, in publica Catechismi explicatione, se gerere debeant*: *Veritatis & pietatis thesaurus absconditus, revelatus in Evangelio Jesu Christi, & CXXII. concionibus, juxta Evangelium D. Johannis, explicatus.*

11. Jul. ANDREAS GLAUCHIUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. Magister, primùm Superintendens Bitterfeldensis, tum Theolog. Licentiatus, Pastor primarius, & Episcopalis Consistorii Assessor Martisburgensis, postremò ad D. Thomæ Archidiaconus Lipsiensis, æt. 44. Scripsit *de usu Concordantiarum Biblicarum in Philologia, Philosophia & Theologia*: *De Verbo otioso exercitationem Theologicam*: *Orat. in obitum D. Abrahami Telleri, Theologi*: *Dispp. de victu Joh. Baptistæ*: *De Corona Christi Spinea*: *De Via Lactea*: *De πολυφιλίᾳ*: *De Adventu Messiæ, contra Judæos, ex Malach. III, 1. &c.*

30. Jul. JOH. GOTFRIDUS NICANDER, *Germanus*, Mansfeldensis, Theol. Licentiatus, Superintendens Mansfeld. Generalis, & Consistorii Islebiensis Præses, æt. 60. Vulgavit *Dissertationem de unitate doctrinæ, & hinc dependente unitate Ecclesiæ, nec non Regimine Ecclesiastico*: *Conciones aliquot funebres*: *Dispp. de Cometis &c.*

— Aug. ISAACUS SCHOOCKIUS, *Belga*, Daventriensis, Philos. Practicæ in Academia Viadrina Professor ordinarius, & Histor. Natur. extraordinarius, ætatis 31. Publicavit *Dissertationem de Sale*: *Disquisitiones Historico-Politicas XXV. ad Nic. Machiavelli lib. VII historiæ Florentinæ*: *Dissert. de Legibus Vestiariis ad locum Taciti lib. 2. Annal. c. 33*: *Dissert. de Nive*: *Orationem de Beanismo*: *Tractatum de Cometis*: *Ideam Politicæ*:

Ideam

Ideam Philosophiæ moralis: Collegii Ethici Francofurtani differt. XVIII: Disquisitiones Historico-Politico-Medicas curiosas XI. de capite humano: Librum primum Historico-Critico-Physicum: De Principis justitia &c.

26. Aug. JOH. CHRISTOPH. NICOLAI, *Germanus*, Pirnensis Misnicus, primùm Ecclesiæ Kreischoviensis Pastor, pòst Pastor & Superint. Sondershuso-Schwartzburgicus, tum Theol. Doctor ejusdemque Professor extraordinarius Lipsiensis, denique Pastor & Superintend. Ilenburgensis. Edidit *Differt. de Gog & Magog: Disputationes Theologicas*, & fortè alia.

15. Sept. JOH. CHRISTOPHORUS TREUNERUS, *Germanus*, Zellâ-Schwartzburgicus, Poëta Laureat. Cæsareus, Scholæ Schwartzburg. Con-Rector, æt. 51. offic. 21. Extat ejus *Scriptorum Latinæ Linguæ Catalogus, & hos legendi modus: Carmina: Programmata varia.*

22. Sept. LUDOVICUS DU MAY DE SALETES, *Gallus*, Regii ordinis S. Michaëlis Eques, tam Galliarum Regis, quàm Würtenbergici Ducis Consiliarius. Emisit *XIV. Tabulas Genealogicas auctiores & emendatiores &c.*

7. Oct. NICOLAUS HEINSIUS, *Belga*, Lugduno Batavus, Fœderati Belgii ad Aulam Svecicam Legatus Residens, æt. 61. Hagæ Comitis. Literis consignavit *Elegiarum librum: Varia diversi argumenti Poëmata: Notas in Ovidium: Notas in Claudianum:*

Carmina elegiaca & jambica, ad Reginam Sveciæ, Christinam: In Natalem Ejusdem vicesimum: In Natalem decimum tertium Caroli XI. Sveciæ Regis: Castigationum libellum in C. Vellejum Paterculum: Recensuit *C. Valerii Flacci Argonautica &c.*

16. Octobr. MICHAEL HENRICUS HORNIUS, *Germanus*, Heringâ-Thuringus, Phil. & Med. Doctor, Pathologiæ ordinarius, & Chimiæ extraordinarius Professor Lipsiensis, Academiæ Decemvir, & Electoris Sax. ac Archiepisc. Magdeburgensis Archiater, æt. 58. Dedit *Dispp. aliquot Medicas.*

23. Oct. JOH. PAULUS FELWINGERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister, primùm Metaphys. Professor & Alumnorum Inspector, deinde Log. ac tandem Polit. Prof. Altorphinus, Academ. Senior, æt. 75. prof. 43. Typis commisit *Commentarium in libros VI. Metaphysicos Aristotelis: De Arte χρηματιστικῇ tractatum: Observationes in Ideam Politicam Francisci Burgersdicii: Palæstram Rationis de Præpositionibus & Syllogismis exponibilibus: Dissertationum Politicarum tomos tres: Methodum disputandi: Tractatum de judice: Tract. de Magistratu: De Consiliariis, Senatoribus & Legibus: Disceptationem Anti-Photinianam de ratione in Theologia, contra Florianum Crusium: Aucupium pecuniæ, de Missis Solitariis, contra Joh. Thom. Khbnitz, Dispp. X. de Prædicamentis: De Demon-*

monstratione: Collationem Religionis Evangelicorum cum Religione Photinianorum, contra Valent. Baumgart: Immodestam modestiam ejusdem Baumgarti: Incarnationem Jesu Christi, contra eundem: Defensionem Christi Divinitatis, contra Smalcium: Confessionem primæ normæ Religionis Photinianæ: Centum argumentorum Jonæ Schlichtingii excisitionem: Concussionem Religionis Photiniano-Zwickerianæ: Examen Methodi Augustinianæ, contra Walenburgios: Speculum veritatis, contra Wilhelmum Christianum, Marchionem Brandenburgicum: Orat. funebrem in obitum Ulrici Grundherri: De Sophisticis Elenchis, contra F. Socinum: Dispp. sigillatim emissas *de Bono; De Malo: De Vero: De Falso: De distinctione: De causa sine qua non: De potentia Dei absoluta: De Concursu Dei: De causa formali mali: De Habitibus: De essentia & existentia: De principio Individuationis: De simplici & composito: De causa per emanationem: De necessario & contingenti: De natura luminis naturæ: De existentia Dei naturâ cognoscibili: De potentia & potestate Dei in homines: De potentia Dei absoluta & ordinata: De æternitate: De Syllogismis imperfectis: De Syllogismo expositorio: De Servo naturali: De præda militari: De dominio eminenti: De Novitatibus in Rep. vitandis: De Dictatore: De Amnistia: De Aristocratia: De Judice: De Monopoliis: De Factionibus: De Fide hæreticis servanda: De Religione: De temeraria Provinciarum invasione & occupatione: De Mediatoris officio ejusque requisitis; De quæstione; An, in tractatione pacis, belli causæ à pacis conciliatoribus examinandæ? De Armatura epistolari; De origine, progressu & fatali Rerump. periodo; De principiis civilis prudentiæ; De genuina Rerump. origine; De Spoliis belligerantium; De bello R. Preissygero; De officio Magistratus circa sacra; De Peregrinatione; De concursu causæ primæ cum secundis; De causa per accidens; De Subditis; De Conversione; De Reip. definitione & fine; De quæst. An peregrini publicis officiis arcendi? An literarum studium militiam enervet? An Princeps utilitatis gratiâ debeat fidem datam fallere? An Bellum extra, an intra fines territorii gerendum? An subditi tempore pacis armis exercendi? De Cive & Civitate; De officiis liberorum erga parentes; De Dominatu; De Consiliariis; De Justitia &c.*

24. Oct. JO FRIDERICUS BOECKELMANNUS, *Germanus*, Steinfurtensis, J. U. Doctor, ejusque Professor Heidelbergensis, Electoris Palatini Consiliarius Aulæ, & Advocatus, postea Consiliarius Regiminis & Aulæ Vice-Judex, demum Juris Professor primarius in Academia Lugduno-Batava, æt. 48. Ab eo in publicum emissa sunt scripta sequentia; *Vindiciæ Palatino Wildfangiatui pridem oppositæ, denuò assertæ & Vindicatæ; Justitia causæ Palatinæ, seu de-*

fensio juris Regalis Palatini in homines proprios; *De Antinomiis juris civilis*; *Compendiosa methodus juris civilis, Pandectarum, Codicum, Novellarum*; *Exercitationes ad Pandectas*; *Collegium Pandectarum*; *Compendium Institutionum*; *Comment. in digesta Justiniani Imperatoris*; *Dispp. V. Inaugurales*; *Exercitationes de Actionibus*; *Disputationes de Lege Regia Romana*; *De fide-jussoribus*; *De Reconventione*; *De Locato & conducto*; *De Præstatione evictionis*; *De momento ejusque causa*; *De famosis libellis*; *De judicio rerum exiguarum*; *De querela inofficiosi Testamenti*; *De Beneficio Inventarii*: *De Vectigali à vectore defraudato*: *De navi & navigatione*; *De Banno Imperii &c.* Auctor etiam esse creditur *Medici Romani sexaginta solidis æstimati*.

29. Oct. THOMAS GOUGE, *Anglus*, Stratfordiensis, Artium Magister, Verbi Divini Minister Colsdensis ac Londinensis, æt. 77. Ejus est *Paterfamilias Christianus*, lingvâ populari.

3. Nov. ERNESTUS MüLLERUS, *Germanus*, Marpurgensis Hassus, primùm Concionator Castrensis, deinde Ecclesiastes & Definitor Giessensis, ætat. 56. Ejus est *Canticum Canticorum versibus Germanicis redditum & explicatum*; *Salutaris animæ diæta, & quotidianum exercitium, quoad praxin Catechismi*; *Medicina animæ spiritualis, seu consideratio aquæ salutaris*; *Praxis animæ Evangelica XIV. homiliis declarata*; *Meditationes vitæ & mortis*; *Speculum pœ-*

nitentiæ, in monstro quodam exhibitum; *Riga obsidione à Moschis detenta & liberata, carmine Germanicô*; *Christiana Turcarum metu anxia, dramate sacro*; *Tryphilos, de Acidula Schwalbacensi*; *Buccina belli & pacis*; *Pyrando conversus &c.*

8. Nov. JOH. SCHINDLERUS, *Germanus*, Phil. Magister, & D. Andreæ per XXXVIII. annos Pastor & Ministerii Ecclesiastici Senior Brunsvicensis. Prodire fecit *Sacra Vaticinia de Ecclesiæ Christianæ statu, seu delineationem Apocalypseos Johann. & Daniel. XII*: *Buccinam spiritualem, de universali judæorum conversione*; *Tractatum de Regno chiliastico*; *Annotationes in Epist. ad Romanos*; *Conciones funebres &c.*

11. Nov. JOH. MEISNERUS, *Germanus*, Torgaviensis Saxo, Theol. Doctor ejusdemque Prof. Wittenbergensis, Collegii sui Senior, Templi ad Arcem Præpositus, & Senatus Ecclesiastici Assessor, æt. 67. prof. 32. Clarissimi Theologi nomē promeruit, edendo *Theologiam Naturalem*; *Compendium Theologiæ*; *Fasciculum Dispp. Theologicarum*; *Synopsin controversiarum Theologicarum*; *Tractatum Theol. de Prophetis*; *Exercitationes in Evangelium Matthæi*: *Descriptionem Ecclesiæ omnium Sanctorum Wittenbergensis collegiatæ*: *Examen quæstionum aliquot Catechismi Palatini*: *Exercitationes Theol. XII. de Articulis Fidei*: *Irenicum Duræanum de articulis fidei fundamentalibus & consensu ac dissensu*

inter

inter Lutheranos ac Reformatos explicatum: Dispp. de Libro Vitæ: De Statu Animarum separatarum: De Providentia Dei: De misericordia Dei ejusdemque cum justitia temperamento: De sangvine Christi: De vitæ Salomonis curriculo: De Mariæ Virginitate in partu: De Maria Dei genitrice: De sepultura B. Mariæ: De Persecutionibus & Martyriis Christianorum veterum: De Apparitionibus Dæmonum: De potestate Ecclesiastica: De jure Pontificis circa electionem Imp. Romani: De Antichristo occidentali magno: De Arianismo: De Capernaismo: De confusione lingvarum Babylonica: De Plerophoria Hiobæin Goelem Vedivicum: Creatura gemebunda: De dicto I. Corinth. XV, 41. 42: De dicto Joh. XV, 26: De dicto Act. XV, 11: De loco Galat. V, 17: De loco Rom. III, 28: De loco Apoc. XXII, 1: De Pluvia mystica, & quàm plures alias.

4. Dec. JO. FRIDERICUS BEHAIM A Schwartzbach, *Germanus*, Patricius Noricus, Reip. patriæ Septemvir & Scholarcha, ætat. 65. Varia transtulit ex idiomate Anglicano, ut *Relationem de vocatione ejusque requisitis: Jacobi Howels discursus historicos & politicos de bellis civilibus in Anglia, Scotia & Hibernia: Jo. Davenantii concordiam Religionis Protestantium & Reformatorum: Thesaurum biblicum: Maccabæum Britannicum, de expeditionibus bellicis Thomæ Fairfax: Politicum sine exemplo, sive de belli ac status ratione Olivarii Cromwels: Historiarum belli civilis in Anglia, Scotia & Hibernia tomos tres: P. Hieronymi descriptionem novam Indiæ, de origine Nili, sacerdotibus Johanniticis, mari rubro, palmis: Historiam Tafilette: Lanceloti Addisonii de Barbaria occidentali: Notabilia Asiæ & Africæ: De conspiratione Anglicana, cum executione Edw. Colemanni &c.*

16. Dec. FRANC. VAVASSOR, *Burgundus*, ex Comitatu Carolesio, S. J. Humaniorum, pòst Rhet. ac demum Theol. Professor Parisiensis, æt. 74. Soc. 60. Juris fecit publici *Jobum carmine Heroicô: Libros IV. de miraculis Christi: Elegiarum librum: Epicorum librum: Epigrammatum lib. III: Orationum volumina duo: De ludicra dictione, ex veterum scriptis: De forma Christi dissertationem: Cornelium Jansenium suspectum: De libello supposititio dissertationem: Epistolam de Jansenismo: Epist. ad Delphinum: Comment. & metaphrasin poëticam in Jobum.*

25. Dec. CHRISTIANUS ROSTEUSCHERUS, *Prussus*, Gedanensis, J. U. Licent. hujus & Histor. in patrio Gymnasio Prof. & Inspector, æt. 61. Consignavit *Orationem Inauguralem de Pacificationibus: Dispp. de jure Personarum: De Servitutibus: De Admodiatione: De advocatione causarum: De Colosso Danielis τετραμμετάλλῳ IV. Monachiarum simulacro &c.*

26. Dec. JOACHIMUS AB HIRTENBERG, aliàs PASTORIUS, *Germanus*,

nus, Glogoviensis Silesius, Med. Doctor, primùm in Gymnasiis Elbingensi & Dantiscano Professor honorarius, pòst ad castra transiens Pontificiorum, Protonotarius Apostolicus, Chelmensis ac dein Varmiensis Canonicus, Decanus, Parochus ac Officialis Gedan. & Pomeraniæ Generalis Præpositus ad S. Albertum, Regis Poloniæ Historiographus, Secretarius & Commissarius, ætat. 71. Frauenburgi in Prussia. Adornavit *Vitam Joh. Crellii: Epitaphium Stanislai Lubieniecii: Aulicum inculpatum: Florum Polonicum: Peplum Sarmaticum: Characterem & lucem virtutum: Bellum Scythico-Cosaccum: Palæstram Nobilium, seu consilium de Generosorum Adolescentum educatione: Diatriben de juventutis instituendæ ratione: Orationes duas, de præcipuis Historiæ Autoribus: Sylvarum partem primam: Tacitum Germano-Belgicum: Differentias inter Politicen genuinam & diabolicam: Theodosium Magnum: Ministrum Status, seu considerationes super vita Nic. Neovilli: Gratulationem ad Carolum II. Angliæ Regem: Historiæ Polonæ partem priorem: Aleam mundi, seu theatrum vicissitudinum: Meditationes Passionum Christi &c.*

CHRISTIANUS LUPUS, *Iprensis*, Phil. & Theolog. Doctor, Professor primarius & regius Lovaniensis, Eremitarum S. Augustini Prior Provincialis, æt. 70. Ejus superest *Varia & multiplex Poësis: Observationes de vi & usu verborum quorundam Latinorum: Notæ in Canones & Decreta Conciliorum IV. voluminibus: Epistolæ Patrum ad Concilium Ephesinum; Divinum ac immobile S. Petri, Apostolorum Principis, circa omnium sub cœlo fidelium ad Romanam ejus cathedram Appellationes, assertum Privilegium: Vita & epistolæ Thomæ Cantuacensis Archiepiscopi &c.*

CAROLUS COINTUS, *Gallus*, Trecensis, Congregationis Oratorii Presbyter, æt. 70. Composuit *Annales Ecclesiasticos Francorum VIII. voluminibus.*

JOACHIMUS HAGEMEIERUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, Consiliarius primùm Comitis Oldenburgici, deinde Comitum Wetteraviensium Consil. & Vice-Cancellarius. Vulgavit *Tractatum de Autoritate juris civilis & canonici: Synopsin juris Feudalis: De fœderibus Civitatum Hanseaticarum: Dissertationes de Imperio maris: Dispp. in Institutiones juris: Exercitationes ad Sutholtum: Epistolas juris publici Europæi de statu Regni Poloniæ & Imperii Moscovitici: De statu Hispaniæ & Portugalliæ: De statu Helvetiæ: De statu Tartariæ: De statu Daniæ, Norwegiæ & Sueciæ &c.*

ANNO 1682.

3. Jan. OLAUS VERELIUS, *Suecus*, Lincopiensis, Antiquitatum Svecicarum Professor, Quæstor Upsaliensis, Collegii Regii Antiquitatum patriæ Asses-

Aſſeſſor, & demum Acad. Upſalienſis Bibliothecarius, æt. 64. prof. 19. Ab eo in lucem prodierunt *Oratio funebris in obitum Laur. Paulini, Archiepiſcopi: Panegyrica oratio de Pace Sveo-Germanica: Hiſtoria Gothrici & Rolfonis, Weſtrogothiæ Regum, linguâ veteri Gothicâ, cum verſione Svecica, & notis Latinis: Oratio funebris in obitum Axelii Oxenſtirna, Cancellarii: Fragmentum hiſtoriæ Olai Tryggiaſons, linguâ Gothicâ conſcriptum, cum notis: Herrandi & Boſæ hiſtoria, linguâ veteri Gothicâ, cum nova interpretatione Svecica & notis: Hiſtoria Hervaræ linguâ veteri Gothicâ, cum interpretatione Latina & annotationibus: Auctarium notarum in Hervarar Saga, ſeu Hiſtoria Hervaræ: Diſputatiuncula de Fanin: Manuductio ad Runographiam Scandicam antiquam rectè intelligendam Latinè & Svecicè: In obitum Joh. Stirnhök oratio: Anonymi annotationes ex Scriptis Caroli Epiſcopi Aroſienſis.*

4. Jan. AXELIUS ANDREÆ KEMPE, *Svecus*, Oſtrobothnienſis, Philoſ. Magiſter, primùm Academiæ Aboenſis Bibliothecarius, & Facultatis Philoſophicæ Adjunctus, pòſt Phil. moralis ac Hiſtor. demum Juris ibidem Profeſſor, æt. 59. prof. 30. Publicavit *Ethicam: Politicam: Diſpp. de Homicidio & defenſione ſui neceſſaria: De ſubditis inferioris conditionis & diviſione ſubditorum, ratione ſocietatis: De Sole &c.*

9. Jan. CYRIACUS MARTINI, *Livonus*, Revalienſis, Philoſ. Magiſter, primùm in exercitu Svecico Secretarius, deinde Eccleſiaſtes Caſtrenſis, demum Paſtor Elbingenſis, æt. 49. Formavit *Joſephum exemplarem, ſive Homilias in hiſtoriam Joſephi: Peregrinantium informatorium & pietatis ſuſcitabulum: Pias Rationis Status Regulas, pro chriſtiano magiſtratu, ex Zach. VIII, 15. 16. &c.*

Obiit ANNO 1682.

12. Jan. HERMANNUS CONRINGIUS, *Germanus*, Nordâ-Friſius, Phil. & Med. Doctor, primùm Phyſicæ, dein Med. & Polit. Profeſſor Helmſtadienſis, Principis inſuper Friſiæ, mox Reginæ & Regis Sveciæ, tum Ducis Brunſw. & Luneburg. Auguſti, porrò Regis Daniæ, & aliorum Imperii Principum Conſiliarius, Academiæ Juliæ Senior, ætatis 75. prof. 50. Eruditorum manibus teruntur Viri hujus perquam incluti libri plurimi, ut *Fundamentorum Fidei Pontificiæ concuſſio: De Purgatorio animadverſiones in Joh. Mülmannum S. J: Defenſio Eccleſiæ Proteſtantium adverſus duo Pontificiorum argumenta, petita à Succeſſione Epiſcoporum & Presbyterorum ab Apoſtolis usque derivata: Reſponſio ad Valerianum Magnum I. & II. pro ſua concuſſione Fundamentorum Fidei Pontificiæ: Animadverſiones in Chriſtophori Haunoldi libellum concuſſioni fundamentorum fidei Pontif. oppoſitum: Examen libelli à Vito Erbermanno concuſſioni dicti oppoſiti: Georgii Caſſandri & Georgii Wicelii de ſacris noſtri temporis controver-*

sis libri duo: *Leonis III. Papæ epistolæ ad Carolum M. Imp. cum notis*: *De electione Vrbani IIX. & Innocentii X. Pontificum commentarii historici duo*: *Historia electionis Alexandri VII. Papæ*: *Introductio in Naturalem Philosophiam & Naturalium Institutionem liber*: *Introductio in universam, artem Medicam*: *De sanguinis generatione & motu naturali opus novum*: *De Finibus Imperii Germanici libri duo*: *Animadversiones id Adriani & Petri de Walenburch Conringium laudatum & correctum*: *De Hermetica Medicina libri duo*: *Gratulatoria epistola Natalis LXXXVIII. Ducis Augusti*: *Vindicatio hujus epistolæ de Hebræo codice, contra Matth. Wasmuthium*: *Animadversio in libellum, cujus titulus; Novena S. Antonii de Padua*: *Discussio eorum, quæ opposuit suæ animadversioni in Novenam Antonianam Dionysius Werlensis Capucinus*: *Aristotelis Politicorum libri, cum introductione & emendationibus*: *De Pace perpetua inter Imperii Germanici ordines religione dissidentes servanda, libelli duo*: *De Germanicorum corporum habitus antiqui ac novi caussis dissertatio*: *Oratio memoriæ Georgii Ducis B. & L.* *Assertio Juris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum*: *Cyriaci Thrasymachi de justitia armorum Suecicorum in Polonia*: *De controversiis Sueo-Polonicis, sive de jure, quod in Sueciam Regi ad Livoniam Regno Poloniæ nullum competit*, sub nomine Hectoris Joh. Mithobii: *Dissertatio ad L. I. Cad. Theodos. de studiis liberalibus Urbis Romæ & Constantinopolis*: *De Nummis Ebræorum paradoxa*: *De Antiquitatibus Academicis Dissertationes*: *De Republica Romano-Germanica liber Jac. Lampadii cum notis*: *De Origine juris Germanici liber*: *De Bello contra Turcas prudenter gerendo libri varii*: *Censura diplomatis quod Ludovico Imp. fert acceptum cœnobium Lindaviense*: *De civili Prudentia liber*: *Nicolai Machiavelli Princeps cum notis*: *De antiquissimo statu Helmstadii & viciniæ conjecturæ*: *Cornelius Tacitus de moribus Germanorum cum notis*: *Castigatio libelli, cui titulus; Anti-Conringiana defensio juris Coloniensis*: *Iteratarum Vindiciarum juris coronandi examen*: *Actio injuriarum in Matth. Wasmuth*: *Admonitio de thesauro Rerump. totius orbis*: *De Bibliotheca Augusta*: *Propoliticorum Liber*: *Jani Dubravii de Piscinis libri V*: *Jo. Bodini de caritate rerum omnium ejusque remedio*: *Comment. in Galeni librum XIII. methodi medendi*: *Epistolæ de varia doctrina*: *Dispp. Medicæ, Physicæ, & inprimis Politicæ, propemodum innumerabiles.*

16. Febr. JOH. CASP. ZOPFFIUS, *Germanus*, Lobersteinensis, Philos. Magister, & Theol. Baccalaureus, primò Concionator Aulicus Geranus, deinde ibidem Archidiaconus & Consistorii Assessor, demum Superintendens, æt. 75. minist. 44. Struxit *Arborem Vitæ, Christum, ex Joh. V, 28*: *Fulcra felicitatis publicæ,*

sive

sive concionem Comitialem: Homiliam de Pace: Conc. funebres &c.

19. Febr. ERNESTUS, HASSIÆ LANDGRAVIUS, HERSFELDIÆ PRINCEPS &c. à Lutheranis ad Pontificios anno 1652. Coloniæ transiit, obiitque æt. suæ 59. Prelò subjecit *Motivam conversionis ad fidem Catholicam: Motivas pro Papismo: Fundamentorum fidei amicam discussionem: Epistolam ad Theologos Calixtum, Crocium, Haberkornium; Ostensionem Crocianæ pravitatis, sive Vindicias contra defensionem Crocii; Cibum Quadragesimalem, ex responsionibus Herm. Erichii & Wilh. Hulsii ad literas Ernesti, Hassiæ Landgravii; Epistolam ad L. B. à Boineburg de conversione P. Andreæ Wigandi &c.*

23. Febr. ADAMUS VICQUEFORTIUS, *Belga*, Amstelodamensis, Eques, primò Electoris Brandeburgici, deinde Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis Consiliarius, æt. 84. Cellæ. Scripsit *de Electoribus Imperii Romano-Germanici*: Gallicè *de Legatis, eorumque officiis.* Vertit ex Germanica in Lingvam Gallicam *Adami Olearii Itinerarium Persiæ*: ex Anglica *Figueroæ Itinerarium Persicum: Ejusdem Itinerarium Indiæ Orientalis*: ex Lusitanica *Vitam Johannis XIII. Regis Portugalliæ*, & non nulla alia.

28. Febr. JOACHIMUS NERGERUS, *Germanus*, Greiffenbergensis Silesius, J. U. Doctor, Prof. Witenbergensis, nec non Scabinatûs Lausatiæ inferioris Assessor, æt. 62. Præsidiô suô exornavit *Dispp. de Athletis & Gradiatoribus: De Consvetudine ejusque jure: De usucapionibus: De Testamento per nuncupationem, qua talem, facto: De contractu depositi, ejusque jure: De contractibus innominatis: De arbitrio compromissario: De gradibus culpæ in contractibus: De individuo Feudorum regularium: De Venatione Principum: De eo, si certum petatur: De Jure Regenerationis: De Juramentis in litem affectionis & veritatis: De Justitia Juris Rom. quod in contractu emptionis perfectæ periculum rei emptæ ante traditionem emptoris facit: De postulando: De specie obligationis inæqualis, quæ dicitur claudicans: De Curatoribus: De Purgatione Canonica: De Majestatis Dominio supereminenti in bona civium &c.*

7. Mart. OCTAVIUS FERRARIUS, *Italus*, Mediolanensis Patricius, Eloquent. & Politic. Græcæque Lingvæ Professor Patavinus, æt. 75. Publico communicavit *De re Vestiaria libros VII: Analecta sive Exercitationes ad Alberti Rubenii comment. de lato clavo: Prolusiones XXXV: Epistolas, variasque Inscriptiones: Origines lingvæ Italicæ: Electorum libros duos: Orationem in funere Bapt. Nanii, Equitis &c.*

13. Mart. FRIDERICUS DEDEKINDUS, *Germanus*, Fortfeldâ-Brunsvicensis, Phil. Magister, primùm Phil. Practicæ, deinde Log. & Metaphys. Professor, Academiæ Gryphiswaldensis Senior, ætat. 72. Evulgavit

Dialecticam sacram: Artem solvendi Sophismata: Historiam Syncretismi: Exercitationes Logicas: Dispp. de Lege &c.

3. M. j. HENRICUS VOLGNADIUS, *Germanus*, Vratislaviensis Silesius, Med. Doctor, inque patria Practicus, S. Rom. Imperii Academiæ Nat. Curiosorum Adjunctus, cognomentò *Sirius*, æt. 47. Condidit *Observationes de ano imperforato: De lethali abdominis illisu: De anatome ancillæ Altenburgensis, quæ Bufones vomuerat: De Vermibus intestina perforantibus, pereunte ægrâ: De globo vitulino: De fungis monstrosis: De Sale Armoniaco, & lapide prunellæ absque sulphure: De citro in citro: De monstroso fœtu: De Ambra Augustana insolentioris ponderis: De Nephritide lethali: De Draconibus carpathicis & Transsylvanis: De Aquis ardentibus: De figuris in glacie repertis: De Tacamahaca liquida: De rarioribus quibusdam naturæ, sive luxuriantis, sive ludentis.* Extant in Ephemer. Acad. Naturæ Curios. Germ.

22. Maj. WILHELMUS LANGE, *Danus*, Sælandus, Helsingerensis, in Collegio Cancellariæ Consiliarius, in Supremo Tribunali & Consistorio Assessor, nec non Mathem. Professor Hafniensis, æt. 59. Ejus reperiuntur *de annis Christi libri duo: De quatuor Monarchiis: De Veritatibus Geometricis libri duo: Exercitationes Mathematicæ VII. de annua emendatione & motu Apogæi Solis &c. Epistola ad M. Meibomium.*

16. Maj. ANDREAS CONCIUS, *Prussus*, Soldoviensis, Phil. Magister, primùm Mathem. in Academia Regiomontana Professor, & Alumnorum Inspector primus, deinde Scholæ ibidem Palæopolitanæ Rector, æt. 56. Delineavit *Descriptionem Mathematico-Historico-Geographicam: Nodum IV. circumstantiarum circa passionem Domini occurrentium, scil. I. de annis inter baptismum & passionem interceptis. II. de Pontifice anni illius. III. de die mactati & manducati Agni. IV. de hora crucifixionis: Dispp. de Iride: De vanitate ex astris de rebus arbitrariis & fortuitis divinantium: De necessario: De Succino: De modo demonstrandi & docendi conclusiones Astronomicas, deque nonnullis hujus doctrinæ primordiis: Selenographiam: Historiam Asphaltitis Palæstinæ lacus, ex Genes. XIV, 3.* Germanicè *Tractatum de veteri & novo Calendario. &c.*

23. Maj. PETRUS HOFFWENIUS, *Suecus*, Sudermannus, Med. Doct. & Prof. Upsaliensis, æt. 52. prof. 21. Publicavit *Physicam Synopsin: Artis Medicinalis parvæ Exercitationes: Disp. de Oculo: De Manna: De Pleuritide: De Symptomatibus: De Athleta: De Flatibus &c.*

4. Jun. JO. GEORGIUS PELLICERUS, *Germanus*, Euthinensis, J. U. Licentiatus, Consiliarius Saxonicus, & Urbis Leoburgensis Præses, Poëta excellens, in Societate Pegnensi dictus *Thyrsis*, ætat. 46. Exaravit Germanicè *Gloriam Heroicam memo-*

riæ

riæ Valentini à Winter: Amores Principales &c. Proximè prodibit *Poëma* ejus *de passione & morte Christi.* Plura edere in animum habuit, quæ jam absoluta in scriniis latent, luce oppidò digna.

7. Jul. GOTHOFREDUS VOIGTIUS, *Germanus*, Delitiensis Misnicus, Phil. Magister, Theol. Licent. primùm Scholæ Gustroviensis, deinde Hamburgensis Johannææ Rector, æt. 38. In lucem protulit *Curiositates Physicas: Dissert. contra Nivis albedinem realem, Exercitationem Histor. de SS. unius Divinitatis Triade, sive Imaginem SS. Trinitatis: Opus Theol. de Fide Infantum: Tract. de Ordinatione Presbyterorum: Miscellanea Biblica: Epistolam ad Viros doctos Reip. Hamburgensis: Dispp. de lacrumis Crocodili: De Honore: De Conventu Sagarum ad sua Sabbata: De Anima: De Fortitudine: De Stillicidio sanguinis ex interempti hominis cadavere, præsente occisore: VI. Indices Latinitatis corruptæ atque incorruptæ:* Germanicè *Delicias Physicas.*

3. August. WILHELMUS ZESCHIUS, *Germanus*, Beverstedâ-Bremensis, Theolog. Doctor, primùm Ecclesiæ Wertheimensis in Franconia Pastor, vicinarumque per XIV. annos Superintendens, dein Theolog. Professor Jenensis, ætat. 51. Luci exposuit *Dispp. Ethicas: De Polygamia Successiva & Simultanea: De actu judiciali: De justitia Dei, transgressionis sive lapsus Protoplastorum injustitiam toti generi humano imputantis: De Persona*

Messiæ: De principio cognoscendi Theologiæ adæquato: De justitia Dei, satisfactionis vel meriti Christi: De Johanne infantulo, Christi præcursore, in utero materno saliendo exultante: De Deo: De formali, & secundum quid consummata Animarum post mortem à corporibus suis separatarum, ante redunitionem cum illis beatitudine: De natura Hæreseos: De augmento qualitatum intensivo: De stimulo carni infixo, & Angelo Satanæ, S. Paulum Apostolum colaphizante, ex II. Corinth. XII, 7. 8. Germanicè *Responsum ad quæstionem; An Ecclesia Lutherana sit vera, Apostolica & Catholica Ecclesia? &c.*

4. Aug. HENRICUS A LITHE, *Germanus*, Verdensis, Theol. Licentiatus, Ecclesiastes primùm Jenensis, dein Ducis Brandeburgici Consiliarius Ecclesiasticus, ac Pastor Onolsbacensis, ætatis 34. Reliquit *Synopsin Theolgiæ Naturalis collatæ cum Theologia revelata: Dispp. de existentia Dei, contra Atheos: De Jure Hominis in Bruta &c. Sermones funebres.*

10. Aug. MARTINUS KEMPIUS, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister, Electoris Brandeburgici Historiographus, in Societate Fructifera dictus der Erkohrne/ & in Pegnensi *Damon*, æt. 45. Formavit *Folia Palmarum linguæ Germanicæ: Bibliothecam Anglorum Theologicam: Dissertationes XXV. de Osculis: De Judæ ingenio, vita & fine; Epiphyllides sacras: Meditationes XII. ad pietatem excitandam in prosa & ligata oratione &c.*

15. Aug. CASPAR. CRAMERUS, *Germanus*, Erfurtensis Thuringus, Med. Doctor, Anatom. & Chymiæ in Academia patria Professor, ætatis 37. prof. 5. Vulgavit *Dispp. de Acidulis: De Transmutatione Metallorum: De Archæo, fabro febrium intermittentium: De Inundatione Microcosmi &c.*

12. Sept. GODEFRIDUS HENSCHENIUS, *Belga*, Venradensis Gelder, è Soc. Jesu, æt. 81. Soc. 63. Edidit, collatâ operâ cum Jo. Bollando, *Acta Sanctorum Januarii & Februarii, cum notis*, tomis *V.* collatô studiô cum Daniele Papebrochio, *Acta Sanctorum Martii*, tomis III. *Acta Sanctorum mensis Aprilis*, tom. III: *Acta Sanctorum Maji: Diatribam de Episcopatu Trajectensi ad Mosam: Diatr. de tribus Dagobertis, Francorum Regibus: Notitias breves Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, Belgii, Germaniæ quinque libellis: Notitias breves triplicis Status, Ecclesiastici, Monastici & Secularis: Vitam S. Petri Thomasii.*

20. Sept. HENRICUS GöSEKENIUS, *Germanus*, Hannovero-Brunsvigas, Pastor Goldenbecensis & Præpositus Wykensis in Esthonia, nec non Consistorii Regii Assessor Revaliensis, æt. 70. minist. 44. Emisit *Manuductionem ad Lingvam Oesthonicam: Conciones aliquot funebres.*

10. Oct. JOHANNES JANI WIBURGIUS, *Danus*, Cimber, Phil. Magister, primùm Scholæ Hafniensis Con-Rector, & Communitatis Regiæ Præpositus, postea Ecclesiæ Cathedralis Lundensis in Scania Pastor tandem in Insula Moena Ecclesiastes Stegensis & Præpositus, ætat. 69. Ejus est *Disp. Christologica: Metaphysica exemplaris: Metaphysicæ Synopsis: Dispp. III. de Dei notitia: Poëmata varia.*

13. Nov. CASP. CRUSIUS, *Livonus*, Rigensis, primùm Pastor Werchensinensis Megapolitanus, deinde Ducum Megapolit. Ecclesiastes Aulicus, demum Rudolphi Augusti, Ducis Brunsv. & Luneb. Concionator Aulicus, Præpositus Cœnobii S. Crucis, & Scholarum Ecclesiarumque Brunsvicensium Inspector, æt. 41. Ab eo habentur *Templum honoris justorum Brunsvicensium, seu Conciones funebres: Maximum in minimo, sive Concio singularis ex Job. I, 14:* Homilia de officio Doctorum & Auditorum &c.

25. Nov. JOH. PAULUS OLIVA, *Italus*, Genuensis Patricius, S. J. Rector Romæ, in domo Probationis, & Collegii ibidem Germanici, Concionator S. Palatii Apostolici, pòst Vicarius, & denique Præpositus ordinis sui generalis, æt. 82. Soc. 66. Consignavit *Conciones LXX. in sacro Palatio habitas: Conc. XXXII. ibidem habitas: Conciones XLVIII. in eodem palatio*, tomis tribus: *Sermones XL. habitos variis in locis: Additamenta Sermonum XVI: Adhortationes domesticas LVIII: Epistolas varias paræneticas, de variis argumentis, ad religiosum statum pertinentibus &c.*

11. Dec.

obiit ANNO 1682.

11. Dec. REINHOLDUS PAULI, *Prussus*, Dantiscanus, Theol. Doct. primùm in Gymnasio Steinfurtensium Arnoldino, deinde in Academia Marpurgensi Theologiæ Professor, æt. 45. Vulgavit *Collegium Anti-Socinianum: Considerationem spiritualem de Cometis: Dispp. ad Compendium controversiarum particularium Walenburgiorum: Orat. de autoritate Scripturæ Propheticæ & Apostolicæ &c.*

13. Decembr. ÆGIDIUS STRAUCHIUS, *Germanus*, Wittenbergensis, Phil. Magister, primùm Mathem. & Hist. in patria Professor, deinde Theol. Doctor, Professor Pastor & Gymnasii Rector Dantiscanus, æt. 50. offic. 26. Ingenii & eruditionis suæ monumenta hæc sunt; *Breviarium Chronologicum: Astrognosia: Doctrina Numerorum: Tabulæ Mathematicæ: Geographia Mathematica: Aphorismi Astrologici: Doctrina astrorum Mathematica: Continuatio Joh. Sleidani de IV. summis Imperiis: Consensus repetitus fidei veræ Lutheranæ: Definitionem Theologicarum quaterni XXXVII: Breviarium Theologicum*, Germanicè *Examen pietatis Helmstadiensis: Apologia contra Doct. F. V. C: Lex Dei de non nubenda uxoris suæ sorore, contra C. J. B. Jctum: Concio Valedictoria & Inauguralis: Conc. duæ de Jeremia in Suggestu, in fovea, in carcere: Relatio de controversia Dantiscana: Conciones II. de Reformatione Lutheri: CXXXII. Quæstiones memorabiles: Gratulatoria Concio, pro electione Johannis, Regis Poloniæ: Postilla Evangelica: Dispp. de Lycanthropia: De tempore passionis & mortis Christi: De patria Messiæ: De Annalibus Bethlehemiticis: De priscæ Ecclesiæ in censendis Hæreticis æquitate: De Manichæismo: De Prædestinatianis: De Waldensibus: De jure tertii orthodoxi, circa causam Jesuitico-Jansenianam: De Catechumenis: De antiquo funerum ritu: De Exarchatu: De priscis publicè Pœnitentium ritibus: De Imagine τετραμετάλλῳ Danielitica: De computo Sacro LXX. hebdomadum Danielis: De computo Thalmudico-Rabbinico: De computo veterum Romanorum; De computo veterum Germanorum: De computo Julio-Constantiniano, seu stilo veteri: De computo Gregoriano, seu stilo novo: De Anno Ebræorum Ecclesiastico: De computo Turcico-Arabico: De anno nativitatis Abrahami: De Pseudo-Elia: De natali Immanuelis: De Tempore diluvii: De ætate mundi: De B. Virginis Mariæ natalibus: De Symbolo Apostolico: De Paschate primo, & exodo Israelitarum ex Ægypto: De ritibus flagellandi apud Judæos & Romanos: De certamine olympico: De Insulis gentium: De Christianismo Senecæ: De Rehabeamo: De Melchisedecho: De vitulo aureo Aaronis: De Ægyptiaco Servatoris exilio: De Monotheletarum hæresi: De Islandia: De ordine militum Templi: De Samuele personato: De ænigmate Simsonis &c.*

25. Dec. SAMUEL CLARKE, *Anglus*, Warwicensis, Pastor of Bennet Fink Londinensis, æt. 83. Linguâ populari Condidit *Medullam Historiæ Ecclesiasticæ tomis tribus*: *Martyrologium generale*: *Martyrologium Anglicum*: *Speculum temporis*: *Casus Conscientiæ*: *Jus divinum Regiminis Ecclesiastici*: *Sermones funebres*: *Vitam Tamerlanis*: *Descriptionem Germaniæ & Historiam Hungariæ*: *Descriptionem XVII. Provinciarum Belgii*: *Dictionarium Anglicanum*: *Duo volumina exemplorum*: *Judicium Dei in persecutores*: *Narrationem de conspiratione pulveraria*: *Oleum sanctum in torculari*: *Thus sacrum*: *De officio Ministrorum Ecclesiæ & populi erga eos*: *Fasciculum seu olfactorium sanctorum*: *Mala aurea*: *Vitas virorum eminentium &c.*

31. Dec. JOH. HIPSTEDIUS, *Germanus*, Bremensis, primùm Gymnasii Franekerani Rector, pòst Eloquentiæ, Lingvæ Græcæ & Histor. in Gymnasio patrio Professor, & Reip. Bibliothecarius, æt. 70. offic. 34. Typis expressit *Collationes Philologicas in Epistolam ad Romanos*: *Delineationem Ecclesiæ Dei tum sub veteris, tum sub novi fœderis Oeconomia*: *Dispositiones Oratorias in IV. causarum generibus*: *Orationes &c.*

JACOBUS ZANONIUS, *Italus*, Med. Doctor, Anat. & Botan. Prof. Bononiensis. Prodire fecit *Historiam Botanicam*.

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS, *Germanus*, Dobelâ-Misnicus, Med. Doctor, S. R. Imp. Acad. Naturæ Curiosorum, & Societatis Collegii Regii Anglici Collega, dictus *Hermes*, Præfectus Haynensis. Ejus reperiuntur *Observationes de regerminatione argenti, novô artificiô inventa*: *Aurum superius & inferius Auræ superioris & inferioris Hermeticum*: *Phosphorus Hermeticus, sive Magnes Luminaris*: *Venus aurea, in forma Chrysocollæ fossilis cum fulmine cælitus delapsa*: *Hermes curiosus, sive inventa & experimenta Physico-Chymica nova.*

GERHARDUS VON STöCKEN, *Germanus*, Rensburgensis Holsatus, J. U. Doctor & Prof. Argentoratensis. Elaboravit *Thuanum enucleatum*: *Amœnitates Historicas*: *Dissertationes de Pollicitatione*: *Dissp. de Innominatis contractibus*: *De Jure Majestatico Imperatoris Romani Germanici*: *De potestate Legislatoria*: *De Jure odioso*: *De servitutibus rerum*: *De usu capione*: *De Sigillis*: *De Arbitris*: *De Jure Legatorum &c.*

MICH. BROEMMERUS, *Germanus*, Erfurtensis, Philos. Magister, primùm in Academia patria Professor, deinde Scholæ ibidem Andreanæ, & demum Regularum Rector. Edidit *Tractatum de Astronomia &c.*

ANNO 1683.

24. Jan. BENJAMIN GERLACH, *Polonus*, Reisensis, Phil. Magister, Pastor primùm Walstadiensis, deinde Herrenstadiensis, tum Wintzigensis, ac demum in suburbio Suidnicensi primarius & Inspector, æt. 49. minist. 25. Linguâ Germanicâ formavit *Meditationes de Cinere*: *Delineationem Christianismi ex parabola Matth. XXV, 1.—13*; *Concionem de notitia in vita æterna, ex Matth. XVI*: *Explicationem Evangeliorum Dominicalium & Festivorum*: *Conc. de Tonitru, ex Luc. XIII, 4. 5. Extremum judicium*: *Ecclesiæ Lutheranæ Doctrinam de Sacra Cœna Domini &c.*

10. Febr. JACOBUS DIECMANNUS, *Germanus*, Anklamô-Pomeranus, primùm Ecclesiastes Neuhausanus, deinde Stadæ ad SS. Cosmæ ac Domiani Diaconus, demum ibidem Pastor, ætat. 65. Minist. 40. Reliquit *Conciones aliquot funebres*, & fortè quædam alia.

20. Febr. JOH. NICOLAUS MISLERUS, *Germanus*, Fridbergensis Wetteravius, Phil. Magister, primò in Pædagogio Marpurgensi Præceptor, dein ibidem Ecclesiastes, pòst Th. Doctor, hujus & Hebr. Lingvæ Prof. Pastor ac demum Superintendens Giessensis, æt. 69. minist. 44. prof. 31. Typis subjecit *Scrutinium Scripturæ Sacræ*: *Speculum Anti-Jesuiticum, contra Hieronymum Mülmannum*: *Θεογνωσίαν, seu de Deo Triuno, & λόγῳ incarnato Dispp. VII*: *Lessum funebrem, in obitum Georgii, Hassiæ Landgravii*: *Synopsin Theologicam totius Christianæ Religionis*: *Orthodoxiam, juxta seriem Articulorum Formulæ Concordiæ demonstratam*: *Differt. XIV. de Articulis nonnullis controversis*: *Additamenta ad casus conscientiæ D. Frid. Balduini*: *Dispp. V. de Sacra Scriptura, ex Joh. V, 39*: *De incarnatione Filii Dei*: *De Passione Christi*: *De mysterio SS. Trinitatis*: *De dicto Prophetico Es. LIII, 4*: *De Ecclesia Christi militante*: *De persona & officio Christi*: *De imagine hominis primæva*: *De Contestificatione Spiritus*: *De Induratione &c.* *Orat. parentalem in memoriam D. Justi Feurbornii*: *Conciones funebres.*

2. Mart. SAMUEL POMARIUS, *Germanus*, Winzigiô-Silesius, Phil. Mag. primùm Diaconus Coloniensis Brandenburgicus, deinde Superintendens Palæo-Soltquellensis, tum Pastor Magdeburgensis, inde collegii Eperiensis in Hungaria Director, porrò Theol. Doctor, hujusque Prof. extraordinarius Wittenbergensis, demum Superintendens Lubecensis, æt. 59. minist. 30. Ecclesiæ reique literariæ scriptis profuit sequentibus; *Collegio Synoptico Physices*: *Dissertatione de modo Visionis*: *Tractatu de consensu & dissensu corporum naturalium*: *Consideratione piâ & sobriâ postulati Keddiani*: *Examine examinis Jodoci Keddii S. J*: *Dissertationibus de moderatione*

Theologica: Oratione auspicali, cum intimationibus & orationibus aliis: Tractatu Germ. de vi conscientiæ, contra Hierotheum Boranowski: *Sacrâ Semeiotica, ex Jes. VII, 10. sqq: Apologiâ contra Ægidium Guttmannum*, nomine Ministerii Ecclesiastici Lubecensis, Hamburg. & Luneburgensis: *Memoriâ seculari libri Christianæ Concordiæ: Dispp. de nomine Dei Elohim: De causa per Accidens: IV. de Noctambulis: De Generatione æquivoca: De Christo: De peccato originis: De principiis chymicis: De Electione: De vita & morte: De Speciebus mundi: De Elementis: De meteoris in genere: De toto & parte &c.*

3. Mart. JOH. ERASMUS BLUM, *Germanus*, Darmstadinus, Hassus, primùm Ecclesiastes August. Confess. Kinsweilensis, deinde Stolbergensis & Aquisgranensis in Ducatu Juliacensi, ac demum Amstelodamensis, æt. 59. minist. 36. Emisit Germanicè *Scholam naturæ, sive de Avibus Christianorum Doctoribus: Amabilia Jehovæ tabernacula, concionem inauguralem: Veterem ac novam Tubam Pœnitentiæ &c.*

9 Mart. MICHAEL ETTMüLLERUS. *Germanus*, Lipsiensis, Phil. & Med. Doctor, Botan. ordinarius & Chirurg. extraordinarius Professor, nec non Practicus in patria, Acad. Naturæ Curios. Germ. Collega, æt. 39. Ab eo habetur *Dissertatio de virtute Opii Diaphoretica: Chymia Rationalis & Experientalis curiosa: Medicus theoria & praxi generali instructus: Opera omnia*, in quibus *Praxis Medica universa: Chirurgia Medica: Methodus consultatoria: Tractatus de virtute Opii: Valetudinarium infantile: Coralliorum Tinctura: Præscriptiones Formularum: De parvis magnorum morborum initiis: De usu & abusu Præcipitantium: De morsu Viperæ: De Medicina Hippocratis chymica: Dispp. de Chirurgia infusoria: De Respiratione humana, exulante vacui fugâ: De Temulentia &c.*

21. Mart. ANDREAS MACKIUS, *Germanus*, Oberlauringanus Francus, Med. Doctor, initio Ducis Saxoniæ Archiater Coburgi, pòst variis in locis Practicus, denique Archiater Schwartzenburgicus, æt. 77. Confecit *Antidotarium privatum.*

28. Apr. DANIEL CASPARI A LOHENSTEIN, *Germanus*, Silesius, Nimptschio-Bergensis, Consiliarius Cæsareus, & Reip. Vratislaviensis Proto-Syndicus, æt. 48. Formavit Germanicè *Elogium Georgii Wilhelmi, Ducis Bergensis: Elogium Christiani ab Hofmanswaldau: Tragœdias Cleopatram: Agrippinam: Epicharin: Sophonisben & Ibrahimum: Carmina varia &c.*

1. Maj. JUSTUS JACOBUS LEIBNüTZIUS, *Germanus*, Risselbacensis Noricus, Phil. Magister, primùm Diaconus Altorphinus, inde Pastor ad D. Jacobi, & demum ad D. Sebaldes Antistes, Norimbergensis & Bibliothecarius, & Ministerii Senior, æt. 72.

æt. 72. minist. 44. Dedit *Figuras Pœnitentiæ Biblicas*; *Conciones funebres*; *Conc. inauguralem & Valedictoriam*.

9. Maj. JO. CHRISTOPH. LÜDECUS, *Germanus*, Prentzloviô Uckeranus Marchicus, Philos. Magister, primùm Gymnasii Gerani Rector, deinde Archidiaconus, & demum Pastor Ecclesiæ Viadrinæ, ejusquè Diœceseos Inspector, æt. 78. minist. 47. Divulgavit unà cum Martino Heinsio, *Veram enarrationem argumentorum: quibus discrimen manducationis in Sacra Cœna, & Capernaiticæ Creophagiæ assertum est.* Prostant etiam ejus *Conciones funebres*.

27. Maj. DANIEL ÆGIDIUS HEINRICI, *Germanus*, Lipsiensis, J.U. Doctor, æt. 34. Habuit præsidendo *Dissp. de consensu ad actuum validitatem necessario*; *De Stipulatione*; *De Mutuo*; *De Pœna decollationis*.

26. Jun. FERDINANDUS L. B. DE FÜRSTENBERG, Paderbornensium & Monasteriensium Episcopus, æt. 57. In arce defunctus Neuhusiana ad Confluentes Luppiæ & Alisonis. Imprimenda dedit *Poëmata Latina*.

1. Jul. R. JOH. SALOMO, *Polonus*, Posenensis, Judæus, pòst Christianus, & Lingvæ Hebrææ Professor Dantiscanus, æt. 60. Edidit *Confessionem, sermone Chaldæô, Hebræô, & Teutonicô: XXXVII. demonstrationes, quibus apodicticè evincitur, Jesum Christum verum & æternum cum Patre & Spiritu Sancto Deum esse*; Germanicè *Flores tres ex horto orientali desumptos, sive tres tractatus Hebraicos*; *Eclipsin dissipatam, sive Refutationem libri R. Saadjal Gaon de Redemptione & libertate*: *Programmata varia in varias orationes Hebraicas habendas*.

4. Jul. DAVID LINDNERUS, *Germanus*, Rochlitio Misnicus, U.J. Doctor, Curiæ Supremæ Lipsiensis Advocatus ordinarius, Consistorii Electoralis ac Ducalis Assessor & Senior, ætatis 57. Scripsit *de justitia Bellorum, quæ ex indictione nascitur*; *De rei debitæ peremptæ præstatione & ejusdem ineunda æstimatione &c.*

8. Jul. MATTIAS FOSSIUS, *Gothus*, Londinensis, Scanus, Phil. Magist. primùm patriæ Scholæ cathedralis Collega, deinde Rector, porrò Concionator Regius Hafniensis, tum Th. Doctor, ejusdemque Prof. primarius in Academia Hafniensi, hinc Diœceseos Aalburgensis in Cimbria Episcopus, æt. 56. offic. 35. Concinnavit *Orationem in obitum D. Joh. Suaningii, Archiepiscopi Daniæ*; *De Canone Confessionem fidei*; *Atratam Palladem, sive orationem in excessum Friderici III. Daniæ Regis*; *Concionem Sacram, ex Psalmo XXXIV, 20.*

25. Jul. GEORGIUS RIMPLER, *Germanus*, Saxo, Legionis Cæsarianæ Pro-tribunus, & Machinator bellicus primus. Globulo à Turcis trajectus periit in obsidione Viennensi. Ejus superest *Propugnaculum firmum, sive fundamentum Fortificationis & defen-*

defensionis, *incursus Streitberri furiosos repulsus.*

30. Jul. CASPARUS BERTRAMUS, *Germanus*, Naumburgensis, Philos. Magister, in patria primùm Diaconus, tum Pastor & Inspector, demum Th. Doctor, Antistes & Scholarcha, æt. 72. minist. 45. Publicavit *Explicationem Psalmi secundi Theologico-Philologicam*; *Chronicon parvum Saxoniæ, quicquid Johanne Georgio, Electore Sax. vivente, notatu dignum contigit, explicans*; *Conciones funebres varias*; *Disp. de potestate Papæ &c.*

3. Aug. ANDREAS FRöLINGIUS, *Germanus*, Northeimio-Calenbergicus, Phil. Magister, primùm Log. Prof. dein Th. Doctor, ejusdemque Professor, Ecclesiæ Helmstadiensis & vicinarum Superintendens Generalis, æt. 54. prof. 26. Luci exposuit publicæ *Organon Aristotelis Græco-Latinum, cum Prolegomenis: Tractatum de natura Logices: Disputationes de Pædia: De Prædicamentis: De qualitatibus primis: De Demonstratione: De vero & falso: De summo hominis bono civili: De Consequentia formali & materiali: De quæstione; an Pneumatica sit peculiaris, & à Metaphysica distincta scientia? Positiones Miscellaneas: De natura, divisione, origine & progressu Philosophiæ Aristotelis, & variis Philosophorum sectis: De SS. Trinitatis Mysterio: Concionem in Jubilæum Academiæ Juliæ ex Sapient. IX, 1. — 6. habitam: Conc. funebres ex Psal. XXXVII, 25: ex Rom. IIX, 28: ex Joh. XIV, 13: ex II. Timoth. IV, 7. 8: ex Sap. V, 16. 17: ex II. Corinth. IV, 17. 18: ex Psalm. XXXVII, 37: ex Jerem. XXXI, 3: ex Eccl. I, 14: ex Psal. XXV, 16. 17. 18. &c.*

7. Aug. JOHANNES WEISSIUS, *Germanus*, Isennacô-Thuringus, Phil. Magister, Moralium & Civilium in Academia Giessena Professor, Facultatis suæ Senior, æt. 63. Delineavit *Compendium Metaphysicum*; *Compendium Ethicæ*; *Medullam Theologicam*; *Quadrigam Disputationum Logicarum de Modalibus Enunciationibus & Syllogismis*; *Philosophiam Moralem Contractam*; *Dispp. de Communicatione propriorum in unione consideratorum*; *De Constitutione Metaphysicæ*; *De Veritate*; *De natura & influxu causæ per Accidens*; *De Conscientia*; *De Bonitate*; *De Unione & communicatione*; *De Prædicabilibus*; *De Prædicamentis*; *De natura Summi Boni*; *De Libero Arbitrio*; *De Affectibus, eorumque moderatione*; *De justitia & jure*; *De Actionum humanarum principiis*; *De Amicitia*; *An & quinam Deo propriè competant affectus?* *De Heroica virtute*; *De Nobilitate civili*; *De Invidia*; *De virtuoso, cùm in genere, tum in specie de illis, qui virtuosi fuerunt, & non fuerunt*; *De Temperantia*; *De Veracitate*; *De Taciturnitate*; *De Virtutibus homileticis*; *De Jure morali in delictis observandis*; *De recta Ratione*; *De Gratitudine*; *De αὐτοχειρίᾳ*: *De Theologia Platonis*; *De usu Philosophiæ*

phiæ in Theologicis; De virtute morali & intellectuali; De pugna appetitus & rationis rectæ; De Φωτολογία: De cura Magistratus politici circa Religionem; De Legibus; De Urbanitate; De Prosopolepsia circa præmia & pœnas; De Legatis; De harmonia juris naturæ cum quinto præcepto Decalogi; De subjectione clericorum; De Regalibus; De ratione communiter observata emergendi in Aulis; De modis conciliandi favorem; De Prudentia; De Bello Cæsaris & Ariovisti, Germ. Regis, ex lib. 1. de bello Gall. c. 30. sqq. &c.

22. Aug. CHRISTIANUS NOLDIUS, *Danus*, Hoibyensis in Scania, Theol. Doctor, inque Regia Acad. Hafniensi Professor primarius, ut & in Consistoriali Collegio Assessor, æt. 58. Elucubravit *Historiam Idumæam, seu de vita & gestis Herodum Diatriben: Leges distinguendi, seu de virtute ac vitio distinctionis: Sacrarum Historiarum & Antiquitatum Synopsin: Logicam recognitam: Dissertationes binas contra D. Nicolai Sthenonii, Ecclesiæ Lutheranæ desertoris, Episcopi Titiopolitani &c. Scrutinium Reformatorum: Particularum Ebræo-Chaldaicarum Concordantias.*

24. Aug. GEORGIUS HEINTZIUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. U. Doctor, Institut. Justin. Professor Lipsiensis, ætatis 41. Reliquit *Dissp. de Actione funeraria: De solutione pupillis & minoribus tutò facienda*, aliisque materiis juridicis.

1. Sept. STEPHANUS FUHRMANNUS, *Germanus*, Philos. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, ad D. Mariæ Minoris per XLI. annos Pastor Lipstadiensis, Ministerii ibidem Senior, & Gymnasii Ephorus, æt. 67. Foràs misit *Calendaria anniversaria: Poëmata varia.*

2. Oct. REMBERTUS SANDHAGIUS, *Germanus*, Borckolthusâ Westphalus, Phil. Magister, Templi Nicolaitani Pastor, Ministerii Senior & Director Rostochiensis, æt. 72. Vulgavit *Homiliam de incendio urbis Rostochiensis 11. Augusti an. 1677. excitato &c.*

2. Nov. CASPARUS HAMMERMüLLER, *Danus*, Sælandus, Slangerupensis, Philos. Magister, Scholæ Roëschildensis Con-Rector, pòst Ecclesiastes Slaglosianus, æt. 69. Fecit *Synopsin trium Librorum M. T. Ciceronis de officiis XXXIII. tabulis comprehensam: Orat. in Natalem domus Regentianæ Roëschildensium.*

10. Nov. ROBERTUS MORISONIUS, *Scotus*, Abeidunensis, Med. Doctor, primùm Gastonis, Ducis Aurelianensis, postea Caroli II. Angliæ Regis, & Academiæ Oxoniensis Botanicus. Obiit Londini, è rheda præcipitatus, ex contusione capitis in lapidem facto. Paravit *Historiam Oxoniensem: Præludiorum Botanicorum partem primam, seu hortum regium Blæsensem auctum: Partem II. in qua hallucinationes Casp. Bauhini, & Dialogus cum socio Regalis societatis: Plantarum umbelliferarum distributionem*

nem novam per tabulas cognationis & affinitatis.

— Nov. HENRICUS MüHLPHORTIUS, *Germanus*, Vratislavienſis Siléſius, J. U. Doctor, Poëta excellens. Edita ſunt poſt mortem ejus *Poëmata Latina & Germanica*.

25. Nov. AUGUSTUS CARPZOVIUS, *Germanus*, Wittenbergenſis Saxo, J. U. Doctor, Conſiliarius & Cancellarius Ducis Altenburgici Wilhelmi, pòſt Gothani Erneſti, tum Friderici, & demum Alberti Coburgenſis, æt. 72. Exaravit *Meditationes Paſſionales*, & nonnulla fortaſſis alia.

30. Nov. BALTHASAR RAITHIUS, *Germanus*, Schomdorffenſis, Philoſ. Magiſter, primùm Diaconus Tubingenſis, deinde Hebr. Lingvæ in illuſtri Stipendio Profeſſor, tum Paſtor Defendingenſis, nec non Decanus, poſtea Theol. Doctor, ejusdemque & Hæbr. Lingvæ in Acad. Tübingenſi Profeſſor, illuſtris ibidem Stipendii Superattendens & Eccleſiæ Decanus, æt. 67. miniſt. 38. prof. 23. poſtquam ante triennium ſpartam ſuam reſignaverat. Publico dedit *Pandectas dictorum factorumque Mohammedanorum, ſeu Epitomen Fidei Turcico-Muhammedicæ: Epitomen Bibliorum: Vindicias Verſionis S. Bibliorum Germanici B. D. Martini Lutheri labore editæ: Laudationem funebrem D. Chriſtophori Zelleri, Theologi*: Germanicè *Solamen Parentum in obitu Filiorum: Conciones aliquot funebres: Diſpp. de Providentia Dei: De æterna divinitate & ſatisfactione Chriſti, ex Act. XX, 28: De Concilio Hieroſolymitano: De Prædeſtinatione: De Comitiologia Chriſtiana, ex Act. XV, 8, &c.*

14. Dec. ISRAEL CLAUDERUS, *Germanus*, Altenburgenſis, Philoſ. Magiſter, Eloq. & Hiſt. Profeſſor Coburgenſis, & Alumnorum Ducalium Inſpector. Condidit *Mercurium Coburgicum: Syſtema epiſtolicum, ſeu inſtitutionem & praxin Epiſtolarem: Epiſtolographiam, ſeu manuductionem ſcribendarum epiſtolarum: Diſſertationes de ritu veterum Natalitio: Orationem auſpicalem de humanioris literaturæ ſtudiis in honore atque pretio habendis: Stemma Saxonicum: Periculum Epigrammaticum &c.*

21. Dec. GERHARDUS BRANDT, *Belga*, Junior, Eccleſiæ primùm Schonhovenſis, dein Roterodamenſis Remonſtrantium Paſtor, æt. 30. miniſt. 5. Paravit idiomate patriô *Hiſtoriam Reformationis in Belgio: Hujus hiſtoriæ defenſionem contra accuſationes Henrici Rulæi: XXXII. homilias ſuper diverſos ſacræ ſcripturæ textus.*

23. Dec. JOH. ADAMUS SCHERZERUS, *Germanus*, Egranus, Philoſ. Magiſter, primò Lingvæ Hebr. Prof. dein Theol. Doctor, ejusdemque Profeſſor primarius, Capituli ad D. Petri, quod Budiſſæ eſt, Præpoſitus, Synedrii Elect. & Ducalis Aſſeſſor, Alumnorum Elect. Ephorus, & Academiæ Lipſienſis Decem-Vir &c. æt. 55

æt. 55. prof. 25. Magni Theologi, Philosophi atque Philologi nomen promeruit, consignando *Vade mecum, seu Manuale Philosophicum: Breviarium Eustachianum Philosophicum: Trifolium Orientale: Philosophiam in cerasо: Bibliothecæ Pontificiæ Tomum: Volumen Programmatum & Orationum: Systema Theologiæ: Anti-Bellarminum: Operæ pretium Orientale: Specimen Theologiæ mysticæ Ebræorum: Dissert. VII. de Catholico, quatenus fidei ac Ecclesiæ tribuitur: Breviarium Theologicum: Disputationum Theol. volumen: Breviarium Theol. Hülsemannianum enucleatum atque auctum:* Germanicè *Scriptum polemicum contra D. Eliam Schillerum: Refutationem doctrinæ de Sacra Cœna, contra M. Frider. Dorffelium: Refutationem causarum, ob quas D. Joh. Schefflerus ad Papismum transiit: Dissp.* Sigillatim emisit haud paucas, ex quibus *de Possibili & ente potentiâ: De potentia Logica & objectiva: De Cœlo: De Secta Loquentium apud Arabes: De communicatione idiomatum: De Conversione: De peccato in Spiritum Sanctum: De historia adulteræ, ex Joh. IIX, 1.—12: De aspectu Judæorum in Messiam transfossum, ex Zachar. XII, 10: De loco Esaiæ IX, 6. 7: De Salvatoris oraculo Matth. XI, 21: De implicita tam V. quàm N. T. fide: De Messia: De divina hominum non ad iram, sed salutis acquisitionem* θέσ{, *ex I. Thessal. V, 9. 10: De Parallelismo Calvino-Nestoriano: De Purgatorio: De vocatione discipulorum Christi ad Apostolatum, ex Marc. XVI, 15. 16: De donis Spiritus Sancti specialibus, ex I. Corinth. XII. 4. seqq. De admiranda Spiritus Sancti effusione, ex Esaiæ XLIV, 3. 4: De puero nobis nato, ex Es. IX, 6: De Angelis malis: De legitima Ministerii Ecclesiastici constitutione &c.*

23. Dec. JOH. ALBERTUS THILO, *Prussus*, Angerburgensis, Phil. Magister, primùm Alumnorum in Acad. Regiomontana Inspector secundus, dein Ecclesiæ Neideburgensis Diaconus, demum Archipresbyter Lyccensis, æt. 43. Luci exposuit *Dissp. de universalibus in genere & speciatim de genere, specie & differentiis: De proprio & accidente: De Veritate & mendacio &c. Concionem sacram de justificatione cœlestis sapientiæ, ex Matth. XI, 18. 19.*

CHRISTOPH. FISCHER, *Germanus*, S. J. per regnum Bohemiæ rei Oeconomicæ Administrator. Scripsit *Oeconomiæ suburbanæ partem I. & II.*

GEORGIUS ABRAH. MERCKLINUS, *Germanus*, Winshemiensis, Med. Doctor, primùm Civitatis Weissenburgensis per XX. annos Physicus, deinde Herspuccensis Poliater, denique Physicus Norimbergensis, æt. 71. Ejus est *Observatio de foramine in ventriculo demortui reperto*, quæ extat in Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. anno II.

ANNO 1684.

19. Jan. JACOBUS HELWIGIUS, *Germanus*, Prizwaldâ-Marchicus, Phil. Magister, primùm Gymnasii Berolini Rector, deinde ibidem Ecclesiastes, hinc Holmiæ Pastor Germanicus, novissimè Theol. Doctor, per Esthoniam Episcopus, & Consistorii, quod Revaliæ est, Regii Præses, æt. 53. Minist. 23. Episc. 7. Varia edidit, quibus non vulgaris Theologi nomen promeruit, inter quæ *Oratio panegyrica in natalem Caroli Æmili, Principis Brandenburgici: Dissertationes de Physica generali: Dissp. de Atomis: De Stellis: De Emmanuele, ex Es. VII, 14. 15: De mysterio Israelis salvandi, ex Rom. XI, 25. 26: De Passione Christi θεανθρώπου: De statu exinanitionis θεανθρώπου: Concio sacra ex Epist. ad Rom. XVI, 20: In Evangelium Domin. II. post Trinit. ex Luc. XV, 16. sqq: Homilia de abnegatione, sui & gratiosa invitatione Dei ad Sacram Cœnam: Concio Valedictoria Holmensis, ex Joh. XIV, 25. 26. 27: Concio in auspicium anni 1681. habita, unà cum duabus Concionibus de Cometis: Conc. funebres ex I. Thessal. V, 9. 10: ex Joh. XIV, 1. 2: ex Psal. XXXI, 6. 7. 8: ex Psal. LXXXVI, 1. — 17: ex Apoc. XIV, 13: ex Rom. VIII, 31. &c.* Plura ad prelum parata triste Revaliensium incendium absumpsit.

29. Jan. NICOLAUS LANGERHANS, *Germanus*, Stadensis, Theol. Licentiatus, Ecclesiastes primùm ad S. Wilhadi in patria, Consistorii item in Ducatu Bremensi ac Verdensi, dein Hamburgi ad S. Nicolai Pastor, æt. 50. Emisit *Homiliam Valedictoriam Stadensem: Isagogen Nicolaitanam Hamburgensem, sive Conciones duas inaugurales, ex Jonæ III, 1. 2: Conc. funebrem, ex Rom. XIV, 7. 8. &c.*

31. Jan. N. DE LARROQUE, *Gallus*, Larracensis, Guiennensis, Reformatæ Religionis Pastor primùm Poujolensis, deinde XXVI. annos Vitre vixit privatus, tum Pastor Salmuriensis, ac denique Rottomagensis, æt. 65. Scripsit *Considerationes de natura Ecclesiæ: De S. Cœnæ administratione: Apologiam contra Ministrum Reformatum, qui ad castra Pontificia transiit &c.*

21. Februar. CAROLUS SPONIUS, *Gallus*, Lugdunensis, Med. Doctor, in Patria Practicus, & Archiater Regius, æt. 75. Extat ejus *Sibylla Medica, sive Hippocratis prognosticon heroico carmine Latino expressum:* Edidit quoque *Joh. Schenckii à Grafenberg observationum Medicarum libros VII: Hieronymi Cardani opera omnia in X. tomos digesta.*

22. Febr. GEORGIUS LOTH, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. & Med. Doctor, inque Acad. patria Medic. Professor primarius, & tum Universitatis Rector, ætatis 61. Præter *Disp-*

Disputationes aliquot Medicas vix quicquam reliquit.

23. Febr. NICOLAUS FRANCHIMONTIUS A FRANCKENFELD, *Germanus*, Med. Doctor & Profess. Pragensis. Ejus est *Lithotomia Medica, seu Tractatus Lithon tripticus, de calculo renum & vesicæ: Nexus Galeno-Hippocraticus, de passione seu affectione hypochondriaca &c.*

6. Mart. SEBASTIANUS NIEMANNUS, *Germanus*, Lubecensis, Th. Doctor, ejusdemque primùm Professor, Pastor & Superintendens Jenensis, deinde Superintendens Generalis & Concionator Aulicus Slesvicensis, nec non Præpositus Gottorfensis, æt. 59. prof. 27. Prodire fecit *Atheum refutatum: Harmoniam Evangelicam Historiæ Passionis: De merito bonorum operum contra Bellarminum: Scripta quædam polemica, contra Pontificios, Jodocum Kedden, Jo. Laurentium Hellerum & alios: Concionem Inauguralem: Specimen vanarum Meditationum Jacobi Masenii de meditata concordia Protestantium: Disputationes de Indulgentiis Papalibus: De duobus testibus vivis Passionis Dominicæ: De Pædobaptismo: De visione diei Christi ab Abrahamo desideratæ; De Paschate σταυρωσίμῳ: De Anti-Christo: De Jejunio Christi quadragesimali: De Nicolaitis, ex Apoc. II, 15: De Libellaticis: De divite & Lazaro, num sit parabola, an verò historia? De distinctu Pontificiorum in inferno classibus: De Vocatione Ministrorum Ecclesia-*

rum August. Confessionis: De Spiritu Sancto: De Viribus Liberi Arbitrii in conversione, De Theologia & Sacra Scriptura: De SS. Trinitatis mysterio: De Concilio Niceno primo & Oecumenico: De Fide incarnata: De Miraculis: De verbis Institutionis Cœnæ Dominicæ: De Justificatione: De Jesu mortuo & sepulto: De Christi derelicti querela in cruce, ex Matth. XXVII, 46: De Testamento V. & N. eorumque discrimine: De Inscriptione Electorum in libro vitæ &c. Conc. funebres ex Eccles. IX, 12: ex II. Timoth. IV, 6. 7. 8: ex Jobi VII, 2. 3. 4: ex II. Regum XXII, 20: ex Phil. I, 23: ex Phil. I, 21. &c.

15. Mart. AUGUSTUS VARENIUS, *Germanus*, Hitzigero-Luneburgensis, Theol. Doctor, primùm Lingvæ Hebrææ, deinde Theol. Prof. tandem Academiæ Rostochiensis Senior, & Consistorii Ducalis Director, æt. 63. prof. 41. Vidit eruditus orbis ejus *Commentarios in Pentateuchum: In Esaiam: In Danielem: In Haggæum: In Zachariam: In Malachiam: In Epistolam ad Romanos: Triumphos Davidicos: Gemmas Salomonis: Exegesin Augustanæ Confessionis: Breviarium Theologicum: Rationarium Theol. de Scriptoribus Ecclesiasticis seculi I. & II: Indiculum controversiarum: Tractatum de Religione tutissima: Orationem de Pace Germaniæ: De Targumim vel Paraphrasibus Chaldaicis: Trifolium Sacrum, de Primogenitis, de primitiis Paschalibus & Pentecostalibus, de de-*

cimis: Anti-Calvinismum orthodoxum: Anti-Papismum orthodoxum: Anti-Socinianismum orthodoxum: Dispp. sigillatim emissas *de Canonum Scripturarum authentico: De universalitate meriti & mortis Christi: De Columba super capite Christi in Jordane visa, ex Matth. III, 16: De Messia: De Resurrectione Christi: De triumpho Jesu vivificanti exhibito: De Confortatione Angeli, Agonia, precibus intentioribus & sudore Christi sanguineo: De canali Traditionis: De Jejunio: De Agno Paschali: De Anno Sabbatico & jubilæo: De Deo in carne manifestato: De magno pietatis mysterio: De loco Psal. LXXII, 17: De Sinu Abrahæ: De Presbyterorum clericorum dignitate & potestate ordinandi: De Hierosolyma ante abductionem in captivitatem bis excisa &c.*

16. Mart. PETRUS WINDING, *Danus*, Fyonus, Othiniensis, J. Utr. Licent. in collegio Cancellariæ Assessor, æt. 47. Exaravit *Disquisitionem Politico-juridicam de jure Principis primario: Disput. Inauguralem de Feudis: Disquisitionem Ethicam de Actione invita &c.*

17. Mart. THEOPHILUS BALDUINUS, *Germanus*, Zwickaviensis Misnicus, Phil. Magister, Ecclesiæ Ratisbonensis Minister, æt. 43. Ab eo habetur *Revelatum Sanctuarium IV. concionibus explicatum; Conciones VIII. de extremo judicio; IV. de Sacra Cœna Domini; Disp. de Mundo &c.*

29. Mart. JACOBUS NICOLAUS RöSERUS, *Germanus*, Cranichbornensis Thuringus, primùm Superintendens Sondershusæ substitutus, deinde Archidiaconus ad D. Nicolai Northusanus, tum Aulæ Quedlinburgensis Concionator, demum Pastor ibidem ad S. Benedicti, totius Diœceseos Superintendens, Consistorii Assessor primarius, & Scholæ Inspector, æt. 68. minist. 46. Vulgavit *Epistolographiam Emblematicam; Florilegium Apostolicum; Conciones Encæniales: Evangeliographiam Emblematicam: Doctrinæ Pontificiæ, super Scripta Patrum & Conciliorum Decreta: Fundamentum ruinosum: Conciones funebres.*

12. April. GEORGIUS HACCIUS, *Germanus*, Utlebiâ-Schwartzburgensis, Theolog. Licentiatus, primùm Mindæ Westphalorum ad D. Mariæ, deinde Hamburgi ad S. Mariæ Magdalenæ Pastor, æt. 58. Typis commisit *Delicias Marianas; sive Conciones IV. super Magnificat: Inaugurales conciones II. ex I. Reg. VIII, 1-6: & II. Reg. II, 19-22: Encœnia Ergasterii Hamburgensis, ex Luc XIX, 9-10: Ergasterium Mosaicum, ex Deuter. XXI, 18-21: Apologiam XX. controversiarum & propositionum: Postillam Evangelicam ex Jobo: Conc. Festivales & Pœnitentiales &c.*

13. April. CASPAR. THEODORUS FüRSSEN, *Germanus*, Bremensis, Phil. Magister, Ædis Paulo-Petrinæ Archidiaconus Hamburgensis, æt. 38. Reliquit *Informatorium pro iis, qui ad Sacram Domini Cœnam accedere volunt: Libellum pro ægrotis.*

14. Apr. JOHANNES OLEARIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Theol. Doctor, primùm Superint. Querfurtensis, dein in patria Concionator Aulicus supremus, Confessionarius, Consiliarius Ecclesiasticus, Consistorii Assessor, & Superintendens demum Generalis, æt. 72. minist. 47. Inclaruit variis ingenii sui monumentis, ex quibus nota sunt sequentia; *Methodus studii Theologici: Oratoria Ecclesiastica: Universa Theologia Positiva, Polemica, Exegetica & Moralis: Commentarius in Formulam Concordiæ: Gymnasium Patientiæ: Musica Sacra: Exegesis Biblica: Christianus Augustus, de incremento filiorum Dei: Architectura Sacra, cùm fundamentum poneretur exstruendo Templo aulico Weisenfelsensi: Manuale veræ Religionis: Gymnasium* Ἀθανασίας: *Nososophia: Meditationes Passionales: Antidotum Pestis: Praxis pietatis Evangelicæ: Proba fidei Evangelica: Victoria fidei Evangelica: Corona Senectutis, sive Libellus precatorius pro senibus: Mirabilia Dei: Ruina Turcica: Solatium pro Viduis & Orphanis: Concio de organo pneumatico, ex Psal. CL: Solatium in Afflictionibus Hiobicis: Memoriale Sacrum: Præparatio ituris ad Sacram Cœnam: Conciones funebres: Parentatio Augusti, Administratoris Episcopatus Magdeburgensis: Aretologia: De novis Prophetis &c.*

20. April. RUDOLFUS CAPELLUS, *Germanus*, Hamburgensis, Theol. Doctor, in patria Eloq. deinde Histor. & Græcæ Lingvæ Professor, æt. 50. prof. 24. Typis subjecit *Nummophylacium Luederianum; Lectionum Bibliothecariarum memorabilium Syntagma; Pseudophilalethen; Martini Forbisseri historiam Navigationis ex Anglia in Septentrionis & Occidentis tractum susceptæ, cum observationibus; De famosis libellis; Disp. Inauguralem, seu Jesum de hostibus suis triumphantem; De Resurrectione Messiæ carmen Germanicum; Programmata varia &c.*

12. Maj. N. MARIOTTUS, *Gallus*, Scripsit *Observationes de Aquis: Plantis: Coloribus &c.*

20. Maj. JOH. WITTE, *Germanus*, Pritzwaldensis Marchicus, Ecclesiæ Hagensis in Dania per XL. annos Pastor, æt. 69. Reliquit *Trifolium Sacrum, de Imaginibus; De Campanis; De Suggestu conciones.*

30. Maj. SEBASTIANUS CURTIUS, *Germanus*, Cassellanus, primùm Generalis Mortanii Pastor castrensis, mox Log. & Lingv. Hebr. Prof. ac Rector Pædagogii in patria, tum Theolog. Doctor, ejusdemque in Academia Marpurgensi Professor, Stipendiariorum Ephorus, & Ecclesiæ Reformatæ Pastor, ætatis 64. Confecit *Radices lingvæ Hebrææ; Fasciculum demonstrationum Theologicarum, quo præcipua Theologiæ theoremata certis thesibus exprimuntur; Dissert. Theol. de fundamento salutis, & Articulis fundamentalibus; Dissertationem de S. Cœna, contra Epicrisin Facultatis Theol. Wittenberg. de Colloquio Cassellano-Rintelio Marpurgensium;* Germanicè

Catechismum parvum Judaicum; Refutationem fundamenti arenosi Eliæ Schilleri; Conciones aliquot funebres; Dispp. de Immanuelis θεανθρώπου *augusta ex Virgine nativitate, ex Esaiæ VII*, 14. & plures alias.

6. Jun. JOH. ANDREAS OLEARIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Theol. Doctor, Augusti & Jo. Adolphi, Ducum Saxoniæ, Concionator Aulicus, Consiliarius Ecclesiasticus, & Superintendens Generalis, Gymnasii item Augustei atque Alumnorum Inspector, æt. Minist. 21. Foràs dedit *Concionem Comitialem ex Psalm. CXXII*, 6. 7: *Conc. funebres varias: Dispp. aliquot Theologicas &c.*

24. Jun. VALERIUS JASCHIUS, *Germanus*, Colbergâ-Pomeranus, Theol. Licentiatus, Consistorii Electoralis in Pomerania Orientali Assessor, Ecclesiastes in patria Marianus, & Scholæ Rector, ætat. 54. Exaravit *Synopsin Pansophiæ: XVI. Dispp. Ethicas: IV. Dispp. Oeconomicas: LXV. Dispp. Physicas: Politicas: Logicas: Ecclesiæ Lutheranæ veritatem & antiquitatem contra Pontificios demonstratam, ex Hymnis Catholicis: Andreæ Abbatis Bambergensis de vita S. Ottonis lib. IV. observationibus illustratos: Wallenburgicam fundamentorum fidei discussionem examinatam &c.*

4. Jul. JOH. JACOBUS DöBELIUS, *Prussus*, Dantiscanus, Med. Doctor & Prof. Rostochiensis, Comes Palatinus Cæsareus, nec non ibidem Physicus, Academicus Nat. Curios.

dictus *Hippocrates* 11. æt. 44. prof. 19. Unô die cum conjuge sepultus est. Vulgavit *Centuriam I. & II. Conclusionum curiosarum: Physiologiam Jo. Anton. van der Linden contractam & illustratam: Ejusdem Meletemata Medicinæ Hippocraticæ contracta: Lazari Riverii opera Medica: Dispp. aliquot Medicas.*

4. Jul. JOH. CHRISTIANUS ISINGIUS, *Germanus*, Stiriensis Austriacus, Phil. Magister, Ecclesiæ primùm Schackensis, tum Montis Avenarii Pastor, demum Ecclesiæ Cathedralis per XXVIII. annos Archidiaconus Regiomontanus, æt. 67. Formavit *Exercitationes Historicas, Chronologicas, Geographicas & Philologicas in Pentateuchum Mosis & librum Josuæ*; Germanicè *Responsum ad duas quæstiones: I. An Diaconi errores Professorum Theol. reprehendere debent? II. An ab obedientia & reverentia, olim Professoribus debita, recedunt, si eorum erroribus se opponunt? Tractatum de Persona Christi, Prædestinatione & Providentia; Prodromum examinis duarum concionum de S. Cœna à D. C. D. habitarum; Deductionem solidam contra Calvinianos & Syncretistas; Conciones Sacras ex ex I. Petr. II*, 21. *& I. Joh. III*, 13-18. *Concionem de Jejunio Quadragesimali; Dispp. Phil. de principiis Actionum humanarum &c.*

12. Jul. JOH. OWENUS, *Anglus*, Londinensis, Theol. Doctor. Scripsit idiomate vernaculô *Tractatum de erroribus Arminianorum; Principia*

Chri-

Christianæ doctrinæ in Catechismo; Christologiam; Declarationem mysterii de Persona Christi Θεανθρώπου: *Tractatum de Redemptione & Reconciliatione per sanguinem Christi: Diatriben de Justitia divina: Doctrinam de Perseverantia Sanctorum: De Schismate: De divina authoritate Sacræ Scripturæ: De mortificatione peccati: Vindicias SS. Trinitatis: Officia Pastorum & Auditorum: Concordantias Biblicas: Expositionem practicam Psalmi CXXX: Sermonem ex Esaiæ XIV, 32: De morte Christi: Statum Animæ post separationem à corpore: Tract. de Tentationibus: Vindicationem textus Hebræi in V. & Græci in N. T.*

18. Jul. DETLEVUS BECKMANNUS, *Germanus*, Tunderâ-Holsatus, primùm Concionator Itzehoensis, deinde ad D. Nicolai Hamburgensis, æt. 40. minist. 11. Congessit *Historiam Jesu Christi ex IV. Evangelistis descriptam: Concionem Valedictoriam ex Act. XX, 17. sqq. Inauguralem ex Psal. XL, 10. 11. 12: Concionem de Messiæ persona, statu exaltationis & regni conditione, ex Hebr. I, 5.—9. &c.*

24 Jul. JOACHIMUS FRISICHIUS, *Germanus*, Custrinensis, Marchiâ-Brandenburgicus, primùm Mathematum Professor, deinde Proto-Scabinus Thorunensis, demum Juris & Mathem. Professor Rigensis, æt. 46. offic. 13. Luci exposuit *Nuncium Simonidis, sive Memoriæ Artificialis: Themidem Heliconiam, sive Epigrammata juridica: Tachymathiam: Logosophiam: Lexicon Græcum Gnomologicum: Flosculos Poëticos, sive IV. centurias Epigrammatum Germanicorum: Harmoniam Evangeliorum Domin. & Orationis Dominicæ, seu cantiones sacras.* Plura etiam reliquit, quorum tantùm orbi erudito exhibuit specimina, ut *de Lingua universali sive Ludovicea: Paradisum Biblicum &c.*

3. August. SIGISMUNDUS SCHELHAMMERUS, *Germanus*, Hamburgensis, Pastor Bevensis in Ducatu Luneburgensi, ætat. 63. minist. 30. Dedit *Dissertationem de Corona nova & antiqua: Testimonia Gentilium de miraculis in Religione Christiana.*

14. Aug. JOH. COLUMBUS, *Svecus*, Westmannus, Philos. Magister, & Poës. Professor Upsaliensis, æt. 43. prof. 13. Industriæ suæ monumenta condidit, edendo *Laudem Oleæ, oratione metricâ:* περὶ χρηματιστικῆς *sive de arte quærendi rem familiarem, ex Arist. Polit. 1. c. 8. & 9. Incerti Scriptoris Græci Fabulas aliquot Homericas, de Ulixis erroribus, cum versione & notis: Carmen Votivum, seu Orationem in Natalem Udalricæ Eleonoræ, Reginæ Sveciæ: L. Cæcilii Lactantii de mortibus persecutorum librum, cum notis: Dispp.* Sub ejus præsidio habitæ sunt sequentes; *de Fabulis: De sanatione animi à vitiis: De Mercatura, quæ permutatione mercium peragitur: De fructibus ex Veterum Comœdiarum lectione percipiendis:*

De Oraculis: De Apotheosi: De Nominibus: De Imperio Amazonum: De triumphis Romanorum: De Gigantibus: de Societate conjugali: De Clavibus: De Pastore in Parnasso, seu de vita veterum pastorali: De Troja capta: De expeditione Argonautarum: De Talione: De Omnibus: De Sale hospitali: De Helikialogia, seu de ætate Hominis: De grato animo, sive Gratitudine: De Obsidibus: De Æmulatione &c.

13. August. PHILIPPUS ERARICUS WIDERUS, *Germanus*, Ecclesiæ orthodoxæ Ratisbonens. Minister, Senior & Consistorialis, æt. 61. Juris publici fecit lingvâ populari *Cursum annuum in Evangelia: Postillam Emblematicam: Postillam Proverbialem: Postillam emortualem: Doctorem Jesum: Scholam crucis & lucis: Postillam cordis: Manuale: Conciones funebres &c.*

1. Sept. DANIEL LIPSTORPIUS, *Germanus*, Lubecensis, U. J. Doct. primùm Aulæ Vinariensis Mathematicus, & Ducum Saxoniæ studiorum moderator, in Academia Jenensi, postea Juris Professor Upsaliensis in Svecia, inde Hagæ Comitum Advocatus Curiæ Hollandicæ, demum in patria redux, æt. 53. cælebs. Adornavit *Specimen Philosophiæ Cartesianæ: Tractatum de Monarchiæ Ecclesiasticæ incrementis ac decrementis: Commentationem de Appellationibus in causis criminalibus: De concursu Aulici Imperatoris judicii cum Camera Spirensi: Effigiem Axelii Oxenstiernæ, Regni*

Svecici Cancellarii: Dispp. de Jure Venationis & Aucupii: De Citatione: De Nuptiis: De Pœnis &c.

4. Sept. CHRISTIANUS VON STÖCKEN, *Germanus*, Rensburgensis Holsatus, Phil. Magister, primùm Pastor Trittaviensis, deinde Episcopi Uthinensis Concionator Aulicus & Confessionarius, tum Theol. Doctor, Pastor & Præpositus Rensburgensis ac Flensburgensis, demum Regis Daniæ Consiliarius Ecclesiasticus, & per Ducatum Slesvicensem atque Holsatiam Superintendens Generalis, æt. 51. minist. 28. Literis consignavit varia, ex quibus lingvâ populari, *Damnatorum querela & tortura: Cristi infirmitas Christianorum devotio: Piorum conjugum Horologium: Cithara nova Davidica, seu Contiones Sacræ ex Psalterio: Musica Sacramentalis, seu cantiones XXXVI. de S. Cœna, ex Thoma de Kempis: Pictura Sacra Passionalis: Meditationes sacræ de reddita Pace inter Reges Septentrionales: Hortus conjugalis, ex Psal. CXXVIII: Conciones variæ funebres ex Esaiæ XXII, 20. — 25: ex Gen. XLIX, 22. — 27. &c. Disp. de Virga Aaronis ex Num. XVII.*

4. Sept. ERASMUS VINDUNGUS, *Danus*, Sælandus, Histor. & Geograph. Professor Hafniensis, tum in Collegio Consistoriali & supremo Justitiæ Tribunali Assessor, demum Consiliarius Status, æt. 70. Contexuit *Orationem in obitum Christiani Brochmanni: De Regno hæreditario & electi-*

electivo Disquisitionem Philol. de dubiis quibusdam Græcanicis: Comment. in Euripidis Hecubam: Comment. in ejusdem Medæam: Dissert. de Ling. Græcæ & Ægyptiacæ affinitate: De lingvæ Græcæ origine: Marciani Heracleotæ περιήγησιν, seu orbis descriptionem, cum interpretatione Latina & notis: Imaginis Nebucadnezaro visæ interpretationem: Regiam Acad. Hafniensem in Regibus, Conservatoribus, Rectoribus, Professoribus suis repræsentatam.

7. Sept. JACOBUS THOMASIUS, Germanus, Lipsiensis, Philos. Magister, primùm Scholæ Nicolaitanæ in patria collega tertius, pòst ConRector, tum Ethic. porrò Dialect. ac demum Eloq. Professor, nec non Scholæ Thomanæ Rector, ætat. 63. offic. 38. Celebritatem nominis sibi comparavit, dum posteris tradidit Philosophicam Practicam tabulis comprehensam: Breviarium Ethicorum Aristotelis: Doctrinam Imperii Romano-Germanici tabulis comprehensam: Physicam: Metaphysicam: Logicam: Rhetoricam: Prælectiones in Regulas Philosophicas Dan. Stahlii: Orationem contra præexistentiam Animarum humanarum: Dissert. de Plagio literario: De Stoica mundi exustione Dissertationes XXI: Orationes XXI: Præfationes sub auspicia Disputationum suarum recitatas LXXXIV: Schediasma Histor. de ultimis originibus Theologiæ mysticæ & scholasticæ: Dictionarium Historicum Joh. Mehlführeri continuatum:

Dispp. ultra LXXXVI. habuit, ut de Potestate Legislatoria: De notitiis innatis: De Sale: De Lumine: De Cooperatione Dei cum causis secundis naturaliter agentibus: De Stellis Castoribus: De Virtute Heroica: De Cingaris: De Principe ejusq; virtutibus: De Mansvetudine: De Liberalitate: De Societate paterna: De Majestate: De Nobilitate: De Simulatione: De Actionibus humanis: De Subditis: De Temperantia: De Mandragora. De Bello justo: De Societate nuptiali: De jure primogeniti: De distinctione: De Hibernaculis Hirundinum: De Aristocratia: De Electione summi Magistratus: De natura & constitutione Politices: De causa efficiente: De Ostracismo: De Tempore: De visu Talparum: De Putredine: De Fortitudine: De Actionum humanorum principiis: De certamine præstantiæ inter regnum electivum & successivum: De Civitate: De Philautia: De Gemmis: Ad lib. II. Livii c. 21. sqq: De Scabinis: An causa per Accidens sit ex serie verarum causarum? De principio individui: De minimo numero personarum familiæ & civitatis: De officio hominis circa notitiam futurorum contingentium: De IV. virtutibus cardinalibus: De patria Potestate: De Anima rationali: De Ratione Status: De jure belli Majestatico: De morborum in Rep. intestinis ac moralibus causis: De Judicibus Papistarum expurgatoriis: De amore parentum: De Gynæcocratia subsidiaria: De Latrocinio gentis in gentem:

De morte in undis: De nominibus atque insignibus Lupinis: De transformatione hominum in bruta: De Legato inviolabili: De potestate agendi censum: De Insignibus IV. Evangelistarum: De Ministrissimo: De idea boni perfectique Politici: An Deus sit materia prima? De origine Animæ humanæ: De ritu veterum Christianorum precandi versus orientem: Religionem Christianam non minui fortitudinem bellicam, contra Machiavellum: De societatis civilis statu naturali & legali: De Fœminarum eruditione: De Duellorum moralitate: De Barba: De Elisabetha, Angliæ Regina: De Cautelis Principum circa colloquia & congressus mutuos: De justitia & jure belli primi Punici: De poculo S. Johannis: De Vagantibus Scholasticis: De primo falso: De fabulis Poëtarum: De Doctoribus Scholasticis Latinis: De Forma Hominis: De Petro Dresdensi: De Nigello Wirekero: De Styli Ethnicismo, circa jurandi adverbia fugiendo: De injusto Pontii Pilati Judicio &c.

1. Oct. JOH. GARTMANNUS, *Suecus*, Westrogothus, Mariæstadiensis, J.U. Doctor & Professor Upsaliensis, æt. 60. Prof. 14. Ejus est *Elogium posthumum Erici Gyllenstierna, Regni Sueciæ Senatoris: Dispp.* sub ejus præsidio habitæ sunt variæ, ex quibus *de Actionibus bonæ fidei & stricti juris: De Obligationibus &c.*

15. Oct. BALTHASAR STOLBERGIUS, *Germanus*, Mitweidensis Misnicus, Phil. Magister, Græcæ Linguæ per XIIX. annos Prof. Wittenbergensis, æt. 44. Ab eo habentur *Notæ in Ajacem Sophoclis: Exercitationes VII. de Solæcismis & Barbarismis Græcæ N.T. dictioni falsò tributis: Tabula Cebetis: Dispp. de Elephanto: De Sermone: De cuticula & cute: De veterum Christianorum Agapis: De amictu & victu Joh. Baptistæ, ex Matth. III, 4: De responso Christi Joh. VIII, 25: De Battologia precum gentibus profanis usitata, Christianis interdicta, è Matth. VI, 7: De Pane* ἐπιουσίῳ, *ex Matth. VI, 11: De Sapientia à Liberis suis justificata, ex Matth. XI, 19: De Herodianis: De distinctione cum primis N.T. Græci in capita & versus, sive commata & cola: ex Matth. I. & II: Quæstionum triga, ex Matth. II, 4. c. XIX, 24. Apoc. XIII, 8: Ex I. Timoth. II, 15: De Angariis: Ad Marc. VII, 11: De Proseuchis Judæorum, ex Act. XVI, 13: De Philologia in genere:* ἔννεας *Positionum Philol. quoad Græcum N.T. Stylum: De distinctione vocum* λατρεία, δουλεία *&* ὑπερδουλεία *&c.*

5. Nov. JEREMIAS LOSSIUS, *Germanus*, Bornensis Misnicus, Med. Doctor, ejusdemque Professor Wittenbergensis, æt. 41. Reliquit *Dispp. de Ovario humano: De Cancro Mammarum: De fermento ventriculi &c.*

1. Dec. ERASMUS GRUBERUS, *Germanus*, Ecclesiæ Ratisbonensis Pastor & Superintendens, æt. 74. minist. 41. pastor. 17. Confecit *Theologiam*

logiam

logiam Lutheri: *Lutherum redivivum*: *Responsum ad Directorium Romano-Catholicum, de invocatione Sanctorum, contra P. Gerh. Ratzenried*: *Conciones XXX. in cap. I. ad Romanos*: *Regulas fidei & vitæ*: *Manuale Ratisbonense*: *Canistrum Panis*: *Donum Pentecostale pro P. Neuhusio*: *Conc. funebres.*

6. Dec. JOH. FRIDERICUS PöPPINGIUS, *Germanus*, Lubecensis, J. U. Doctor & Reip. Revaliensis in Livonia Syndicus, æt. 46. Condidit *Orbem illustratum*: *Tract. de jure integritatis & dexteritatis; ac de perversa & eversa horum temporum impostura*: *Disp. Inauguralem de Banno Imperii.*

CHRISTOPH. DAVID BLUHM, *Prussus*, Phil. Magister, Archipresbyter Hollandicus in Prussia, & Consistorii Pomecanitani Assessor primarius. Ejus est *Lazarus ex Joh. XI. meditationibus sacris XLI. expensus.*

REIMERUS LIGARIUS, *Germanus*, è Frisia Orientali, Pastor Ecclesiæ August. Confess. Amstelodamensis, & Ministerii, in quo XXXVII. annos vixit, Senior. Emisit *Conciones aliquot funebres in exequiis Taddelii, Hoppii, Cordesii &c.*

BURCHARDUS NIEDERSTADIUS, *Germanus*, Holsatus, Principis Holsatiæ Consiliarius. Prodiit ejus *Maltha vetus & nova.*

ABRAHAMUS MüNTINGIUS, *Belga*, Gröningâ-Frisius, Med. Doct. inque Acad. patria Bot. Prof. Delineavit *genuinam culturam Plantarum*: *Dissertationem de vera Antiquorum Herba Britannica ejusque efficacia*: *Aloëdarium, sive specierum Aloës historiam Botanicam &c.*

ANNO 1685.

3. Jan. CORNELIUS BONTEKOE, *Belga*, Alcmariâ-Frisius, Med. Doctor, Lugduni Batavorum & Hamburgi Practicus, pòst Electoris Brandenburgici Archiater, & Prof. Viadrinus, æt. 38. lapsu per scalas infaustô obiit. Præclara ingenii sui reliquit monumenta, utpote *Tractatum de Herba Thee, Coffee & Coclolathe*: *Apologiam contra Calumniatores*: *Discursus de hominum vita, sanitate, morbis & morte*: *Tract. de natura, experientia & certitudine Medicinæ*: *Introductionem in Philosophiam*: *Notas provocatorias in corollaria D. Gerh. Blasii de Ictero*: *Demonstrationem, quod non datur Annus Climactericus*: *Introd. in Metaphysicam, Logicam & Physicam*: *Nova principia Physiologiæ*: *Tractatum de Ulceribus*: *Tractatum de Chirurgia*: *Diatribam de Febribus &c.*

6. Jan. DANIEL GRIEBNERUS, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, Th. Licentiatus & Ecclesiastes in patria Nicolaitanus, æt. 39. minist. 17. In publicum emisit *Dissert. de Characteribus Pseudoprophetarum*: *Speculum Pœnitentiæ*: *Meditationes de morte æterna*: *Conciones funebres.*

27. Jan. JOH. DANIEL HORSTIUS, *Germanus*, Giessâ-Hassus, Med. Doctor, in Academiis Marpurgensi & Giessensi Prof. primarius, Hassiæ Landgravii Archiater Darmstadinus, postremò Reip. Francofurtanæ Physicus Senior, Acad. Naturæ Curiof. Collega, dictus *Phœnix*, ætat. 68. offic. 47. Magna cum laude publicavit *Manuductionem ad Medicinam: Compendium Physicæ Hippocraticæ: Physicam Hippocrateam commentis illustratam: Decadem observationum & epistolarum Anatomicarum: Pharmacopœam Galeno-Chemicam Catholicam: Anatomen corporis humani tabulis comprehensam: Ruminationem detectionis novæ Sectæ Sennerto-Paracelsicæ D. Freitagii: Malvam arborescentem luteam: Replicationem adversus Augustini Thonneri querimoniam: Judicium de Chirurgia infusoria Jo. Dan. Majoris: Pauli Zachiæ quæstiones Medico-Legales cum observationibus novis: Lazari Riverii opera Medica universa cum observationibus rarioribus: Observat. de Filamentis in Urina: Tract. de Acidulis Schwalbacensibus & Thermis variis: Notas & Tabellas in Fernelii opera: Epistolas de Lactearum Thoracicarum & vasorum Lymphaticorum natura, Embryonisque per os nutritione: Dispp. de Cephalalgia: De Maris æstu, aliisque materiis Medicis.*

28. Jan. DANIEL SPRININSGUT, *Germanus*, Werbensis Marchicus, Phil. Magister, primùm Scholæ patriæ Rector, deinde ad Sp. S. Pastor

Obiit ANNO 1685.

Wismariensis, demum ad D. Mariæ ibidem Archidiaconus, æt. 52. Ab eo habetur *Aurifodina Biblica; Consilium de Locis Communibus in Theologia homiletica conscribendis; Examen Theologicum calculationis D. Philippi Nicolai de Mundi fine; Remedium contra calumnias; Conciones XV. de obsidione & liberatione Urbis Samariæ; Scintilla sapientiæ divinæ, ex Apocal. XIII, 18: Concio de puritate cordis &c.*

30. Jan. JOH. SOPHONIUS KOZACK, *Bohemus*, Homazowitiensis, Med. Doctor, & per XLV. annos Practicus Bremensis, æt. 83. Quæ publicavit, sunt *Tractatus IV. de Principiis rerum naturalium de Generatione & Transplantationum modis, morborumque causis: Tract. de Sale, ejusque in corpore humano resolutionibus salutaribus: Tractatus de Hæmorrhagia: Speculum æternitatis: Alexipharmacum pestis Havemannianæ: Anatomia Vitalis Microcosmi &c.*

5. Febr. SAMUEL WERNERUS, *Polonus*, Medericiensis, Phil. Magister, Ecclesiæ Sackheimensis Pastor, pòst Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. Regiomontana Prof. extraordinarius, nec non Electoris Brandenb. Concionator Aulicus, æt. 47. minist. 20. Prodire fecit *Judicium veterum de capillis peregrinis & ascitiis, maximè Clericorum; Conc. de rigidissima hieme, ac frigore maximo, ex Cant. II, 10. 11. 12; Concionem pœnitentialem de Tempestatibus, ex Jon.*

I, 4; Preces populi Israëlitici, pro Rege suo Davide, cùm ad bellum exiret, ex Psalmo XX, 1.-5; Conciones funebres, ex Zach. XI, 2; ex Sapient. IV, 13. 14; ex Philipp. I, 23; Disputationes de Baptismo Infantum; De Salute infantum sine baptismo decedentium &c.

10. Febr. JOH. WACHMANNUS, *Germanus*, Bremensis, J. U. Doctor, Advocatus primùm in patria, & Gymnasii Professor, dein Consiliarius Cæsareus, Comes Palatinus, & Syndicus Reip. patriæ primarius, ætatis 74. Foràs dedit *Justinianum controversum: Disp. de Privilegiis*, & fortè alia.

20. Febr. GOTTFRIDUS OLEARIUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Ecclesiæ primùm Wittenbergensis Diaconus, tum in patria Pastor Ulricianus, pòst Theol. Doctor, Pastor Marianus, denique Superintendens ac Gymnasii Inspector, nec non Electoris Brandenburg. in Ducatu Magdeburgensi Inspector primarius, æt. 81. minist. 51. superint. 38. Varia emisit in Ecclesiæ reique literariæ commodum, nempe *Meletemata Academica; Quæstionum illustrium Decurias decem; Isagogen in Formulam Concordiæ Anti-Papisticam & Anti-Calvinisticam; Aphorismos Homileticos; Hypomnemata Evangelica; Pentadem orationum panegyricarum; Ideam Pentateuchi; Annotationes Biblicas theoretico-practicas; Ideam dispositionum librorum Prophetico-Biblico-*

rum; Germanicè *Explicationem quæstionis de felicitate temporali; Antithesin Sanctificationis Sabbaticæ Lutheranorum & Papistarum; Consilium de pace Ecclesiastica cum Reformatis; Vitam Christi, ex IV. Evangelistis; Thesaurum Salutis; Relationem de solis ac lunæ Eclipsibus; De Cometis; Explicationem libri Hiobi: Jubilæum Scholasticum; Halygraphiam; Recreationes ex oratione Dominica; Horrendam Apostasiam Evangelicorum ad Pontificios; Postillam Religionis; Dulcamarum Mortis; Conciones de sacro Suggestu; De Campanis; De Organo Musico; Conc. Nuptiales; Funebres; Dispp. de Virtute morali; De Intelligentiis; De Mundo &c.*

22. Febr. JOH. KüSTERUS A ROSENBURG, *Germanus*, Gadeburgensis Megapolitanus, Med. Doctor, primùm Physicus Wismariensis, inde ab Equestri ordine Esthoniæ ad Praxin Medicam vocatus, Revaliæ per quinquennium substitit, tum Caroli Gustavi, Regis Sveciæ, nec non Magni Moscoviæ Ducis Archiater, demum rude donatus, æt. 71. offic. 36. Revaliæ. Struxit *Tabulas Medicas, sive Affectuum totius corporis humani præcipuorum theoriam & praxin; Relationem Medicam de Regis Caroli Gustavi morbo & obitu.*

27. Febr. ANTONIUS HüLSIUS, *Belga*, Hildâ-Montanus, primùm Pastor 25. annos Bredanus, & in Gymnasio ibidem Professor Hebrææ Lingvæ, deinde Theolog. Doctor,

ejusdem & Hebrææ Lingvæ Profeſſ. in Academia Lugduno-Batava, & collegii Præpoſ. Ordin. Regens, æt. 70. offic. 41. Elaboravit *Syſtema Logicum*: *Nomenclatorem Biblicum Hebræo-Latinum*: *Examen Catecheticum Didactico-polemicum*: *Opus Catecheticum Didactico-polemicum*: *Specimina Theologiæ Hypotheticæ, quæ vulgò Cocceana vocantur*: *Syſtema controverſiarum Theol. in XVIII. locos communes digeſtum*: *Authentiam textus Hebraici contra Iſaacum Voſſium*: *Theologiam Judaicam de Meſſia*: *Non-Ens Præ-Adamiticum*: *Orat. de lingvæ Ebraicæ origine & propagatione*: *Nucleum Propheticæ V. T. de Vaticiniis & typis illuſtribus*: *Librum Pſalmorum cum notis*: *Diſcuſſionem conſiderationum in quinque priores poſitiones, ſub nomine Abrah. Heidani editarum*: *Tract. Germanicum*, cui titulus; *Poſt nubila Phœbus*: Belgicè *Conferentias ſuper Aug. Confeſſionem &c.*

10. Mart. WERNERUS THEODORUS MARTINI, *Germanus*, Stolquellenſis Marchicus, J. U. Doctor & Profeſſor Wittenbergenſis, nec non Scabinatus inferioris Luſatiæ Aſſeſſor, æt. 56. prof. 26. Ab eo reperitur *Oratio panegyrica, qua duplex quæſtio juris reſolvitur*: *Diſpp. de transmiſſionibus Actorum*: *De Sequeſtro*: *De Injuriis*: *De Reſtitutione alieni injuſtè ablati*: *De jure civili Rom. ante Juſtiniani tempora*: *De Excuſationibus Tutorum & Curatorum*: *De uſu & abuſu Monomachiæ*: *De Imperio Romano Germanico*: *De Inquiſitione criminali*: *De Carceribus*: *De Nobilitate, quæ literis acquiritur*: *De jure venandi*: *De auxilio reſtitutionis in integrum ſexui fœminino*: *De Conſvetudine*: *De Teſtamento paterno minùs ſolenni*: *De Gradibus culpæ & pœnæ in delictis*: *De Sumptibus pietatis causâ factis*: *De Apanagio*: *De Mercibus illicitis ſeu contrabandis &c.*

20. Mart. JOH. JUSTUS OLDEGOPIUS, *Germanus*, Hildeſienſis, primùm Philologiæ in Gymnaſio Luneburgenſi Profeſſor, & Miniſterii ibidem ad D. Michaelis Adjunctus, deinceps Ebſtorfi Superintendens, tum Hannoveræ Paſtor Ægidianus, demum Superint. Hojenſis, & Paſtor Neoburgicus, ætatis 50. officii 27. Vulgavit *Meditationes de Sudore ſangvineo Jeſu Chriſti, cum annotationibus Latinis*; *Exercitationem de Agapis*; *Programmata & Orationes Panegyricas &c.*

25. Mart. JACOBUS TENZELIUS, *Germanus*, Greuſſenâ-Thuringus, Philoſ. Magiſter, primùm in patria Diaconus, tum Paſtor & Superintendens, Conſiſtorii Schwartzburgenſis, quod Ebelebii eſt, Aſſeſſor, poſtea Theologiæ Doctor, Eccleſiæ Greusleb. Paſtor & Superintendens, demum Superintend. Armſtadianus, æt. 55. Struxit *Veritatem libri Concordiæ aliquot Diſputationibus*; *Vindicias pro Eccleſia Lutherana, contra apoſtatæ L. Andr. Frommii impoſturas & calumnias*; *Differt. de Pace Eccleſiaſtica Lu-*

ca Lutheranorum cum erroribus Calvinianorum; Defensionem ejusdem contra D. Henr. Mart. Eckardum; Agenda Schwartzenburgica; Dispp. de Enunciatione infinita; De æterna fidelium per Sp. Sanctum confirmatione; De Messia Heroë Torculario; De Peccato originis; De Conversione; De Jure Pontificis circa electionem Imperatoris Romani; De Eleemosynis; De Aquis salubribus & miraculosis; De Christo, ex Rom. X, 5; De Prudentia Christiana circa Pestem &c.

— April. JO. RODOLPHUS WETSTEINIUS, *Helvetius*, Basiliensis, Phil. Magister, primùm Græcæ Lingvæ in Acad. patria, dein organi Aristotelici Professor, tum Theol. Doctor, Locorum Communium & Controv. Theol. novissimè autem N. T. Professor, ordinis Theologici Senior, ætat. 71. prof. 48. Dedit *Opuscula aliquot Theologica: Dispp. de Deo: De Peccato &c.*

11. Maji DANIEL WüLFFERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Philos. Magister, Ecclesiæ in patria ad D. Laurentii Antistes, Logic. Phys. & Metaphys. ibidem Professor, nec non Comiti Oetingensi Joachimo Ernesto à consiliis Ecclesiasticis, æt. 78. Scripta ejus typis excusa sunt *Exercitatio de Propositione; Deus est passus; Physicæ Aristoteleæ Compendium; Dissertatio de causa sine qua non; Exercitatio de Physica Christiana; Meditationes passionales, de abitu Christi à suis discipulis; Grus spiritualis; Phænix Christianus; Triga concionum sacrarum; Historia de Templis; Encænia, Conc. V; Gaudia Angelorum cœlestia, sive parabola de filio perdito, Conc. XV; Fatum Christianum & Stoicum; Meditationes salutares in morbis: Saul ex-Rex, sive CC. homiliæ in historiam Saulis: Eliæ Historia aliquot homiliis explicata: Elisæ Historia LVIII. homiliis explicata: Thomas perversus & conversus: Conciones ex parabola, de fatuis & prudentibus Virginibus, ex Matth. XXV: Præfatio de Antropophagia &c.*

27. Maji ANDREAS AMSELIUS, *Germanus*, Rostochiensis, J. U. Doctor, Academiæ patriæ per XIX. annos à Secretis, dein Institutionum, mox Pandect. Professor, Consistorii Ducum Mecklenburgensium Assessor, & tum temporis Director, æt. 60. Reliquit Disputationes *Juridicas de Injuriis & famosis libellis: De Collectis &c.*

10. Jun. JOH. ANTONIUS GEIERUS, *Germanus*, Lauffensis Noricus, J. U. Doctor, Institut. Professor Altorphinus, æt. 47. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Relocatione & reconductione: De eo, quod justum est circa redemptionem annui reditus: De Decretis expectativis: De Sicariis ad L. Corn: De Posthumis &c.*

30. Jun. CHRISTOPHORUS ARNOLDUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister, Eloq. Poes. ac Græcæ Lingvæ in Lyceo patrio Professor, nec non Templi Mariani Dia-

conus, æt. 58. Concinnavit doctissimus Philologus varia, ex quibus *Oratio de Jano & Januario: Templum Pacis, sive panegyricus de Pacificatione Norimbergensi: Valer. Catonis diræ cum commentario: Lingvæ Latinæ Ornatus: Epistolæ XXX. de Flavii Josephi testimonio: Dissertatio de Q. Curtii ætate, scriptis, commentariis & stylo: Verulæi Rhetorica, cum dissert. de Actione Oratoria: Spicilegium ad Jo. Henr. Visini Zoroastrem: Præfatio de Parasitis Aulicis: Epist. Historica de Josaphato, Græco Monacho, ad Eliam Vejelium, contra Leonem Allatium: Templum honoris, sive Parentatio Dilherriana: Epistolæ ad Wagenseilii Sotam: Ad Fronmülleri tractatum de diversis sententiis Rabbinorum: Ad Leibnitzicum, de Urnis Sepulcralibus: Ad Seyboldum de Nomenclatoribus & Nomenclaturis: Parentatio in obitum Georgii Sigism. Füreri: Vita Marci Welseri;* Germanicè *Speculum Lingvæ Germanicæ; Annotationes in Epistolas Busbequii de rebus Turcicis; Appendix & notæ ad Abrah. Rogeri Januam Ethnicismi apertam; Appendix ad Alex. Rossii librum de Religione totius orbis.* Edi quoque curavit *Philippi Caroli Animadversiones in Agellium & Curtium; Christ. Adami Ruperti Historiam universalem; Ejusdem Florum illustratum; Pomponium de origine juris; Oratorem Historicum; Mercurium Epistolarem; Deg. Whear Relectiones Historicas; Giphanii & Guineti Justinianum Magnum;* Suppressô nomine suô confecit *Relationem historicam de Quakeris, cum præfatione de veteri & moderno Ecclesiæ Anglicanæ statu.*

— JOH. CASP. BAUHINUS, *Helvetius*, Basiliensis, Med. Doctor, ejusdemque in Acad. patria Professor primarius, Regis Galliæ & variorum Principum Archiater, æt. 78. prof. 55. Publicavit *Tomum primum Theatri Botanici à Parente inchoatum; Dispp. aliquot Medicas*, & alia, quæ nunc referre nequeo.

1. Aug. THEODORUS A DUNTEN, *Livonus*, Rigensis, Consistorii per Livoniam Regii supremi Assessor, æt. 41. Præses habuit *Dispp. de Imperio Absolonis; De fundamentis Hypothesium Astronomiæ; De Liberalitate.*

5. Aug. SAMUEL SKUNCK, *Suecus*, Uplandus, Phil. Magister, primùm Græcæ Lingvæ, pòst Theol. Professor, hujusque Doctor in Regia Academia Upsaliensi, nec non Pastor in Dannemarck, æt. 54. Sub ejus præsidio habitæ repetiuntur *Dispp. de Pacis Bellique artibus, ex Liv. II, 43; De Conversatione cum malis, ad Legem III. Charondæ, ex Diodoro Siculo Biblioth. XII, 12; De Literaria institutione & literis, ad Leg. IV. Charandæ, ex eodem; De Notitia sui; De Sensibus; De simulacris rationis & virtutum in brutis; De Curioso; De orbe Imperiorum; De Fato; De Superstitiosa divinatione; De Fœderibus; De delectu Fortunæ ex Plutarcho; De Inclinationibus; De Immortalitate Animæ*

Rationalis; De Fide in Christum; De Lege morali in genere, ejusque triplici usu; De Intelligentiis finitis & com- plexis &c.

— Aug. THEOPHILUS COLERUS, *Germanus*, Phil. Magister, ad D. Michaelis Jenæ Pastor, Superintendens Generalis Saxo-Jenensis, & Consistorii Ducalis Assessor, æt. 68. Reliquit *Conciones aliquot funebres &c.*

24. Aug. MICHAEL SIRICIUS, *Germanus*, Lubecensis, Theol. Doctor, Professor & Pastor Giessensis, tum Concionator Aulicus Gustroviensis, tandem Superintendens, Consistorii Ducalis Assessor, & Professor Rostochiensis, æt. 57. prof. 28. Typis commisit *Exercitationes Acad. de controversia; An Intuitus Fidei finalis ordine præcedat, an verò sequatur electionem æternam: Tractatum de Lachrumis Christi: Epitomen Historiæ Arianæ: Causam Dei & Scripturæ Sacræ, contra Schefflerum vindicatam: Decadem Dispp. Theologicarum: Tract. de Successione Ecclesiastica: Collegium Theol. explicans potissimos Articulos Theologiæ: Uxorem Unam: Ἄκρημα Historico-Theologicum de Ebione & Ebionitis antiquis & recentioribus: Collegium Theol. Biblicum: Acta inter D. Haberkornium & Rosenthal: Fasciculum Disputationum contra Heerwardum: Episcopum Δευτερόγαμον: Præconem Pænitentiæ: Ostensionem fundamentalem abominationum Papatus, circa religiosum Creaturarum cultum: Beatam Animæ humanæ, post mortem hominis, immortalitatem; Dissert. Theol. contra varios Heterodoxos è Luc. I, 35: Conciones XX. in Symbolum Nicænum & Constantinopolitanum: Conc. XX. in Symbolum Apostolicum: Dispp. de Simone Mago: De Deo: De Religione Moscovitica: De ortu & progressu Idololatriæ: De absurdo Dubitationis &c.*

— Oct. N. DU CLOOS, *Gallus*, Med. Doctor, & Academiæ Parisiensis Socius, ætat. 87. in ædibus Bibliothecæ Regibus denatus. Luci donavit *Observationes de Aquis Mineralibus Galliæ: Dissert. de principiis mixtorum naturalium*, & nonnulla quædam alia.

18. Oct. GEORGIUS FRIDERICUS, DUX WURTEMBERGENSIS, in exercitu Cæsareano supremus Excubiarum Præfectus, æt. 28. in obsidione Caschaviensi à Turcis globulo trajectus. In Academia Tubingensi *Orationem panegyricam de Conservatione Reipublicæ* habuit.

16. Nov. ANDREAS LILIEHOEK, *Svecus*, Liber Baro de Narpis, Gubernator Ostrogothiæ, dein ad Aulam Polonicam Legatus. Delineavit *Palatinum sive Aulicum, sub Manii Lepidi exemplo, ex Tacito: Venerem Gothicam, in nuptiis Caroli Gustavi, Regis Sveciæ, & Hedwigis, Principis Holsaltiæ: Virtutem Heroicam Caroli XI. carmine Elegiacô: Epistolas varias.* Ad conficienda Agenda Svecorum

corum Ecclesiastica haud parum, sub vitæ exitum, contulit.

25. Dec. JACOBUS SPONIUS, *Gallus*, Lugdunensis, Med. Doctor, Collegii Medicorum Lugdunensium & Recuperarotum in Acad. Patavina Aggregatus, æt. 38. Vivisci ad Lacum Lemonum. Quantus fuerit, scripta ejus loquuntur, ex quibus Latinè prodierunt *Ignotorum atque obscurorum Deorum Aræ: Miscellanea eruditæ Antiquitatis: Aphorismi novi ex Hippocratis operibus collecti, Græcè ac Latinè cum notis: Polypus Renis:* Gallicè *Itinerarium Italiæ, Dalmatiæ, Græciæ: Historia Genevensium: Observationes de Febribus: De Aqua Rhodani: Curiosa Antiquitatum investigatio de nummis anaglyphis, statuis, Musicis operibus & inscriptionibus antiquis: Literæ de Religionis antiquitate &c.*

LAURENTIUS GEISLERUS, *Germanus*, Brunsvicensis, Med. Doctor, in patria Physicus, Acad. Nat. Curios. Collega, dictus *Hippocrates*. Reliquit *Differt. Philosophico-Medicam de Pinguedine: Observationes Medicas de Peste Brunsvicensi.* Extant in Ephemeridinibus Nat. Cur. ejus *observationes de Monstro pennæ anserinæ: De cura Cancri & Vermibus in ulcerato cancro: De punctura patellæ lethali: De nausea fœminis retrorsum vectis familiari: De Capitis dolore diurno periodico.*

N. CORNEILLE, *Gallus*, Rothomagensis, Advocatus Generalis & Poëta, ætat. 79. Condidit *Comœdias & Tragœdias varias*, quarum nomina sunt *Melitus, Medea, Cid, Horatius, Cinnas, Pompejus, Rodogunes, Heraclides, Oedipus, Nicomedus, Sartorius, Otho, Attila, Berenice, Surena &c.* Tomis XI.

LUDOVICUS LIEBHARDUS, *Germanus*, Histor. in illustri Collegio Christiano-Ernestino, quod Baruthi floret, Professor. Prelo subjecit *Orationem de literarum post profligatam sub Papatu barbariem παλιγγενεσίᾳ & incrementis: Differt. de Regio ordine Elephantino:* Germanicè *Defensionem Ulyssis Brandenburgici &c.*

JOH. LYSERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. Magister, primùm Pastor & Superintendens Forthensis orthodoxus, deinde Polygamiæ defensor acerrimus, hinc pluribus in locis Exul demum in diversorio inter Versaliam atque Lutetiam Parisiorum rurali, opus indignus obiit miserrimè. Vulgavit *Dissertationem de Theologia naturali: De ἀφθαρσίᾳ sive in deficientia Animi: Discursum Politicum inter Polygamum & Monogamum: Polygamiam Victricem*, & quæ sunt ejusmodi commatis alia.

ANNO 1686.

10. Jan. SEBASTIANUS SCHEFFERUS, *Germanus*, Mœno-Francofurtensis, Med. Doctor, in patria Practicus, Academiæ Nat. Curios. Germ. Colle-

Collega & Adjunctus, dictus *Perseus* II. æt. 55. Edidit *Matthiæ Moroni directorium Medico-Practicum auctum: Casp. Hoffmanni Praxin Medicam curiosam: Introductionem in universam artem Medicam: Observationes de calculo sub lingua: De ollis fictilibus in argillæ fodinis repertis: De Gallo Gallinaceo ova ponente: De Lapide vesicæ felleæ mirabili & raro: De Verme vomitu ejecto: De Rene monstroso; De exsecta prope Vvulam carnea excrescentia; Disp. Inaug. de Pedarthorace.*

17. Jan. JOH. ANDREAS LUCIUS, *Germanus*, Dresdensis, Phil. Magist. primùm in patria Diaconus, tum Concionator Aulicus, novissimè Th. Doctor, Electori Saxoniæ à Concionibus Aulicis primariis, Consiliis Ecclesiasticis ac Confessionibus sacris, æt. 60. minist. 33. Luci exposuit *Conciones 200. in Apocalypsin Johannis: Homiliam in Baptismo Judæi cujusdam habitam: Concionem Comitialem de regimine pii Josaphati: Jubileum Evangelicum: Conc. Valedictoriam & Inauguralem: Conc. funebres: Dispp. de Causa efficiente: De Supposito & persona: De formis subordinatis & accidentariis: De Elementis & de Generatione eorum: De Successione Regum & Principum &c.*

1. Febr. FRANCISCUS BLONDELLUS, *Gallus*, Regiorum exercituum Campi Mareschallus, & Delphini Mathematicus. Vulgavit *Comparationem de Pindaro & Horatio: Cursum Mathematicum, ut de Mathesi in*

Obiit ANNO 1686.

genere, de Geometria Speculativa, de Geometria practica: Novum modum Urbes muniendi: Artem jaciendarum bolidum igniariarum seu bombarum.

6. Febr. MICHAEL COBABUS, *Germanus*, Philos. Magist. primùm Rector Scholæ oppidanæ, deinde Mathem. Professor, demum Theol. Doctor ejusdemque Prof. & Acad. Rostochiensis Senior, æt. 78. Promulgavit *Schœrographiæ delineationem: Dispp. de statu & ratione Status Gentilium, ex Rom. I: Pharisæorum, ex cap. II. & III: Christianorum, ex cap. IV. & V: Dispp. quinque de uno Homine, contra Præadamitas ex cap. V: Analysin cap. VI. & VII. ad Romanos: De desiderio Christiani cum Christo, ex cap. VIII: De Judæorum à Christo separatione, ex cap. IX: De Judæorum zelo erroneo, ex cap. X: De Judæorum abjectione & Christianorum assumptione, ex cap. XI: De Atheo proprio gladio jugulato, ex Sap. III, 18: De Concupiscentia originali: De Ecclesiæ unitate: Super cap. III. & IV. epist. ad Galatas: De unione duarum naturarum in Christo: De Reconciliatione fraterna, ex Matth. V, 23. sqq: De Prædestinatione: De Peccato: De Justitia & Jure: De Domino & Servo: De Renovatione mentis, ex Rom. XII: De Homine integro & corrupto.*

15. Febr. JOH. BACMEISTERUS, *Germanus*, Luneburgensis, Medic. Doctor, ejusdemque & Mathemat. Professor Rostochiensis, Facult. suæ

 Senior,

Senior, æt. 61. Emisit *Dispp. de Spasmo: De Oculo &c.*

25. Febr. ABRAH. CALOVIUS, *Prussus*, Morungensis, Theol. Doctor, ejusdemque in Academiis Regiomontana & Wittenbergensi, nec non Gymnasio Dantiscano XLV. annos Professor, Wittenbergæ Consistorii Ecclesiast. Senior, per XXXIII. annos Pastor primarius, & circuli Electoralis Sax. Superintendens Generalis, æt. 74. Decanatum XIX. conjugium VI. vice inivit, XIV. liberos, nec paucos vidit nepotes. Puer sermonis usu expeditiore in octavum usque annum nondum adeò gavisus est. Per annos penè LX. scripsit incomparabilis Vir tam multa, quæ (ut Venusini Vatis verba usurpemus) plaustris advehere quis possit. Inter ea sunt *Encyclopædia Mathematica; Metaphysica divina; Methodus docendi & disputandi; Stereoma de Cœna, contra Jo. Bergium; Dispp. XLIII. in Augustanam Confessionem; Dissertationes Theol. Rostochienses; Parasceve Anti-Crelliana; Decas disputationum de Socinismi origine; Criticus sacer; Theologia naturalis & revelata; Comment. in epistolam ad Ebræos; Anti-Schafferus*, nomine Facult. Theol. in Acad. Regiomontana; *Matæologia Papistica; Examen doctrinæ Reformatorum de Persona Christi; Anti-Crellius; Oracula Apostolica ex Epist. ad Romanos; Institutiones Theologicæ; Isagoges Theologiæ; Synopsis Controversiarum; Socinismus profligatus; Apodixis de Trinitate; Consideratio Arminianismi; Syncretismus & Harmonia Calixtino-Hæretica; Confutatio Pseudo-Stereomatis Bergiani; Systema Locorum Communium tomis XII; Comment. in Epistolam Judæ; Biblia illustrata, seu annotata ad lib. V. & N.T. contra Hug. Grotium; Bergius Senior αὐτοκατάκριτος: Oratio de Hæresi Neo-Photiniana; Discussio infallibilitatis Chronologiæ Christiani Ravii; Κατατεχνήδεια Calvinistica; Δοκιμασία Spiritus Syncretistici de Consociatione Reformatorum, contra Joh. Hornbeckium; Hypomnemata ad Observationes Irenicas Sam. Maresii; De Colloquio Cassellano; Discussio Tractatus D. Christiani Dreieri de causa peccati per accidens; Præmonitio de Scripto D. Joh. Bötticheri; Confessio Martyrum de SS. Trinitate; Anti-Bohemus; Opus Biblicum German. tripartitum; Examen Ætiologias Johan. Kircheri ad Synagogam Papalem deficientis; Consensus fidei veræ Lutheranæ; Examen novæ Theologiæ Calixtinæ; Consultatio Cassellana de unione Reformatorum cum Lutheranis; Epicrisis ad Colloquium Cassellanum; Antapologia; Oratio de Græcorum Fide & Religione; Justa solemnia Cælestino Mislentæ persoluta; Festum Jubilæum; Memoriæ justorum sive XXX. Conciones funebres; Catechismus; Judicium Theol. de IV. quæstionibus Practicis, contra Henr. Nicolai; Vindiciæ Arminianismi eidem oppositæ; Consideratio Rationalis Theol. Nicolai Vedelii; Scripta Anti-Sociniana;*

Harmo-

Harmonia vitæ, mortis & resurrectionis Christi: Judicium Theol. super Chr. Dreieri orationem de Syncretismo; Dispp. de Præexistentia Filii Dei ante Mariana & ante-mundana; De æterna Christi divinitate & temporaria humanitatis illius unctione, ex Psal. XLV, 8; De Θεοπνευστία Sacræ Scripturæ; De jure figuli in vasa, ex Rom. IX, 20.-23; De Lucta Jacobi cum Filio Dei; De Inimicitiis inter serpentem & mulierem; De pugna Michaëlis & Draconis; De homine peccatore; De limitata hominum ἀποδοκιμασία: De fluxu sanguinis & aquæ Christi laterali; De Veritate Religionis Christianæ; De Vocatione Ministri Ecclesiæ; De regali Sacerdotio; De Conversione Judæorum; De Amnestia in rebus fidei; De insigni pectoralis Aaronici; De fide catholica omnium temporum; De Messia, dolorum nostrorum bajulo; De apparitione filii Dei Patribus V. T. in propria hypostasi facta; De unctione extrema; De hæresi Eutychiana; De Fodina mystica; De Polygamia; De Christi Satisfactione; De Formula Concordiæ; De vana Pseudo-Christianorum, & vera verè-Christianorum Religione; De promissionibus vitæ æternæ in V. Testamento; De propitiatione pro peccatis nostris; De Curcellæi religione; De analogia fidei; De natura & officio fidei in actu justificationis; De jejunio Christi in deserto; De πρὸ ἥπαρξει Christi ante Abrahamum; De præexistentia Verbi ante principium creationis; De Nestorianismo; De loco classico, Coloss. I, 16; De eodem in V. & T. salvandi modo; De Anti-Christo Magno; De Exorcismo; De bonorum operum essentia & necessitate; De continua Regenerationis gratia; De officio Christi sacerdotali & regali; De Baptismo; De Matth. XVI, 17; De immortalitate primorum Parentum in statu integritatis; Exegesis I. Corinth. XI; De jure Regio; De gemino Christi ascensu in cœlum; De imagine Dei in primo homine; De Transsubstantiatione; De Ministerio Lutheri & Lutheranorum Ministrorum; De arcu triumphali Jesu Christi; De Labadismo; De Sessione Christi ad dextram Dei patris; De Luthero ante Lutherum in Apoc. XIV, 6. intento; De peccato originali; De crudelissima Arbelæ destructione, ex Hos. X, 14; De calice Domini laicis surrepto; De creatione & ejus operibus; De concordia & fraternitate spirituali; De Genealogia Christi; De plenitudine Deitatis; De Habitationibus Japheti & tabernaculis Semi; De loco Joh. VIII, 58; De Gratia conversionis irresistibili & defectibili; De ultimo Christi adventu; De lapsu fidelium; De Ecclesia Lutherana; De communicatione Majestatis; De Pœnitentia; De Christi omnipræsentia; De Christi resurgentis majestate; De resuscitatione mortuorum; De triplici Spiritus Sancti gratia; De voluntate Dei universos homines seriò salvandi; De Symbolo Apostolico, &c.

25. Febr. BARTHOLOM. STOSSIUS, Germanus, Electoris Brandenburgici

Con-

Concionator Aulicus primarius &c. Ejus proſtant *Relatio ſummaria de Ecclesiarum Reformatarum in Marchia harmonia cum aliis Eccleſiis Reformatis in & extra Germaniam*; *Homiliam de falſis Prophetis*, & fortaſſis quædam alia.

2. Mart. JUSTUS HENR. OLDECOP, *Germanus*, Hildeſienſis, Phil. Magiſter, primùm Concionator Caſtrenſis in exercitu Svecico, deinde Paſtor & Conſiſtorii Regii Aſſeſſor primarius apud Revalienſes, nec non Harriæ Orientalis Præpoſitus, demum Th. Doctor, Arensburgenſis Paſtor & Superint. Oeſelienſis, æt. 55 Vulgavit *Differt. Theol. de Epiſcoporum virtutibus & vitiis*: *Diſſertationem de ordine Politico*: *Concionem in Evangelium Domin. I, Adventus Holmiæ habitam*: *Virgam Aaronis mirabilem, ſive Concionem ex Num. XVII*, 7: *Sermonem cùm an. 1661. inter Regem Sveciæ & Magnum Ducem Moſcoviæ Pax conſtitueretur, habitum*: *Concion. funebres ex Pſalm. CXVI*, 7: *ex II. Corinth. XII*, 8. 9: *ex Pſalm. XXXVII*, 24. &c.

12. Mart. GUIL. VERPORTEN, *Germanus*, Lubecenſis, Theol. Doctor, Conſiliarius Eccleſiaſticus & Conſiſtorii Saxonici Coburgenſis Ducatus Superintendens Generalis, Gymnaſii ibidem Profeſſor primarius & Scholarcha, æt. 55. Adornavit *Orationem de Pietate Erneſti III. Ducis Saxoniæ*: *Conc. de officio Magiſtratus & Subditorum, ex I. Petr. II*, 13. 14: *Conc. pro inveſtitura Joh. Blanckenaueri, ex Luc. XIIX.* & quædam alia.

13. Mart. DANIEL MüLLERUS, *Germanus*, Variſcus, Phil. Magiſter, primùm Scholæ apud Lipſienſes Nicolaitanæ Con-Rector, dein Concionator ad D. Nicolai Pœnitentiarius; demum Theol. Doctor, ibidem Archidiaconus, & Miniſterii Senior, æt. 74. miniſt. 43. Edidit *Σύνοψιν Metaphyſicæ*: *Ὑποτύπωσιν Phyſicæ*: *Diſput. de Definitione*: *De Viſu & Auditu*: *De Guſtu, Olfactu & Tactu*: *De Prædicamento Subſtantiæ*: *De Senſibus*: *De diſtinctione*: *De militia Apoſtolica, ex II. Corinth. X*, 3. 4. 5: *De invicta Eccleſiæ Lutheranæ veritate*: *Conciones funebres varias &c.*

20. Mart. JOH. FECHNERUS, *Germanus*, Sileſienſis, in Lyceis Leobergenſi, Budiſſinenſi & Vratislavienſi tam Eliſabetano, quàm Magdalenæo LII. annos Profeſſor & Rector, æt. 81. Struxit *Elyſiam Silvam, vel delicias Sileſiæ inferioris*: *Poëma de laudibus montis gigantei Sileſiorum &c.*

30. Mart. BERNHARDUS OELREICH, *Germanus*, Theol. Doct. primò Regi Sveciæ à Concionibus Aulicis, deinde in Acad. Lundinenſi Scanorum Theol. Profeſſor & Cancellarius, demum Paſtor & Superintendens Bremenſis Regius, æt. 60. Emiſit *Diſp. de Teſtamento Jeſu Chriſti non violando*: *De Sacra Scriptura*: *De Eccleſia Lutherana*: *Conciones funebres &c.*

26. Apr. MAGNUS GABRIEL DE LA GARDIE, COMES IN LE-

CKöô & ARENSBURG, &c. *Livonus*, Revaliensis, Regni Svecici Senator & Mareschallus, novissimè Consiliarius Regius, Drotzetus & justitiæ per totum Sveciæ Regnum & sub eo jacentium Provinciarum Director generalis, Academiæ Upsaliensis Cancellarius, nec non Westrogothiæ Daliæque Gubernator, ætat. 64. Ejus superest *Oratio de Academia Upsaliensi, cùm se publicè An.* 1635. *Cl. Professorum disciplinæ traderet: Spectaculum Certaminis Pedestris, quô Christinæ Reginæ Natalem XXVI. celebrari curavit: Donatio Testamentaria Librorum Manuscriptorum aut aliàs rariorum, quos Academiæ Upsaliensi legavit.*

27. April. ANTONIUS REISERUS, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, primùm in Regia inferioris Hungariæ Civitate Posonio Pastor, & Venerab. Contubernii Decanus, pòst Exul, tum in patria Gymnasii Annæi Rector & Bibliothecarius, porrò Comitum Hohenloicorum Ecclesiastes Cathedralis Ohringanus, novissimè Theol. Licentiatus, & ad D. Jacobi Pastor Hamburgensis, æt. 58. Prodierunt ab eo in publicum *Index Manuscriptorum Bibliothecæ Augustanæ: Apologia pro epistola quadam consultatoria: Dissertatio de origine progressu & incremento Atheismi: Epistola ad Teoph. Spizelii Templum honoris reseratum: Oratio de Harmonia Ordinis Ecclesiastici & Scholastici: Decas Progammatum & Triga Disputationum: Augustinus contra Bellarminum & alios Scriptores Papæos vindicatus: Regenerationis proprium Sacramentum Baptismus: Vindiciæ Evangelico-Thomisticæ, quibus Thomas de Aquino veritatis Evangelicæ confessor orbi catholico exhibetur, contra Thomam Leonardi: Testis & confessor veritatis Evangelico-Catholicæ Joh. Launoy vindicatus: Appendix Anti-Thomistica, contra Alb. Zennerum: Anti-Barclajus, seu examen apologiæ, quam Robertus Barclajus pro Theologia verè Christiana edidit:* Germanicè *Manuductio Biblica de Pœnitentia & Excommunicatione in veteri Ecclesia: Gravamina non injusta, de emendatione Ecclesiæ Evangelicæ: Roma non gloriosa P. Ortonis Romæ gloriosæ opposita: Conc. III. de Cometis: Demonstratio iterata, quod Calviniani non sint August. Confessionis socii, contra Chrift. Pauli: Concionatorum Apostolicorum sol & lux, sive Conciones duæ: Extremi judicii infallibilis certitudo: Conc. Inauguralis de fidelium Ministrorum Ecclesiæ officio & Solatio: Conc. Valedictoria: Jus Sabbaticum: Theatromania, sive Comœdia opus tenebrarum: Advocatus irreligiosus, contra Theatrophoniam alicujus &c.*

28. Apr. JUSTUS CHRISTOPHOR. UDENIUS, *Germanus*, Mundensis, Phil. Magister, Pastor Hertzbergensis, æt. 55. Typis excudendum dedit *Dispositiones concionum in feriis habendarum: Methodum Concionandi: Excerpendi rationem novam in Theologia Homiletica: Disp. de Sacrificio*

Caini & Abelis, ex Gen. IV, 3. 4. 5. &c.

10.Maj. LUCAS LANGERMANNUS, *Germanus*, Hamburgensis, J. Utr. Doctor, Ducis Megapolitani Consiliarius, & Capituli Hamburgensis Decanus, æt. 60. Collegit *Antiquitates Græcas varias*: Scripsit *Orationem in Natalem Christinæ, Sveciæ Reginæ*: *Disp. Inaug. de Jure in Curia Mercatorum &c.*

11.Maj. OTTO DE GVERIKE, *Germanus*, Magdeburgensis Patricius, primùm Reip. patriæ Senator, dein in bello Germanico ab urbe pulsus, ingeniator seu metator Erfurtensis, sæpe Legatus, demum per XL. annos in patria Consul, nec non Electoris Brandenburgici Consiliarius, æt. 84. Hujus ingenio debentur *Experimenta Magdeburgica, de vacuo spatio, de aëris pondere circa terram, de stellis fixis &c.* Fortassis prodibit ejus *Descriptio occupatæ urbis Magdeburgensis.*

5. Jun. HENRICUS ADOLPHI, *Germanus*, Bregâ-Silesius, primùm Ecclesiæ Doblenensis Pastor Letticus, deinde per XXV. annos Ducatuum Curlandiæ & Semgalliæ Superintendens, ac Pastor Mitaviensis, ætatis 64. Divulgavit *Tentamen primum Manuductionis ad linguam Letticam.*

9. Jul. CHRISTOPH. POMARIUS, *Germanus*, Phil. Magister, in Gymnasio Magdalenæo supra XX. annos Con-Rector & Professor Vratislaviæ, æt. 57. Formavit *Consiliarium Scholasticum de studiis trivialibus ornandis*; *Poëmata &c.*

Obiit ANNO 1686.

18. Jun. JOH. QUIRSFELDIUS, *Germanus*, Saxo, Phil. Magister, Pastor Pirnensis. Struxit *Breviarium Musicum*: *Scholam Virtutum Christianam*: *Nuptias Agni spirituales*, & quædam alia.

15. Jul. JOH. FELL, *Anglus*, primùm Ædis Christi Canonicus Oxoniensis, pòst Decanus, tum Regis Caroli II. Concionator Aulicus, demum Th. Doctor ejusdemque Professor & Episcopus Oxoniensis. Præcipua, quæ edidit, scripta hæc sunt; *Clementis ad Corinthios Epistolæ Græco-Latinæ cum notis*: *Athanagoræ opera Gr. Latina*: *Theophyli Antiocheni opera Græco-Latina*: *Lactantii de mortibus persecutorum Dissert. Latina*: *Clementis Alexandrini tractatus de divite salvando*: *S. Barnabæ Epistola Græca, cui accessit Hermæ Pastor Latinè*: *Origenis tractatus de Oratione Græcè & Latinè*: *Cypriani Opera*: *Dissertationes*: *Vita D. Henrici Hommondi, Theologi.* Promisit *editionem Josephi.*

23. Jul. JACOBUS GRAIUS, *Germanus*, Annæmontanus, Scholæ Rigensis Collega, pòst Pastor Barsonensis, districtus Coccenucensis Præpositus, & supremi per Livoniam Consistorii Regii Assessor, æt. 83. Minist. 52. Ejus super est *Harmonia Catholica, super Articulum secundum Symboli Apostolici in XVIII. oracula dispartita &c.*

30. Jul. MICHAEL MIETHE, *Germanus*, Saxo, in exercitu Cæsareano adversus Turcas Centurio Tormentarius.

tarius & Pyrotechnicus primus. In obsidione Budensi interfectus est. Ab eo habetur *Artilleriæ recentior praxis*, Germanicè.

12. Aug. LUDOVICUS MAIMBURGIUS, *Lotharingius*, Nancæus, S. J. Eloq. Professor, in primariis Galliæ urbibus Concionator, tum ordinis sui Generalis & Historiographus Regis Galliæ, demum ab Innocentio X. P. R. ex Societate dimissus, æt. 77. Soc. 6. sanguine suffocatus. Quanti à Jesuitis, sociis olim, fuerit æstimatus, ex sequenti carmine videre est:

Scribere Maimburgus cùm desiit, Atropos inquit;
Desine nunc simul & vivere, vane senex.

Literis consignavit *Panegyricos varios*: Gallicè *Pacificam methodum, quâ sine Disputatione Protestantes ad veram fidem de Eucharistia reducantur De vero Dei Verbo: De Veritate Ecclesiæ: Conciones Quadragesimales: Historiam Pontificatus S. Gregorii Magni: Historiam Hæresis Arianæ tomis duobus: Historiam Iconoclastarum & de translatione imperii ad Francos: Historiam de lapsu Imperii post mortem Caroli Magni: Historiam Lutheranismi II. tomis: Historiam Calvinismi II. tomis: Historiam Ligæ: Tract. de Institutione & prærogativis Ecclesiæ Rom. ejusque Episcoporum &c.*

5. Sept. LUCAS OLTHOFFIUS, *Germanus*, Rugiâ-Pomeranus, primùm Concionator Aulicus Suerinensis, postea ibidem Superintendens, Scripsit Germanicè *de Penna Scriptoria: Conc. funebres &c.*

12. Sept. JANUS BIRCKERODIUS, *Danus*, Sælandus, primùm Scholæ Herlovianæ, deinde Hafniensis Collega, tum Phil. Magister, mox Scholæ Slaglosianæ Rector, postea in Acad. Hafniensi Græcæ Lingvæ Prof. & Collegii Consistorialis Secretarius, demum Theol. Doctor & Professor, novissimè Senior, æt. 62. prof. 27. Concinnavit *Collegium Physicum: Ideam scientiæ moralis, cum adjuncta virtutis columna: Exercitationes contra Atheos: Synopsin Locorum Communium Theologicorum: De Græcanicis quibusdam Antiquitatibus: Seriem Chronologicam Actorum S. Petri & S. Pauli &c. Dispp. de divinatione, aliisque materiis.*

12. Sept. GEORGIUS PUTTNER, *Germanus*, Austriacus, Puckstallensis, S. J. Humaniorum, Philos. Lingvæ Hebrææ, Theol. tam Moralis, quàm speculativæ, & Juris Canonici in Academia Græcensi Professor, nec non ibidem Cancellarius, ætat. 67. Soc. 49. Millestadii in Styria. Confecit *Maximas juris celebriores, deductas ex jure Canonico, civili Glossa, illustratas exemplis, rationibus, limitationibus: Tractatum Theol. de jure & justitia &c.*

22. Sept. GEORGIUS HILARIUS, *Danus*, Sælandus, Philos. Magister, Scholæ Metropolitanæ, quæ est Hafniæ, Rector, pòst Professor Regius,

Collegii Consistorialis Assessor, æt. 70. Prodire fecit *Rhetoricam Resenii auctam & illustratam*: *Topicam Peripateticam*: *Computum Ecclesiasticum*: *Trigonometriam planam*: *VI. priorum Euclidis Elementorum Geometricorum propositiones præcipuas illustratas*: *Doctrinæ Sphæricæ præcepta*: *Isagogen ad Globi utriusque explicationem & usum*: *Tabularum tum Geographicarum, tum Hydrographicarum explicationem & usum*: *Computi Ecclesiastici epitomen*: *Selectiores & sententiosos ex Hesiodo, Homero, Anacreonte &c. versus pro discentibus excerptos*: *Orationis Poëticæ præcepta generalia*: *Artis Epigrammaticæ epitomen ex Masenio*.

2. Octob. BALTHASAR BEBELIUS, *Germanus*, Argentoratensis, Theol. Doctor, ejusdemque in Acad. patria Prof. pòst in Acad. Wittebergensi Prof. & Circuli Saxon. Superintendens, æt. 54. prof. 25. Celebritatem nominis meritissimè obtinuit scriptis in publicum emissis haud paucis, ut sunt *Antiquitates Evangelicæ & Judaicæ, ex IV. Evangelistis erutæ*: *Antiquitates Ecclesiæ Evangelicæ in IV. prioribus post N. C. seculis*: *Antiquitates Germaniæ primæ, & in hac Ecclesiæ Argentoratensis Evangelicæ*: *Ecclesia Anti-diluviana vera & falsa*: *Historia Ecclesiæ Noachicæ*: *Examen tractatus anonymi de statu & loco Animarum fidelium post mortem*: *Apologia pro Nicol. Hunnio & Christ. Chemnitio*: *Anti-Wagnereckius*: *Repulsa Appella-*

tionis nullius, quam edidit Joh. Duræus: *Tractatus de Remonstrantium Scepticismo*: *De principiis officii Christiani naturali & revelato*: *Manes Dannhaweriani vindicati, adversus calumnias apologetici Dureani*: *Polemosophia victrix, contra Walenburgios*: *Orationes II. Panegyricæ*: Germanicè *Conciones in epistolas Domin. & festivales*: *Relatio de Missa*: *Relatio de Rosario sive Paternoster*: *Apologia ejusdem*: *Relatio de Festo corporis Christi*: *Evangelica fidei confessio*: *Evangelica fidei efficacia*: *Libellus*, cujus est titulus; *Breviter & melius*: *Dispp. de S. Scriptura*: *De Reliquiis revelationis divinæ inter Paganos*: *De Saracenorum initiatione*: *De Hæresi in genere*: *De reliquiis hæresium & schismatum*: *De mediis Arianismi*: *De regula juris naturæ*: *De principiis actionum Christianarum*: *De primogenitura ex mortuis rediviva*: *De Jesu Nazareno, ex Matth. II, ult.* *De Vocatione Lutheri Lutheranorumque Ministrorum*: *De Communicatione idiomatum*: *De Mysterio SS. Trinitatis*: *De Zizaniis ex Matth. XIII, 25*: *De duabus naturis in Christo*: *De vocatione per naturam*: *De Resurrectione Christi, ex I. Thess. IV, 14*: *De Constantini M. epistola Irenica*: *De affectionibus terræ*: *De literis circularibus Basilisci Imp. & Marci Cæsaris, ex Evagr. l. III, 3*: *De Aris & mensis Eucharisticis veterum*: *De Theologia Gentili*: *De Simulatione*: *De phrasi N. T.*: *De Fide Abrahamitica in nativitatem Christi*: *De beneficiis Magistratui Politico B. Lutheri ministerio*

exhibi-

exhibitis: De autoritate S. Scripturæ contra Atheos: De resurrectione Christi: Apologia pro orthodoxa fide Ecclesiæ Argentoratensis: De unitate Ecclesiæ & libertate rituum Ecclesiasticorum: De clamore sanguinis Habelis & Christi, ex Heb. XII, 24: De Henotico Zenonis: De bis mortuis: De Davide peccante & pœnitente, ex II. Samuel. XXIV. & I. Paral. XXII: De fugienda Ecclesiastica cum heterodoxis familiaritate, ex II. Corinth. VI, 14. 15: Apologia de quibusdam inter D. Dannhawerum & M. Frider. Wendelinum controversis: De falsa Theologia Johannææ contraria, ex Joh. XX, 31. &c.

10. Oct. JOH. HORNICEUS, *Germanus*, Plaviâ-Variscus, Scholæ Rigensis Rector, dein in Gymnasio Revaliensi tam Poëseos, quàm postea Histor. & Eloq. Professor, æt. 65. Adornavit *Eloquentiæ Janitricem h. e. Rhetoricam: Soteria Rigensia, seu Orationes V. de obsidione Rigensi & Pace Sveco-Moscovitica: Orationem Inauguralem Revaliæ habitam de laude Poëseos: Templum pro gloria Henrico Comiti de Turri exstructum: Melchioris à Fœlckersamb, Ducis Curlandiæ Cancellarii, vitam: Elogium Adami ab Hirtenberg &c.*

13. Oct. GULIELMUS GOESIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, Senator primùm Reip. patriæ, deinde Curiæ Batavæ, æt. 74. Sub nomine Lucii Verii scripsit *Vindicias de recepta sententia de Mutui alienatione: Animadversiones in speciminis Salmasiani cap. I. & II: Pilatum judicem: Notas in Scriptores rei agrariæ &c.*

21. Oct. JOH. SLüTERUS, *Germanus*, Luneburgensis, J. U. Doctor, primò Assessor Supremi Svecorum, quod Wismariæ est, Tribunalis primarius, nec non Consistorii Ecclesiastici Præses, postea Ducis Mecklenburgici Consiliarius intimus & Cancellarius Gustroviæ, novissimè in patria Consul, æt. 70. Confecit *Animadversiones in Hipolytum à Lapide: Commentationem de Subjecto potestatis in imperio, sive de Republica Romano-Germanica: Dissertationem de verbi divini Ministrorum Aug. Conf. ordine, vocatione, potestate, prærogativis, salario & abdicatione: Vindicias quæstionis; utrum Popularium præ cæteris habenda sit ratio, in electione Ministrorum verbi divini?*

22. Nov. MARTINUS SILVESTER GRABE, *Germanus*, Weissenseensis Thuringus, Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Regiomontanus, & Bibliothecarius Electoralis, dein Pomeraniæ Elect. & Camminensis Principatus Superintendens generalis, Stargardiæ denatus. Publici juris fecit *Tabulas Monarchiarum regnorumque parallelorum: Annotationes in Urbani Regii formulas cautè loquendi: Disp. de dicto Christi Joh. XVII, 3. contra Socinianos: De unione duarum in Christo naturarum: De perspicuitate Scripturæ Sacræ, ejusdemque Laicis concedenda lectione: De dicto Galat. IV, 4.*

5: *De quæstionibus aliquot gravibus ab hoc tempore non alienis &c.*

6. Dec. NICOLAUS AVANCINUS, *Germanus*, Tirolensis, in Diœcesi Tridentina, S. J. Rhetor. Ethic. & Philos. Græcii Styrorum Professor, deinde Th. Moralis & Scholasticæ Prof Viennæ, studiorumque ibidem Præfectus, Collegiorum Passaviensis, Viennensis & Græcensis Rector, Visitator Provinciæ Bohemiæ, ætat. 74. Soc. 59. Romæ. Felice venâ, vinctâ pariter ac solutâ oratione vulgavit *Poëseos Dramaticæ Partes tres: Poëseos Lyricæ Libros IV. & unum Epodon: Orationum tomos tres: Vitam Archiducis Leopoldi Wilhelmi: Imperium Romano-Germanicum, sive Elogia 50. Cæsarum Germanorum: Vitam Christi in Meditationes per singulos anni dies distributam: Pietatem victricem sive Flavium Constantinum M.* Tragœdiam, tacitô suô nomine. Transtulit Latinè ex Italico *Compendium vitæ & miraculorum Francisci Borgiæ à Scipione Sgambata compositum: Josephi Anturini Deum solum, sive confœderationem initam ad honorem solius Dei promovendum.*

10. Dec. MELCHIOR ZEIDLERUS, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister, primùm Logices in Academ. patria Professor, deinde Theol. Doctor, ejusdemque Prof. ætat. 57. Scriptis mandavit *Dissertationem de origine Animæ Rationalis in generatione hominis: Orationem, commentarium exhibentem in verba Tertulliani ex lib.*

I. de Bapt. c. 1. nos pisciculi secundum ἰχθῦν nostrum, Jesum Christum, ex aqua nascimur: Rhetoricam Ecclesiasticam, ad methodum Oratoriæ civilis: Prodromum introductioni in lectionem Aristotelis præmissum: Introductionem in Lectionem Aristotelis: Analytica posteriora Arist. de variis sciendi generibus & mediis eò perveniendi lib. III: Appendicem Testimoniorum ex Theologis nostro cœtui addictis, collectorum ad exercitat. de peccato actuali infantum: Disputationes VII. de definitione Hæretici: Tractatum de gemino docendi modo: exoterico & acroamatico, i.e. Dialectico & Analytico: Keddium refutatum, sive examen examinis de religione Lutherana Jodoci Keddi, S. J: Lutherum defensum, seu refutationem libelli, qui inscribitur Joh. Angeli de Vocatione Prædicatorum: Concionem de S. Cœna, ex I. Corinth. XI: Conciones ex verbis Christi Matth. XXII, 14: De prærogativa Christi & aliorum fidelium N. T. præ illis V. T. ex Luc. X, 23. 24: De Anima Hominis Deo dicanda, ex Matth. XXII, 21: De fasciis Christi, ex Luc. II, 8. sqq. in tribus concionibus: De divitiis Sapientiæ & Agnitionis divinæ, ex Habac. IV, 2: Conc. funebres: Disputt. de Peccato actuali infantum: De Voto Jephtæ, ex Jud. XI, 30. sqq: De conversione orantium ad Orientem: De quæstione, an Diabolus ante mortem Christi certò cognoverit, quòd is proprius esset ac naturalis Dei filius? III. de libris Aristotelis exotericis & acroamaticis: De ratione Entis generica, in ordine

dine ad inferiora: De Noologia, an peculiaris & distincta sit disciplina? De respiratione piscium: De quæstione; an lumen sit corpus? De successione Episcoporum continua, ab Apostolis usque in eadem sede deducta, sitne ea genuina Ecclesiæ alicujus nota, an non? II. de Definitione ejus, quod in subjecto esse dicitur.

22. Dec. ERICUS STREGNENSIS, *Svecus*, Phil. Magister, Super. Mathem. & Phys. in Academia Dorpatensi Professor, dein in Dicasterio ibidem Regio Assessor, ac demum Vice-Præses, Nobilis STIERNSTRALE dictus, æt. 77. Vulgavit *Speculum Astrologicum: Disp. Phisicas: in libros VIII. Physicarum Aristotelis: Processum judiciarium &c.*

GEORGIUS PISTORIUS, *Germanus*, Ducis Neoburgici Consiliarius Ecclesiasticus, Decanus & Pastor Lavingensis. Typis subjecit *Concionem sub primordium anni Lavingæ habitam: Domum luctus, seu Conciones funebres: Apothecam spiritualem, quomodo ægroti ad dignam sacramentorum perceptionem adhortandi sint: De S. Ignatio Lojola instructionem: Domum cibariam spiritualem, sive Conc. Festivales.*

JACOBUS OISELIUS, *Belga*, Juris Naturalis Professor in Academ. Groningensi. Bibliotheca gavisus est adeo diviti, ut anno 1684. volumina in ea fuerint 12000. numerata. Publicavit prelo *Minutium Felicem cum notis: A. Gellium cum commentario Ant. Thysii & aliorum: Thesaurum selectorum Numismatum antiquorum* &c. Reliquit MSS. *in lib. Hug. Grotii de jure Belli & Pacis.*

CAROLUS LITHMANNUS, *Svecus*, Orebrogiensis Nericus, Lector primum in Gymnasio Holmensi, post Theol. Doctor & Professor in Acad. Upsaliensi, demum Episcopus Stregnensis. Excudi fecit Συζήτησιν *sacram super Epistolam Pauli ad Gallatas; De Monarchia Romano-Catholica: Tractatum Compendiosum exhibentem Photinianismi naturam & doctrinam; Disp. in librum Mosis, qui Numeri solet numerari: Disp. de Deo Uno & Trino:* Ἐξήγησιν *dicti Johannis Apostoli I. epist. II, 2.; Conc. funebres ex Jerem. VI, 16; ex Ps. CXVI, 7.* &c.

HENRICUS HILARIUS, *Germanus*, Guelpherbytanus, Scholæ Cellerfeldensis per octennium Rector. Struxit *Commentaria & notas in Philippi Cyprii Chronicon Ecclesiæ Græcæ.*

ANNO 1687.

3. Jan. CHRISTOPHORUS HARTKNOCHIUS, *Prussus*, Passenheimensis, Phil. Magister, in Gymnasio Thorunensi per decennium Prof. ac Visitator, patriæ Historiographus, ætatis 43. Juris publici fecit *Petri de Dusburg Chronicon Prussiæ cum notis, & Dissert. XIX. de Antiquitatibus Prussicis; Remp. Polonicam libris tribus; Dissertationem de Originibus Pome-*

Pomeranicis; Germanicè *Historiam Prussiæ*, *partibus duabus*; *Historiam Prussiæ Ecclesiasticam*; *Dispp. de idololatria veterum Prussorum*; *De antiqua Pomeranorum Republica*; *De curonorum & Semgallorum Rep. tam veteri, quàm nova*; *De natura & constitutione Poetices*; *De Majestatis regiæ impedimentis sive apparentibus, sive veris*; *De Regno Poloniæ*; *De Senatu Regni Polonici*; *De originibus Prussicis*; *De Fœderibus*; *De incrementis & decrementis Rerumpublicarum*; *De variis mediis controversias circa προέδρειαν sive prærogativam supremarum potestatum, Impp. Regum, Principum & Rerump. occurentes evitandi & removendi*: *De forma Imperii Polonici*: *De Juris Prussici origine*: *De Antipodibus &c.*

13. Jan. JOHANNES CLAUDIUS, *Gallus*, Petrocoriensis, Minister primùm Ecclesiæ Reformatæ de Fief, deinde de S. Africa in Ruthenensi provincia, tum Synodi inferioris in Occitanea Director, porrò Pastor Nemausensis, inde Mons-Albanensis in Cadurcensi provincia, pòst hæc Consistorialis Carentonensis, & Synodi Issoriensis Præses, demum Ecclesiastes Parisiensis, novissimè Exul, æt. 68. minist. 34. Hagæ Comitis. Vocatur in Epitaphio *Gallorum decus*, *labascentis fidei fulmen*, *Romæ triumphantis victor inclutus*, qui *Jansenistas conculcavit*, *Jesuitas contrivit*, *Reformationem vindicavit &c.* In lucem protulit *Refutationem methodi*

Cardinalis Richelii: *Responsionem ad tractatum de perpetuitate fidei Ecclesiæ Catholicæ, quoad Eucharistiam*: *Resp. ad secundum tractatum de eadem materia*: *Defensionem Reformationis adversus librum, qui inscribitur*: *Præjudicia legitima contra Calvinos ab Arnaudo edita*: *Responsum ad librum Episcopi Meldensis, cujus est titulus*; *Collatio cum Dn. Claude*: *Sermones V. ex Matth. XXII. Parabolam de Nuptiis*: *Considerationes super Epistolas circulares de conventu Clericorum in Gallia*: *Examen sui ipsius, sive præparationem ad S. Cœnam, ex I. Corinth. XI, 28*: *Explicationem Sectionis LIII. Catechismi*: *Sermonem ex Ecclef. VIII, 14.* Edere quoque voluit *Tractatum de modo explicandi Scripturam Sacram*: *Historiam Hollandiæ &c.*

23. Jan. CASP. A LILIEN, *Germanus*, Berolinensis Marchicus, Theol. Doctor, Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius Brandenb. intimus, Ecclesiarum in Burggraviatu Noriberg. Superint. Generalis, Concionator Aulicus, Consistorii Baruthini Præses, nec non Collegii Christiano-Ernestini Director, æt. 55. Composuit *Commentarium in Epistolam Pauli ad Ephesios*: *Orationem in obitum D. Joh. Schmidii, Theologi Argentoratensis*: *Orat. de Friderici II. Electoris Brandenburg. Fidei confessione*: *Summam Theologiæ*: *Commentarium in Themistoclem Corn. Nepotis*: *Responsum Jani Dernharri sive Joh. Duræi dissertationes epistolicas ad amicum super illius oratio-*

oratione de Syncretismo: Orationem de Lapsorum Pœnitentia, & antiquis circa eam ritibus & controversiis: Disp. de voluntate Dei circa salutem hominum: Germanicè *Conc. de Pace & tranquillitate Germaniæ contra hostes quoscunque, ex Matth. XII, 25: De Imitatione Christi: De Æthiopia conversa, ex Ps. LXVIII, 32: Conc. funebres: Præparationem ad mortem &c.*

28. Jan. JOH. HEVELIUS, *Prussus*, Gedanensis, in patria Consul, Mathematicus & Astronomus summus, æt. 76. eôdem, quô natus, die mortuus. Illustravit seculum ingenii sui monumentis valde insignibus, è quibus *Selenographia sive Lunæ descriptio: Epistolæ de quibusdam rerum cœlestium observationibus: Cometographia: Prodromus Cometicus: Descriptio Cometæ: Epistolæ IV. de Solis & Lunæ defectu: Mercurius in Sole an.* 1661: *Machina cœlestis: De nativa Saturni facie: Epist. de Cometa An.* 1672. *Gedani observato: Observationes variæ de Eclipsibus Lunæ & Solis: De Phænomenis aëreis: De Variatione acus Magneticæ: De Cometa: De Conjunctionibus magnis Saturni, Jovis & Martis: De occultationibus fixarum: De Conjunctione Lunæ & Palilicii: De transitu Lunæ & stellæ in medio corpore Leonis: De Scuto Sobieskiano cœlo inserto &c.*

1. Mart. NICODEMUS RICHTER, *Germanus*, Stralsundensis Pomeranus, supremi per Livoniam Dicasterii Regii, quod Dorpati est, Assessor, & Nobilis dictus RICHTERFELD, æt. 39. Prelo subjecit, & ex Lingva Anglicana in Germ. transtulit *libellum de Sanctificatione sabbathi.*

28. Mart. CONSTANTINUS HUGENIUS, *Belga*, Eques Tulichenius, Principi Auriaco primùm à secretis, deinde à consiliis, ætate admodùm senili, sed vegetiori: Unde *Petrus Francius*, Professor Amstelodamensis, in ejus obitum ita cecinit;

Hîc jacet ille suis semper juvenilior annis,
Quem sensit juvenem nemo, nec esse senem.
Secula Nelidæ longo compleverat ævo,
Idem mente tamen, qui fuit ante, fuit.
Par erat ingenium, par impetus, & pede eàdem
Scandebat Clarium, quô prius, ille jugum.
Ars erat eloquium, dulcesque ante omnia Musæ,
Et cythara & digito tacta sciente lyram.
Manus Arausiaci conscribere Principis acta,
Magnus erat magni Principis ille comes.
Principis unius si laus meruisse favorem,
Quænam est Principibus laus placuisse tribus?

Edidit Gallicè *Observationem de Halone, sive de corona circa solem, cum dissertatione de Pareliorum & Halonis causa:* Latinè *Otia: Momenta desultoria, sive Poëmatum lib. XIV:* Belgicè *Poëmata varia: De Flaviola sive flore agresti carmen.*

17. April. MICHAEL RADAU, *Prus-*

 sus,

sus, Braunsbergensis, S. J. Humaniorum literarum & Phil. pòst Theol. Scholast. in patria Professor & Concionator, Collegii Braunsbergensis Rectus, nec non Missionarius, æt. 70. Soc. 54. Reliquit *Orationes in laudem Benefactorum Collegii Vilnensis, Cancellarii & Protectorum Academiæ: Oratorem extemporaneum, seu Artis Oratoriæ breviarium &c.*

17. April. SAMUEL LABERHITTEL, *Germanus*, Moravus, Olomucensis, S. J. Human. literarum Professor, Missionarius, Concionator, Collegii Novodomensis Rector, demum summi Pontificis partim Laureti, partim Romæ Pœnitentiarius, ætat. 67. Soc. 48. Edidit Latinè *Librum de usu meditandi spiritualiter*, sub titulo; *Scientia Salutis, seu considerationes piæ: Meditationes in singulos anni dies de Sanctissima Eucharistia &c.*

19. April. SEBASTIANUS WIRDIG, *Germanus*, Med. Doct. ejusdemq; in Acad. Livonorum Dorpatensi, dein Rostochiensi Prof. æt. 74. Confecit *Novam Medicinam Spirituum: Disp. Medicas* suô etiam munivit præsidiô.

29. Maj. CHRISTOPH. WITTICHIUS, *Germanus*, Clivensis, Th. Doctor, ejusdemque in Academiis Dusburgensi & Lugduno-Batava Professor, æt. 62. Luci exposuit *Orationem Inauguralem de Oraculorum divinorum veritate & Gentilium falsitate: Dissertationes varias in Theologia: Consensum Veritatis in Scriptura divina & infallibili revelatæ cum veritate Philosophica, à Cartesio detecta: Theolog. am. pacificam, in qua varia Problemata Theol. inter Reformatos Theologos agitari solita ventilantur, cum usu Philos. Cartesianæ, contra Sam. Maresium: Exercitationes Theologicas: Orat. funebrem in obitum D. Abrah. Heidani: Considerationem Theol. de stylo Scripturæ: Causam Spiritus Sancti personæ divinæ, ejusdem cum Patre & Filio essentiæ, assertam, contra Sandium: Causam Sp. Sancti victricem: Investigationem Epistolæ, ab Apostolo Paulo exaratæ, unà cum paraphrasi:* Sermone Belgicô *Tractatum de Providentia Dei erga homines: De statu Christi exinanitionis & exaltationis: De Fide & Perseverantia Sanctorum: De apparentibus Ethnicorum operibus bonis &c.*

19. Aug. JOH. FRISCHMUTHIUS, *Germanus*, Werthemiensis Francus, Phil. Magister, primùm Scholæ Jenensis Rector, postmodum Poëseos, tandem Lingvarum Orientalium ibidem Professor & Senior, æt. 68. Typis exscriptæ prostant ejus *Disp. Philologico-Theologicæ* e: g. *de prodromi Messiæ; nempe Eliæ, quem Judæi etiamnum frustrà præstolantur, adventu, ex Malach. IV, 5. 6: De Nativitate Messiæ & loco, ex Mich. V, 1: De modis diversis è medio tollendi τὸ ἐναντιοφανὲς, quod inter Prophetam Micham & Matthæum Evangelistam c. 2. occurrere interpretibus quibusdam visum est: De Prosopographia Messiæ, ex Es. IX. 6. sqq: De Manuum pedumque Messiæ perforatione, ex Ps. XXII, 17: De Messiæ in cruce pendentis gemitu.*

mitu & clamore, ex Ps. XXII, 1: & Matth. XXVII, 46: De Messia in sepulchro non relinquendo, ex Ps. XVI, 10: De Judaico Agno Paschali, ex Exod. XIV, 6: De Agno Dei, ex Joh. I, 29: De Messia confixo, ex Zach. XII, 10: Evidens demonstratio, quâ Messiam pridem apparuisse evincitur, ex Dan. IX, 24: De LXX. Hebdomadibus, ex Dan. IX, 25: De Messiæ excisione, & Hierosolymorum desolatione, ex Dan. IX, 26: De primo Messiæ charactere, ex Es. XI, 1: De 2. 3. & 4. Messiæ characteribus, ex Es. XI, 3: De 5. 6. 7. 8. 9. & 10. Messiæ characteribus, ex Es. XI, 4: De gloria Templi secundi ex Hagg. II: De Propheta, qui Mosi par futurus sit, ex Deuter. XVIII, 18: De nomine Messiæ glorioso, ex Jerem. XXIII, 6: De Evangelio Sione egressuro, ex Es. II, 2: De Messia, Dei Filio, ex Ps. II, 7: De reverentia Messiæ præstanda, ex Ps. II, 12: De Messia Rege Sionis, ex Zach. IX, 9: De Angelo Fœderis, ex Malach. III, 1: De Messiæ pro reatu hominum se tradentis hostia, ex Ps. XL, 1: De vili & abjecto XXX. argenteorum pretio, quô à Judæis Messias est æstimatus, ex Zach. XIII, 11: De Arca Fœderis, ex Exod. XXV, 10: De non speranda arcæ fœderis restauratione, ex Jerem. III, 15: De Hirco emissario, ex Levit. XVI: De Judæorum amentia & cœcitate, dum Adventum Messiæ ex conjunctione Saturni & Jovis in sidere piscium colligere conantur: De divisione Scripturæ in Legem, Prophetas & Hagiographa: De Regina cœli, ex Jerem. XLIV, 16: De Primogenitura, ex Gen. XXV, 31: De Serpente antiquo, ex Genes. III, 24: De Sepimento, quod Judæi ad avertendam legis ipsius violationem facere consueverunt: De Versione Græca LXX. Interpp. ad illustranda loca Scripturæ Am. IX, 11: Act. XV, 16. 17: De sensu loci Deuter. XVII, 8. sqq: De Fœdere novo, ex Jer. XXXI, 31: De Circumcisione Zipporæ, ex Exod. IV: De Decimis in V. T. solvi solitis: De Vestitu Sacro Pontificum & Sacerdotum Ebræorum: De Sabbato Deuteroproto, ex Luc. VI, 1: De Piscina Bethesdea, ex Joh. V, 2: De via Sabbathi, ex Act. I, 12. sqq: De locis Scripturæ, quibus probare Turcæ satagunt, Muhammedem veri nominis Prophetam esse: De nomine & prosapia Eliæ: De Ligatione Isaaci, ex Gen. XXII, 1. sqq. dispp. V: De quæstione; quousque Judæi & Pontificii in partibus pœnitentiæ conspirent: De Rege eligendo & deponendo, ex Deut. XVIII: De septem Noachi preceptis, & gradibus prohibitis in Lege Mosaica: De Vaticinio Jacobæo Gen. XLIX, 10: De Samsone ænigmatiste: Oratio de Pontificatu Mosis, à Barth. Nihusio irrito conatu adstructo: Dissert. epistolica ad D. Jo. Ben. Carpzov. de Meditat. mortis & memoria CL. quorundam in re sacra & literaria Virorum.

6. Sept. CLAUDIUS MOLINETTUS, *Gallus*, Canonicus Regularis Augustini S. Genovevæ, rei antiquariæ & nummariæ peritissimus, æt. 67. Parisiis. Vulgavit Gallicè *Figuras variorum ha-*

bituum Canonicorum Regularium in Gallia: Latinè Hiſtoriam Summorum Pontificum à Martino V. ad Innocentium XI. per eorum Numiſmata, ab anno 1417. ad 1678: Inſignem & curioſam Lutetiæ Pariſiorum nuper repertam Antiquitatem, de Iſidis ſimulacro.

19. Sept. JOH. COLBERGIUS, Germanus, Colbergenſis Pomeranus, Philoſ. Magiſter, primùm ad D. Petri & Pauli Paſtor Islebienſis, & Conſiſtorii Mansfeldenſis Aſſeſſor, nec non Gymnaſii Inſpector, poſtea Eccleſiæ patriæ Paſtor, Conſiſt. Electoralis in Ducatu Pomeraniæ, & Principatu Camminenſi Aſſeſſor, tum Theol. Doctor, ejusdemque in Academia Gryphiſwaldenſi Profeſſor & Senior, æt. 65. Emiſit Confeſſionem de falſis Prophetis: Diſpp. de Syncretiſmo: De libris Symbolicis, vel formulis confeſſionum in publicis Eccleſiæ Chriſti in genere: De Verbo Dei: De Meſſia: Conc. de navigantium votis, ex Pſal. L. 14. 15. &c. Promiſit Theologica quædam Scripta, quæ, num ediderit, ignoro.

— Nov. DAVID CLODIUS, Germanus, Hamburgenſis, Theol. Doctor, ejusdemque & Hebr. Lingvæ in Academia Gieſſenſi Profeſſor. Ab eo prodierunt Biblia Hebraica cum Summariis: Concordantiæ Syriacæ Novi Teſtamenti: Diſpp. de Ritibus precandi veterum Ebræorum: De Cherubinis &c.

15. Dec. CHRISTIANUS DAUMIUS, Germanus, Cygneus, primùm Geræ

Obiit ANNO 1687.

Con-Rector, tum Gymnaſii Zwiccavienſis, & demum in patria Rector, æt. 75. Elucubravit de cauſis amiſſarum quarundam Latinæ Lingvæ radicum ἀποσπασμάτιον: Vertumnum Poëticum ad Scitum illud Imperatorum; Fiat juſtitia, aut pereat mundus, bis millies transformatum: Notas in Dionyſii Catonis diſticha: Votiva Xenia: Poëmata varia: Notas in Bern. Geyſtenſis Palponiſtas: Epiſtolas: Recenſuit quoque & edidit B. Hieronymi diſputationem ad Inſtitutionem Chriſtianorum utiliſſimam: Homilias veterum in Natalem Domini: Epiſtolas Ciceronis ad Familiares: Henrici Septimellenſis Elegia de diverſitate Fortunæ & Philoſophiæ conſolatione &c.

21. Decembr. FRIDERICUS HILDEBRANDUS, Germanus, Northuſâ-Thuringus, Philoſophiæ Magiſter, Poëta Laureatus Cæſareus, primùm in patria, dein in Gymnaſio Martisburgenſi Rector, æt. 61. Prelo dedit Compendium Geographiæ Cluverianæ: Synopſin Hiſtoriæ univerſalis: De uſu globi terreſtris & Mapparum Geographicarum libellum: Diſcurſus Oratorios LXVII: Programmata & Antiloquia, cum oratione gemina: Epiſtolarum quinque centurias &c.

JOH. SCHULTETUS, Germanus, Noribergenſis, Med. Doct. Reip. patriæ Phyſicus ordinarius, Acad. Naturæ Curioſorum Adjunctus, dictus Perſeus. Ab eo ſupereſt Trichia-

sis admiranda, sive morbus pilaris observatus: Prophylaxis, circa præsentem & futurum sanitatis statum: Plantarum cultura, oratione exculta: Observationes de Andria: De duobus monstris: De Hydrope Ascite cum Hydromphalo, in Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. extantes.

ANNO 1688.

5. Jan. NICOLAUS WITTE A LILIENAU, *Livonus*, Rigensis, Med. Doctor, S. R. Mtis Sveciæ Archiater, & Physicus in patria primarius, ætat. 70. offic. 36. plurimarum lingvarum peritissimus. Exaravit *Poëmata varia Græca, Latina, Germanica: Consilium Medicum de Febr. malignis: Disp. de Hydrope Ascite: De Pestilentia.* Propediem prodibit *Specimen Etymotechniæ novæ, ad indagandas origines Lingvæ Latinæ applicatæ, collatis obiter quoque aliis linguis Europæis, potissimum illis, quæ à Latinitate oriundæ sunt,* & forsan quædam alia.

— Mart. JO. SIGISM. ELSHOLTIUS, *Germanus*, Berolinensis, Med. Doctor, Elect. Brand. Archiater, Acad. Nat. Cur. Collega. Ejus prodiit *Anthropometria, sive de mutua membrorum corporis proportione & nervorum harmonia: Diætericum, sive de alimentorum facultatibus: Horticultura: Flora Marchica: Chysmatica nova, sive ratio, qua in venam sectam medicamenta immitti possunt: Clysmatica nova, seu Chirurgia transfusoria hominibus adhibita: Destillatoria curiosa, sive ratio ducendi liquores coloratos per Alembicum: Historia Steatomatis resecti & feliciter sanati: Epistola de conceptione Tuberia, quâ humani fœtus, extra uteri cavitatem, in tubis quandoque concipiuntur: Observationes de Phosphoris: De Equiseto subterraneo: De Sale ex aëre, & Sulphure ex sole colligendo: De Badiani Moscovitico: De Ovo prægnante: De Sulphure putatitio cum pluvia descendente: De artificii, quô oculorum humores restituuntur, vestigiis apud veteres: De Semine Zinæ officinarum, an sit genuinum: De Hominis conceptione ex ovario: De Ovario humano atque Tubis: De Gemellorum origine: De Moxa Sinensi Anti-podagrica: De cordis dissecti fragrantia: De Hirundinum excæcatione & restitutione &c.*

27. Mart. THEODORUS CRAANE, *Belga*, Teutoburgensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, hujusque in Academia Lugduno-Batava Professor, inde Electoris Brandeburgici Consiliarius Aulæ & Archiater, cælebs, post fata à Nymphis aulicis splendidè condecoratus. Emisit *Orationem in obitum Arnoldi Syeni, Medici: Disp. aliquot Medicas, ut de Apoplexia &c.* Suppressô nomine suô, ceu mihi relatum est, *Lumen rationale Medicum, h. e. praxin Medicam reformatam sive Annotat. in praxin Henrici Regii: Oeconomiam Animalem, ad circulationem sangvinis breviter delineatam.*

APPENDIX
AD
DIARIUM BIOGRAPHICUM.

ANNO 1600.

29. Jan. JO. MICHAEL, *Gallus*, Constantia-Castrensis ex Normannia, Ordinis Carthusiani. Ab eo habetur *Liber Exercitiorum spiritualium triplici via: Enchiridion spiritualium Exercitiorum: Decachordum Psalterium &c.*

30. Jan. GEORGIUS LIEBLERUS, *Germanus*, Würtenbergicus, Denzlingensis, Phil. Magist. ejusdemque Prof. Tubingensis, æt. 74. Edidit *Epitomen Philosophiæ Naturalis: Orationem de vita D. Jacobi Schegkii, Medici.*

JO. NICOTIUS, Dominus de Villemain, *Gallus*, Nemausensis, Legatus ad Portugalensis, ubi invenit *plantam*, ab ejus nomine dictam, *Nicotianam.* Composuit quoque *Dictionarium Gallico-Latinum: Tractatum de Mare &c.*

ANGELUS MATTHÆACIUS, *Italus*, J. U. Doct. & in Academia Paduensi Professor, æt. 64. In lucem prodire jussit *Tractatus de Jure Venetorum, & Jurisdictione Maris Adriatici: De via & ratione artificiosa universi juris: De Legatis & Fidei commissis &c.*

ANNO 1601.

5. April VINCENTIUS DE FRANCHIS, *Italus*, Advocatus & Regis Philippi II. Consiliarius Neapolitanus, demum Senatus ibidem Præses

ac Vice-Protonotarius, æt. 70. Scriptis consignavit *Decisiones Sacri Regii Consilii Neapolitani, tomis IV.*

ANNO 1602.

4. Febr. DAVID PEIFERUS, *Germanus*, Cancellarius Saxonicus. Composuit *Carmina.*

12. Sept. ANDREAS RAUCHBARUS, *Germanus*, Quedlinburgensis, J. U. Doctor & Professor Wittenbergensis, inde Consiliarius Ducis & Electoris Saxoniæ, æt. 43. Collegit *Partes duas insignium Quæstionum Juris: Vitam Matthæi Wesenbecii, JCti.*

CLAUDIUS FALCO RIZIUS, *Gallus*, Parisiensis, Nobilis, supremæ Rhedorum Curiæ Præses, tandem rude donatus, æt. 65. Decantavit inter vincula *Bellum! in Gallia impium ac plus quàm civile, Poëmate Latinô.*

MAXIMUS MARGUNIUS, *Græcus*, Episcopus Cytherensis, Venetiis. Transtulit è Græco in Latinum *Opuscula aliquot Nysseni.* Multa etiam ipse scripsit lingvâ Græcâ, ut *Hymnos Anacreonticos.*

ANNO 1603.

5. April. MELCHIOR TILESIUS, *Germanus*, Hirschbergensis Silesius, Gymnasii Bregensis Rector, æt. 49. Ejus est *Dialogus de Religione vera &*

falsa:

falſa: Diſpp. Philoſophicæ, in quibus Ramum defendit.

G. COQUILLE, *Gallus*, Nobilis, in Parlamento Pariſienſi Advocatus, & Procurator Fiſcalis Nivernenſis, æt. 80. Concinnavit *Tractatum de Reformatione Status Eccleſiaſtici: De Libertate Eccleſiæ Gallicanæ: Hiſtoriam Nivernenſem: Conſtitutiones Nivernenſium &c.* idiomate patriô.

ANNO 1604.

26. Jan. THEOPHILUS MADERUS, *Helvetius*, Frawenfeldenſis in Turgoia, Med. Doctor & Profeſſor Tigurinus, æt. 63. Vulgavit *Diſputationes & Epiſtolas Medicinales.*

BASILIUS PLINIUS, *Livonus*, Rigenſis, Med. Doctor & Poëta, denatus in flore ætatis. Ejus ſuperſunt *Poëmata de Venenis & Venenatis: De Ventis: De Magnete: Encomium Civitatis Rigæ, Metropolis Livoniæ: Victoria, quam, juvante Deo, Sigiſmundi Regis Poloniæ & Sveciæ exercitus, adverſus Carolum Südermanniæ Ducem, Rigam ſecundâ obſidione ſolutâ, obtinuerunt, conſcripta &c.*

ANNO 1605.

PONTUS THIARDÆUS, *Gallus*, Dominus de Piſſy, Epiſcopus Cabilonenſis, æt. 84. Scripſit *de Erroribus amatoriis: De Genealogia Hugonis Capeti: De cœleſtibus Aſteriſmis: Diſcurſus Philoſophicos, Ephemerides octavæ Sphæræ: Homilias: Poëmata &c.*

ANNO 1606.

1. Mart. ARNOLDUS SORBIN, *Gallus*, Nevernenſis, Theol. Doctor,

Carolo IX. Henrico III. & Henrico Magno R. Galliæ à Concionibus Aulicis, tum per 28. annos Epiſcopus Neverſienſis, æt. 74. Exaravit *Vitam Caroli IX. Regis: Orationes funebres varias: Homilias in Decalogum: Hiſtoriam de Albigenſibus: Annotata de Eccleſia: Tractatum de Monſtris &c.*

11. Mart. LAURENTIUS FINCKELTHUSIUS, *Germanus*, Lipſienſis, J. U. Doctor, Reipubl. Lubecenſis Proto-Syndicus, à ſcriba ſuo, quem ille nonnihil acriùs objurgaret, ferro ictus, ſiniſtro latere & cruce ſauciatus. Reliquit *Poëmata varia: Panegyricum de Laurentio Martyre.*

6. Aug. HIERONYMUS PRÆTUS, *Italus*, Bononienſis, Nobilis, Cardinali Franciſco Barberino ad Hiſpanos Legato à Secretis. Dedit forâs *Diſcurſus Academicos: Epiſtolas: Poëmata.*

ANNO 1607.

JO. PISTORIUS, *Germanus*, Nidanus Haſſus, Medic. Doctor, Archiater & Conſiliarius Badenſis, tum ex Lutherano Pontificius, Prætor ſive Præfectus Urbis Vratiſlavienſis, Canonicus Conſtantienſis, & Imperatori Rudolpho II. à Confeſſionibus, æt. 63. Friburgi in Briſgovia. Publicavit *Illuſtrium veterum Scriptorum de rebus Germanicis Tomos: Chronicon rerum Belgicarum: Tractatum de Arte Cabbaliſtica: Anatomiam Lutheri: Epiſtolas duas ad Joh. Pappum, an Auguſtinus fuerit in omnibus Lutheranus? Analyſin theſium Jac. Heerbrandi*

de vi-

de visibili Ecclesia, *& de justificatione*, *ex doctrina Concilii Tridentini*: *An Scriptura sola sit norma fidei*, *& de Sacramentis*, *contra Jacobum Grynæum*: Germanicè *Deductionem*, *quòd Ecclesia Lutherano-Calviniana non sit vera Ecclesia*: *De morte Jacobi*, *Marchionis Badensis*, *Relationem*: *Historiam colloquii Theol. inter Theod. Buscum & Jo. Pistorium*, *nec non D. Jac. Andreæ & Jac. Heerbrandum*: *Notas veteris & novæ Fidei*: *Retorsionem necessariam*, *contra D. Osiandri calumnias*: *Falsitates D. Hunnii de justificatione*: *De vera curandæ Pestis ratione &c.*

ANNO 1608.

19. Aug. WERNERUS HELMICHIUS, *Belga*, Ultrajectinus, Ecclesiastes Delphensis. Typis subjecit *Psalmorum Davidis & aliorum Prophetarum analysin.*

ASCANIUS COLUMNA, *Italus*, Romanus, primùm Basilicæ Lateranensis Archipresbyter, dein S. R. Ecclesiæ Cardinalis, demum Regni Tarraconensis Prorex. Scripsit *Orationem panegyricam in obitum Philippi, Hisp. Regis*: *Tractatum de Monarchia Regni Siciliæ*, *contra Cardinalem Baronium.*

ANNO 1609.

13. Dec. HARALDUS vel ARNOLDUS HUITFELD, *Danus*, Nobilis, Secretarius Regius, pòst regni Daniæ Senator & Cancellarius, ætat. 59. Adornavit *Historiæ Danicæ à primo Rege Dano ad Christianum III. tomos X*: *De Legibus Provincialibus Scaniæ librum*: *Jus Aulæ Norw. vulgo Hirskraa.*

GUILH. BARCLAIUS, *Scotus*, Nobilis, J. U. Doctor, in Academia Mussipontana Professor & Decanus, nec non Ducis Lotharingiæ Consiliarius, deinde Regis Angliæ Consiliarius, demum in Gymnasio Andorum juris Professor primarius. Scripsit *Tractatum de Regno & regali potestate*, *adversus Monarchomachos*: *De Potestate Papæ in Reges & Principes seculares*: *In titulos Pandectarum de rebus creditis*, *& de jurejurando.*

HENRICUS CANISIUS, *Belga*, Noviomagus, J. U. Doctor & Professor Ingolstadiensis. Ab eo habetur *Summa juris Canonici*: *Commentarium in Regulas juris*: *Prælectiones Academicæ de Decimis*, *Obligationibus & Usuris*: *In libros tres Decretalium*: *De Sponsalibus & Matrimonio*: *Tractatus de Historia & de jure Canonico*: *Antiquarum Lectionum tomi VI. &c.*

ANNO 1610.

16. Aug. GOTHOFREDUS JUNGERMANUS, *Germanus*, Lipsiensis, Joachimi Camerarii è Filia Nepos, obiit Hanoviæ. Scripta ejus jam suprà ad An. 1610. allegata reperiuntur.

25. Nov. BERNARDUS GIRARDUS, *Gallus*, Burdegalensis, Eques, primò Ducis Anguensis Secretarius, deinde Caroli IX. Regis Historiographus. Composuit *Librum de Statu & Successu rerum Gallicarum*: *Poëmata Gallica & Latina &c.*

ANNO

ANNO 1611.

8. Jun. JO. BERTAUD, *Gallus*, Normannus, Reginæ Catharinæ de Medicis Eleemosynarius primus, dein Abbas *Lunacensis*, tum Episcopus Saensis, demum Regi Henrico III. à Secretis. Prostant ab eo *Poëmata diversa: Carmen in Natalem Christi: Hymnus de S. Ludovico, in honorem domus Burbonensis: Psalmi Davidis Pœnitentiales.*

18. Jul. MAGNUS MATTHIÆ, *Scanus*, Episcopus Lundensis, æt. 86. Scripta ejus sunt τεσσαρεσδέκας *Orationum Lundiæ habitarum ab Anno* 1590. *ad* 1603: *Oratio de Hierarchia Ecclesiastica, sive, de ordine, gradibus & appellationibus Ministrorum Ecclesiæ: Oratio de justificatione per Fidem: Oratio de Ecclesia, ubi quærenda vera Dei & Christi Ecclesia, deque hujus temporis Ecclesia Pontificia: De Verbi Dei præstantia: De Juliano Apostata &c.*

ERICUS ERICI, *Finno*, Phil. Magist. novissimè Episcopus Aboensis. Emisit idiomate patriô *Rituale Ecclesiasticum: Explicationem Catechismi prolixiorem: Postillam, sive expositionem Evangeliorum Dominicalium.*

ANTONIUS MARIA GRATIANUS, *Italus*, Biturgiensis, Nobilis, Cardinali Commendono in Legationibus à consiliis, Abbas deinde Saxiferratus, tum Sixto & Clementi VIII. P.R. à Latinis literis scribendis, demum Episcopus Ameriensis & Nuncius Apostolicus ad Christianos Principes, æt. 75. Multa reliquit egregia, utpote *Synodum Ecclesiæ Amerinæ. De Bello Cyprio: De Casibus Virorum illustrium: Vitam Cardinalis Commendoni.*

ANNO 1612.

11. Maj. JO. FUNGERUS, *Belga*, Leovardiensis Frisius, Scholæ Franekeræ, in patria & alibi Rector. Vulgavit *de Puerorum disciplina & recta educatione librum: Symbolorum Ethicorum explicationes: De Conflagratione mundi tractatum: Etymologicon trilingve, Latinum, Græcum & Hebraicum: Sacrorum carminum Syllogen: Etymologicum Latinum: Novum Proverbiorum Farraginem: Libros IV. Messiados*, & alia.

19. Jun. JACOBUS BONGARSIUS, *Gallus*, Aurelianus. Cætera vide suprà ad an. 1612.

ANNO 1613.

5. Aug. MATTHIAS QUADUS, *Germanus*, Chalcographus & Poëta, Ludimagister Eppingæ in Palatinatu, æt. 55. Congessit *Libros VI. Geographicarum Enarrationum, seu Sculptoris compendium universi orbis: Librum de gloria Germanicæ Nationis: Librum aliquot itinerum ex Augusta Vindelicorum egredientium.*

JOACHIMUS VAGETIUS, *Germanus*, Hamburgensis. Scripsit *Præcidanea de Orbe habitabili, sive universalis Historiæ Sectionem primam: De Stilo Latino.*

PETRUS TITIUS, *Germanus*, Freistadiensis Silesius, Philos. Magister,

Paſtor Bethanienſis, æt. 71. Contexuit *Synopſin libri Naturæ, è circulo univerſitatis rerum productam, & ad celebrioris ſectæ Philoſophorum methodos conformatam.*

ANDREAS WENCELIUS, *Germanus*, Hanenſis Sileſius, Theol. Doctor, primò Hiſtor. & Orat. deinde Th. in Academia Viadrina Profeſs. Formavit *Libellum de ſalutifera Incarnatione Servatoris Jeſu Chriſti: Diſp. de officio & perſona Chriſti:* Germanicè *Speculum Pœnitentiæ, ſive Conc. IV. in Orationem Regis Manaſſis.*

ANNO 1614.

28. Jan. FRANC. MANTICA, *Italus*, Utinenſis, primùm in Academia Patavina Juris Profeſſor, dein Auditor Rotæ, demum S. R. E. Cardinalis, ætat. 80. Prodire fecit *de Conjecturis ultimarum Voluntatum libros XII: Lucubrationes Vaticanas, ſeu de tacitis & ambiguis Conventionibus libros XXVII: Deciſiones Romanas.*

18. Febr. PETRUS HEGELUND, *Cimber*, Ripenſis, Scholæ patriæ Rector; pòſt Theol. Lector, tandem Diœceſeos Ripenſis Epiſcopus, æt. 73. Prelo ſubjecit *Epigrammata Phil. Melanchthonis ſelectiora: Comœdiam Suſannæ: Formulam movendi comparandique nomina adjectiva.*

17. Sept. PAULUS PETAVIUS, *Gallus*, Aurelianenſis, JC. & Conſiliarius Parlamento Pariſienſi. Inter Scripta ejus eminent *Veterum Numiſmatum γνώρισμα: Antiquariæ Supellectilis portiuncula: Syntagma de Nithardo, Caroli M. ex filia nepote: Diſſertatio de Epocha Annorum Incarnationis Chriſti &c.*

ANNO 1615.

26. Febr. NICOLAUS BULIUS, *Belga*, Hornanus, Medicus & Poëta, primùm in Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordinum Collegio Aſſeſſor, deinde Reip. patriæ per XXXIV. annos Prætor, ad hæc rerum Maritimarum in Weſt-Friſia Conſiliarius, & Fiſci Advocatus, æt. 65. Reliquit *Epigrammata.*

ANNO 1616.

13. Febr. ANDREAS WELLEIUS, *Cimber*, Viellenſis, Phil. Magiſter, Hiſtoriographus Regius, Canonicus Rigenſis, æt. 74. Ab eo ſunt *Vitæ Pontificum Romanorum emendatæ: Saxo Grammaticus in lingvam vernaculam verſus: Hiſtoria Eccleſiaſtica Adami Bremenſis: Deſcriptio Islandiæ, per Gudbrandum Epiſc. Islandiæ communicata, æri inſculpta per Orteliùm: Centuria cantilenarum Danicarum, de priſcis Danorum Regibus & rebus geſtis: Oratio panegyrica ad Fridericum II: Oratio in obitum Friderici II. cum chronologia rerum imperante hoc Rege geſtarum: Oratio funeb. ex Job. XIX: Oratio de vita & morte Jo. Pet. Grundith: De origine appellationis Regni Daniæ: Idyllium ad Dan. Rantzovium: Vita Sunonis Tiuffwesbæg: Septem Sapientum Græciæ Aphoriſmi: Paſſio Chriſti: Paraphraſis Pſalmi CXXVII: Conciones plures ex Pſalm. XC.*

PETRUS DE BOISSAT, *Gallus*, Guber-

Gubernator Vicarius Viennensis in Delphinatu, JCtus & Historicus. Imprimendum dedit *Historiam Ordinis Johannitici, seu Equitum Melitensium: Tractatum de Domo Medicorum.*

ANNO 1617.

20. Mart. FRANCISCUS AGUILLONIUS, *Belga*, Bruxellensis, Soc. Jesu, Phil. in Academia Duacensi, & Theol. Antverpiæ Professor, ibidemque Rector, Mathematicus insignis, æt. 51. Relig. 31. Paravit *libros sex Opticorum.*

13. Jun. LUDOVICUS MELZIUS, *Italus*, Mediolanensis, Eques Melitensis, in Hispania, Italia, aliisque locis castra secutus est, æt. 60. Typis exscribi curavit *Regulas militares*, quæ postmodum & in alias lingvas commutatæ prostant.

27. Jun. ISAACUS GRÖNBECK, *Danus*, Sælandus, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Hafniensis, pòst Episcopus Diæces. Nidrosiensis in Norwegia, æt. 53. Edidit Orationem funebrem in obitum Friderici II. Daniæ Regis: *Dispp. de Virtute: De partitionibus Oeconomicis: De Accentibus Ebraicis &c.*

24. April. ANTONIUS LOISEL, *Gallus*, Bellovacensis, Advocatus Parisiensis, æt. 81. Vulgavit *Discursus VII.* sub titulo; *Consiliarius Thesauri: Dialogum de Advocatis Parlamenti: Regulas Juris Gallici: Memorias Bellovacensium.*

ANNO 1620.

24. Aug. ANTON. PLUVINEL, *Gallus*, Nobilis è Delphinatu, in Aula Regis Henrici Magni Equorum Magister, tum Vicarius Principis Dauphini Præfectus, pòst Legatus ad Belgas, demum Dux Vindocinensis. Exaravit *Librum de Exercitatione Equorum.*

JO. RENALDINUS, *Italus*, Anconitanus, Nobilis, in Burgundia, Flandria, Italia, Melita, & alibi Machinator bellicus, æt. 63. Typis mandandum curavit *Librum de colorum significatione: Tractatum de Urbibus Arcibusque muniendis: Carmina.*

ANNO 1621.

GUIL. DU VAIR, *Gallus*, Parisinus, Episcopus Lexoviensis, Franciæ Prò-cancellarius, inque Parlamento Præses, æt. 65. Concinnavit *Meditationes in Psalmos: Tractatum de Sacra Philosophia &c.* Opera ejus junctim edita sunt.

ANNO 1623.

14. Jan. PAULUS SARPIUS, *Venetus*, Reip. patriæ Theologus & Consiliarius, Servita, illiusque ordinis demum Procurator Generalis, à sicariis confossus est, æt. 71. Per Metathesin literarum, sub nomine *Petri Suavis Polani* i. e. *Pauli Sarpi Veneti*, publicavit Italicè *Historiam Concilii Tridentini*, quam deinceps Jo. Deodatus in Gallicum, & Adamus Neutonus in Latinum Sermonem convertit. Scripsit insuper *Historiam Venetorum libris VII: Consideratio- nes super censuras Papæ Pauli V. contra Venetos: Tractatum de Interdicto.*

Historiam particularem rerum inter Pontificem Paulum V. & Remp. Venetam gestarum: De Inquisitione: De Jure Asylorum.

ANNO 1624.

15. Febr. GOTFRIDUS VOGLERUS, *Germanus*, Viadrinus, Med. Doctor & Professor Helmstadiensis. æt. 38. Ab eo habentur *Disputationes de Ictero in genere: De Excrementis &c.*

ANTONIUS FAURE, *Gallus*, Burgensis, Eques, Baro de Peroges, primò Senator Sabaudiensis, dein Consilii Genevensis, demum Senatus Civarensis Præses, æt. 67. In lucem protulit *Conjecturarum libros XX: De Erroribus Pragmaticorum & Interpretum juris Chiliades, tomis quatuor.*

CASPAR MURTULA, *Italus*, Genuensis, JCtus & Poëta, Ducis Sabaudiæ Domesticus. Vulgavit *Odas: Epigrammata: Poëma sacrum de creatione mundi: Nutriciarum, sive Næniarum libros tres &c.*

ANNO 1625.

26. Sept. FELIX DE LA MOTHE LE VAYER, *Gallus*, Consiliarius Regius & Substitutus Procurator Generalis in Parlamento Parisiensi, æt. 78. Scripsit *Tractatum de Legationibus: Poëmata*, & quædam alia.

1. Oct. CÆSAR OUDINUS, *Gallus*, Bassiniacus, Regis Galliæ Henrici Magni Secretarius, & Lingvarum Exoticarum interpres. Condidit *Dictionarium Gallo-Hispanicum: Dictionarium Gallo-Italicum: Grammaticam Hispanicam: Grammat. Italicam.*

ANNO 1626.

LAERTIUS CHERUBINUS, *Italus*, Nursinus. Dedit *Bellarium, sive Collectionem diversarum Constitutionum multorum Pontificum à Gregorio VII. usque ad Sixtum V. tomis quatuor.*

ANNO 1627.

4. Aug. ATHANASIUS GERMOIN, *Italus*, J. C. Ducis Sabaudiæ ad Hispanos Legatus, Archiepiscopus Tarantinus. Foràs misit *Volumen de Jurisdictione Ecclesiastica.*

ALBERTUS POLEVIT, *Polonus*, Cracoviensis, Carmelita, Concionator. Publicavit *Tomos diversos Sermonum, & tractatus alior.*

ANNO 1629.

3. Sept. JOH. KOTZIBUE, *Germanus*, Magdeburgensis, Philos. Magister, primùm Scholæ Quedlinburgensis Rector, deinde Theol. Licent. & Pastor in patria Jacobæus, ætat. 38. Ab eo prodiit *Strigil, sive orthodoxa confutatio tractatus Mart. Becani de Ecclesia: Conciones funebres &c.*

JOH. GULONIUS, *Gallus*, Parisiensis, in patria Advocatus, pòst in Abbatia Fuliensi Monachus, dictusque JO. de S. FRANCISCO, demum Congregationis Ordinis Cisterciensis Generalis. Exaravit *Orationem funebrem in obitum Nicolai Fabri: Responsum de vocatione Pastorum Petri Molinæi: Res præclarè gestas virtutesque eximias Francisci de Sales: Ex* Græco in Latinum transtulit *Epicteti opera: Homilias D. Basilii super Hexameron:*

meron: Parentis sui, Nic. Gulonii, versionem librorum Greg. Nysseni contra Eunonium recensuit.

ANNO 1632.

9. Maji PAULUS ANDREÆ, *Danus*, Cimber, Medelbiensis, Phil. Magister, Ecclesiastes in arce Regia Hafniensi, pòst Episcopus in Insula Gothlandia, tandem Pastor Ecclesiæ D. Virginis Othiniensis, æt. 76. Edidit *Expositionem Epistolarum & Textuum Dominicalium atque Festivalium: Explicationem Catechismi: Historiam de Christi Resurrectione: Explicationem LXIV. textuum funebrium: Postillam Juventutis.*

ANNO 1636.

29. Aug. PETRUS LANSENA, *Italus*, Neapolitanus, in patria Advocatus, ætat. 46. Romæ. Varia elaboravit scripta, ex quibus est *Cleombrotus: Homeri Nepenthis, seu de abolendo luctu: Historia Cynica: Orationes de Lingva Hellenistica.*

ANNO 1637.

21. Sept. WILHEMUS V. HASSIÆ LANDGRAVIUS (vid. suprà ad hujus anni diem) in Societate Fructifera dictus der Kitzliche. Vertit quoque *libellum du Boscii de Fœmina honesta.*

ANNO 1639.

31. Dec. SIGISMUNDUS SCHERERZIUS, *Germanus*, Pastor primùm Pragensis Evangelicus, dein Superintendens Luneburgensis. Scripta, quæ edidit, sunt; *Constantia Evangelica: Oves suspirantes: Vale Pragense: Manuale captivorum: Manuale militantium: Patientia Sanctorum: Sion afflicta, non relicta: Manuale Communicantium: Pœnitentium: Peregrinantium: Parentum lugentium: Fuga Melancholiæ: Speculum Tentationum spiritualium: Thermæ Carolinæ: Cordiale Viduarum, Orphanorum & Exulum: Epistolæ duæ ad Concionatores Evangelicos Pragenses.*

ANNO 1644.

21. Jan. HUGO MENARDUS, *Gallus*, Parisiensis, Monachus Ordinis Benedictinorum. Confecit *Notas in Gregorii Magni lib. de Sacramentis: Concordiam Regularum: Diatribam de unico Dionysio: Martyrologium ex ordine Benedictinorum &c.*

19. Mart. JACOBUS LAURENTIUS, *Belga*, Amstelodamensis, Ecclesiastes in patria, æt. 58. Composuit *Refutationem tripartitæ fabulæ Papisticæ de Purgatorio, Limbo Patrum & Puerorum: Commentarium in epistolam D. Jacobi: In Epistolam I. & II. D. Petri: Expositionem VII. Epistolarum, quas B. Johannes in Insula Pathmos scripsit: Apologeticum I. & II. contra Sandæum: Apologiam Catechesis Heidelbergensis contra Coppensteinium: Invictam veritatem contra eundem: Reverentiam Ecclesiæ Romanæ subdolam erga Patres veteres: Explicationem in loca difficiliora Epist. Pauli: Expositionem Historiæ Josephi in Gen. XXXVI: Conscientiam Jesuiticam cauteriatam: Vulpinam Jesuiticam: Prodigam Jesuitarum liberalitatem in vocibus universalibus*

libus Omnis, nullus, semper &c: Dissert. Theol. de libris Gentilium, Judæorum, Turcarum, veterum Patrum & Pontificiorum permittendis ac tolerandis, contra Gretserum: Hugonem Grotium Papizantem, seu notas in Grotii appendicem de Anti-Christo: Dialogum Eucharisticum.

11. Jul. CHRISTIANUS SINNKNECHT, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister, Inspector Alumnorum Electoralium secundus in Academia patria, inde Archipresbyter & Pastor Rastenburgensis, æt. 29. Habuit Præses *Disputationes aliquot Philosophicas.*

29. Jul. FRANC. BRACCIOLINUS, *Italus*, Pisaurensis, Nuntio Apostolico in legatione ad Gallos à Secretis, æt. 80. Edidit Italicè & Latinè *Opera varia*, & inter ea *Tragœdias & Dramata: Pastorale: Poëma in electionem P. R. Urbani VIII. voluminibus XXIII. &c.*

FERRANTES PALLAVICINUS, *Italus*, Placentinus, Canonicus Regularis S. Augistini congregationis Lateranensis. Ob libera & Satyrica Scripta Avione decollatus est. Prodiit ejus *Samson: Susanna: Talielea libris quatuor: Rhetorica, secundum præcepta Cypriani: Panegyrici, Epithalamii, Discursus Academici, Epistolæ amatoriæ: Pudicitia derisa &c.* Opera omnia duobus tomis impressa sunt. Quædam etiam, sub nomine anagrammatico, *Alcinii Lupa*, emisit.

ANNO 1645.

1. Jun. NICOLAUS FOSSIUS, *Danus*, Cimber, Viburgensis, Med. Doctor, & in Scania Archiater, æt. 58. Reliquit *Themata de Homine; Assertiones Medicas Miscellaneas.*

28. Dec. JO. BAPTISTA MANSUS, *Italus*, Neapolitanus, Villæ Marchio, unus ex Fundatoribus *Academiæ Otiosorum* Neapoli, æt. 84. Composuit *Vitam Torquati Tassi; Erocalliam; Nomicam; Poëmata; Paradoxa &c.*

SAMUEL PETITUS, *Gallus*, Nemausensis, verbi divini in patria Minister, & Theol. Professor, Hebraicè & Cophticè doctissimus. Literis consignavit *Miscellaneorum libros IX; Variarum Lectionum libros IV; Observationum lib. III; Eclogas Chronologicas; Commentarium in Leges Atticas; Diatribam de jure & Principum edictis &c.*

JO. VINCENTIUS IMPERIALIS, *Italus*, Patricius Genuensis, Generalis Commissarius, & summus maritimæ classis Præfectus, sæpe Legatus, tum Dux de S. Angelo, demum ostracismi pœnâ à Genuensi Magistratu damnatus. Vulgavit *Carmina Latina & Italica; Vitæ rusticæ statum; Vaticinos Pastores; Funeralia Horatii Spinolæ Cardinalis; S. Teresiæ vitam &c.*

ANNO 1646.

— Sept. NICOLAUS FARET, *Gallus*, Burgensis, primùm Comiti de Harcour, pòst Regi Galliæ à Secretis, præcipuus Academiæ Francicæ, æt. 46. Composuit *Librum de Homine Polito:* (Is postea ex Gallica lingva

lingva prodiit Hispanicè & Latinè) *Carmina varia.* Trânstulit quoque in idioma vernaculum *Eutropium.*

ANNO 1647.

14. Apr. DAVID AUERBACHIUS, *Germanus*, Limenâ Eulenburgicus, Theolog. Doctor ejusdemque Prof. extraord. Lipsiensis, dein Pastor & Superintendens Bornensis, æt. 47. minist. 7. Emisit *Tractatum de janua clausa, ex Joh. XX. contra apostatam Henricum Innichenhöferum*; *Problema Theol. an Calvinianus in sua sententia S. Cœnam dignè participare possit?*

15. Nov. JANUS NICIUS ERYTHRÆUS, i. e. VICTORIUS ROSSUS, sive de Rossis, *Italus*, Nobilis Romanus, Cardinalis Perreti Aulicus, æt. 71. Sub ficto ejus nomine prodierunt *Pinacotheca imaginum illustrium virorum*; *Orationes XXII*; *Epistolæ*; *Dialogorum volumina duo*; *Exempla virtutum & vitiorum*: *Eudemiæ libri X*; *Documenta sacra ex Evangeliis*; *Paradoxa Christiana*; *Sermones de IV. Novissimis*; *Homiliæ*; *Supplex libellus ad Deum & B. Matrem.*

29. Nov. REINERUS BROCMANNUS, *Germanus*, Megapolitanus, primùm in Gymnasio Revaliensi Græcæ Lingvæ Professor, dein Ecclesiæ Tristferensis in Wiria Pastor, ejusdem districtus Præpositus ac Regii Consistorii Assessor Revaliensis, æt. 38. *Cantilenas aliquot Ecclesiasticas B. Lutheri Esthonico metro* inclusit, quæ adhuc hodie in Manuali sacro Esthonico reperiuntur.

3. Dec. BONAVENTURA CAVALERIUS, *Italus*, Mediolanensis, Ordinis S. Hieronymi, inque Bononiensi Gymnasio Mathem. Prof. primarius. Elaboravit *Directorium universale Uranometricum*; *Geometriam indivisibilium continuorum novâ quadam ratione promotam.*

CLAUDIUS MALLEVILLE, *Gallus*, Parisiensis, Mareschallo de Bassampierro, ad Anglos Legato, nec non Cardinali de Beruleâ Secretis, ætatis 50. Reliquit *Volumen Poëmatum.* Auctor quoque creditur operis, in Italicam lingvam conversi, quod *Stratonica* vocatur.

ANNO 1648.

26. April. CHRISTOPH. THOMAS WALLISERUS, *Germanus*, Argentoratensis, Phil. Magister, Scholæ patriæ Collega, tum Capituli Thomani Vicarius, utriusque Templi Cathedralis & Thomani, nec non Academiæ Musicus, ætat. 80. Composuit *Fontem Israëlis VIII. vocibus*, aliasque cantiones Musicas plures.

ANNO 1649.

8. Jun. VINCENTIUS CARAFA, *Italus*, Neapolitanus, S. J. Phil. in patria Professor, deinde Novitiorum Magister, postea Rector Collegii maximi, & Præpositus domus Professæ, inde Provinciæ Neapolitanæ Rector, ad hæc Præpositus generalis, æt. 65. Soc. 45. Exaravit, sub nomine *Aloysii Siderei*, *Fasciculum Myrrhæ, sive considerationes varias de plagis Christi*: *Iter cœli, seu praxes spirituales*:

tuales: Itinerarium ad alteram vitam: Civem cœli, seu cœlestem conversationem: Peregrinum terræ, seu præparationem ad mortem: Ideam Christiani Hominis, seu directionem ad Christianè vivendum: Seraphinum, seu Scholam Sancti amoris: Epistolam Encyclicam de mediis conservandi primævum Spiritum Societatis.

28. Aug. JOACHIMUS BURSERUS, *Germanus*, Lusatus, Camentiensis, Med. Doctor, primùm Practicus Annebergensis in Misnia, inde in Academia Sorana apud Danos Professor, æt. 56. Formavit *Tractatum de fontium origine: Physicam: De Febri maligna concertationem cum Stobelbergero.*

29. Dec. CASP. KINSCHOTIUS, *Belga*, Nobilis, Poeta, J. U. Doctor, & ad Conventum Monasteriensem in negotio Pacis è Fœderato Belgio Legatus, æt. 27. Prodierunt ejus *Poëmata in IV. libros digesta, quorum 1. sacra & pia 2. eclogas & elegias 3. res gestas 4. Miscellanea continet.*

PIO MUSIUS, *Gallus*, Mediolanensis, Abbas Congregationis du Mont-Cassin. Scripsit *Considerationes super Tacitum: Discursus Politicos: Discursus Academicos: De literis Latinis &c.*

JOH. PAULUS NAZARIUS, *Italus*, Cremonensis, Dominicanus, Clementis VIII. Pontificis Romani & Philippi IV. Regis Hisp. Theologus, æt. 95. Luci exposuit *Disputationes & commentaria Scholastica in summam D. Thomæ Aquinatis tomis VI: Opuscula Theologica &c.*

CHRISTOPH. JUSTELLUS, *Gallus*, Parisiensis, Consiliarius & Secretarius Regius, æt. 69. Divulgavit *Codicem Canonum Ecclesiæ universæ Græcè & Latinè cum notis: Codicem Dionysii Exigui Latinum: Codicem Carthaginensis Ecclesiæ: Breviarium Fulgentii, Ferrandi ac Crisconii: Martini Bracarensis collectionem Canonum Orientalium: Crisconii Concordiam Canonum: Græcos Canonum Collectores, Jo. Antiochenum, Jo. Scholasticum, Alexium Aristinum, Sim. Logothetam: Photium cum commentario Theodori Balsamonis: Varia Synodica cum notis variorum: Codicem Ecclesiæ Africanæ cum notis: Biothecam juris Canonici veteris: Historiam & Genealogiam Domus Arvernensis.*

ANNO 1650.

22. Apr. STEPHANUS JOHANNIS STEPHANIUS, *Danus*, Hafniensis, Phil. Magister, primùm in Rep. Slangerupensi Scholæ moderator, mox in Acad. Sorana Rhetor. demum & Hist. Professor, æt. 51. offic. 33. Publici juris fecit *Breves emendationes & notas in Saxonem Grammaticum: Florilegium Sententiarum ex eodem Saxone: Svenonis, primi Danicæ gentis Historici, Historiam cum notis: Commentaria in Saxonem Grammaticum: Historiam Christiani III. Daniæ Regis: Sententias ex Quintiliano: Orationem de eloquentia nobili viro necessaria: Colloqui-*

loqui-

loquiorum majorum familiarium libros IV: Nomenclatoris Latino-Danici libros IV.

ANNO 1655.

7. Jan. LAURENTIUS PETRÆUS, *Danus*, Sælandus, Schelſchorenſis, Phil. Magiſter, Scholæ illuſtris Herlovianæ Rector, poſt Eccleſiaſtes Nicopiæ Falſtorum, & Præpoſitus, æt. 55. Emiſit *Canticum Canticorum Salomonis, paraphraſi cùm ligata Hebræa & Danica, tum proſa Latina adornatum.*

21. Jun. JOHANNES PAULI VINDINGIUS, *Danus*, Sælandus, Phil. Magiſter, Theologus Othinienſis, æt. 45. Dedit *Diſſertation. Politico-Philologicam de Judæis &c.*

ANNO 1657.

8. Apr. HIERONYMUS ERNESTI, *Germanus*, Erfurtenſis Thuringus, Phil. Magiſter, Lingvarum Orientalium in Academia Regiomontana Profeſſor, inde Paſtor & Archipresbyter Bartenſteinenſis, ætatis 46. Reliquit *Compendioſam Grammaticæ Ebrææ introductionem: Orationes quadruplici Orientalium lingvarum idiomate in Jubilæi Academici ſolennitate habitas: Diſſp. de antiquitate Punctorum: De loco Geneſ. I, 1: Super Pſalmum XXXVII, 25: De eo, quod accuratus Scripturæ interpres notitia lingvæ Chaldææ, Syræ, Arabicæ & Rabbinicæ carere non poſſit &c.*

ANNO 1658.

13. Dec. TOBIAS DORENCRELLIUS, ab Eberhertz, *Germanus*, Philoſ. Magiſter, Eccleſiaſtes ad D. Nicolai Luneburgenſis. Vulgavit *Chronologiam Evangelico-Apoſtolicam, ſive LXXVI. annorum hiſtoriam: Harmoniam Novi Teſtamenti.*

ANNO 1659.

29. Oct. CHRISTIANUS SCHWARTZE, *Germanus*, Gryphiſwaldenſis Pomeranus, J. U. Doctor, Reip. Stralæſundenſis primùm Senator, dein Conſul, demum Judex Provincialis Regius, Nobilis, & ſæpe Legatus, æt. 69. Scripſit *de Attentatis: Orationem in obitum L. B. de Wallenrode, Conſiliarii Brandenburgici &c.*

ANNO 1661.

6. Sept. GEORGIUS BRASCHIUS, *Germanus*, Philoſophiæ Magiſter, ædis primar. Johanniticæ Paſtor Luneburgenſis, ætatis 63. Edidit *Commentationes in Evangelia & Epiſtolas.*

ANNO 1662.

14. Jul. JANUS NICOLAI, *Danus*, Lollandus, Naſchovius, Medicinæ Doctor, Medicus Nidroſienſis, æt. 43. in puteo miſerè extinctus. Ab eo habetur *Gratiarum actio pro Pace anno 1645. patriæ reſtituta, ſermone Ebræo: Eadem oratio Eucharistica ex Ebræo Latinè converſa & notis ſacris Philologicis illuſtrata: Disputatio Inauguralis de Arthritide: Pi-*

um votum felicitati invictæ urbis & illustris sedis Friderici III. consecratum.

ANNO 1663.

17. Maj. ALBERTUS BARTHOLINUS, *Danus*, Hafnienſis, Philoſophiæ Magiſter, Scholæ Regiæ Frideriburgenſis in Sælandia Rector, ætatis 43. Proſtat ejus *Panegyricus in obitum Chriſtiani V. Regis Daniæ: Oratio gratulatoria ad Fridericum III. Regem Daniæ: De Scriptis Danorum liber poſthumus.*

20. Auguſt. LAURENTIUS JACOBI, *Danus*, Fyonus, Wibyenſis, Theologiæ Doctor, Eccleſiaſtes Rudcopienſis in Langerlandia, poſtea Regibus Daniæ & Norwegiæ Chriſtiano IV. & Friderico III. à Concionibus Sacris, tandem Fyoniæ Epiſcopus, ætatis 63. Publicavit *Conciones funebres ex I. Chronic. XXIX, 26. 29: ex II. Regum XXII, 18. 19. 20: ex Geneſ. V, 24: ex Proverb. VII &c.*

ANNO 1665.

26. Auguſt. CHRISTIANUS STENBUCHIUS, *Danus*, Hafnienſis, Philoſophiæ Magiſter, Hebraicæ Lingvæ in Academia patria Profeſſor, ætatis 40. Exaravit *Exercitationem Phyſico-Mathematicam de aſſertionibus quibusdam Scipionis Claramontii: Exercit. Philol. de tribus vaticiniis Geneſ. XLIX, 2-13: Aſſertiones aliquot Philoſophicas: De*

uſu principiorum rationis ac Philoſophiæ in controverſiis Theologicis, contra Nicolai Vedelii Rationale Theologicum.

ANNO 1666.

ADAMUS WEINHEIMERUS, &c. *Addatur:* Obiit 21. Septembr. æt. 52. Miniſt. 15.

ANNO 1669.

13. Octobr. JACOBUS CLAUDERUS, *Germanus*, Altenburgenſis, Theologiæ Doctor, Paſtor & Superintendens Delitienſis. Edidit *Catalogum eorum, ſuper quorum funeribus habitas conciones poſſidet: Diſputationem Inauguralem de Papa Romano, num & Cæſarea Majeſtas ab ejus coronatione dependeat, & num indirectè ſumma poteſtate in temporalibus fulgeat? Conſiderationem de Pace Religioſa: Conciones funebres varias: Homiliam Irenicam &c.*

ANNO 1670.

25. Auguſt. BENEDICTUS BAHRIUS, *Germanus*, Pomeranus, primùm Gymnaſii Stralæſundenſis Rector, deinde Jur. Utr. Doctor, ibidem Senator & Camerarius. Reliquit *Orationes aliquot Hiſtoricorum illuſtriores è Saluſtio, Curtio & Livio deſumptas: Sententias ex Auctoribus claſſicis ſelectas: Orationes II. de Pace &c.*

7. Decembr. JOHANNES SIGISMUNDUS SCHWENCKIUS, *Germanus*, Neubrunnenſis Francus, Philoſophiæ Magiſter, primùm in Acade-

Academia Lipsiensi Dialecticæ, Philosophiæ & Metaphysicæ Professor, deinde Theologiæ Licentiatus, & ad S. Nicolai, nec non ad D. Johannis Pastor Luneburgensis. Ab eo extat *Disputatio de iterata collatione remissionis peccatorum sub ipsa ejusdem continuatione, potissimum an talis extat? De Pluvia: De Sono &c.*

ANNO 1672.

6. Novembr. ARNOLDUS JOHANNIS DE FINE, *Danus*, *Scanus*, Helsingburgensis, Rector Scholæ Bergensis in Norwegia, deinde Theologiæ ibidem Lector, demum Episcopus Nidrosiensis, æt. 58. Descripsit *Incendium, quod Bergis Norricorum V. Jul. 1640. horrendis flammis grassari cœpit, elegiacô carmine, delineatum: De Legitimis Belli causis.*

ANNO 1673.

14. JOHANNES HARTMANNUS KORNMANNUS, *Germanus*, Marpurgensis, Jur. Utr. Doctor, primùm Moralium Civiliumque, deinde Juris Canonici in Academia patria Professor, & Consiliarius Hassiacus, ætatis 49. Formavit *Hypotyposin Paliliorum & Solennium Inaugurationis Academiæ Marpurgensis: Theodosium II. redivivum i. e. Panegyricum in Guilelmum VI. Landgravium Hassiæ: Disputationes de Prudentia Politica*, aliisque materiis Philosophicis & Juridicis.

14. Octobr. ABRAHAMUS BOOTS, *Germanus*, Bremensis, Philosophiæ Magister, Eloquentiæ & Historiarum in Academia Marpurgensi Professor, ætatis 46. Vulgavit *Orationem in obitum Johannis Henrici Dauberi JCti: Disputationes Historico-Chronologicas, de sex dierum operibus: De Habitu: De Alicubietate &c.*

ANNO 1975.

26. Septembr. JOHANNES ERHARDUS CELLIUS, *Germanus*, Eslingensis, Philosophiæ Magister, Ecclesiastes primùm Neostadiensis, deinde Oberstenfeldensis, tum Diaconus & demum Pastor ac Superintendens in patria, ætatis 42. ministerii 22. Reliquit *Conciones aliquot funebres*, & si quæ sunt alia.

ANNO 1676.

27. August. JOHANNES JANI SVANINGIUS, *Danus*, Cimber, Ripensis, Philosophiæ Magister, Regiæ Scholæ Soranæ Rector, pòst in Samsoa insula maris Balthici Præpositus, atque Ecclesiarum Onsbergensis & Besserensis Pastor, ætatis 77. Struxit *Colossum Nebucadnezaris, seu de IV. Monarchiis: Chronologiam Danicam: Parva Biblia: Aureum Chronologorum Horologium &c.*

ANNO 1677.

30. April. LAURENTIUS BORDINGIUS, *Danus*, Cimber, Arhusiensis,

ſis, Phil. Magiſter, in Acad. Sorana Hiſtor. Profeſſor, pòſt in urbe patria Theologus, æt. 68. Compoſuit *Differt. de utraque Hiſtoria rectè legenda atque intelligenda.*

ANNO 1678.

18. Maji GUILIELMUS MECHOVIUS, *Germanus*, primùm Monaſterii Walkenredenſis, deinde Scholæ Cellenſis Rector, demum in illuſtri Collegio Luneburgenſi ad D. Michaelis Eloq. & Hiſtor. Profeſſor, ac Nobilium Inſpector, æt. 60. Concinnavit *Hermathenen* h. e. *Mercurii ac Palladis ſimulacrum*, *de recta Inſtitutione Juventutis Scholaſticæ libellum*: *Laurum Guelphicam*: *Philoſophiam Parænetieam*: *Carmina varia*, non ſine aculeo.

— Sept. CYRIACUS LENTULUS, *Pruſſus*, Elbingenſis, primùm Polit. & Humaniorum literarum Herbornenſis, deinde Græcæ Lingvæ, Poëſ. & Hiſtor. Eccleſiaſticæ Profeſſor

Obiit ANNO 1678.

Marpurgenſis. Peragravit magnam Europæ partem, Lingvarum exoticarum plurium peritus, Antiquitatis Græcæ & Latinæ penu quoddam vivum, Poëta inſignis, obiit ſexagenario major. Scripta haud pauca dedit, è quibus *Aula Tiberiana, ſolertiſſimi ad imperandum Principis idea*: *Imperator, ſive de jure circa bella & pacem obſervando*: *Prudentia militaris priſci & recentioris ævi ac Imperatoris abſoluti*: *Nova Renati des Cartes ſapientia detecta*: *Carteſius triumphatus, & nova ſapientia ineptiarum & blaſphemiæ convicta*: *Tract. cui titulus*; *Quid conſilii? Parnaſſi Latialis Ariſtarchus*: *Europa, carmine Heroicô*: *Germania*: *Vita Agricolæ*: *Comment. de Arcanis Regnorum & Imperiorum*: *De Autoribus legendis diſſertatio*: *Apex gloriæ Romanæ, ſive de ſtatu Rei Romanæ priſco & recentiori*: *Memoriale Juridicum*: *Princeps abſolutus*: *Auguſtus, ſive de convertenda in Monarchiam Republica*: *Politica, ſive de Republica*: *Janus reſeratus &c.*



INDEX,

Juxta Auctorum cognomina.

ABbatius (Robert⁹) Epist. obiit 1617.
Abbotius (Georg.) Archiepisc. 33.
— (Robertus) Theol. 30.
Aberdon (Patric. Forbes.) Baro 35.
Abington (Guil.) Poëta 54.
Abrahamus (Nicol.) S. J. 55.
Acernus (Sebast.) I. C. 8.
Achilles (Alex.) Nobil. 75.
Achillinus (Claudius) I. C. 40.
Achrelius (Ericus Dan.) Med. 70.
Acosta (Gabr.) Theol. 16.
— (Emman.) S. J. 4.
— (Josephus) S. J. 0.
Adami (Tob.) I. C. 43.
Adamus (Melch) Phil. 22.
Adolphi (Henr.) Theol. 86.
Adjutus (Josephus) Theol. 68.
Ægidius (Bened.) I. C. 23.
— (Christoph.) Jes. 8.
— (Petrus) Jes. 22.
— (Janus) Episc. 26.
Æmilius (Anton.) Hist. 61.
Ænetius (Theoph.) Phil. 31.
Æschelius (Hier.) I. C. 72.
Affelmannus (Joh) Th. 24.
Agardus (Nicol.) Phil. 57.
Agerius (Nic.) Med. & Phil. 34.
Agricola (Ægid.) I. C. 46.
— (Franc.) Theol. 21.
Aguardus (Franc.) S. J. 54.
Agucchius (Jo. Bapt.) Archiep. 32.
Aguilar (Jo. de) Poëta 34.
— (Steph.) S. J. 68.
Aguillonius (Franc.) S. J. 17. Append.
Aichmannus (Mart.) 16.
Aigenler (Adamus) Jes. 73.
Airay (Henr.) Theol. 16.
Akakia (Mart.) Med. 5.
Akusen (Jodocus) Th. 30.
Alanus (Jo. Jan.) Theol. 31.
— (Georg. Christ.) Th. 64.
Alardus (Joh.) S. J. 41.
— (Lampertus) Th. 72.
— (Wilh.) Th. 45.
Albanel (Garcer.) Archiepisc. 26.
Albanus (Franc.) Theol. 39.
Albaspinæus (Gabr.) Episc. 30.
Albericus (Jac.) 10.
Alberti (Nicol.) Jes. 41.
Arbertinus (Franc.) S. J. 19.
Albertus (Andr.) Jes. 57.
— (Henr.) Musicus 51.
Alberus (Ferdin.) S. J. 17.
Albino (Jo. de S.) S. J. 60.
Albi (Henr.) S. J. 59.
Albinus (Joh. Georg.) Th. 79.
Albrecht (Bern.) Th. 36.
— (Georg.) Th. 47.
Albritius (Aloys.) 55.
Alcazar (Lud. de) Jes. 13.
Alciatus (Melch.) J. C. 18.
— (Terent.) S. J. 51.
Alderetus (Jos.) Jes. 16.
— (Bern.) Jes. 57.
Aldobrandinus (Pet.) Card. 21.
— (Hippol.) Papa 5.
Aldobrandus (Ulysses) Phil. 5.
Alegre (Mart. Ant.) Carmel. 58.
Alegambe (Phil.) S. J. 52.
Alemannus (Cosmus) S. J. 34.
ALEXANDER VII. PONTIF. ROM. (antea Fabius Chisius) 67.
Alfordus (Mich.) Jes. 52.
Alischer (Sebast.) Theol. 74.
Allard (Claudius de) Jes. 41.
Allatius (Leo) Theol. 69.
Allenus (Thom.) Mathem. 32.
Almeida (Emman.) S. J. 46.

Alloza (Jo. de) Jes. 66.
Alois (Petr.) S. J. 67.
Alphonsus (Franc.) S. J. 49.
Alpinus (Prosper) Med. 16.
Alstedius (Henr.) Theol. 38.
Althoferus (Christoph.) Th. 60.
Altingus (Henr.) Theol. 44.
Alva (Petrus de) Minorita 67.
Alvarez (Ant) Jes. 62.
— (Balth.) Jes. 30.
— (Didacus) Jes. 18.
— (Franc.) I. C. 5.
— (Gabr.) S. J. 45.
— (Jac.) S. J. 20.
Aluccius (Cæs.) S. J. 34.
Amende (Georg.) S. J. 24.
Amesius (Guil.) Theol. 39.
Amicus (Barth.) Jes. 49.
— (Franc.) Theol. 51.
Amlingus (Wolffg.) Theol. 6.
Ammianus (Jo. Ludov.) Th. 60.
Ampsingius (Joh. Assverus) Med. 41.
Amselius (Adr.) I. C. 85.
Amyraldus (Moses) Theol. 65.
Anasco (Petrus de) S. J. 5.
Andertonus (Laur.) Jes. 43.
Andrada (Anton.) Jes. 33.
— (Alph. de) S. J. 72.
Andrea (Innoc. à S.) Carmel. 20.
Andreanus (Jo. Bapt.) S. J. 75.
Andreæ (Adamus) Phil. 46.
— (Balth.) I. C. 35.
— (Joh.) Med. 50.
— (Jo. Valent.) Th. 54.
— (Laur.) Theol. 34.
— (Tob.) Phil. 76.
— (Paulus) Theol. 32. Append.
Andries (Jodoc.) Jes. 58.
Angelocrater (Dan.) Th. 39.
Angelus (Joh.) Theol. 8.
Andrewes (Lancel.) Episc. 26.
Annatus (Franc) Jes. 70.
Antonianus (Silvius) Cardin. 3.
Antonilez (August.) Theol. 26.
Antonii (Gothofr.) I. C. 18.
Antonius (Franc.) S. J. 10.
Aquaviva (Claudius) S. J. 14.
Aquilar (Franc.) Th. 13.
— (Joh.) Poëta 34.
Aquilonius (Franc.) S. J. 17.
Aragona (Alph de) 29.
Arana (Jo. Arcast. de) Carmel. 63.
Aranea (Vincent.) Jes. 53.
Arauxo (Franc. de) Episc. 63.
Arcones (Andr. Luc.) S. J. 58.
Argallus (Joh.) Theol. 6.
Argolus (Andr.) Ep & Math. 48.
Armenta (Alvarus Arias de) Jes. 43.
Arias montanus (Bened.) Th. 8.
— (Franc.) Jes. 5.
Ariston (Zachar.) Theol. 6.
Arithmæus (Valent. I. C. & Poëta 20.
Armandus (Ignat.) S. J. 38.
Armenta (Alvarus Arias de) S. J. 43.
Arminius (Jacobus) Theol. 9.
Arnauld (Rob.) Eques 74.
Arnbrusterus (Joh.) Jes. 3.
Arnava (Nic.) Jes. 22.
Arndius (Christoph.) Phil. 53.
— (Joh.) Theol. 21.
Arningius (Henr.) Th. 62.
Arnisæus (Henn.) Med. 35.
Arnoldus (Casp.) Th. 66.
— (Christoph) Th. & Phil. 85.
— (Nicol.) Th. 88.
— (Tob.) Jes. 45.
Arnos seu Arnulphus (Jo. de) Jes. 36.
Arras (Joh. de) S. J. 66.
Arreboe (Andr. Christ.) Th. 37.
Arriaga (Paulus Jos.) Jes. 22.
— (Roder.) Jes. 67.
Arrubal (Petrus de) Jes. 8.
Artomedes (Sebast.) Th. 2.
Artomius (Petrus) Theol. 9.
Armæus (Domin.) I. C. 37.
Arzet (Andr.) S. J. 75.
Artiaga (Hart. Fel.) Th. 33.
Athanasius (Joh. Bapt.) S. J. 30.
Asterius (Gasp.) Jes. 1.
Aschendorff (Guil.) Jes. 33.

Aslacus

Aslacus (Corn.) Theol. 24.
Assonleville (Hub.) Ord. Benedict. 33.
Assum (Joh.) Theol. 19.
— (Wolffg. Lud.) Th. 58.
Attichay (Lud. Donius de) Episc. 68.
Avancinus (Nicol.) S. J. 86.
Auberius (Jo. Henr.) S. J. 52.
Audenantius (Hub.) Theol. 15.
Avenarius (Joh.) Orat. 31.
Averbachius (Dav.) Th. 47. & in Append.
Averoult (Ant de) Jes. 14.
Augenius (Horatius) à Monte Sancto Med. 3.
AUGUSTUS DUX Brunsv. & Luneb. 66.
Augustinus (Jos.) Jes. 43.
— (Marcellus) Jes. 46.
Avila (Alphonsus de) S. J. 43.
— (Ægid. de) 58.
— (Didacus de) Theol. 11.
— (Jul. de) Theol. 5.
— (Steph. de) Jes. 1.
Auriemma (Th.) S. J. 71.
Aurivillius (Petrus) Theol. 77.
Ausius (Henr.) Phil. 59.
Ayres (Franc.) S. J. 64.
Azebedo (Pet. Gonzalez) Episc. 6.
Azevedo (Lud. de) Jes. 34.
Azonius (Joach.) I. C. 5.
Azorius (Joach.) S. J. 3.
BAazius (Joh.) Archiep. 81.
Bacherius (Pet.) Theol. 1.
Bachetus (Claud. Gasp.) Nobil. 38.
Bachmannus (Joh.) Poëta 46.
Bachovius (Reinerus) I. C. 14.
Bacmeisterus (Luc.) Theol. 8.
— (Luc.) Theol. 38.
— (Luc.) Theol. 79.
— (Joh.) Med. 31.
— (Joh.) Med. 86.
— (Math.) Med. 26.
Baco (Franc.) de Verulamio 26.
Baeckius (Theod.) S. J. 76.
— (Joach.) Theol. 19.
Baert (Arn.) I. C. 27.
Baez (Balth.) Theol. 38.
Baeza (Didacus de) Jes. 47.
Bahrius (Bened.) J. C. 70.
Bagotius (Joh.) S. J.
Bagshaw (Edoardus)
— (Ed.) Th
Bainbridgius (Joh.)
Baillius (Guil.) Jes.
Bajolius (Joh.) Jes.
Bajus (Jac.) Theol. 14.
Baker (Rich.) Eques 44.
Bakius (Reinh.) Theol. 57.
Balcus (Jos.) Theol. 40.
Balc (Edoardus) I. C. 28.
Baldellus (David) Jes. 55.
Balde (Jac.) S. J. 68.
Baldinus (Bernh.) Med. 0.
Balduinus (Balth.) Theol. 52.
— (Frid.) Teol. 27.
— (Christ. Ad.) Med. 82.
— (Guil.) Jes. 32.
Baldus (Bernh.) Theol. 17.
— (Camillus) Phil. 35.
Balestrierius (Vincent.) S. J. 71.
Balinghem (Ant de) Jes. 30.
Ball (Joh.) Theol. 40.
Ballester (Lud.) S. J. 24.
Ballonius (Guil.) Med. 16.
Ballus (Jos.) Theol. 40.
Balsamus (Ignat.) Jes. 18.
Balzac (Jo. Lud.) Nobil. 54.
Bangertus (Henr.) Phil. 65.
Bangius (Thom.) Theol. 61.
Banck (Laur.) I. C. 62.
Banuez (Domin.) Theol. 4.
Bannigius (Janus Bodech.) Phil. 42.
Bantius (Leander) Monachus 44.
Banzerus (Marcus) Med. 64.
BARBERINUS (Maphæus) pòst URBANUS VIII. Pont. Rom. 44.
Barbosa (August.) Episc. 49.
Barcham (Joh.) Theol. 42.
Barclajus (Guil.) I. C. 9. Append.
— (Joh.) Nobil. 21.
Bardin (Pet.) Phil. 37.
Bardus (Franc.) S. J. 61.
Bargioccus (Jo. Bapt.) Theol. 64.

(Nicol.) Theol. 48.
Casp.) Phil. 47.
) Theol. & Phil. 55.
lbas) Poëta 28.
Cardin. 7.
bast.) Jes. 15.
(Eman.) 20.
— (Franc.) S. J. 63.
Barros (Alph. de) Nobil. 4.
Barrow (Isaac) Theol. 77.
Barry (Paulus de) S. J. 61.
Barthels (Conr.) Theol. 62.
Barthius (Gasp.) Eques 58.
Bartholinus (Casp.) Theol. & Med. 29.
— (Jac.) Phil. 53.
— (Thom.) Med. 80.
— (Albertus) Phil. 63. Append.
Bartilius (Laur.) Jes. 35.
Bartoletus (Fabrit.) Med. 30.
Barraut (Joh. Jobertus de) Archiep. 43.
Bartschius (Jac.) Med. & Math. 33.
Bartscius (Frid.) Jes. 9.
Bassolius (Ant.) S. J. 22.
Basgape (Carolus) Phil. 15.
Bastard (Th.) Theol. 18.
Bateus (Georg.) Med. 68.
Bathæus (Guil.) Jes. 14.
Battus (Abrah.) Theol. 74.
— (Barthol.) Theol. 39.
— (Conr.) Med. 5.
Bavarius (Ægid.) Jes. 27.
Bavarus (Conr.) Phil. 43.
Baudius (Domin.) J. C. & Hist. 13.
Bavia (Ludov. de) Theol. 28.
Bauerus (Andr.) Theol. 38.
Bauhinus (Casp.) Med. 24.
— (Joh. Casp.) Med. 85.
Bauhusius (Bernh.) Jes. 19.
Baumbachius (Joh. Balth.) Philos. 22.
Baumannus (Christ.) S. J. 35.
— (Henr.) Theol. 69.
Bauny (Steph.) S. J. 49.
Bauschius (Joh. Laur.) Med. 65.
Bauschere (Alanus de la) Jes. 34.
Baurmeisterus (Tob.) J. C. 16.
Baxius (Nic.) Ord. August. 42.
Baylius (Ludov.) Theol. 32.
Beau seu Bellus (Joh. Bapt.) Jes. 70.
Beaufex (Jac.) S. J. 50.
Beatillus (Anton) Jes. 42.
Beatus (Gabr.) Jes. 73.
Bebelius (Balth.) Theol. 86.
Bebius (Phil.) Soc. Jesu 37.
Becanus (Mart.) S. J. 24.
Bechtoldus (Joh.) Theol. 22.
Beckerus (Conr.) Theol. 4.
— (Daniel.) Med. 53.
— (Daniel.) Med. 70.
— (Rötgerus) Theol. 57.
Beckius (Sebast.) Theol. 54.
Becmannus (Christianus) Theol. 48.
— (Frid.) Theol. 66.
— (Lucas) J. C. 24.
— (Detlevus) Theol. 84.
Bedellus (Wilh.) Episc. 42.
Beer (Domin.) Theol. 63.
Behaim (Jo. Frid) J. C. 81.
Behmius (Dan. Jonæ) Orat. 70.
— (Georg.) Jes. 66.
— (Joh.) Theol. 48.
— (Mich.) Theol. 50.
Beierus (Andr.) Theol. 78.
Beierling (Laur.) Theol. 27.
Belbonus (Archang.) Jes. 27.
Bellarminus (Rob.) Cardin. 21.
Bellius (Paulus) Jes. 58.
Bellonius (Paul.) J. C. 25.
Bembus (Matth.) S. J. 45.
Benckendorffius (Mart.) J. C. 21.
Benedicti (Sim.) Theol. 49.
Benedicto (Bened. de) Theol. & J. C. 31.
Benfeld (Sebast.) Theol. 30.
Benignus (Franc.) S. J. 61.
Benius (Paulus) Phil. 25.
Benningius (Jo.) J. C. 32.
Bergen (Retgerus Zum) J. C. 60.
Bergerus (Valent.) Phil. 75.
Beringius (Jo.) Theol. 58.
— (Vitus) J. C. & Hist. 75.
Berckelmannus (Theod.) Theol. 45.

Bergk (Christ. Georg. à) Eques 27.
Bergmannus (Gregor.) Phil. 11.
Berelius (Georg.) Phil. 76.
Bergius (Conr.) Theol. 42.
— (Joh.) Theol. 58.
Berlaimontius (Phil.) Jes. 37.
Berlichius (Georg.) Theol. 71.
— (Matth.) J. C. 38.
Bernal (August.) S. J. 42.
Bernardinus (Marcus) Phil. 63.
— (Theoph.) S. J. 25.
Bernardonus (Guil.) J. C. 28.
Bernardus (Claudius) Ord. Cisterc. 41.
— (Steph.) J. C. 9.
Bernartius (Joh.) J. C. 1.
Berneggerus (Matth.) Histor. 40.
Berninus (Joh. Laur.) Eques 80.
Bergmannus (Georg.) Philos. 11.
Bertelius (Joh.) Theol. 7.
Bertonius (Leonh.) Jes. 66.
Bertaud (Joh.) Episc. 11. in Append.
Bertius (Petrus) Phil. 29.
Bertramus (Casp.) Theol. 83.
— (Nic.) Theol. 19.
— (Sixtus) Theol. 71.
Berullus (Petrus) Cardin. 29.
Bery (Joh.) Theol. 67.
Berzettus (Nicol.) Jes. 44.
Beslerus (Hier.) Med. 32.
— (Mich. Rup.) Med. 61.
Besoldus (Christoph.) I. C. 38.
— (Joh. Georg.) I. C. 25.
Bessel (Henr.) I. C. 71.
Betkius (Joach.) 63.
Bettinus (Marius) Jes. 57.
Betulius (Sigism.) I. C. & Hist. 81.
Beumlerus (Marcus) Theol. 11.
Beutherus (Joh. Mich.) I. C. 18.
Beza (Theod.) Theol. 5.
Biardus (Pet.) S. J. 22.
Biccius (Greg.) J. C. 57.
Bidembachius (Felix) Theol. 12.
Bidermannus (Jac.) S. J. 39.
Bielche (Jan.) Nobilis 59.
Biegeisen (Joh.) Jes. 36.
Bignonius (Hier.) J. C. 56.
Bilstein (Joh.) S. J. 63.
Bindrim (Joh. Georg.) Theol. 78.
Binetus (Steph.) S. J. 39.
Binnius (Henr.) J. C. 65
Birckbeck (Sim.) Theol. 56.
Birckerodius (Janus) Theol. 86.
Bircken (Sigism. Von) aliàs Betulius Poëta & Hist. 81.
Biörnklau (Matth.) Nobil. 71.
Bisciola (Joh. Gabr.) Jes. 13.
— (Lælius) Jes. 29.
Bisschop (Guil.) Episc. 24.
Bitschius (Casp.) J. C. 36.
Bivarius (Franc.) Ord. Cisterc. 38.
Biverus (Pet.) S. J. 56.
Bobynet (Petrus) S. J. 68.
Biung (Andr.) Nobilis 79.
Bocangel (Gabr.) Phil. 58.
Bochartus (Samuel) Theol. 67.
Bochius (Joh.) J. C. 9.
Bockenbergius (Petrus Corn.) Hist. 17.
Bodius (Robertus) Theol. 27.
Bodlejus (Thom.) Eques 12.
Boecap (Arn.) Jes. 22.
Boekelen (Christ. Otto à) J. C. 76.
Boethius (Henr.) Theol. 22.
Bœclerus (Joh. Henr.) Orat. & Hist. 72.
Bœckelmannus (Joh. Frid.) J. C. 81.
Bœye (Andr. de) Jes. 50.
Boissart (Petrus de) J. C. 16.
Blanckenhagen (Sim.) Theol. 40.
Blancanus (Jos.) Jes. 24.
Blance (Thom. le) Jes. 69.
Blancus (Andr.) Jes. 57.
Blanch (Josephus) Theol. 13.
Blancke (Mich.) Theol. 37.
Blanckenburg (Frid.) Theol. & Phil. 25.
Blankwel (Georg) Theol. 8.
Blancwaltius (Justus) Theol. 0.
Blandrata (Georg.) Med. 11.
Blasæus (Jac.) 18.
Blondellus (Franc.) Mathem. 86.
Blau (Guil. Jansonius) 38.
Blasco (Pet.) Ord. Domin. 16.

Blomius (Joh.) Phil. 72.
Blume (Christ. David) Theol. 84.
— (Christoph.) Theol. 69.
— (Joh. Er.) Theol. 83.
Bogam (Zach.) Phil. 59.
Bochme (Jac.) Sutor 24.
Bogermannus (Joh.) Theol. 37.
Bodius (Robertus) Theol. 27.
Bodlejus (Thom.) Eques 12.
Bohemus (Euseb.) Theol. 33.
— (Joh.) Phil. 76.
— (Mart.) Theol. 22.
Bocangel (Gabr.) Poëta 58.
Bohlius (Jac.) Theol. 70.
— (Sam.) Theol. 39.
Bohyræus (Arnaldus) S. J. 56.
Bojerus (Laur.) Jes. 19.
Boisrobert (Franc. Metel de) Abbas 62.
Boissius (Joh.) 25.
— (Joh.) Theol. 40.
Boissat (Pet. de) I. C. 16. Append.
Boissarda (Janus Jac.) Phil. 23.
Bokarts (Adrianus) I. C. 69.
Boldonius (Sigism.) Med. 30.
Bollardus (Joh) S. J. 65.
Boltonus (Rob.) Theol. 31.
— (Sam.) Theol. 54.
— (Sam.) Theol. 68.
Bolthenius (Henr) Theol. 37.
Bolthe (Jos.) Jes. 58.
Bomplanus (Ignat.) S. J. 75.
Bona (Joh.) Cardin. 74.
Bonaldus (Franc.) S. J. 14.
Bonacina (Mart.) Theol. 31.
Bonafe (Raph. de) S. J. 68.
Bonartius (Nicol.) Jes. 10.
— (Oliver.) Jes. 55.
Banfrerius (Jac.) Jes. 42.
Bongarsius (Jac.) I. C. & Hist. 12, Conf. & Append.
Bonifacius (Balth.) I. C. 53.
— (Joh.) I. C. 35.
— (Joh) S. J. 6.
Bonieres (Carolus de) Baro 68.
— (Marc.) Jes. 31.
Bonnefons (Amabil.) Jes. 53.
Bonnetus (Joh.) Jes. 54.
Bonnet (Christ.) Med. 55.
Bontekos (Cornel.) Med. 85.
Bonvinius (El.) Med. 12.
Borbonius (Nicol.) Phil. 44.
Bordesius (Joh.) Jes. 20.
Bordingius (Laurent.) Theol. 77. Append.
Boreel (Adamus) Socin. 66.
Borgesius (Joh.) Med. & Math. 52.
Bornhorstius (Eberh.) I. C. 9.
Bornius (Joh.) I. C. 60.
Borria (Franc. de) Comes. 58.
Borromæus (Frid.) Cardin. 31.
Borrus (Christoph) Theol. 32.
Boschius (Mich.) Phil. 8.
Bosco (Christoph. à Sacro) Jes. 26.
Bosendorff (Herm.) Jes. 23.
Bosius (Gottfr. Christ.) Theol. 71.
— (Joh. Andr.) Hist. 74.
Bosquierus (Phil.) Ord. Franc. 36.
Bosquet (Franc.) Episc. 76.
Bossu (Simon de) Jes. 64.
Botefangus (J. C.) 26.
Bothniensis (Olaus) Theol. 76.
Bothvidus (Joh.) Theol. 35.
Böttigerus (Joh.) Theol. 72.
Botsaccus (Joh.) Theol. 74.
Boots (Abrah.) Phil. 73. in Append.
Boudot (Paulus) Theol. 35.
Boutonus (Franc.) Jes. 28.
— (Jac.) Jes. 58.
Boverius (Zachar.) Theol. 38.
Boulogne (Adr. de) Jes. 55.
Bourcier (Claudius) S. J. 32.
Bourgesius (Jacobus) Theol. 0.
— (Joh.) Jes. 53.
Bouchorstius (Florent.) Jes. 10.
Bourignon (Antonnette) Virgo 80.
Bourdin (Pet.) Jes. 53.
Bourg (Mos. du) S. J. 62.
Bovius (Jo. Ant.) 22.
— (Bened.) Ord. Domin. 31.
Bowot (Jac.) J. C. 36.
Boym (Bened. Paulus) S. J. 70.

Boyman

Boyman (Jac.) S. J. 69.
Boysot (Carolus) Theol. 36.
Boxhorn (M. Zuer.) Orat. 53.
Bracciolinus (Franc.) Poëta 44. in Append.
Brachelius (Adolphus) Hist. 52.
Brahe (Tycho) Mathem. 1.
Brand (Ger.) Theol. 83.
Brandmüllerus (Jac.) Theol. 29.
Brandis (Casp.) Jes. 48.
Brandus (Jo. Anton.) 26.
Brantius (Joh.) J. C. 39.
Brancatius (Franc. Maria) Cardin. 75.
Brantus (Joh.) S. J. 1.
Braschius (Mart.) Theol. 1.
— (Georg.) Theol. 61. Append.
Brask (Sam. Pet.) Theol. 68.
Brassica (Joh.) 19.
Braun (Nicol.) Med. 39.
Bravus (Nic.) Ord. Cisterc. 48.
— (Barthol.) Jes. 7.
— (Sebast.) Theol. 8.
Breda (Corn. à) 20.
Brendelius (Zach.) Phil. & Med. 26.
— (Zach.) Med. 38.
Bredelovius (Barch.) Theol. 77.
Breerwoord (Edoardus) Phil. 13.
Brehmius (Christ.) J. C. 67.
— (Joh.) Theol. 70.
Breitingerus (Jac.) Theol. 45.
Brenius (Dan.) Socin. 64.
Brenneccius (Joh.) Phil. 55.
Bresserus (Mart.) Jes. 35.
Brett (Richardus) Theol. 37.
Breveil (Joh.) S. J. 70.
Bridges (Joh.) Episc. 18.
Brier (Phil.) S. J. 68.
Brignole (Ant.) S. J. 62.
Bridoul (Touss.) Jes. 72.
Bringius (Israël) Phil. & J. C. 62.
Brisacier (Joh.) Jes. 68.
Brisselius (Joh.) Jes. 34.
Britius (Fabric.) Jes. 56.
Brito (Bern. de) Theol. 17.
— (Didacus de) Theol. 35.
Brivius (Franc.) S. J. 66.
Brochmandus (Casp.) Episc. 52.
— (Erasmus) Phil. 62.
— (Erasmus) Theol. 64.
— (Joh.) Theol. 64.
— (Joh. Er.) Phil. & Theol. 38.
Brognonius (Franc.) Med. 19.
Bronchorstius (Everh.) J. C. 27.
Brochmannus (Reinerus) Theol. 47. in Append.
Bronzerius (Joh. Hier.) Med. 30.
Brömerus (Mich.) Philos. 82.
Broquard (Jac.) Jes. 60.
Brossardus (Joh.) Jes. 36.
Brotbequius (Joh. Caur.) Med. 77.
Broughtonus (Hugo) Theol. 12.
Brouhorstius (Florent.) S. J. 10.
Browerus (Christoph.) S. J. 17.
Brownrius (Raph.) Theol. 59.
Bruno (Jacobus) Phil. 54.
Brunus (Florus) Ord. Cisterc. 48.
— (Anton.) J. C. 35.
Bruggius (Henr.) Phil. 30.
Brunn. (Joh. Jac.) Med. 60.
— (Laur. de) S. J. 63.
Brulovius (Casp.) Phil. 27.
Brumhorstius (Christoph.) Theol. 64.
Brunellus (Huer.) Jes. 13.
Brunnerus (Andr.) S. J. 58.
— (Balth.) Med. 10.
— (Martinus) Theol. 79.
Brunnemannus (Joh.) J. C. 72.
Bruyn (Joh. de) Phil. 75.
Buccaferreus (Hier.) J. C. 23.
Buccius (Guil.) Jes. 43.
Buccellenus (Joh.) S. J. 69.
Buchnerus (August.) Orat. 61.
Buchellius (Arn.) J. C. 41.
Buckeridge (Joh.) Theol. 31.
Buckland (Rad.) 11.
Bucholtzerus (And. Henr.) Theol. 71.
Buchorst (Joh. Aloys.) L. B. 81.
Bueckius (Hier.) Theol. 73.
Budden (Joh.) J. C. 20.
Budowiz (Vencesl.) L. B. 21.
Bueil (Honor. de) Eques 70.

Bulæus (Christoph.) Theol. 77.
Bulengerus (Jo. Cæsar) Jes. 28.
Bulius (Nicol.) J.C. & Med. 15. in Append.
Bulson (Thom.) Episc. 16.
Bunnius (Franc.) Theol. 17.
Burch (Lamb. van der) Eq. 17.
— (Adr. van der) Poëta 6.
Burchardus (Ant.) Phil. & Theol. 28.
— (Maur.) Theol. 37.
Burgesdicius (Franc.) Phil. 29.
Burghesius (Camillus) P. R. 21.
Burgundia (Herm. à) 26.
Burgesse (Corn.) Theol. 65.
Burhill (Robertus) Theol. 41.
Burmannus (Franc.) Theol. 79.
Bursterus (Joach.) Med. 49. Append.
Burton (Guil.) J. C. 45.
Bus (Balth. de) S. J. 57.
Busæus (Joh.) S. J. 11.
Busenreuterus (Jo.) J. C. 10.
Buscheus (Henr.) Theol. 0.
Busembaum (Herm.) S. J. 68.
Busseretus (Franc.) Archiep. 15.
Buschius (Georg.) Phil. 77.
Busten (Th. Steph. de) S. J. 19.
Bustronius (Georg.) S. J. 61.
Bustus (Ludov.) S. J. 44.
Butelius (Christoph.) Theol. 11.
Butler (Carolus) Phil. 47.
— (N.) Alchimista 25.
Buskeus (Christoph.) Ord. Cisterc. 50.
Buschky (Sam.) J. C. 78.
Buxtorffius (Jo.) Philol. 29.
— (Jo.) Theol. 64.
Buzelinus (Jo.) S. J. 29.
Bye (Corn. de) Ord. Aug. 14.
Byfeld (Nicol.) Theol. 22.
— (Rich.) Theol. 64.
Bythnerus (Barth.) Theol. 29.
Bzovius (Abrah.) Ord. Dom. 37.
CAbeus (Nicol.) Jes. 50.
Cabezudo (Didacus Nunno) Th. 14.
Cabilliavus (Balduinus) S. J. 52.
Cabredo (Roder. de) S. J. 78.
Cabrera (Franc. de) Ord. Dom. 49.
Cacegas (Lud. de) 10.
Cachetus (Joh.) S. J. 34.
Cæsalpinus (Andr.) Phil. 3.
Cæsarinus (Virgil.) Poëta 24.
Cæsius (Bernh.) Jes. 30.
— (Angelus) Phil. 40.
— (Georg.) Theol. 4.
Cajetanus (Octav.) Jes. 20.
Caillet (Jo.) S. J. 28.
Caimus (Euseb.) Episc. 40.
— (Pompejus) Med. 31.
Catagius (Andr.) Poëta 9.
Calasio (Marius à) Phil. 20.
Calaveronus (Jo. Guil.) S. J. 65.
Calertus (Mich.) Theol. 55.
Calixtus (Georg.) Theol. 56.
Caltier (Bern.) Theol. 29.
Calovius (Abrah.) Theol. 86.
Calvisius (Sethus) Musicus & Hist. 15.
Calvus (Felix) Phil. 61.
Calydonius (Franc.) J. C. & Math. 38.
Camdenus (Guil.) Histor. 23.
Camerarius (Henr.) J. C. 1.
— (Phil.) J. C. & Hist. 24.
Camero (Joh.) Theol. 25.
Camos (Marcus Ant. de) Episc. 6.
Campana (Alb.) Ord. Domin. 39.
Campanella (Thom.) Ord. Dom. 39.
Camphuysius (Theod. Raph.) 27.
Campolongus (Æmil.) Med. 4.
Campianus (Guil.) Jes. 65.
Campuzanus (Balth.) Ord. August. 66.
Canæus (Joh.) Jes. 70.
Candela (Joh. Domin.) Jes. 6.
Candidus (Pantaleon) Theol. 8.
Canisius (Henr.) J. C. 9. in Append.
Canno (Franc. de Aquilar) Theol. 13.
Cantarenus (Vincent.) Phil. 17.
Canterus (Theod.) J. C. & Hist 15.
Cantor (Hier.) Ord. August. 36.
Canutius (Jac.) Theol. 60.
Capacius (Jul. Cæsar) Polit. 31.
Capell (Richardus) Theol. 56.
Capella (Andr.) Episc. 10.
Capellus (Jac.) Theol. 33.

— (Lu-

— (Ludov.) Theol. 58.
— (Rudolfus) Theol. 84.
Capellanus (Joh.) J. C. 74.
Capralis (Franc.) Jeſ. 9.
Caprara (Alex.) S. J. 25.
Camrerius (Alex.) J. C. 26.
Carafa (Vincent.) S. J. 49. in Append.
Careaga (Guterius Marq. de) J. C. 52.
Carew (Georg.) Comes 29.
Cardevacque (Ferd. de) J. C. 14.
Cardim. (Ant. Fr.) Jeſ. 59.
Carerius (Alex.) Theol. 26.
Carevius (Richardus) Nobil. 21.
Carillo (Ludov.) J. C. 10.
CAROLUS IX. REX SUECIÆ 11.
Caroli (Phil.) Philol. 39.
Carleton (Georg.) Epiſc. 28.
— (Thom. Camptonus) Jeſ. 66.
Carleval (Thom.) J. C. 45.
Carpentarius (Nath.) Theol. 35.
Carpenter (Rich.) Theol. 27.
Carpio (Lupus Felix de Vega) Ord. Franc. 35.
Carpzovius (Bened.) J. C. 24.
— (Bened.) J. C. 66.
— (Auguſtus) J. C. 83.
— (Conr.) J. C. 58.
— (Joh. Bened.) Theol. 57.
Carranza (Mich. Alph. de) Theol. 7.
Carteſius (Renatus) Phil. 50.
Carthegena (Joh.) Franc. Ord. 17.
Carvellus (Thom.) S. J. 64.
Carwight (Chriſtoph.) Theol. 58.
— (Guil.) Phil. 43.
— (Thom.) Theol. 3.
Caſelius (Joh.) Orat. & Hiſt. 13.
— (Mart.) Theol. 56.
Caſcales (Franc. de) Phil. 40.
Caſilius (Joh. Bapt.) S. J. 75.
Caſmannus (Otto) Phil. 7.
Caſpari (Dan.) à Lohenſtein J. C. & Poëta 83.
Caſræus (Petr.) S. J.' 64.
Caſſegrain (Theoph.) Theol. 37.
Caſſius (Barthol.) Jeſ. 50.
Caſtagnola (Vincent.) Jeſ. 4
Caſtelvi (Julianus de) Theol. 37.
Caſtellanus (Petr.) Med. 32.
Caſtellus (Raph.) Jeſ. 56.
Caſtillo (Ant. de) Franc. 69.
— (Joh. Fr. de) Miles 43.
Caſtillon (Andr.) S. J. 71.
Caſtillus (Ferdin.) S. J. 67.
Caſſegrain (Theoph.) Theol. 37.
Caſtorius (Bern.) Jeſ. 34.
Caſtriconius (Pancrat.) J. C. 19.
Caſtro (Chriſtoph. de) Theol. 15.
— (Franc. de) Jeſ. 32.
— (Jodocus à) Ord. Minor. 35.
— (Ludov.) Ord. Seraph. 32.
— (Nic. Fern. de) J. C. 70.
— (Petrus à) Med. 63.
— (Steph. Roder. de) Med. 37.
Caſtro Palao (Fer. de) Jeſ. 35.
Cataneus (Laur.) S. J. 40.
Catharina (Sanctus à S.) Ord. Ciſterc. 30.
Cathius (Arn.) Jeſ. 30.
Catherus (Jac.) Jeſ. 57.
Cavarrubias (Ant. de) J. C. 2. Append.
Cavalerius (Bonav.) Mathem. 47. in App.
Cauche (Ant. la) Jeſ. 25.
Cavellus (Hugo) 26.
Cauſinus (Nicol.) S. J. 51.
Cea (Didacus) Ord. Franciſc. 40.
Ceba (Anſaldus) Hiſtor. 23.
Ceccottus (Joh. Bapt.) Jeſ. 39.
Celeda (Didacus de) S. J. 61.
Cellarius (Balth.) Theol. 71.
Cellius (Erhardus) Phil. 7.
— (Joh. Erh.) Theol. 27.
— (Joh. Erh.) Theol. 75. Append.
Cellotius (Ludov.) S. J. 58.
Celſius (Magnus) Mathem. 79.
Ceparius (Virgil.) S. J. 31.
Cerchiarius (Aloyſ.) Theol. 36.
Cerda (Joh. Lud. de la) Jeſ. 43.
— (Joſ. de la) Ord. Bened. 45.
— (Mich. de la) Ord. Jeſ. 15.
Cerutus (Frid.) Phil. 11.
Chalfort (Rich.) Theol. 48.

Chaloner (Edoardus) Theol. 25.
Chamber (Joh.) Theol. & Med. 4.
Chambre (Mart. Curæus de la) Med. 69.
Chamier (Dan.) Theol. 21.
Champsneufs (Pet. de) Jes. 75.
Champeis (Leonh.) S. J. 69.
Chanowski (Alb.) S. J. 45.
Chanut (Anton.) S. J. 62.
Chapeaville (Joh. de) Theol. 17.
Chappot (Joh.) Ord. Minor. 31.
Charbon (Guil.) S. J. 20.
Chardon (Joh.) Theol. 1.
Chasteigner (Henr. Ludov.) Epist. 51.
Chavassius (Balth.) S. J. 34.
Chesneau (Renatus) S. J. 17.
Chemnitius (Christianus) Theol. 66.
— (Martinus) J. C. 27.
Cherlerus (Paulus) Theol. 0.
Cherubinus (Laertius) 26. in Append.
Chetavynd (Edoardus) Theol. 39.
Chevalier (Joh.) Jes. 44.
Chiabrera (Gabr.) Poëta 38.
Chiesius (August.) J. C. 72.
Chillingworth (Guil.) Theol. 43.
Chirinus (Petrus) S. J. 34.
Childrey (Josua) Theol. 70.
Chilmead (Edm.) Mathem. 53.
Chokier (Erasmus à) J. C. 24.
— (Joh. Frid. à) Theol. 35.
Choppinus (Renatus) J. C. 6.
CHRISTIANUS II. DUX ANHALTINUS 56.
Christiani (Andr.) Med. 6.
Christianæus (Paulus) J. C. 31.
Christmannus (Jac.) Phil. 13.
Christophorus (Mart.) Jes. 15.
— (Joh.) Phil. 48.
Chresnecophorus (Joh.) Med. 35.
Chrysogonius (Laur.) S. J. 50.
Chumacerus (Joh.) Eques 60.
Chytræus (David) Theol. 0.
Chylinski (Sam. Bogusl.) Theol. 68.
Ciaba (Timoth. de) Ord. Carmel. 51.
Cichovius (Nicol.) S. J. 69.
Ciegierus (Georg.) Theol. 33.
Clapmarius (Arnoldus) Phil. 4.
Clarius (Joh.) 11.
Claramontius (Scipio) Phil. 53.
Clauderus (Jacobus) Theol. 54.
— (Jacobus) Theol. 69.
— (Israël) Orat. 83.
— (Josephus) Theol. 53.
Claudius (Joh.) Theol. 87.
Clarke (Sam.) Theol. 82.
Clavius (Christoph.) Mathem. 12.
CLEMENS VIII. PONTIFEX ROMANUS 5.
Clemens (Claudius) J. C. 42.
Clementinus (Daniel.) Theol. 44.
Clerguet (Salom.) J. C. 31.
Clericus (Steph.) Med. & J. C. 76.
— (Hubertus) Theol. 15.
— (David) Theol. 55.
Clerus (Mich.) 43.
Clobucius (Joh.) Phil. 9.
Clometowski (Joh.) Jes. 41.
Cloppenburgius (Joh.) Theol. 52.
Cloos (N. du) Med. 85.
Clodius (David) Philol. 87.
Clotzius (Steph.) J. C. 10.
— (Steph.) Theol. 68.
Cludius (Andreas) J. C. 16.
— (Joh. Thom.) J. C. 42.
Clusius (Carolus) Med. 9.
Clutenius (Joach.) J. C. 36.
Cluverius (Phil.) Geographus 23.
Cluverus (Joh.) Theol. 33.
Cnapius (Greg.) Jes. 38.
Cnöffelius (Andr.) Med. 58.
Cobabus (Mich.) Theol. 86.
Cobenzi (Joh. Raph.) Jes. 27.
Coccejus (Gerh.) J. C. 60.
— (Joh.) Theol. 69.
Coccinus (Joh. Bapt.) J. C. 41.
Coccius (Jodocus) S. J. 22.
Cocus (Robertus) Theol. 14.
Coeffetau (Nicol.) Ord. Domin. 22.
Cœlho (Sim.) Theol. 6.
Codomannus (Salom.) Theol. 37.
Codt (Jac. de) S. J. 21.

Coffinus (Eduardus) Jeſ. 26.
Cognatus (Marſil.) Med. 12.
Coninius (Carolus) Theol. 81.
Coignetus (Mich.) Mathem. 23.
Coiterus (Volcherus) Med. 0.
Colbergius (Joh.) Theol. 87.
Colbius (Chriſt.) Theol. 57.
— (Georg.) Theol. 71.
— (Joach.) Med. 57.
Coldenbachius (Matth.) J. C. 53.
Coldingius (Paulus) Theol. 40.
Coleman (Thom.) Theol. 47.
Colen (Ludolfus à) Mathem. 10.
Colens (Jacobus) Jeſ. 33.
Colle (Joh.) Med. 31.
Colletus (Guil.) J. C. 59.
Colerus (Anton.) J. C. 57.
— (Chriſtoph.) J. C. 4.
— (Chriſtoph.) Phil. 58.
— (Jacobus) Theol. 24.
— (Joh.) Theol. 39.
— (Mart.) J. C. 1.
— (Theoph.) Theol. 85.
Colnerus (Joh.) Med. 30.
Collibus (Hippol. à) J. C. 12.
Colognus (Nicol.) Phil. 2.
Colindres (Petrus) S. J. 68.
Coletus (Mich.) Theol. 16.
Colonius (Daniel) J. C. 72.
Columbus (Joh.) Poëta 84.
— (Jonas) Poëta 68.
— (Samuel) Poëta 79.
Columna (Aſcanius) Cardin. 8. Append.
Combachius (Joh) Phil. 51.
Comenius (Joh. Amos) Theol. 71.
Comitolus (Paulus) S. J. 26.
Concius (Andr.) Phil. 82.
Conde (Nicol. de) Jeſ. 54.
Conæus (Georg.) Nobilis 40.
Confalonerius (Joh. Aloys.) Jeſ. 53.
— (Joh. Aug.) Jeſ. 39.
Conrius (Florim.) Ord. Minor. 31.
Coninck (Ægid. de) Jeſ. 33.
Conradus (Balth.) Jeſ. 60.
Conrart (Valent.) J. C. 75.
Conringius (Herm.) Med. & Polit. 82.
Conſtantinus (Bonifac.) S. J. 51.
— (Robertus) Phil. 5.
Conſtantius (Georg.) S. J. 73.
Contarenus (Franc.) Patricius 25.
— (Vincent.) Orat. 17.
Conzen (Adamus) Jeſ. 35.
Cooke (Alex.) Theol. 32.
Cooper (Guil.) Epiſc. 19.
— (Luderus) J. C. 62
Coppenius (Barth.) Theol. & Phil. 17.
— (Joach.) Theol. 80.
— (Joh.) J. C. 11.
Coquille (G.) J. C. 3. in Append.
Corbet (Richardus) Theol. 35.
Cordeirus (Emmanuel) Jeſ. 49.
Corderius (Balth.) S. J. 50.
Cordes (Paulus) Theol. 74.
Cordeſes (Ant.) Theol. 1.
Cordeſius (Joh.) Theol. 42.
Cordier (Joh.) Jeſ. 73.
Cordova (Joh. de) S. J. 55.
Coretus (Petrus) Theol. 2.
Cornæus (Melch.) Jeſ. 65.
Corneille (N.) J. C. & Poëta 85.
Cort (Chriſt. de) Theol. 69.
Cortnummius (Juſtus) Med. 75.
Corteſius (Joh. Bapt.) Med. 34.
Corral (Phil. del) Theol. 36.
Corſelius (Ger.) J. C. 36.
Corvinus (Andr.) Phil. 48.
— (Joh.) Theol. 64.
— (Wolfg.) Phil. 14.
Coyſſardus (Mich.) Jeſ. 23.
Coſſartius (Gabr.) S. J. 74.
Coryat (Georg.) Theol. 6.
— (Thomas) 17.
Coſcanus (Oſw.) Jeſ. 37.
Coſelius (Henr.) J. C. 57.
Coſen (Joh.) Theol. 80.
Coſtæus (Joh. Frid.) Med. 3.
Coſterus (Franc.) Jeſ. 19.
— (Henr.) Theol. 18.
Cothmannus (Erneſtus) J. C. 24.
— (Joh.) Theol. 50.

Cottonus (Pet.) Theol. 26.
Cottho (Tancredus) Jes. 53.
Covarrubias (Ant. de) J. C. 2.
Covetus (Jac.) Theol. 8.
Caulejus (Abr.) Poëta 67.
Couto (Didacus de) Chronol. 16.
Coutus (Sebast.) Theol. 39.
Cowreur (Mart.) Jes. 48.
Coyckius (Henr.) Theol. 9.
Coylture (Jul. Cæsar de la) Jes. 51.
Coyssardus (Mich.) S. J. 23.
Coytus (Sebast.) S. J. 39.
Crakanthorpius (Rich.) Theol. 24.
Cramscius (Christoph.) Theol. 18.
Cramerus (Daniel) Theol. 37.
— (Dan.) Theol. 67.
— (Joh. Jac.) Theol. 59.
— (Casp.) Medic. 82.
Crameria (Anna Maria) Virgo 27.
Crasbequius (Joh) Theol. 10.
Crauserus (Georg.) Theol. 80.
Cramford (Jac.) Phil. 57.
Cregelius (Ernestus) J. C. 74.
Creidius (Hartm.) Theol. 56.
Cremonius (Cæsar) Phil. 30.
Crendelius (Ferdin.) S. J. 14.
Crellius (Joach.) Phil. 55.
— (Joh.) Socin. 33.
— (Christoph.) Socin. 80.
Cressolius (Ludov.) S. J. 34.
Creswellus (Jos.) S. J. 23.
Creuxius (Franc.) S. J. 66.
Crinesius (Christoph.) Theol. 29.
Cristierni (Andr.) Episc. 37. in Append.
Crocius (Joh.) Theol. 59.
— (Ludov.) Theol. 55.
Croenwoude (Alb. Leoninus à) J. C. & Math. 14.
Croke (Georg.) Eques 41.
Crollius (Oswaldus) Med. 9.
Croix (Theod. de la) Med. 49.
Crombecius (Joh.) S. J. 26.
Crammius (Adrianus) S. J. 51.
Cruce (Edmundus à) Theol. 4.
Cruce (Franc. à) Ord. Domin. 64.
— Ludov. à) Ord. Minor. 53.
Crucius (Adrianus) S. J. 29.
— (Jacobus) Jes. 37.
— (Ludov.) Jes. 4.
Crucigerus (Georg.) Theol. 37.
Crugerus (Joh.) Theol. 16.
— (Petrus) Mathem. 39.
Crugerius (Georg.) S. J. 71.
Crusenius (Nicol.) Theol. 29.
Crusius (Bened.) J. C. 34.
— (Casp.) Theol. 82.
— (Georg. Conr.) J. C. 76.
— (Jacobus) S. J. 17.
— (Jac.) S. J. 64.
— (Joh. Paulus) Phil. 29.
— (Mart.) Phil. 7.
Cubachius (Quirinus) J. C. 24.
Cundisius (Gothofr.) Theol. 51.
Cuno (Joh. Clem.) Med. 32.
— (Matth.) J. C. 24.
Cuniga (Franc. de) Jes. 14.
Cunradi (Casp.) Med. 33.
Cuneus (Petrus) J. C. & Hist. 38.
Culmeron (Phil. de) Episc. 17.
Cup (Guil.) J. C. 69.
Curcellæus (Steph.) Socin. 59.
Curæus (Mart.) de la Cambre, Med. 69.
Curiel (Joh. Alph.) Theol. 9.
Curtius (Corn.) Ord. August. 33.
— (Sebast.) Theol. 84.
Curtzius (Alb.) S. J. 71.
Cusanus (Ludow.) J. C. 59.
— (Nicol.) Jes. 36.
Cuyckius (Henr.) Theol. 9.
Cwelier (Mich.) S. J. 51.
Cygne (Mart. de) Jes. 69.
Cyrillus (Joh.) Theol. 32.
Cysatus (Joh. Bapt.) S. J. 57.
Cyriacus (Clemens) Med. & Math. 42.
Czechovicius (Mart.) Socin. 8.
DAchius (Simon) Poëta 59.
Dagonellus (Pet.) Theol. 50.
Dalkarl (Joh. Olai) Stierenhöök, Nobilis 75.
Dambrovius (Sam.) Theol. 25.

Dame (Frid.) Theol. 36.
Damianus (Jac.) Jes. 50.
Dammius (Georg.) Theol. 79.
Dandinus (Hier.) Jes. 34.
Dangles (Bernh.) S. J. 58.
Daniel (Sam.) 19.
Dannhawerus (Joh. Conr.) Theol. 66.
Daviz (Steph.) Theol. 19.
Darde (Joh.) Jes. 41.
Dasenius (Georg.) Phil. 43.
Dauber (Joh. Henr. à) J. C. 72.
Davenantius (Joh.) Theol. 40.
Dasypodius (Conr.) Phil. 1.
David (Joh.) Jes. 13.
Dauderstadius (Christoph.) Theol. 49.
Dausonus (Edoardus) Jes. 22.
Dauthius (Joh.) J. C. 21.
Davenant (Guil.) Eques 68.
Dauxiron (Joh.) S. J. 35.
Daumius (Christian.) Phil. 87.
Dawes (Lancell.) Theol. 55.
Daza (Didacus) Jes. 23.
Day (Joh.) Theol. 27.
Debelius (Joh.) Theol. 10.
Deckerius (Joh.) Soc. Jesu 19.
Dedekennus (Georg.) Theol. 28.
Dedekindus (Frid.) Phil. 82.
Decret (Claudius) S. J. 68.
Delrio (Joh.) J. C. & Theol. 24.
Delgadillo (Aug. Nunnez) Ord. Carm. 31.
Dellarnas (Hier.) Abbas 10.
Dempsterus (Thom.) Baro 25.
Denaisius (Petrus) J. C. 10.
Denham (Joh.) Eques 68.
Denies (Andr.) Jes. 70.
Denison (Joh.) Theol. 28.
Denham (Joh.) Eques 68.
Depkin (Hier.) Theol. 57.
Derienes (Joh.) Jes. 62.
Derand (Franc.) Jes. 44.
Derkennis (Ignat) S. J. 56.
Deroldus (Joh. Paulus) Theol. 80.
Derschovius (Bern.) Theol. 39.
— (Reinh.) J. C. 67.
— (Reinh.) Theol. 71.
Desbans (Jacobus) Jes. 49.
Desmarez (Jodocus) S. J. 37.
Deza (Lupus) Phil. 26.
Dheliot (Jac.) Jesuita 38.
Deusingus (Anton.) Med. 66.
Deschales (Cl. Franc. Milliet) Jes. 78.
Diaz (Emman.) S. J. 59.
Dicastillo (Joh. de) Jes. 53.
Diecmannus (Jacobus) Theol. 83.
Diemerbroeck (Isbrandus) Med. 74.
Diest (Henr. à) Theol. 73.
Dieu (Ludov. de) Theol. 42.
Dietricus (Conradus) Theol. 39.
— (Georg. Theod.) Baro 78.
— (Helvicus) Med. 56.
— (Joh. Conr.) Hist. 67.
— (Joh.) Theol. 35.
— (Joh. Conr.) Hist. 67.
Digbius (Joh.) Comes 50.
— (Kenclerus) Eques 65.
Digges (Dudlejus) Eques 38. & 43.
— (Leonh.) Phil. 35.
Dilherrus (Joh. Mich.) Theol. 69.
Dinckelius (Joh.) Theol. 1.
Discaltius (Ottonellus) J. C. 7.
Dinnerus (Andr.) J. C. 33.
Dilgerus (Daniel.) Theol. 45.
— (Nathan.) Theol. 79.
Dobrociescius (Nicol.) J. C. 8.
Doderidge (Jac.) Eques 28.
Dod (Joh.) Theol. 45.
Dœgen (Matth.) J. C. 72.
Dœringius (Mich.) Med. 44.
Dœbelius (Joh. Jac.) Med. 84.
Doldius (Leonh.) Med. 11.
Dolmannus (Joh.) Theol. 56.
Domenec (Ant. Vincent.) Theol. 6.
Dominis (Marcus Ant. de) Episc. 25.
Donne (Joh.) Theol. 31.
Donatus (Alex.) Jes. 40.
— (Christianus) J. C. 79.
Dornavius (Casp.) Med. 31.
Donius (Lud.) d' Attichy, Episc. 68.
Dorisy (Joh.) S. J. 57.
Dorscheus (Joh. Georg.) Theol. 59.

Downarovicz (Elias) Jes. 69.
Dousa (Janus) J. C. 4.
Draco (Joh. Jac.) J. C. 48.
Draviz (Steph.) Nobil. 19.
Draxus (Thom.) 16.
Drechslerus (Joh. Gabr.) Phil. 77.
Drelincaurt (Car.) Theol. 69.
Dresenius (Sam.) Phil. 38.
Dresserus (Matth.) Polyhist. 7.
Dorencrellius (Tob.) Theol. 58. Append
Drexelius (Hier.) S. J. 38.
Drunæus (Gerh.) Theol. 1.
Drusius (Joh) Philol. 16.
— (Joh) Theol 34.
Druzbicki (Gasp) Jes. 60.
Dudiejus (Rob.) Cames 50.
Ducæus (Franc.) S. J. 23.
Duckius (Athur) J. C. 49.
Duchesnius (Andr.) Geogr. 40.
Duezius (Paulus) Jes. 44.
Dulman (Theod) Jes. 68.
Dunte (Ludov.) Theol. 39.
— (Theod. à) Polit. 85.
Duppa (Brianus) Episc. 62.
Duran (Jos.) de Torres J. C. 62.
— (Paulus) J. C. 50.
Dürrius (Joh. Conr.) Theol. 77.
Durandus (Bernh.) J. C. 21.
— (Jac. Honor.) S. J. 44.
Dyck (Jac.) S. J. 25.
EArle (Joh.) Episc. 65.
Ebenus (Phil. Ludov.) Med. 57.
Ebelius (Casp.) Philos. 64.
Eberhardus (Georg.) Jes. 21.
— (Christianus) Phil. 78.
Ebermannus (Vitus) S. J. 75
Ebertus (Jac.) Theol. 14.
— (Theod.) Philol. 30.
— (Theoph.) Theol. 41.
Eckhardus (Henr.) Theol. 24.
— (Melch.) Theol. 16.
— (Melch. Sylv.) Theol. 50.
Eckoldus (Amadæus) J. C. 68.
Edeling (Petrus) Theol. 2.
Edelius (Sam.) Theol. 52.
Edenius (Jordanus Nic.) Theol. 66.
Edmondus (Clemens) Eques 22.
Edzardi (Jod.) Glanæus, Theol. 67.
Eedes (Richardus) Theol. 4.
Eglinus (Raphael) Theol. 22.
Ehingerus (Elias) Phil. 53.
Eichstadius (Laur.) Med. & Phil. 60.
Eislerus (Mich.) Phil 57.
Eilardus (Christ.) Poëta 39.
Einhorn (Paulus) Theol. 56.
Einsiedel (Conr. ab) J. C. 68.
Eiselinus (Mich.) S. J. 13.
Eisenbergius (Esaias) Theol. 35.
Eisenwinnerus (Georg.) Theol. 68.
Eldefrield (Christ.) Theol. 53.
Ellain (Nicol.) Med. 21.
Elger (Georg.) Jes. 72.
Elichmannus (Joh.) 39.
Ellis (Joh.) Theol. 64.
Elmenhorstius (Geverh.) Polyh. 21.
Elsnerus (Barth.) Theol. 62.
— (Joh. Georg.) Med. 76.
Elvering. (Gabriel) Theol. 70.
Elye (Hunfredus) J. C. 4.
Emmanuel (Franc.) Nobil. 66.
Emdenus (Joach.) Theol. 50.
Emmerlingius (Mich.) Theol. 70.
Emmius (Ubbo) Histor. 25.
Emmenessius (Jac.) Phil. 79.
Engelbrecht (Arn.) J. C. 39.
Engelhartus (Leonh.) Phil. 2.
Engelgrave (Henr.) S. J. 70.
— (Joh. Bapt.) Med. 60.
— (Joh. Bapt.) S. J. 58.
Enzinas (Franc. de) Jes. 32.
Episcopius (Simon) Theol. 43.
Erasmi (Daniel) Med. 34.
Erudius (Jac.) ab Hemstede, Eques 14.
ERDMUTH-SOPHIA, DUCISSA SAXONIÆ, 70.
Eremita (Daniel) J. C. 13.
Erici (Ericus) Episc 11. in Append.
Ernesti (Hier.) Theol. 57. Append.
ERNESTUS HASSIÆ LANDGRAVIUS 82.

ERNE-

ERNESTUS DUX SAXON. 75.
Erneſtus (Georg) Jeſ. 62.
Ernſtius (Hinr.) J. C. 65.
Erpenius (Tham) Philol. 24.
Erythræus (Janus Nicius) Nobilis 47. in Append.
Erzelius (Balth.) S. J. 48.
Eſcalera (Pet. de la) Guevara J. C. 57.
Eſcardus (Joh. Bapt.) Jeſ. 52.
Eſcobar (Ant. de.) S. J. 69.
— (Barthol.) S. J. 24.
Eſcriva (Franc.) S. J. 17.
Eſpinel (Vinc.) Theol. 34.
Eſpinoſa (Valer. de) Theol. 34.
Eſpeiſſes (Ant. de) J. C. 58.
Eſtius (Guilh.) Theol. 13.
— (Lubertus) Med. 6.
Eſius (Rich.) Jeſ. 30.
Eſſenius (Andr.) Theol. 77.
Eſtrees (Franc. Annibal de) Dux 70.
Eſtoile (Claudius de l') Eques 51.
Ettmullerus (Mich.) Med. 83.
Etzelius (Balth.) Jeſ. 48.
Eudæmon (Andr.) Jeſ 25.
Everaertus (Embertus) Theol. 4.
Everardus (Theol.) S. J. 33.
Eulardus (Petrus) Jeſ. 36.
Eynatten (Maxim. ab) Theol. 31.
Exnerus (Balth.) Phil. 24.
Expillius (Claudius) Eques 36.

FAber (Anton.) Baro 24.
— (Claudius) Baro 49.
— (Joh.) Theol. 23.
— (Joh.) Orat. & Hiſt. 59.
— (Joh.) J. C. 22.
— (Matth.) S. J. 53.
— (Joh. Ludov.) Poëta 78.
— (Nicol.) Theol. 12.
— (Petrus) J. C. 0.
— (Petrus) Phil. 15.
— (Phil.) Phil. & Theol. 30.
— (Timæus) J. C. 23.
— (Zach.) Theol. 32.
Fabius (Auguſt.) Theol. 12.
Fabricius (Guil.) Theol. 28.
— (Henr.) Med. & Phil. 12.
— (Guil.) Hildanus. Med. 34.
— (Hier.) ab Aquapendente. Med. 19.
— (Jacobus) Theol. 54.
— (Jacobus) Med. & Math. 52.
— (Joh.) Theol. 37.
— (Joh.) Theol. 76.
— (Joh.) S. J. 56.
— (Joh. Georg.) Med. 68.
— (Joach.) Theol. 79.
— (Nicol. Claudius) Peireſcius J. C. 37.
— (Laurent.) Philol. 29.
— (Petrus) Jeſ. 22.
— (Stephanus) Theol. 48.
— (Statius) Theol. 51.
— (Vincentius) J. C. 67.
Fabrottus (Car. Annib.) J. C. 59.
Fagundez (Steph.) Jeſ. 45.
Faille (Joh. Car. de la) Jeſ. 52.
Falck (Mich.) Theol. 76.
Falcko (Claudius) J. C. 1.
— (Joh.) Jeſ. 26.
Falconerus (Joh.) S. J. 57.
— (Octav.) 76.
Falcknerus (Joh. Chriſt.) J. C. 81.
Faret (Nicol.) Phil. 46. in Append.
Faria (Baſil. de) Ord. Carmel. 25.
Farinacius (Proſper) J. C. 18.
Farneſius (Henr.) J. C. 14. 19.
Faſolus (Hier.) S. J. 39.
Faſſarus (Vincent.) Jeſ. 63.
Farnabius (Thom.) Phil. 47.
Faucheur (Mich. de) Theol. 57.
Faure (Anton.) Baro 24. Append.
Favour (Joh.) J. C. & Med. 23.
Fauſius (Joh. Caſp.) Med. 71.
Fauſt (Joh. Salent.) a Stromberg, J. C. 66.
Faya (Alex.) Jeſ. 40.
Fayon (Joh.) S. J. 67.
Fayus (Anton.) Theol. 16.
Featlæus (Dan.) Theol. 45.
Fechnerus (Joh.) Phil. 86.
Federle (Guil.) S. J. 38.
Fehlau (Georg.) Theol. 72.

Feigius

Feigius (Theoph.) Theol. 52.
Fell (Joh.) Epiſc. 86.
Felix (Simon) Jeſ. 56.
Felicius (Felix) S. J. 61.
Feloaga (Ant. de) J. C. 58.
Felwingerus (Joh. Paulus) Phil. 81.
— (Joh. Jodocus) Phil. 72.
Ferinacius (Joh.) Hiſtor. 2.
Fernandius (Ant.) Jeſ. 28.
— (Bened.) Jeſ. 30.
— (Franc.) Jeſ. 2.
Fernandez (Ant.) S. J. 42.
— (Bened.) S. J. 30.
— (Hieron.) J. C. 35.
Ferrarius (Phil.) Phil. 26.
— (Greg.) S. J. 59.
— (Joh. Bapt.) S. J. 55.
— (Octavius) Orat. 82.
Ferrerius (Jerem.) 25.
— (Ludov.) S. J. 19.
Ferrantinus (Hier.) Jeſ. 55.
Ferrandus (Joh.) S. J. 72.
Ferrier (Joh.) S. J. 74.
Ferreira (Ant. Alv.) S. J. 62.
Ferſius (Joh.) Med. & Theol. 11.
Feuſchius (Joh. Jac.) J. C. 52.
— (Remigius) J. C. 67.
Feſſelius (Daniel.) Theol. 76.
Ferus (Georg.) Jeſ. 55.
Feuguereus (Guil.) Theol. 13.
Feuretus (Carolus) J. C. 61.
Fewrbornius (Juſtus) Theol. 56.
Fichlau (Joh.) J. C. 79.
Fibigius (Gothofr.) J. C. 46.
Fichetus (Alex.) Jeſ. 59.
Fienus (Thom.) Med. 31.
Fiedlerus (Ludov.) Theol. 74.
Fiennes (Guil.) Vice-Comes 62.
Field (Rich.) Theol. 16.
Figrelius (Edmundus) Grypenhelm Baro 76.
Figuera (Caſp. de) Jeſ. 37.
Figveroa (Franc.) Jeſ. 23.
Figveyredo (Roder. de) S. J. 42.
Filchius (Bened.) 10.
Filere (Joſ.) J. C. & Jeſ. 58.
Filliucius (Vincent.) S. J. 22.
Finckius (Caſp.) Theol. 31.
— (Jacobus) Phil. 63.
— (Salom.) Theol. 29.
— (Tham.) Med. & Math. 56.
Finckelthaus (Laur.) J. C. 6. Append.
— (Sigiſm.) J. C. 44.
Fiſcher (Alex.) Theol. 71.
— (Chriſtoph.) S. J. 38.
— (Joh.) S. J. 41.
Fine (Arn. Joh.) Epiſc. 72. in Append.
Fiſen (Barth.) Jeſ. 49.
Fitzſimon (Henr.) Jeſ. 44.
Fitzherbertus (Thom.) Jeſ. 40.
Flachius (Sigiſm.) J. C. 29.
Flecha (Matth.) Muſicus 4.
Flemming (Paul.) Med. & Poëta 40.
Flockenius (Henr.) Theol. 80.
Floravantius (Hier.) Jeſ. 30.
Flores (Alphonſus de) Jeſ. 60.
— (Petrus de) S. J. 19.
Florio (Joh.) 25.
Florius (Ludov.) J. C. 47.
Floydus (Joh.) Theol. 49.
Fluctibus (Rob. de) Med. 37.
Foliis (Henr. de) Theol. 69.
Folianus (Franc.) Theol. 9.
Fomannus (Ortolphus) J. C. 34.
— (Ort.) J. C. 40.
Fontana (Franc.) Mathem. 56.
Fonſeca (Chriſt. de) Theol. 12.
— (Gabr. de) Med. 68.
— (Petrus de) Phil. 19.
Forbenius (Georg. Lud.) Mathem. 45.
Forbeſius (Guil.) Epiſc. 34.
— (Patric.) Baro 35.
Fornelius (Laur.) Poëta 73.
— (Jonas) Phil. 79.
Fornarius (Mart.) Jeſ. 12.
Forerus (Laur.) Jeſ. 59.
Foord (Joh.) 28.
Fortis (Raym. Joh.) Med. 80.
Forſterus (Joh.) Theol. 13.
— (Valent.) J. C. 8.

— (Val. Guil.) J. C. 20.
Forstererus (Christoph.) J. C. 67.
Fossius (Matth.) Episc. 83.
Foulis (Henr.) sive de Foliis, Phil. 69.
Fossius (Nic.) Med. 45. in Append.
Fournier (Georg.) Jes. 52.
Fowns (Richardus) Theol. 25.
Fragosus (Baptista) S. J. 35.
Franchimontius (Nic.) Med. 84.
Franckenstein (Christ. Frid.) Hist. 79.
Franckenius (Godefr.) Jes. 54.
Franchis (Vincent. de) J. C. 1. Append.
Francke (Mich.) Phil. 67.
Franckenberger (Reinh.) Phil. 64.
Franchemius (Marcellus) J. C. 43.
Francus (Greg.) Theol. 51.
— (Hier.) J. C. 6.
— (Paulus) Poëta 26.
Franciscus (Jac.) S. J. 39.
— (Joh.) S. J. 68.
Frantzius (Wolff.) Theol. 28.
— (Thom.) J. C. 14.
Frantzkius (Georg.) J. C. 59.
Franckenius (Joh.) Med. 61.
Frauenburgius (Joh. Gerh.) J. C. 30.
Frederus (Joh.) Theol. 4.
Freinshemius (Joh.) Polyhist. 60.
Freislebius (Henr.) Theol. 66.
Freitagius (Joh.) Med. 41.
Frey (Janus Corcil.) Med. 31.
Freyre (Franc.) Jes. 44.
— (Joh.) Jes. 20.
Freherus (Marquardus) J. C. 14.
Friemelius (Joh.) Theol. 60.
Friedliebius (Phil. Henr.) Theol. 63.
Frencelius (Salom.) Phil. 5.
Frentzelius (Joh.) Poëta 74.
FRIDERICUS WILHELMUS I. DUX SAXONIÆ 2.
Friderici (Joh.) Phil. 29.
— (Aggæus) Phil. 57.
— (Joh. Arn.) Med. 72.
Friderich (Christoph.) Theol. 32.
Fritze (Petrus) J. C. 48.
Frölingius (Andr.) Theol. 83.
Frœreiserus (Isaacus) Theol. 32.
Frommannus (Andr.) Phil. 66.
Frommius (Georg.) Phil. 51.
Fronto (Joh.) Ord. August. 62.
Fronteau (Joh.) Theol. 62.
Frobenius (Georg. Lud.) Math. 45.
Frischius (Joach.) Phil. & J. C. 84.
Frischmuthius (Joh.) Philol. 87.
Fuchsius (Melch.) J. C. 78.
— (Sam.) Orat. 30.
Fuente (Jac. de la) Jes. 16.
— (Mich. de la) Theol. 29.
Fucht (Joh. à) Theol. 22.
Führen (Christoph.) J. C. 10.
Fuiren (Henr.) Med. 59.
Fuligallus (Julius) S. J. 33.
Fulihattus (Jac.) Jes. 53.
Fullerus (Nicol.) Theol. & Phil. 23.
— (Thom.) Theol. 62.
Fullonius (Joh. Erardus) S. J. 68.
Fuhrmannus (Balth.) Theol. 36.
— (Steph.) Theol. & Math. 83.
Fungerus (Joh.) Phil. 12. in Append.
Funes (Mart. de) Jes. 11.
Fürstenberg (Ferdin.) Episc. 83.
Furmerius (Bern. Gerbr.) J. C. & Hist. 16.
Fursen (Casp. Theod.) Theol. 84.
Furtadus (Franc.) Jes. 53.
GAelius (Joh.) J. C. 21.
Gaeringius (Phil.) Med. 4.
Gagliardus (Achilles) Jes. 7.
Galilæis (Galilæus de) Math. 40.
Gallemart (Joh. de) Theol. 25.
Gallonius (Anton.) 5.
Gallucius (Angelus) S. J. 74.
Gallus (Carolus) Theol. 16.
— (Phil.) Theol. 16.
Galtier (Bern.) Jes. 29.
Gamachæus (Phil.) 25.
Gambarutus (Tiber.) J. C. 23.
Garassus (Franc.) Jes. 31.
Garces (Garcias) S. J. 28.
GARDIE MAGNUS GABRIEL DE LA) Comes 86.
Garetius (Henr.) Med. 2.

Garnetus (Henr.) Jes. 6.
Gardiner (Rich..) Theol. 70.
Garthia (Alphonsus) Jes. 18.
— (Didacus) Episc. 61.
— (Domin.) Theol. 29.
Garthius (Helvicus) Theol. 19.
Gartmannus (Joh.) J. C. 84.
Gasto (Flaminius) Med. 18.
Gassendus (Petrus) Phil. 55.
Gataker (Thom.) Theol. 54.
Gaudentius (Joh.) Episc. 62.
— (Pagen.) Phil. 49.
Gaudier (Ant. le) Jes. 22.
Gaulterius (Jacobus) Jes. 36.
Gazæus (Alardus) Bened. 26.
— (Angelius) Jes. 53.
— (Guil.) Theol. 2.
Gebhardus (Henr.) alias Wesnerus, J.C. 53.
— (Janus) Philol. 32.
Gediccus (Simon) Theol. 31.
Geo (Edoardus) Phil. 61.
Geierus (Joh. Anton.) J. C. 85.
— (Mart.) Theol. 80.
Geibelius (Henr. Laur.) Phil. 43.
Geislerus (Frid.) J. C. 79
Gellibrand (Henr.) Astron. 37.
Gellio (Annib.) Jes. 39.
Gelstrupius (Pet. Nic.) Phil. 30.
Gensreffius (Abr.) Theol. 37.
Gentilis (Albericus) J.C. 8.
— (Scipio) J. C. 16.
GEORGIUS FRID. DUX WURTEMB. 85.
Georgius (Alexius) Jes. 21.
— (Jacobus) Jes. 40.
Gerardi (Ægid.) Jes. 55.
— (Joh.) Jes. 37.
— (Valer.) Jes. 16.
Gerhardus (Joh.) Theol. 37.
— (Joh. Ernest.) Theol. 68.
Gerdessen (Joh.) Theol. 73.
Gerlachius (Benjamin) Theol. 83.
— (Melch.) Phil. 16.
— (Steph.) Theol. 12.
Germanus (Hier.) Jes. 32.
Germoin (Atham Archiepisc. 27. in Append.
Gerulerus (Luc.) Theol. 75.
Gerschovius (Frid.) J. C. 35.
Gertichius (Mart. Grat.) Theol. 29.
Gerunda (Andr.) Theol. 52.
Gerulphus (Joh) Theol. 5.
Geriken (Otto) J. C. & Math. 86.
Gesenius (Joach.) Theol. 75.
— (Justus) Theol. 71.
Gesnerus (Salom.) Theol. 5.
Gestrinius (Matt.) Mathem. 48.
Gevartius (Joh.) Hist. 23.
Geulinx (Arn.) Phil. 69.
Ghiffene (Laur.) Phil. 37.
Gianottus (Alph.) Jes. 49.
Giattinus (Joh. Bapt.) Jes. 72.
Gibalinus (Jos.) S. J. 71.
Gibbonus (Rich.) Theol. 32.
Gifanius (Obertus) J. C. 9.
Gigordus (Joh.) Theol. 45.
Gifford (Guil.) Theol. 29.
Gillius (Christoph.) Jes. 8.
Gill (Alex.) Phil. 35.
Gillim (Joh.) Phil. 20.
Gieslerus (Laur.) Med. 85.
Ginkiewicz (Mich.) Jes. 63.
Ginnasius (Domin.) Card. 39.
Ginnarus (Bern.) Jes. 44.
Gippenbuch (Jac.) S. J. 64.
Girardus (Bernh.) Episc. 10. Append.
— (Joh.) Jes. 34.
— (Felix) S. J. 65.
Giffey (Odo de) Jes. 43.
Glano (Joh. Bapt.) Theol. 13.
Glanæus (Jod. Edzardi) Theol. 67.
Glaserus (Enoch.) J. C. 68.
— (Herm.) Theol. 74.
— (Joh. Hinr.) Med. 75.
— (Phil.) Phil. 1.
Glandorpius (Matth.) Med. 36.
Glassenius (Petrus) J. C. 35.
Glassius (Salom.) Theol. 56.
Glauchius (Andr.) Theol. 81.
Glicznerus (Erasmus) Theol. 3.
Glins (Tacho à) J. C. 73.

Glissonius

Glissonius (Franc.) Med. 77.
Gloriosus (Joh. Camillus) Math. 43.
Gloxin (David) J. C. 71.
Gobius (Joach.) J. C. 12.
Gochlenius (Rudolphus) Jun. Phil. 21.
— (Rud.) Senior Phil. 28.
Godelmannus (Joh. Georg.) J. C.
Goddæus (Joh.) J. C. 32.
Gockelius (Balth.) Theol. 56.
Godeau (Anton.) Episc. 72.
Godwin (Franc.) Episc. 33.
— (Ignat.) Jes. 67.
— (Thom.) Theol. 42.
Gœbelius (Joh. Conr.) Theol. 43.
Goes (Bened. de) Jes. 7.
— (Wilh.) Nobilis 86.
Goldastus (Melch.) J. C. 35.
Götten (Jac.) Theol. 71.
Göfekenius (Hen.) Theol. 82.
Gœthalsius (Franc.) J. C. 16.
Goldbeck (Andr.) J. C. 9.
Goldmannus (Nicol.) Mathem. 65.
Goldstein (Chiliam à) J. C. 22.
Golius (Jacobus) Philol. 67.
— (Theoph.) Phil. 0.
Gomarus (Franc.) Theol. 41.
Gomez (Mich.) Eques 62.
— (Petrus) S. J. 0.
— (Thom.) Abbas 68.
Gomerschall (Rob.) Theol. 46.
Gonterius (Joh.) S. J. 16.
Gonthi (Gerardus) S. J. 13.
Gonzalez (Franc.) S. J. 61.
— (Ægid.) Chronol. 58.
— (Hier.) J. C. 9.
— (Joh. Ant.) Eques 51.
— (Sebast.) Jes. 19.
— (Joh.) S. J. 17.
— (Thom.) S. J. 59.
Gordonus (Jac.) Jes. 20
— (Jac.) Jes. 41.
Gorlæus (Abrah.) Antiq. 9.
Gorcomius (Joh.) Theol. 28.
Gorlovius (Steph.) Theol. 78.
Goodmannus (Christoph.) Theol. 2.
Gove (Rich.) Theol. 58.
Goris (Lamb.) J. C. 51.
Gornacensis (Maria Jarsia) Virgo 80.
Gort (Bern.) Ord. Carthus. 45.
Goslicius (Laur.) Episc. 7.
Gouda (Joh. à) S. J. 30.
Gouge (Gul.) Theol. 53.
— (Thom.) Theol. 81.
Goutoulas (Jacobus) Jes. 61.
Goswynus (Car.) Jes. 24.
Gothofredus (Dion.) J C. 22.
— (Jac.) J. C. 52.
Grabe (Joh. Andr.) Med. 69.
— (Mart. Sylv.) Theol. 86.
Graffius (Elias) Theol. 32.
Grajus (Joh.) Theol. 86.
Gramajus (Joh. Bapt.) J. C. & Hist. 35.
Grambsius (Joh.) Theol. 80.
Grammius (Cæso) Phil. 73.
Gramondus (Gabr. Barthol.) J. C. & Hist. 72.
Granadus (Jac.) Jes. 32.
Grandamicus (Jac.) S. J. 72.
Grassæus (Joh.) J. C. & Alchymista 23.
Grasserus (Joh. Jac.) Theol. 27.
Grassettus (Jac.) S. J. 56.
— (Hyppolitus) Jes. 63.
Graseecius (Paulus) J. C. 4.
Graserus (Conr.) Pater. Theol. 13.
— (Conr.) Filius, Phil. 30.
Gratianus (Barth.) Jes. 58.
— (Thom.) August. 27.
— (Ant. Maria) Episc. 11. in App.
Grave (Gerh.) Theol. 75.
Gravius (Joh.) Phil. 51.
— (Ludov.) Med. 15.
Graswinckel (Theod.) Eques 66.
Grassius (Horatius) S. J. 54.
Grawerus (Albertus) Theol. 17.
Greed (Guil.) Theol. 63.
Gregory (Joh.) Theol. 46.
Gretserus (Jac.) S. J. 25.
Greiffius (Frid.) Med. 68.
Griebnerus (Dan.) Theol. 85.
Grillus (Angelus) Theol. 19.

Grimandus (Franc. Maria) Jes. 63.
Grisel (Joh.) S. J. 57.
Grivellus (Joh.) J. C. 24.
Grierbengerus (Christoph.) Jes. 36.
Gripenhielm (Edmundus) Baro 76.
Grönbeck (Isaacus) Episc. 17. Append.
Grobendonaque (Car. de) Jes. 72.
Godicius (Stanislaus) Nob. 13.
Gross (Matth.) J. C. 27.
Grossius (Christianus) Theol. 73.
Gronovius (Joh. Frid.) Polyhist. 71.
Grossius (Jacobus) Theol. 52.
— (Joh.) Theol. 24.
Groshennirus (Andr.) Theol. 25.
Grothaus (Joh.) S. J. 69.
Grotius (Corn.) J. C. 10.
— (Hugo) Polyhist. 45.
Grœneschilt (Mart.) Theol. 29.
Grülingius (Phil.) Med. 66.
Gruberus (Erasmus) Theol. 84.
Gruerbengerus (Christ.) Jes. 36.
Grubbe (Andr.) Theol. 80.
Grunæus (Simon.) Theol. 28.
Grunrad (Otto à) Nobilis 13.
Gruterus (Janus) J. C. & Hist. 27.
— (Petrus) Med. 34.
Gruzewski (Joh.) Jes. 46.
Gryphiander (Joh.) J. C. & Poëta 18.
Gryphius (Andr.) J. C. & Poëta 64.
Grynæus (Joh. Jac.) Theol. 17.
Guascus (Hannibal) 19.
Gualdus (Galeatius) Comes 78.
— (Jos.) Eques 40.
— (Petrus) J. C. & Theol. 21.
Guagninus (Alex.) Hist. 14.
Guadalaxara (Marcus de) Carmel 30.
Gualtherus (Joh.) J. C. 47.
Gualtherus (Balth.) Theol. 40.
Guellin (Rob.) Theol. 20.
Guarnitus (Jos.) Jes. 56.
Gueinzius (Christianus) Phil. 50.
Guezius (Joh. Lud.) Nobil. 54.
Guerriero (Ferdin.) Jes. 17.
Guerrerus (Balth.) Jes. 42.
Guerry (Steph.) S. J. 49.
Guevara (Joh. Beltram) Archiepisc. 22.
Guinisius (Vincent.) Jes. 53.
Guesnay (Joh. Bapt.) Jes. 58.
Guillerneau (Car.) Med. 56.
Guillen (Dion.) Jes. 37.
Guichardus (Claud.) Phil. 7.
Guevara (Hier.) Theol 49.
— (Joh.) Theol. 0.
— (Joh.) Beltran de) Archiepisc. 22.
— (Petrus) J. C. 57.
Gulonius (Joh. Jord.) Ord. Cisterc. 29. Append.
Güntzelius (Christoph.) J. C. 65.
Gulmeron (Phil. de) Episc. 17.
Gunter (Edmundus) Phil. 26.
Guerike (Otto) Mathem. 86.
Gusmannus (Pet.) Jes. 20.
Gutbirius (Ægid.) Philol. 67.
Guellin (Robertus) Theol. 20.
Guldin (Paulus) Jes. 43.
Gumppenberg (Guil.) S. J. 75.
Guthe (Joh.) Theol. 29.
— (Joh. Sebast.) Theol. 76.
Gutierrez (Bern.) J. C. & Mon. 17.
Gutberletus (Henr.) Phil. 35.
Gutkius (Georg.) Phil. 34.
Guzman (Ludov.) Jes. 5.
— (Ulricus) J. C. 28.
Guyart (Rob.) Jes. 63.
Guyanius (Steph.) S. J. 38.
Guyet (Carolus) S. J. 64.
Guytus (Franc.) Theol. 55.
Gwynne (Matth.) Med. 0.
Gyldin (Paulus) Jes. 43.
Gylle (Andr.) Phil. 65.
Gyllenhielm (Carolus) Baro 51.
Gyllenstierna (Joh.) Baro 58.
HAberta (Susanna) Fæmina 33.
Habæus à Lichtenstein (Joh.) J. C. 80.
Habersack (Maximil.) S. J. 74.
Haberkorn (Petrus) Theol. 76.
Haberman (Casp.) J. C. 76.
Haccius (Georg.) Theol. 84.
Hacsenbergius (Paulus) Histor. 80.
Hackewittus (Georg.) Theol. 49

Hack (Jac.) Jes. 34
Hackluyt (Richardus) 26.
Hackspanius (Theod.) Theol. 59.
Haer (Flor. van der) Eques 34.
Hæchtanus (Laurent.) 3.
Hafenrefferus (Matth.) Theol. 19.
— (Sam.) Med. 60.
Hagelius (Balth.) Jes. 16.
Hagelgans (Joh. Henr.) Phil. 53.
Hagemeier (Joach.) J. C. 81.
Hagsen (Mich. van der) Poëta 17.
Hagen (Georg.) J. C. 57.
Hagerus (Balth.) Jes. 27.
Hailbrunnerus (Jac.) Theol. 18.
— (Phil.) Theol. 16.
— (Frid.) Theol. 69.
Hahnius (Henr.) J. C. 68.
— (Stephanus) Theol. 67.
Hajus (Joh.) Jes. 7.
Hainlinus (Joh. Jac.) Theol. 60.
Halbachius (Dan.) Med. 35.
Hale (Matth.) Miles 76.
Hales (Joh.) Phil. 56.
Haller (Rich.) Jes. 12.
Hallervordius (Joh.) Phil. 76.
Hallus (Jos.) Theol. 56.
— (Rich.) 4.
Hambergerus (Hartm.) Theol. 8.
Hamconius (Mart.) J. C. 21.
Hammer (Meredith) Theol. 4.
Hammerus (Joh.) S. J. 6.
— (Mart.) Theol. 26.
Hammerschmidt (Casp.) Theol. 75.
Hammermüller (Casp.) Theol. 82.
Hammelius (Henningus) J. C. 2.
Hammondus (Henr.) Theol. 60.
Hanewinckelius (Gerh.) Theol. 69.
Hanckenius (Meno) Theol. 71.
Harancourt (Cæs. Fr. de) Jes. 40.
Harbartus (Burch.) Theol. 14.
Haræus (Franc.) Theol. & Hist. 32.
Harderus (Bernh.) Theol. 39.
— (Wolfg.) Theol. 1.
Harduinus (Franc.) Poëta 9.
— (Dion.) J. C. 5.
Hardy (Nathan.) Theol. 70.
Hartmannus (Joh.) Theol. 34. in Append.
— (Joh. Ludov.) Theol. 80.
Hartknochius (Christoph.) Histor. 87.
Hannotel (Phil.) S. J. 37.
Hardecop (Nic.) Theol. 50.
Harmen (Joh.) Theol. 13.
Harlay (Franc.) Archiep. 53.
Harmarus (Joh.) Theol. 13.
— (Joh.) Phil. 70.
Hartmannus (Joh.) Med. 31.
— (Phil) Theol. 64.
— (Joh.) Theol. 43. rectius 34.
Harprechtus (Joh.) J. C. 39.
Harriotus (Thom.) Math. 21.
Harris (Joh.) Theol. 58.
— (Guil.) Teol. 2.
— (Robertus) Theol. 58.
Harsdörfferus (Georg Phil.) J. C. & Philol. 58.
Harvæus (Guil.) Med. 57.
Harscher (Joh.) S. J. 50.
Hartigueld (Joh.) Socin. 78.
Hasius (Joh.) S. J. 24.
Hassæus (Marcus) Phil. 20.
Havensius (Arn.) Jes. 9.
Havemannus (Mich) Theol. 72.
Havenreuterus (Joh. Lud.) Med. 18.
Hauræus (Joh.) J. C. 25.
Hausmannus (Georg.) Phil. 39.
Hattenius (Oliverius) Med. 10.
Hauptmannus (Aug.) Med. 74.
Hatton (Car. Phil.) J. C. 32.
Hautinus (Jac.) Jes. 71.
Haukius (Henr.) Jes. 46.
Hay (Paulus) Comes 36.
Haye (Joh. de la) Servius, S. J. 14.
— (Joh. la) Ord. Franc. 61.
Hayne (Thom.) Theol. 45.
Hayneufuc (Julianus) Jes. 63.
Haywood (Guil.) Theol. 63.
Hebenstreit (Christianus) Theol. 32.
Hechtius (Joach.) Theol. 76.
Hegelund (Pet.) Episc. 14. Append.
Hedenus (Joh. Conr.) Theol. 65.

Heerboord (Adrianus) Phil. 59.
Hedræus (Bened) Mathem. 59.
Heerbrandus (Jac.) Theol. 0.
Heelaut (Rolandus) Ord. Ciſterc. 52.
Heggius (Robertus) Phil. 29.
Heidenreich (Tob.) J. C. 50.
Heideccius (Henr.) J. C. 3.
Heiderus (Wolffg.) Phil. 26.
Heidanus (Abrah.) Theol. 78.
Heinius (Alb.) J. C. 30.
Hein (Steph) Phil. 43.
Heintzius (Georg.) J. C. 83.
Heinſius (Daniel) Polyhiſt. 55.
— (Mart.) Theol. 67.
— (Nicol.) Poëta 81.
Heiſſius (Sebaſt.) S. J. 14.
Heinitz (Sam.) Theol. 36.
Helius (Joh. Beatus) Phil. 20.
Helmontius (Joh. Bapt.) Phil. 44.
Helmſius (Adamus) Theol. 53.
Helmichius (Wern.) Theol. 8. in Append.
Heimburgerus (Dan.) Theol. 61.
Helvicus (Chriſtoph.) Theol. 17.
Helwigus (Joh.) Med. 74.
Helwigius (Andr.) Phil. 43.
— (Jacobus) Epiſc. 84.
Hempelius (Mich.) Phil. 11.
Hemmingus (Nicol.) Theol. 0.
Henardus (Nic.) S. J. 18.
Henckelius (Otto) Theol. 70.
Henichius (Joh.) Theol. 71.
Henningius (Joh.) J. C. 32.
Henrici (Ægid.) J. C. 83.
— (Daniel.) Theol. 66.
Henriquez (Henr.) Theol. 0.
— (Henr.) J. S. 8.
— (Chriſtoph.) Hiſtor. 32.
Henſchenius (Godofr.) S. J. 82.
Henſcherus (Chriſtoph.) J. C. 20.
Heraldus (Deſiderius) J. C. 49.
Herbenſtein (Ferdin.) Jeſ. 73.
Herbergerus (Valer.) Theol. 27.
Herbertus (Edoardus) Eques 48.
Herle (Carolus) Theol. 59.
Herlicius (Dav.) Med. & Math. 36.
Hermannus (Chriſtoph.) Theol. 12.
— (Daniel.) J. C. 1.
Herrmannus (Daniel.) Theol. 36.
— (Mich.) Theol. 69.
— (Joh.) Theol. 47.
— (Wolfg.) S. J. 59.
— (Zachar.) Theol. 37.
HERMANNUS IV. HASSIÆ LANDGRAVIUS 58.
Hermitte (Mart. L') Theol. 52.
Heroldus (Tob.) Theol. 29.
Herrera (Aug. de) S. J. 49.
— (Anton. de) Hiſt. 25.
— (Thom. de) Theol. 54.
Herrenſchmid (Jac. Adamus) Theol. 73.
— (Jacobus) Theol. 41.
Heringsdorff (Joh.) S. J. 65.
Hertzberg (Joach.) Theol. 52.
Hertzog (Joh) Theol. 57.
Hevelius (Joh.) Mathem. 87.
Hevin (Joh.) S. J. 32.
Heumont (Joſ.) S. J. 16.
Heunius (Joh.) Med. 72.
— (Joh.) Med. 1.
Heuterus (Pontus) Theol. 2.
Heylin (Petrus) Theol. 62.
Hickmannus (Gaſp.) S. J. 17.
Hilpertus (Joh.) Theol. 80.
Hildebrandus (Frid.) Phil. 87.
Hilſcherus (Balth.) Theol. 30.
Hieronymus (Mich.) Jeſ. 29.
Higgons (Theoph.) Theol. 59.
Higuera (Hier. Rom. de) Jeſ. 11.
Hildanus (Guil. Fabritius) Med. 34.
Hildebrandus (Herm.) Theol. 49.
Hilarius (Henr.) Philol. 86.
— (Georg.) Phil. 86.
Hilchen (David) J. C. 8. (rectius 9.)
Hilligerus (Oſwaldus) J. C. 19.
Himmelius (Joh.) Theol. 42.
Himſelius (Gerh.) Med. & Phil. 76.
Hipſtedius (Joh.) Orat. 82.
Hincza (Mart.) Jeſ. 67.
Hiquæus (Anton.) 41.
Hirtenberg (Joach. ab) Hiſtor. 81.

Hitzlerus

Hitzlerus (Daniel) Theol. 35.
Hoard (Sam.) Theol. 58.
Hobius (Edoardus) Eques 17.
Hobbesius (Thom.) Phil. 79.
Hoburg (Christianus) 75.
Hochius (Nic. van der) J. C. 24.
Hochmannus (Joh.) J. C. 3.
Hochholtzerus (Sam.) Theol. 6.
Hochstetterus (Phil.) Med. 35
Hoe (Matth.) ab Hoenegg. Theol. 45.
Hoelzlinus (Jerem.) Phil. 41.
Höfnerus (Henr.) Theol. 42.
— (Joh.) Theol. 45.
— (Joh.) J. C. 75.
Hœping (Theod.) J. C. & Phil. 41.
Hövelius (Joh.) Med. 52.
Hoffeus (Paulus) Theol. 8.
Hoffwenus (Petrus) Med. 82.
Hoffmannus (Casp.) Med. 48.
— (Daniel) Theol. 11.
— (Joh.) Theol. 71.
— (Matth.) Theol. 67.
— (Melch.) Phil. 62.
— (Laur) Med. 30.
— (Henr.) Mathem. 52.
— (Frider.) Poëta 74.
— (Frid.) Med. 75.
Hogelius (Zach.) Theol. 35.
Höckelschovius (Joh.) Phil. 18.
Hofffteter (Matth.) Phil. 20.
Hoffstadius (Andr.) Theol. 18.
Hoferus (Joh.) S. J. 46.
Holderus (Wilh.) Theol. 9.
Holland (Henr.) Theol. 25.
Hollandus (Hugo.) 33.
Hollenderus (Andr.) J. C. 67.
Holtermannus (Arn. Maur.) J. C. 81.
Holguinus (Didacus) S. J. 18.
Holland (Henr.) Theol. 25.
— (Thom.) Theol. 12.
Holstenius (Lucas) Histor. 61.
— (Ericus) Theol. 40.
Holzhajus (Georg.) S. J. 46.
Holydary (Bart.) Theol. 61.
Hombergerus (Joh.) Phil. 56.
Honardius (Rochus) Eques 38.
Hondius (Jodocus) Philos. 11.
Hooker (Rich) Theol. 8.
Honoldus (Jacobus) Theol. 64.
Hooch (Nicol. van der) J. C. 24.
Hooft (Petrus Corn.) Eques & Hist. 47.
Hopfferus (Thom.) Theol. 78.
Hopnerus (Joh.) J. C. 75.
Hoppe (Conr.) Theol. 70.
Hoppius (Joh.) Med. 54.
Horne (Joh van) Med. 70.
— (Thomas) Phil. 54.
Hornejus (Conr.) Theol. 49.
Hornbeck (Joh.) Theol. 61.
Hornius (Casp.) Med. 53.
— (Georg.) Histor. 70.
— (Mich. Henr.) Med. 81.
Horniceus (Joh.) Phil. 86.
Hornigius (Petrus) Phil. 17.
Hornschuchius (Hier.) Med. 16.
— (Joh.) Philos. 63.
Horstius (Dethardus) J. C. 18.
— (Gregorius) Pater, Med. 36.
— (Greg.) Filius, Med. 61.
— (Joh. Daniel) Med. 85.
— (Phil.) Phil. 64.
Hortigosa (Petrus) S. J. 26.
Hortensius (Mart.) Mathem. 40.
Horrion (Joh.) Theol. & Phil. 41.
Horwardus (Joh. Car.) S. J. 55.
Hoskinus (Anton.) S. J. 15.
Hoskyns (Joh.) J. C. 38.
— (Joh.) J. C. & Theol. 31.
Hospinianus (Joh. Rud.) Theol. 26.
Hoschius (Sidonius) S. J. 53.
Hottingerus (Joh. Hinr.) Theol. 67.
Hoveden (Robertus) Theol. 14.
Howell (Jacobus) Histor. 66.
Howson (Joh.) Theol. 37.
Hoycke (Carolus van) S. J. 50.
Hoyle (Josua) Theol. 54.
Huberus (Joh.) Jes. 12.
— (Joh.) Theol. 76.
Hubnerus (Matth.) J. C. 14.
Hudson (Mich.) Theol. 48.

Huitfeld

Huitfeld (Haraldius) Nob. 9. Append.
Huerta (Hieron. de) Med. 0.
Hugenius (Constant.) Eques 87.
Hughes (Georg.) Theol. 67.
Hugo (Herm.) S. J. 39.
— (Nicol.) Theol. 34.
Huldricus (Henr.) Phil. 30.
— (Jacobus) Theol. 38.
— (Joh. Henr.) Theol. 25.
Hulett (Joh.) Phil. 63.
Hülsemannus (Joh.) Theol. 61.
Hülsius (Anton.) Theol. 85.
Humerus (Zach.) Phil. 50.
Hunichius (Christoph.) Phil. 23.
Hungerus (Alb.) Theol. 4.
Hunnius (Ægid.) Theol. 3.
— (Ægid.) Theol. 42.
— (Nicol.) Theol. 43.
Huntlæus (Jac. Gordonus) S. J. 20.
Hurtadus (Gasp.) S. J. 46.
— (Thom.) Theol. 59.
Husius (Rob.) Mathem. 32.
Huswedelius (Joh.) Phil. 51.
Hütten (Leonh.) Theol. 32.
Hütterus (Leonh.) Theol. 16.
JACOBUS VI. REX ANGLIÆ 25.
Jacob (Henr.) Theol. 21.
— (Ludov.) Ord. Carmel. 70.
Jacobi (Ludov.) S. J. 61.
— (Laurent.) Episc. 63. Append.
— (Teod.) J. C. 76.
— (Ludov.) Theol. 77.
Jacobo (Joh. de Sancto) S. J. 4.
— (Ferdin. de S.) 39.
Jacchæus (Guil.) Phil. 28.
Jacquinotius (Balth.) S. J. 47.
Jacksonus (Henr.) Theol. 62.
— (Thom.) Theol. 40.
Jacknowicz (Joh.) Jes. 68.
Jamesius (Rich.) Theol. 38.
— (Thom.) Theol. 29.
Janichius (Simon.) Theol. 67.
Janidlovius (Jac.) J. C. 20.
Januinus (Ludov.) S. J. 72.
Jansenius (Corn.) Theol. 38.
Jansonius (Gustavus) Theol. 73.
— (Jac.) Theol. 25.
Janthesius (Gasp.) J. C. 44.
Janusovius (Joh.) Theol. 13.
Janus (Christianus) Theol. 35.
Jardin (Jac. de) S. J. 53.
— (Joh. du) S. J. 44.
Jarricus (Pet.) Jes. 16.
Jaschius (Valer.) Theol. & Phil. 84.
Jarsia (Maria) Hornacensis, Virgo 45.
Jeannes (Henr.) Theol. 62.
Jenischius (Paulus) Theol. 11.
Jenkins (David.) J. C. 63.
Jepes (Anton. de) Monachus 21.
— (Didacus de) Theol. 13.
Jeringius (Mich.) Theol. 4.
Jermin (Mich.) Theol. 59.
Jersinus (Janus Dion.) Episc. 34.
Jesu (Alexius de) Theol. & J. C. 17.
— (Didacus à) Ord. Carmel. 21.
— (Franc. à) Ord. Carmel. 34.
— (Hyppolita à) Fæmina 24.
— (Thom. de) Ord. Carmel. 27.
Jesu Maria (Joh. de) Ord. Carmel. 60.
Jessenius à Jessen (Joh.) Med. 21.
— (Frid.) Theol. 77.
Imperialis (Joh. Bapt.) Nob. 23.
— (Joh. Vincent.) Dux in App. 45.
Inchofer (Melch.) Jes. 48.
Ines (Abbertus) Jes. 58.
Ingolsteterus (Joh.) Med. 19.
JNNOCENTIUS X. PONT. ROMANUS 55.
Jonæ (Petrus) Episc. 30.
— (Sueno) Phil. 42.
Johannis (Christianus) Episc. 43.
Johanne (Fructuosus à S.) Mon. 24.
Johannes (Andr. Eudemon) Jes. 25.
Johnson (Benjamin) Poëta 37.
Jones (Joh.) Theol. 36.
Joninus (Gilb.) Jes. 38.
Jongse (Joh. de) S. J. 69.
Jonsius (Joh.) Phil. 59.
Jordinus (Anton.) Jes. 36.
Josepho (Pet. de S.) Ord. Aug. 52.

— (Steph. à S.) Ord. Carmel. 36.
Joſſet (Petrus) Jeſ. 63.
Irmingerus (Jac.) Theol. 49.
Ironſide (Gilb. Theol. 71.
Iſca (Arn. ab) Ord. Minor. 19.
Isfordin (Joh.) Jeſ. 39.
Iſtmenius (Iſ.) Phil. & Theol. 58.
Iſraël (Menaſſe Ben) Judæus 59.
Iſnardus (Cæſar) Jeſ. 4.
Iſſelburgius (Henr.) Theol. 28.
Iſtella (Ludov.) Theol. 14.
Ittigius (Joh.) Phil. 76.
Judæis (Corn. de) Phil. 0.
Juglares (Aloyſius) Jeſ. 53.
Juge (Chriſtoph. le) S. J. 70.
Julianus (Franc. de S.) Theol. 63.
Jungermannus (Gothofr.) Ic. Conf. etiam Append.
— (Ludov.) Med. 53.
Junius (Adrianus) Theol. 80.
— (Balduinus) Ord. Minor. 34.
— (Franc.) Sen. Theol. 2.
— (Franc.) Jun. Theol. 78.
— (Melch.) Phil. 4.
— (Melch.) J. C. 13.
— (Joach.) Theol. 30
Jungius (Adrianus) Jeſ. 7.
— (Joach.) Med. & Math. 57.
Juſtellus (Chriſtoph) J. C. 49. Append.
Juſtinellus (Petrus) S. J. 30.
Juſtinianus (Bened.) S. J. 22.
— (Georg.) S. J. 44.
Juvenis (Paulus) S. J. 64.
KAldi (Georg.) S. J. 34.
Kaminko (Franc.) S. J. 64.
Kannengieſſerus (Luderus) Theol. 80.
Kansdorffius (Balth.) Theol. 80.
Karncovius (Stanisl.) Theol. 3.
Keckermannus (Barth.) Phil. 9.
Kedde (Jodocus) S. J. 57.
Keimannus (Chriſtoph.) Phil. 62.
Kellerus (Jac.) S. J. 31.
Kempe (Axel.) Phil. 82.
— (Mart.) Hiſtor. 82.
Kempfius (Joh.) Med. 34.
Kepplerus (Joh.) Mathem. 80.
— (Ludov.) Med. 63.
Kenicius (Petrus) Archiep. 36.
Kernerus (Balth.) Theol. 33.
Kerckhovius (Sim.) 25.
Kerchoven (Joh. Polyander à) Theol. 46.
Kerbechius (Ant.) Theol. 29.
Keslerus (Andr.) Theol. 43.
Ketnerus (Frid.) Theol. 80.
Kexlerus (Simon.) Phil. 69.
Khunrath (Henr.) Med. 5.
Kilbye (Richardus) Theol. 20.
Kinderlingius (Andr.) Phil. 64.
King (Joh.) Theol. 21.
— (Hinr.) Epiſc. 69.
Kinich (Joh. Hier.) S. J. 46.
Kinſchovius (Henr.) J. C. 8.
Kinſchotius (Caſp.) Poëta 49. Append.
Kircherus (Athan.) Mathem. 80.
Kirchbachius (Petrus) Theol. 38.
Kittelmannus (Chriſt.) Theol. 5.
Kirchnerus (Herm.) J. C. 20.
Kirchmannus (Joh.) Phil. 43.
Kippingus (Henr.) Phil. 78.
Kirſtenius (Mich.) Phil. 78.
— (Georg.) Med. 60.
— (Petrus) Med. 40.
Kitzelius (Joh.) J.C. 27.
Kizynokolski (Stanisl.) Jeſ. 33.
Klee (Caſp.) Theol. 52.
Klein (Chriſtianus) J. C. 64.
Kleinius (Joh.) Theol. 31.
Kleinſchmidt (Joh.) J.C. 63.
Kling (Joh.) Epiſc. 21.
Klinge (Barth.) J. C. 10.
Klinckart (Pet.) Jeſ. 37.
Klingius (Zachar.) Epiſc. 71.
Klugmichelius (Criſpinus) Phil. 39.
Kmicic (Nic.) Jeſ. 22.
Knab (Melch.) S. J. 38.
Knolles (Rich.) Phil. 19.
Knottus (Eduardus) Jeſ. 56.
Kobius (Joh.) J. C. 61.
Kobavius (Andr.) Jeſ. 44.
Kockertus (Jac.) Phil. 54

Kojalowicz (Alb. Casim.) S. J. 77.
Kohl (Andr.) J. C. 55.
Kolerus (Jac.) Theol. 11.
König (Georg.) Theol. 54.
— (Joh. Frid.) Theol. 64.
— (Mich.) J. C. 73.
Königsmannus (Robertus) Orat. 63.
Köppen (Joh.) J. C. 30.
Konecznius (Matth.) Theol. 22.
Kornmannus (Joh.) J. C. 56.
— (Joh. Hartm.) J. C. 73. App.
Kotzeburus (Joh.) Theol. 77.
— (Joh.) Theol. 29. Append.
Kohlhans (Joh. Christ.) Phil. 77.
Kozack (Joh. Sochrow.) Med. 85.
Kragius (Andr.) Phil. 0.
— (Nicol.) Phil. 2.
Krakewitzius (Barth.) Theol. 42.
— (Joach.) Phil. & Theol. 42.
Krallius (Theod.) S. J. 33.
Krembergius (Christ.) J. C. 33.
Kreihing (Joh.) S. J. 70.
Kreitz (Car. à) Theol. 60.
Krieger (Adamus) Musicus 66.
Kromayerus (Hieron.) Theol. 70.
— (Joh.) Theol. 43.
Krugk (Georg.) Med. 59.
Krüger (Joh.) Theol. 68.
— (Oswaldus) S. J. 65.
Kuhn (Paulus) S. J. 49.
— (Joh.) Mathem. 76.
Kunadus (Andr.) Theol. 62.
Kuchlinus (Joh.) Theol. 6.
Kusterus (Joh.) à Rosenburg, Med. 85.

LAbadie (Joh. à) Sectæ Conditor 73.
Labata (Franc.) S. J. 31.
Labbe (Phil.) S. J. 67.
Laboureur (Joh.) Nobilis 75.
Lacæus (Guil.) S. J. 73.
Lachmund (Frid.) Med. 76.
Ladesou (Otho) Jes. 30.
Laet (Joh.) Phil. 49.
Laen (Joh. van der) S. J. 69.
Lælius (Laur.) Theol. 34.
Lætus (Georg.) Theol. 49.
Laberluttel (Sam.) S. J. 87.
Lagalla (Jul. Cæsar.) Phil. & Med. 24.
Lahier (Franc.) Jes. 56.
Lairvellius (Servatius) Theol. 31.
Lake (Athurus) Episcop. 26.
Lainez (Jos.) Episcop. 67.
Lallemant (Carolus) S. J. 74.
— (Hier.) S. J. 73.
Lallemant (Pet.) Ord. August. 73.
Lallius (Joh. Bapt.) J. C. & Poëta 57.
Lambertus (Pet.) 24.
— (Matth.) Theol. 2.
— (Jac.) S. J. 70.
Lambecius (Petrus) Histor. 79.
Lamormainus (Henr.) S. J. 47.
— (Guil.) S. J. 48.
Lamparter (Henr.) S. J. 70.
Lampsonius (Nicol.) Theol. & Poëta 35.
Lampadius (Jac.) J. C. 49.
— (Joh.) Theol. & Phil. 21.
Lancellottus (Andr.) Episc. 26.
— (Corn.) Theol. 22.
— (Henr.) Ord. August. 43.
— (Secundus) 45.
— (Joel) Med. 80.
Lanckisch (Frid.) Bibliop. 69.
Lancitius (Nicol.) S. J. 52.
Landscheere (Guil. de) S. J. 66.
Lange (Christianus) Theol. 57.
— (Christianus) Med. 62.
— (Samuel) Theol. 67.
— (Wilh.) Math. 82.
Langerhans (Nicol.) Theol. 84.
Langerman (Luc.) J. C. 86.
Langerbeck (Henr.) J. C. 69.
Langius (Abrah.) Theol. 15.
— (Nicol.) J. C. 43.
Languetus (Claudius) J. C. 20.
Langbainius (Ger.) Theol. 57.
Langley (Joh.) Theol. 57.
Lanselius (Pet.) S. J. 32.
Lansius (Thom.) J. C. & Hist. 57.
Lansena (Petrus) J. C. 36. Append.
Lanuzaverchia (Joh. Bapt.) Jes. 16.

Lanuza (Aloyſ.) S. J. 56.
— (Franc. Bl. de) Abbas 64.
— (Hier. Bapt.) Epiſc. 25.
Lapide (Corn. à) S. J. 37.
Lappius (Nicol.) Theol. 63.
Larroque (N. de) Theol. 84.
Larreategui (Mart. de) J. C. 51.
Latewar (Rich.) Theol. 1.
Laud (Guil.) Archiepiſc. 45.
Latſch (Joh.) J. C. 55.
Laſcius (Mart.) S. J. 15.
Leſena (Petrus) J. C. 36.
Laurentius (Andr.) Med. 18.
— (Chriſtoph.) Theol. 58.
— (Jacobus) Theol. 44. Append.
— (Petrus) Med. 39.
— (Paulus) Theol. 24.
Laurentii (Nicol.) Epiſc. 68.
Laurenbergius (Guil.) Med. 12.
— (Jac. Sebaſt.) J. C. 68.
— (Joh.) Med. 58.
— (Pet.) Med. 39.
Lauterbachius (Erh.) Theol. 49.
— (Joſ.) Med. 14.
— (Wolffg. Ad.) J. C. 78.
Laurus (Joh. Bapt.) J. C. 29.
— (Marcellus) Jeſ. 51.
Lauretius (Olaus) Epiſc. 70.
Launoy (Joh. de) Theol. 78.
Lavaterus (Henr.) Med. 23.
— (Joh. Rud.) Phil. 25.
Lazzarus (Pet. Ant.) Theol. 30.
Lavedan (Ant.) Jeſ. 70.
Lauxmin (Sigiſm.) Jeſ. 70.
Lawrence (Thom.) Theol. 57.
Laymannus (Paulus) Jeſ. 25.
Leblanc (Thom.) S. J. 69.
Lebleu (Jac.) J. C. 68.
Lechius (Humpredus) S. J. 29.
Lechnerus (Caſp.) Jeſ. 34.
Lectius (Jacobus) J. C. 11.
Ledererus (Mich. Frid.) J. C. 74.
Ledeſma (Barth. de) Epiſc. 4.
— (Alph. de) Poëta 23.
— (Joh.) Jeſ. 37.
— (Petrus de) Theol. 16.
Leemannus (Burchardus) Theol. 13.
— (Thoph.) Theol. 32.
Legdæus (Valent.) Theol. 34.
Leibius (Joh.) J. C. 66.
Leibnutzius (Frid.) Phil. 52.
— (Juſtus Jac.) Theol. 83.
Leigh (Edoardus) Theol. 71.
Lembken (Henr.) J. C. 74.
Lemchen (Henr.) Theol. 74.
Lenæ (Joh. Canuti) Archiepiſc. 69.
Lentulus (Cyr.) Phil. & Hiſt. 78. in App.
Leo (Marcus Paulus) J. C. 57.
Leon (Baſil. Ponte de) Theol. 29.
— (Salvator de) Jeſ. 49.
Leotaudus (Vincent.) S. J. 72.
Leſcalopierius (Pet.) Jeſ. 73.
Leſmaræus (Jac. Gord.) S. J. 41.
Lerche (Corn.) J. C. 81.
Lernutius (Janus) Nob. 19.
Leſſius (Leonh.) Theol. 23.
Leuſchnerus (Mart.) Phil. 41.
Leuchovius (Ben. Pet.) Theol. 21.
Leuchterus (Henr.) Theol. 23.
Leurechon (Joh.) S. J. 70.
Lewius (Alb.) Mathem. 14.
Ley (Jac.) Comes 28.
Lezana (Joh. Bapt. de) Ord. Carmel. 59.
Libavius (Andr.) Med. & Phil. 16.
Lichtenſtein (Joh. Habæus à) Polit. 80.
Lidelle (Claudius de) Jeſ. 71.
Liebenthal (Chriſtianus) J. C. 47.
Lieblerus (Georg.) Phil. o. in Append.
Liebhardus (Ludov.) Hiſt. 85.
Lilienau (Nic. Witte à) Med. 88.
Lightfootius (Joh.) Theol. 75.
Lilia (Petrus) Theol. 6.
Lilien (Caſp. à) Theol. 87.
— (Georg.) Theol. 66.
Lilliehöek (Jac.) Baro 58.
— (Andr.) Baro 85.
Liliemärck (Laur. Matth. Stigzelius) Archiepiſc. 76.
Lillieſtierna (Andr. Biug) Nob. 79.
Lima (Marcus) S. J. 64.

Limnæus (Joh.) J. C. 65.
Linden (Ant. van der) Med. 33.
— (Joh. Ant. van der) Med. 64.
Lindenbrogius (Frid.) J. C. 47.
(rectius An. 48. die 9. Septembr.
— (Henr.) Phil. 41.
Lindenerus (Dav.) J. C. 44.
— (Dav.) J. C. 83.
Lindemannus (Thom.) J. C. 32.
Linemannus (Alb.) Mathem. 53.
Linck (Sam.) Theol. 56
Linckerus (Conr. Theod.) Med. & Phil. 60.
Lingendes (Claudius) Jes. 60.
Linschotten (Joh. Hugo à) 1.
Lintz (Hubertus) S. J. 34.
Lions (Andr. des) Jes. 48.
Lipstorpius (Dan.) J. C. 84.
Lippay (Joh.) S. J. 66.
Lippius (Joh.) Theol. 12.
Lipsius (Justus) Polyhist. 6.
Lipski (Andr.) Episc. 31.
Lithe (Henr. à) Theol. 82.
Lithman (Carolus) Theol. 86.
Liung (Petrus) Phil. 79.
Livelejus (Edoardus) Theol. 5.
Lloyd sive Luidus (Joh.) Theol. 3.
Lloidus (Hugo) J. C. 1.
Lobechius (Dav.) Theol. 3.
Lobelius (Matth.) Med. 16.
Lobbetius (Jac.) Jes. 72.
Lobera (Athan. de) Theol. 5.
Locamerus (Georg. Dav.) J. C. 37.
Locatellus (Ludov.) Med. 57.
Locrius (Ferreolus) Theol. 14.
Löfflerus (Sim.) Theol. 74.
Loccenius (Joh.) J. C. & Hist. 77.
Löfelius (Joh.) Med. 55.
Lölhevel (Andr.) Theol. 69.
Logenhagen (Jac. à) Theol. 11.
Löwenstern (Matth. Ap. à) J. C. 48.
Löwenstein (Frid.) Theol. 57.
Lohausen (Wilh. V. Calchum) Miles 41.
Lohenstein (Dan. Casp. à) J.C. & Poëta 83.
Loisel (Anton.) J. C. 17. Append.
Lohmeierus (Phil.) Phil. 80.
Lokemannus (Pet.) Theol. 33.
Lombardus (Nic.) Jes. 46.
Longobardus (Nic.) Jes. 55.
Longamontanus (Christ.) Phil. 47.
Lopez (Balth.) S. J. 50.
— (Didacus) S. J. 15.
— (Franc.) 58.
— (Greg.) S. J. 14.
— (Joh.) Ord. Prædic. 32.
Loper (Bern.) S. J. 70.
Lorca (Pet. de) Theol. 6.
Lorencowic (Alex.) S. J. 75.
Loriot (Franc.) S. J. 42.
Lorinus (Joh.) Jes. 34.
Loscher (Mich.) Jes. 36.
Lossius (Jerem) Med. 84.
Lotterus (Tob.) Theol. 31.
Lauchius (Joh.) J. C. 50.
— (Joh. Pet.) Med. 52.
Lothus (Georg.) Med. 35.
— (Georg.) Med. 83.
Love (Christoph.) Theol. 51.
Lovera (Ant. la) S. J. 64.
Lubbertus (Sibr.) Theol. 25.
Lubenau (Reinh.) J. C. 59.
Lubinus (Eilhardus) Theol. 21.
Lubienski (Stanisl.) Episc. 39.
Lucas (Franc.) Theol. 19.
Lucena (Joh. de) Theol. 0.
Lucæ (Joh.) Phil. 63.
Lubienski (Stanisl.) Episc. 39.
Lubienieccius (Stanisl.) Eques & Theol. 33.
Lucius (Joh. Andr.) Theol. 86.
— (Joh. Jod.) Med. 13.
Luckius (Joh. Jac.) Phil. 53.
Lüderus (Joh.) J. C. 33.
Ludecus (Matth.) Canon. 6.
Ludemannus (Dan.) Theol. 77.
Ludenius (Laur.) J. C. & Poëta 54.
LUDOVICUS I. PRINCEPS ANHALTINUS 50.
LUDOVICUS VI. HASSIÆ LANDGRAVIUS 78.
Ludovici (Mich.) Theol. 80.

Ludwellus (Wilh.) J. C. 63.
Lugo (Franc. de) Jes. 52.
— (Joh. de) Cardin. 60.
Lumnius (Joh. Frid.) Theol. 2.
Luna (Joh. de) Theol. 10.
— (Mich. Garn. de) Eques 61.
Lundius (Zach.) Phil. & Poëta 67.
Lupus (Alvarus) 8.
— (Christianus) Theol. 81.
— (Ignatius) 59.
Lushington (Thom.) Theol. 61.
Lutkeman (Joach.) Theol. 55.
Luzvic (Steph.) S. J. 40.
Lydiat (Thom.) Phil. 46.
Lyere (Adrianus) S. J. 61.
Lyford (Guil.) Theol. 53.
Lymborgh (Alb. à) J. C. 27.
Lyndius (Humphridus) Eques 36.
Lyserus (Christianus) Theol. 71.
— (Joh.) Polygamiæ defensor 85.
— (Luc.) J. C. 72.
— (Mich.) Med. 59.
— (Polyc. Theol. 10.
— (Polyc.) Theol. 33.
— (Wilh.) Theol. 49.

MAcer (Dominicus) Eques & Theol. 72.
Macherentinus (Joh. Theod.) Jes. 10.
Macasius (Joh. Georg.) Med. 53.
Macarius (Joh.) Theol. 4.
Maccovius (Joh.) Theol. 44.
Machado (Franc.) S. J. 59.
Machaldus (Joh.) S. J. 19.
Machault (Joh. Bapt. de) Jes. 40.
— (Joh. de) Jes. 19.
Machurellus (Josias) Chirurgus 22.
Macrinus (Cæsar) Jes. 51.
Mackius (Andr.) Med. 83.
Madao (Joh. Elias) Jes. 62.
Maderus (Theoph.) Med. 4. Append.
Mæstertius (Jac.) J. C. 58.
Maeth (Car. de) Theol. 51.
Magallianus (Cosm.) Jes. 24.
Majius (Joh.) Theol. 14.
Maginus (Joh.) Math. 17.
Magistris (Hyacinthus de) S. J. 68.
Majirus (Joh.) Jes. 9.
— (David.) J. C. 36.
— (Tob.) Phil. 52.
Magister (Rudolphus) Med. 30.
Maguinus (Gilb) 74.
Majerus (Joh.) Theol. 56.
Majorica (Hier.) Jes. 56.
Meillart (Claudius) Jes. 55.
— (Petrus) Jes. 40.
Maigretius (Georg.) 33.
Maimburgus (Ludov.) S. J. 86.
Mainardus (Franc.) J. C. 46. Append.
Mainoldus (Jac.) J. C. 12.
Major (Elias) Phil. 69.
— (Joh.) S. J. 8.
— (Joh.) Theol. 0.
— (Joh. Tob.) 55.
— (Joh.) Theol. 54.
Majus (Tham.) Eques 51.
— (Henr.) Theol. 7.
Maigretius (Georg.) 33.
Maistre (Ant. le) J. C. 58.
Makeblidius (Lud.) Jes. 30.
Malavelettus (Jos.) Jes. 32.
Malavolta (Prosper) Jes. 4.
Malavalette (Joh.) Jes. 43.
Malebranque (Jac.) Theol. 53.
Malapertius (Carolus) Jes. 30.
Malcosius (Odo) S. J. 15.
Malherbe (Franc.) Poëta 28.
Malderus (Joh.) Episc. 33.
Malleville (Claud.) Polit. 47. Append.
Malcolmus (Joh.) 24.
Malsius (Joh.) Theol. 38.
Maltretus (Claud.) S. J. 74.
Malvenda (Thom.) Theol. 28.
Malvezzus (Virgil.) Marchio 54.
Mambrun (Pet.) S. J. 61.
Mamphrasius (Wolfg.) Theol. 16.
Manara (Hyac.) J. C. 62.
Mancelius (Georg.) Theol. 54.
Mancinus (Leopoldus) Jes. 73.
Mander (Car. von) Pictor 4.
Manderslo (Joh. Alb. à) Eques 44.

Manero (Pet.) Ord. Franc. 60.
Margionius (Valent.) Jef. 60.
Mangilius (Anton.) Phil. 44.
Manrique (Angelus) Epifc. 49.
Manfueldius (Regnerus) Phil. 71.
Manfus (Joh. Bapt.) Marchio 45. App.
Mantmorencæjus (Nic.) Comes 17.
Mantica (Franc.) Card. 14. Append.
Manwaring (Rob.) Theol. 53.
Manqueftaldus (Franc.) S. J. 34.
Marca (Pet. de) Archiep. 62.
Marci (Corn.) Theol. 46.
— (Joh.) Med. 67.
Marcilius (Theod.) Orat. 17.
Marefcottus (Ages.) Patric. 18.
Mariottus (N.) Phil. 84.
Marinis (Ant. Dom. de) J. C. 66.
Marollus (Mich.) Abbas 81.
Maraquez (Andr.) Jef. 31.
Marcellius (Henr.) S. J. 64.
Marchantius (Jac.) J. C. 9.
Marbachius (Phil.) Theol. 11.
Marggravius (Georg.) Mathem. 44.
Maria (Ant. de) J. C. 2.
— (Joh. de Jefu) Carmel. 60.
Marie (Pet.) S. J. 45.
Marieta (Joh. de) Ord. Domin. 11.
Mariana (Joh.) Theol. 23.
Marius (Georg.) Med. 6.
— (Leonh.) Theol. 28.
Marefius (Rolandus) Phil. 53.
— (Samuel) Theol. 75.
Marquais (Jac. de) Theol. 4.
Marquardus (Joh.) J. C. 68.
— (Joh. Sebaft.) Theol. 59.
Marquez (Joh.) Theol. 21.
Marinus (Joh. Bapt.) Eques 25.
Margunius (Max.) Epifc. 2. Apend.
Martinez (Ludov. de) Theol. 35.
Marftallerus (Mart.) J. C. 15.
Marftillus (Gregor.) Jef. 33.
Martini (Cyriacus) Theol. 82.
— (Cornel.) Phil. & Theol. 21.
— (Henr.) Med. 75.
— (Jac.) Theol. 49.
— (Joh.) S. J. 25.
— (Mart.) S. J. 61.
— (Matth.) Theol. 30.
— (Olaus) Theol. 10.
— (Wern. Theod.) J. C. 85.
Marfellus (Laur.) S. J. 20.
Mafcarenhas (Emman.) S. J. 54.
Mafchovius (Georg.) Theol. 38.
Mafcambrunus (Thom.) S. J. 62.
Mafculus (Joh. Bapt.) S. J. 56.
Mafellus (Laur.) Jef. 20.
Maffinger (Phil.) 39.
Maffinius (Phil.) J. C. 17.
(rectius ad An. 1618. 19. Maji.)
Mafius (Didacus) Theol. 8.
Mafon (Franc.) Theol. 21.
Maffutius (Thom.) S. J. 36.
Maffonius (Joh Papyr.) Hift. 11.
Maftareus (Vincent.) S. J. 19.
Maftras (Thom.) Theol. 43.
Maftrillus (Greg.) Jef. 53.
— (Marc. Fr.) Jef. 37.
Mather (Rich.) Theol. 69.
Matherbe (Franc.) Nobilis 28.
Matthæacius (Angelus) J. C. o. in Append.
Mathe (Joh. Andr.) Mercator 67.
Matthæi (Tob.) Archiep. 28.
Matthæus (Ant.) J. C. 37.
— (Petrus) Hiftor. 21.
— (Phil.) J. C. 3.
— (Tobias) Eques 55.
Matthia (Emman. de) Ord. Minor. 32.
Mhatthiæ (Chriftianus) Theol. 55.
— (Joh.) Epifc. 70.
— (Jacobus) Epifc. 60.
— (Tob.) Archiepifc. 28.
— (Magnus) Epifc. 11. Append.
Matthias (Laur.) Phil. 47.
— (Petrus) Jef. 42.
Matienzus (Sebaft.) Jef. 44.
Mattenburgius (Joh.) Med. 31.
Matre Dei (Alph. à) Ord. Carmel. 35.
— (Hier. Grac.) Carmel. 14.
Matman (Rud.) Jef. 12.
Maturus (Pet.) S. J. 11.

INDEX.

Mauden (Dav. à) Theol. 41.
Maukischius (Joh.) Theol. 69.
Maucorps (Pet.) S. J. 49.
Maur (Georg.) Jes. 23.
MAURITIUS HASSIÆ LAND-GRAVIUS 32.
Mauritius (Andr.) Theol. 31.
— (Casp.) Theol. 75.
— (Georg. Orat. 31.
Maustasius (Joh.) S. J. 39.
May (Lud. du) Eques 81.
Mayr (Georg.) Jes. 23.
Mayerus (Barth.) Theol. 31.
— (Christianus) Jes. 34
— (Christoph.) Jes. 26.
— (Henr.) S. J. 75.
— (Joh. Ulricus) Theol. 79.
Mayfartus (Joh. Matth.) Theol. 42.
Mayne (Casp.) Theol. 72.
Mayrhovius (Matth.) Jes. 41.
Maynardus (Franc.) Polit. 46.
Mazarinus (Julius) Cardin. 61.
— (Jul.) S. J. 22.
Mazziotta (Bern.) S. J. 56.
Mazzonius (Jac.) Phil. 3.
Mechovius (Guilh.) Phil. 78. Append.
Meckelius (Joh.) Theol. 47.
Mede (Josephus) Theol. 38.
Medinero (Joh. de) Theol. 63.
Medolagus (Lactantius) Phil. 11.
Meelfurerus (Joh.) Theol. 40.
Mehlbaum (Joh.) J. C. 56.
Megisterus (Hier.) Histor. 16.
Meibomius (Henr.) Phil. 25.
— (Joh. Henr.) Med. 55.
Meierus (Henr.) J. C. 76.
— (Henr. Bernh.) Theol. 81.
— (Justus) J. C. 22.
— (Sebast.) Phil. 64.
— (Wolffg.) Theol. 53.
Meisnerus (Balth.) Theol. 26.
— (Joh.) Theol. 81.
Melander (Otto) J. C. 40.
Melissus (Paulus) J. C. & Poëta 2.
Melzius (Ludov.) Miles 17. Append.
Memmolus (Decius) Patr. 31.
Menardus (Hugo) Bened. 44. Append.
Mendex (Alphonsus) Jes. 56.
Mendoza (Ant. de) S. J. 69.
— (Franc. de) Theol. 23. 26.
— (Joh. de) J. C. 59.
— (Petrus de) Jes. 51. 59.
Mengeringius (Arn.) Theol. 47.
Menius (Nic.) Theol. 11.
Menochius (Jacobus) J. C. 7.
— (Joh. Steph.) Jes. 55.
Mennens (Guil.) J. C. 8.
Mentzerus (Balth.) Theol. 27.
— (Balth.) Theol. 79.
Mentzius (Georg.) Jes. 72.
Mercerus (Regnerus) Theol. 26.
Merderus (Guil.) Theol. 39.
Mercier (Rich.) S. J. 64.
Merckius (Joh. Conr.) Phil. 59.
— (Andr.) Theol. 40.
Mercklinus (Georg. Abr.) Med. 83.
Merian (Matth.) Bibl. & Sculptor 50.
Mercurialis (Hier.) Med. 4.
Meredith (Rich.) Theol. 21.
— (Joh.) Theol. 65.
Merula (Paulus) J. C. & Hist. 7.
Mermannus (Thom.) Med. 22.
Mersennus (Marinus) Ord. Franc. 48.
Mertola (Lud.) Ord. Carmel. 53.
Mesa (Ferdin. Arias de) J. C. 46.
Mesdach (Andr.) Theol. 30.
Messa (Didacus Lapez de) S. J. 15.
Mestrezatius (Joh.) Theol. 57.
Metius (Adrianus) Math. 35.
Metoscita (Pet.) Jes. 25.
Metteranus (Emman.) J. C. & Hist. 12.
Metternich (Guil.) Jes. 36.
Mettius (Ferdin.) Jes. 19.
Metznerus (Leonh.) J. C. 29.
Meurerus (Christoph.) Med. & Mathem. 16.
Meursius (Joh.) Phil. 39.
Meuserus (Phil.) Philos. 37.
Mevius (David.) J. C. 70.
Micalia (Jac.) Jes. 54.
Michaelis (Joh.) Theol. 74.

—(Ant.

— (Ant.) Jes. 71.
— (Dan.) Theol. 32.
— (Daniel) Theol. 44.
— (Joh.) Med. 67.
Michael (Joh.) Ord. Carthus, o. in Append.
Michaelis (Joh.) Episc. 51.
Micolaievius (Dan.) Theol. 33.
Micrelius (Joh.) Theol. 58.
Middendorffius (Lub.) Jes. 48.
Miethe (Mich.) Machinator bellicus 86.
Mileman (Franc.) S. J. 66.
Milliet (Cl. Franc.) S. J. 78.
Millieus (Anton.) Jes. 46.
Milonius (Matth, cognomentô Biörnklau) Nobil. 71.
Miltopæus (Mart.) Orat. 79.
Minderer (Raymundus) Med. 21.
Miranda (Alph. Vasquez de) Theol. 61.
Miræus (Aubertus) Episc. 40.
— (Joh.) Theol. 11.
Mislenta (Cælestinus) Theol. 53.
Mislerus (Joh. Nic.) Theol. 83.
Mittendorffius (Jac.) J. C. & Theol. 11.
— (Reinholdus) Med. 57.
Mitternachtius (Joh. Sebast.) Theol. 79.
Mithobius (Hector) Theol. 55.
Mitzelius (Joh.) J. C. 77.
Mockelius (Frid. Rich.) Phil. 43.
Mochingerus (Joh.) Theol. & Orat. 52.
Mocquetius (Joh.) S. J. 42.
Modestinus (Andr.) S. J. 1.
Mœbius (Gothofr.) Med. 64.
Mœrmannus (Joh.) Phil. 21.
Mogius (Hartmannus) Theol. 58.
Moket (Rich.) Theol. 18.
Möllenbrockius (Val. Andr.) Med. 75.
Molina (Anton. de) Theol. 19.
— (Basil. de) Theol. 17.
— (Ludov.) Jes. 0.
Molinæus (Phil.) Nobilis 23.
— (Pet.) Theol. 58.
Möllerus (Daniel) J. C. 0.
— (Joh.) Med. 27.
— (Joh.) J. C. 57.
— (Petrus) Med. 80.
Mollere (Joh. Bapt.) Comicus 72.
Molitor (Christoph.) Philol. 74.
Moltherus (Joh.) Theol. 18.
Molinettus (Claudius) Ord. August. 87.
Momma (Wilh.) Theol. 77.
Montanus (Guil.) Jes. 58.
— (Gerh.) Philos. 32.
Monavius (Jac.) J. C. 3.
Moncada (Franc. de) Comes 35.
— (Guil. Roman de) Eques 70.
Monerius (Franc.) Jes. 31.
Monetus (Phil.) Jes. 43.
Monodus (Petrus) Jes. 44.
Monin (Ægid. du) S. J. 24.
Montanus (Gerh.) S. J. 32.
— (Joh.) Med. 4.
— (Guil.) S. J. 58.
Montecatius (Vincent.) Phil. 37.
Montmorentius (Franc.) Jes. 40.
Montmorencæjus (Nic.) Comes 17.
Monteoliveti (Emm. de) Franc. 35.
Montacutius (Rich.) Episc. 41.
Monto Sancto (Hor. Augenius à) Med. 3.
Montesinos (Lud. de) Theol. 21.
Montereul (Bern.) S. J. 46.
Montchallus (Car.) Archiep. 51.
Montgaillard (Ant.) Jes. 26.
Montius (Paulus) J. C. 2.
Monzæus (Phil.) Jes. 19.
Moquotus (Steph.) S. J. 28.
Moorman (Corn.) Socin. 70.
Morales (Joh. Bapt. de) Theol. 64.
Moretus (Olaus) Phil. 29.
— (Balth.) Phil. 41.
— (Theod.) S. J. 67.
Morel (Andochius) Jes. 74.
Moreno (Mich.) J. C. 35.
Morelles (Mich. de) Nob. 81.
Morinus (Joh. Bapt.) Med. 56.
— (Pet.) Jes. 25.
— (Joh.) Theol. 59.
Mornæus (Phil.) Nobil. 23.
Morigius (Paulus) 4.
Moronus (Matth.) Med. 50.
— (Joh. Bapt.) 45.

Moreau (Renatus) Med. 56.
Mornæus (Phil.) Nobilis 23.
Morus (Henr.) S. J. 61.
— (Tom.) Jes. 23.
— (Alex.) Theol. 70.
Mosbach (Sam.) J. C. 49.
Moscheroschius (Joh. Mich.) J. C. 69.
Moscorovius (Hier.) Eques 25.
Mothe (Felix de la) J. C. 25. Append.
— (Franc. de la) J. C. 64.
— (Paulus) Med. 70.
Mosquera (Joh.) S. J. 10.
Movius (Casp.) Theol. 39.
Moyne (Pet. le) Jes. 71.
Mudarra (Barth. de) J. C. 24.
Mueleman (Andr.) Theol. 49.
Mugnier (Hubertus) Jes. 51.
Muis (Simon) Theol. 44.
Mulcastor (Rich.) Phil. 11.
Mulerius (Nicol.) Med. 30.
— (Pet.) Med. 47.
Mulhusinus (Joh.) Jes. 9.
Mulpfortius (Henr.) J. C. 83.
— (Wolfg. Werth.) J. C. 23.
Müllerus (Andr.) Theol. 70.
— (Balth.) Theol. 10.
— (Christianus) Theol. 56.
— (Daniel) Theol. 86.
— (Ernestus) Theol. 81.
— (Henricus) Theol. 75.
— (Joh.) Theol. 72.
— (Mart.) J. C. 69.
— (Paulus) Phil. 68.
— (Phil.) Philos. 59.
— (Jacobus) Med. & Matth. 37.
— (Joh. Phil.) J. C. 76.
— (Samuel) Theol. 62.
Mülmannus (Joh.) Theol. 13.
— (Joh.) S. J. 51.
Munfordius (Jac.) S. J. 66.
Müntingius (Abr.) Med. 84.
Murtula (Casp.) J. C. 24. in Append.
Musæus (Joh.) Theol. 81.
— (Pet.) Theol. 74.
Musart (Carolus) S. J. 53.
Musculus (Joh. Bapt.) Theol. 56.
Musius (Pio) Abbas 49. Append.
Mussonius (Petrus) Jes. 37.
Mutius (Pius) 59.
Myle (Ægid. van der) J. C. 52.
Mylius (Georg.) Theol. 26.
— (Anton.) Theol. 55.
— (Arn.) Typogr. 5.
— (Georg.) Theol. 7.
— (Martinus) Phil. 11.
Myronus (Franc.) J. C. 9.
NAnius (Joh. Bapt.) Eques 78.
Nappius (Hier.) S. J. 48.
Narbona (Alph. de) J. C. 11.
— (Didacus de) J. C. 50.
Nasserus (Barth.) Theol. 14.
Natalis (Steph.) Jes. 59.
Natus (Fabianus) Theol. 43.
(rectius ad An. 34)
Navarrus (Pet. Paulus) S. J. 22.
Naudæus (Gabr.) Med. & Phil. 53.
Nazarius (Joh. Paulus) Theol. 48, Append.
Neander (Christoph.) Phil. 41.
— (Jos. Christoph.) Theol. 79.
Neelsius (Nicol.) Theol. 1.
Neldelius (Joh.) Philos. 12.
Nennichen (Matth.) Jes. 56.
Neostadius (Corn.) J. C. 6.
Neuenhanius (Henr.) J. C. 34.
Neuerantzius (Paulus) Med. 71.
Neubaur (Christianus) Phil. 69.
Neufeld (Conr.) Phil. 56.
— (Georg.) Phil. 73.
Neumeisterus (Sigfridus) Theol. 26.
Neunachbar (Joh.) Theol. 80.
Neuhauser (Bern.) Jes. 73.
Neuhusius (Edo) Phil. 38.
— (Reinerus) Phil. 62.
Neufuille (Gerh. de) Med. 48.
Nevillus (Edm.) Jes. 48.
Nessa (Hajo à) J. C. 20.
Nesselius (Nicol.) Theol. 42.
Nepfferus (Joh. Valent.) J. C. 10.
Nesenus (Ant.) J. C. 40.
Nicander (Paulus) Theol. 3.

— (Joh. Gotfr.) Theol. 81.
Niederſtetterus (Mich.) Theol. 12.
Niederſtadius (Burch.) J. C. 84.
Niemannus (Sebaſt.) Theol. 83.
Nicolai (Ad. Laur.) Theol. 78.
— (Chriſtoph.) Med. 62.
— (Henr.) Phil. 60
— (Herm.) Phil. 29.
— (Joh. Chriſt.) Theol. 81.
— (Laurent.) Jeſ. 22.
— (Olaus) Theol. 76.
— (Melch.) Theol. 59.
— (Wilh.) Theol. 81.
— (Phil.) Theol. 8.
— (Janus) Med. 62. Append.
Nicius (Janus Erythr.) Nob. 47.
Nicholſon (Guil.) Theol. 71.
Nicotius (Joh.) Nob. o. in Append.
Nierembergius (Joh. Euſeb.) Jeſ. 58.
Nihuſius (Balth.) Theol. 57.
Niemzanius (Joh.) Theol. 11.
Nigronius (Julius) S. J. 25.
Nigrinus (Georg.) Theol. 2.
— (Wilh.) Phil. 38.
Niſſenus (Didacus) Ord. S. Baſilii 56.
Niquetus (Hor.) Jeſ. 67.
Nizolius (Matth.) Phil. 8.
Noeslerus (Georg.) Med. 50.
Nobilius (Rob. de) Jeſ. 56.
Noldius (Chriſtianus) Theol. 83.
Noricus (Joh. Ern.) J. C. 78.
Noritius (Silv.) Jeſ. 30.
Normant (Jac. le) Abbas 67.
Novillus (Alex.) Theol. 1.
Noy (Guil.) J. C. 34.
Norwegus (Laur. Nic.) Jeſ. 22.
Nymannus (Greg.) Med. 38.
Numannus (Phil.) J. C. 17.
Nunneſius (Joh.) Phil. 2.
Nunnez (Mich.) Ord. Carmel. 36.
— (Aug.) Carm. 30.
Nutius (Phil.) Jeſ. 61.
Nuza (Hier. Bapt. de la) Theol. 25.
OBicinus (Thom.) Ord. Minor. 38.
Obrechtus (Georg.) J. C. 12.
Occo (Adolphus) Med. 5.
Odontius (Joh. Caſp.) Mathem. 26.
Oddus (Mutius) Mathem. 39.
Odechalcus (Pet. Georg.) Epiſc. 20.
Odhelius (Ericus) Theol. 66.
Odœnus (Thom.) Jeſ. 18.
Oehlreich (Bernh.) Theol. 86.
Ohneberger (Joh.) S. J. 75.
Ogerius (Carolus) J. C. 54.
Oiſelius (Jac.) J. C. 86.
Olai (Joh.) Nob. 75.
— (Mart.) Phil. 57.
— (Nic.) Theol. 0.
Oldecop (Juſtus) J. C. 67.
— (Joh. Henr.) Theol. 87.
— (Joh. Juſtus) Theol. 85.
Olearius (Gottfr.) Theol. 85.
— (Joh.) Theol. 23. Pater.
— (Joh.) Theol. 84. Filius.
— (Joh. Andr.) Theol. 84.
— (Tilem.) Theol. 71.
Oldenburgius (Henr.) Phil. 34.
— (Henr.) Phil. 3.
Oelhafius (Pet.) J. C. 54.
— (Tobias) J. C. 66.
Olthoffius (Luc.) Theol. 86.
Oller (Raph.) Jeſ. 21.
Olmus (Franc.) Med. 0.
Oliva (Anellus) Jeſ. 42.
— (Joh. Paulus) Jeſ. 82.
Oliverius (Joh.) Theol. 61.
Olpius (Ser. Chriſtoph.) Theol. 73.
Oliewski (Jac.) Jeſ. 34.
Olzina (Joſ.) Jeſ. 67.
Olzowski (Andr.) Archiep. 77.
Onna (Pet. de) Epiſc. 26.
Onnate (Pet. de) Theol. 45.
Opitius (Mart.) Poëta 39.
Oranus (Joh.) S. J. 3.
Ore (Ludov. Hier. de) Theol. 28.
Origanus (Dav.) Phil. 29.
Oſlandinus (Nicol.) Jeſ. 6.
Orleans (Ludov.) Phil. 27.
Oroſcius (Joh.) Theol. 8.
Ortlobius (Carolus) Theol. 78.

Oſſatus (Arn.) Cardin. 4.
Oſiander (Andr.) Theol. 17.
— (Luc.) Theol. 4.
Oſius (Felix) Theol. & Orat. 31.
Oſterfeld (Chriſt.) Med. 70.
Oſtermannus (Joh. Ericus) Phil. 68.
Oſtens (Jac.) Mennonit. 79.
Oſthovius (Balth.) Jeſ. 0.
Othelius (Marc. Ant.) J. C. 28.
Otero (Hier. Fern. de) J. C. 35.
Otto (Joh. Jac.) Theol. 69.
Ottonellus (Domin.) Jeſ. 70.
Oudeau (Joſ. de) S. J. 68.
Oudinus (Ant.) Polit. 53.
— (Cæſar) Polit. 25. Append.
Ougthredus (Guil.) Mathem. 60.
Oultremannus (Henr.) Nobil. 5.
Overton (Guil.) Epiſc. 9.
Oudaertius (Nicol.) J. C. 8.
Ouiedo (Franc. de) S. J. 51.
Outreman (Phil. d') Jeſ. 52.
Owerbury (Th.) Eques 13.
Owenus (Corbettus) Polit. 70.
— (Joh.) Poëta 23.
— (Joh.) Theol. 84.
OXENSTIERNA (ERICUS) Comes 50.
Ozcoyde (Ant. de Felangra &) J. C. 58.
PAcius (Fabius) Med. 14.
— (Julius) J. C. 35.
Padilla (Franc.) Theol. 7.
Paez (Balth.) Theol. 36.
— (Pet.) S. J. 22.
Page (Guil.) Theol. 63.
— (Sam.) Theol. 30.
Palafox (Joh. de) J. C. 59.
Palchum (Wilh. von) dictus Lohauſen, Miles 41. in Append.
Paliurus (Paulus) Theol. 32.
Pallavicinus (Fabr.) Jeſ. 0.
— (Ferrantes) Ord. Auguſt. 44. in App.
— (Sfortia) Cardin. 67.
Palma (Ludov. de) S. J. 41.
— (Steph. de) S. J. 36.
Palmerius (Jac.) Nobil. 70.
Paludanus (Joh.) Theol. 36.
PAMPHILIUS (Joh. Bapt.) poſt INNOC. X. Pont. Rom. 55.
Pancovius (Thom.) Med. 65.
Pantoia (Didacus) Jeſ. 18.
Pantinus (Petrus) Theol. 11.
Pantoſius (Nicol.) Med. 20.
Pappus (Joh.) Theol. 20.
Papinus (Carolus) Jeſ. 48.
Paprocki (Barthol.) S. J. 50.
— (Lucas) S. J. 57.
Paravicino (Hort. Felix) Theol. 33.
Parcovius (Franc.) Med. 11.
Pardies (Ignat. Gaſto) Jeſ. 73.
Parent (Anton.) S. J. 50.
Pareus (David.) Theol. 22.
Pariſot (Steph.) S. J. 37.
Paſor (Georg.) Theol. & Phil. 37.
— (Matth.) Phil. & Theol. 58.
Parſons (Barthol.) Theol. 41.
Parry (Henr.) Epiſc. 16.
Paſquierius (Steph.) J. C. 15.
Paſſeratius (Janus) Phil. 2.
Paſſeribus (Nic. de) J. C. 15.
Paſcalis (Blaſius) Nobil. 62.
Paſius (Franc.) S. J. 12.
Paſtorius (Joach. ab Hirtenberg) Hiſtor. 8.
Patinus (Guido) Med. 72.
Patroccius (Barth.) Poëta 14.
Patronæus (Leonh.) S. J. 39.
Paulinus (Laur.) Archiep. 46.
— (Joh.) S. J. 71.
Pauli (Simon.) Med. 80.
— (Georg.) Theol. 50.
Paulus (Gualterus) S. J. 72.
— (Joh.) J. C. 50.
Pauli (Reinh.) Theol. 82.
PAULUS V. PONT. Rom. 21.
Paulutius (Scipio) S. J. 65.
Pavius (Pet.) Med. 17.
Pavonius (Franc.) Jeſ. 37.
Payngk (Ahaſv.) Med. 67.
Pazmannus (Pet.) S. J. 27.
Pedanus (Joh.) Theol. 57.
Pecquius (Pet.) Eques 25.
Pedraza (Franc. Berm. de) J. C. 55.

Pedrolo (Joh.) Theol. 12.
Pedroza (Pet. Corn. de) Theol. 18.
— (Joh. de) S. J. 72.
Peiferus (Dav.) J. C. 2. in Append.
Peirescius (Nic. Cl. Fabricius) J. C. 37.
Pelargus (Christoh.) Theol. 33.
Pelecyus (Joh.) S. J. 23.
Pellegrinus (Alex.) S. J. 47.
Pelleprat (Pet.) S. J. 67.
Pelletier (Ger.) S. J. 48.
Pelshofer (Joh. Georg.) Med. 37.
Pellicerus (Joh. Georg.) J. C. & Poëta 82.
Pemble (Guil.) Theol. 32.
Pendarves (Joh.) Anabaptista 56.
Penna (Franc.) J. C. 12.
Pennalosa (Ambros. de) 56.
Pennafiel (Alph. de) S. J. 57.
Pennequin (Pet.) S. J. 63.
Perard (Jac.) Jes. 38.
Peralta (Franc.) Jes. 22.
Perduccus (Corn.) Jes. 71.
Perea (Hier. de) S. J. 70.
Pererius (Bened.) S. J. 10.
Peregrinus (Camillus) Phil. 64.
— (Marcus Ant.) J. C. 16.
— (Mart.) Jes. 75.
Perezius (Anton.) Episc. 37.
— (Ant.) J. C. 11.
— (Alphonsus) Theol. 63.
— (Ant.) Jes. 49.
— (Franc. de Nazara) Jes. 23.
Perkinsius (Wilh.) Theol. 2.
Perinus (Leonh.) Jes. 38.
Perizonius (Christ.) Med. 50.
Perlinus (Joh.) Jes. 38.
Perronius (Jac.) Cardin. 18.
Person (Ludov.) J. C. 7.
— (Robertus) S. J. 10.
Persius (Joh.) Jes. 41.
— (Pet. Anellus) Jes. 44.
— (Phil.) Med. 44.
Perzivales (Andr.) S. J. 69.
Pessier (Joh. le) Jes. 46.
Petavius (Dion.) S. J. 52.
— (Paulus) Theol. 14. in Append.
Petitus (Sam.) Theol. 45. Append.
Petitus (Joh. Vienottus) Jes. 37.
Petiot (Steph.) S. J. 75.
Petrasancta (Silv.) Jes. 47.
Petrejus (Sim.) Med. 18.
Petræi (Theod.) Philol. 73.
Petræus (Æschillus) Episc. 57.
— (Henr.) Med. 20.
— (Nicol.) Theol. 41.
— (Nic.) Theol. 34.
— (Paulus) Theol. 11.
— (Sever.) Phil. 57.
— (Laurent.) Theol. 55. Append.
Petri (Jonas) Episc. 45.
— (Frid.) Theol. 20.
Petrus (Hier.) Poëta 26.
Petterus (Georg.) Theol. 60.
Petrowski (Gasp.) Jes. 12.
Petruccius (Hier.) S. J. 69.
Peucerus (Gasp.) Med. 2.
— (Matth.) Theol. 5.
Pezelius (Christoph.) Theol. 4.
— (Tobias) Theol. 31.
Pfafradius (Casp.) Theol. 22.
Pflaumer (Christoph.) Jes. 55.
Pfeffer (Guil.) Jes. 33.
Pfeiffius (Daniel) Theol. 62.
— (Joh. Jac.) Theol. 76.
Phœnicius (Franc. Stanisl.) Jes. 52.
PHILIPPUS HASSIÆ LANDGRAVIUS 43.
Philippi (Henr.) S. J. 36.
— (Joh.) Episc. 33.
— (Joh.) J. C. 74.
— (Pet.) Theol. 59.
Philippæus (Joh.) S. J. 43.
Pfuel (Ern.) J. C. 56.
Piccartus (Joh. Andr.) Theol. 66.
— (Mich.) Phil. 20.
Pichlerus (Sigism.) Phil. 68.
Piccolomineus (Franc.) Phil. 4.
— (Franc.) S. J. 51.
Pierius (Urbanus) Theol. 16.
Pietius (Balduinus) J. C. 9.
Pighius (Steph. Vinandus) Theol. 4.

Pignatellus (Fab.) Jes. 56.
Pignorius (Laur.) Antiquar. 31.
Pina (Joh. de) S. J. 57.
Pineda (Joh. de) S. J. 37.
Pinheirus (Franc.) S. J. 61.
Pinke (Guil.) Phil. 29.
Pinto (Jac.) S. J. 50.
Pintus (Andr.) Theol. 54.
Pinellus (Georg.) Ord. Domin. 67.
— (Joh. Vincent.) Nob. 1.
— (Ludov.) S. J. 7.
Pingitzerus (Virgil.) J. C. 19.
Pincierus (Joh.) Phil. 24.
Pinthereau (Franc.) S. J. 64.
Pitiscus (Barthol.) Theol. 13.
Pimenta (Emman.) Theol. 3.
Pisa (Franc. de) Theol. 16.
Piscator (Joh.) Theol. 25.
— (Pet.) Theol. 11.
Pistorius (Georg.) Theol. 86.
— (Joh.) Med. & Theol. in App. 7.
Pitseus (Joh.) Theol. 17.
Plancius (Pet.) Theol. 22.
Platerus (Felix) Med. 14. & 71.
— (Thom.) Med. 28.
Platus (Domin.) Jes. 43.
Plantavicius (Joh.) Episc. 51.
Plaza (Ludov. Mart. de la) Theol. 35.
Placy (Georg. Franc.) S. J. 64.
Plempius (Corn. Gis.) J. C. 38.
— (Franc.) Med. 71.
Plinius (Basilius) Med. & Poëta 4. in App.
Plozzinius (Blasius) Jes. 34.
Plumius (Claudius) J. C. 49.
Pluvinel (Ant.) Dux 20. in Append.
Poirtres (Adr.) S. J. 74.
Poiræus (Franc.) S. J. 37.
Polandus (Nic.) Theol. 12.
Polanus (Amandus) Theol. 10.
Pollio (Luc.) Theol. 43.
Polus (Timoth.) Phil. 42.
Polyander à Kerchoven (Joh.) Theol. 46.
Pomarius (Christoph.) Phil. 86.
— (Sam.) Theol. 83.
Pomey (Franc.) Jes. 73.
Polevit (Alb.) Ord. Carmel. 27. in Append.
Pampejus (Nic.) Mathem. 59.
Poniatovius (Jul.) Theol. 28.
Pontacus (Arn.) Episc. 5.
Pontanus (Jac.) S. J. 26.
— (Joh. Isaacus) Med. & Phil. 40.
Ponte (Laur. de) Ord. Minor. 39.
— (Ludov. de) S. J. 24.
pontis (Ludov.) Miles 70.
Pontoppidanus (Er.) Episc. 78.
Pontosius (Nicol.) Med. 20.
Pöppingius (Joh. Frid.) J. C. 84.
Portes (Franc. de) Monachus 13.
Porsius (Henr.) J. C. 10.
Portius sive Porta (Phil.) Theol. 6.
Porta (Joh. Bapt. à) Phil. 15.
Porzecki (Thom.) Jes. 53.
Poser (Henr. à) Eques 61.
Posselius (Joh.) Phil. 23.
Posievinus (Ant.) Jes. 11.
Potter (Christoph.) Theol. 45.
Povodovius (Hier.) Theol. 13.
Pouchenius (Levinus) Theol. 48.
Pownol (Nath.) Theol. 10.
Powell (Thom.) Theol. 60.
Poza (Joh. Bapt.) Theol. 60.
Prado (Joh. Mart. de) Ord. Prædic. 68.
— (Laur. Ram. de) Ord. S. Jacobi 58.
Prætus (Hier.) Poëta 6. in Append.
Prætorius (Bernh.) J. C. 16.
— (Joh.) Mathem. 16.
— (Joh.) Phil. 80.
— (Joach.) Theol. 33.
— (Mart.) Med. & Poëta 15.
— (Hier) Theol. 51.
— (Otto) Orat. 68.
Pregitzerus (Joh. Ulricus) Theol. 56.
— (Joh. Ulr.) Phil. 72.
Preibisius (Joh.) J. C. & Phil. 60.
— (Christoph.) J. C. & Phil. 51.
Preusius (Georg.) Theol. 75.
Pretere (Guil. de) S. J. 26.
Prevot (Gilb.) S. J. 68.
Prævatius (Joh.) Med. 31.

Priceus (Henr.) Theol. 0.
Price (Dan.) Theol. 31.
Priccius (Joh.) Jes. 45.
Prideaux (Joh.) Theol. 50.
Prieto (Melch.) Episc. 48.
Pritz (Andr. Joh.) Episc. 54.
Princeps (Paulus) Jes. 13.
Pruckmannus (Frid.) J. C. 30.
Prynne (Guil.) Phil. 69.
Przipcovis (Sam.) Eques 70.
Puche (Jac.) S. J. 46.
Puerta (Fr. Rus de) Phil. 49.
Pulcharellus (Constant.) S. J. 10.
Puleston (Hamlettus) Phil. 62.
Pullenius (Peregr.) Theol. 8.
Purchasius (Sam.) Theol. & Phil. 27.
Puteanus (Ericus) J. C. & Hist. 46.
— (Joh.) Ord. August. 23.
— (Pet.) J. C. 52.
Puttner (Georg.) S. J. 86.
Putschius (Elias) Histor. 6.
Pynackeus (Corn.) J. C. 45.
Pyns (Thom.) 9.
Pywocki (Joh.) S. J. 66.
Quadratus (Matth.) Poëta 13.
Quadrantinus (Fabinus) S. J. 5.
Quadus (Matth.) Poëta 12. Append.
Queccius (Georg.) Phil. 28.
— (Georg.) Phil. 32.
Quærengus (Ant.) Prælatus 33.
Quercetanus (Ant.) Phil. 40.
Querinus (Herm.) J. C. 43.
Quevedo (Franc.) Eques 47.
Quintana Duennes (Ant. de) J. C. 26.
Quintana duennas (Ant. de) S. J. 51.
Quistorpius (Joh.) Theol. 48.
— (Joh.) Theol. 69.
Quiros (August. de) Jes. 22.
— (Ant. Bern. de) Jes. 68.
Quirsfeld (Joh.) Theol. 86.
Rabardeau (Mich.) S. J. 49.
Rabus (Justus) S. J. 12.
Racovius (Nicol.) S. J. 18.
Rada (Joh. de) Theol. 8.
Radau (Mich.) Jes. 87.
Raderus (Matth.) Jes. 34.
Radmannus (Barth.) Theol. 0.
Radzimpnski (Adr.) S. J. 15.
Ragerus (Mich.) Theol. 74.
Ragon (Joh. Bapt.) Jes. 70.
Ragusa (Jos.) Jes. 24.
Raguseus (Georg.) Med. 22.
Raggius (Jac.) Ord. Capuc. 57.
Rahne (Henr.) J. C. 62.
Rajas (Paulus Alb. de) S. J. 67.
Rajatus (Franc.) S. J. 36.
Raicus (Joh.) Med. 21.
Raithius (Balth.) Theol. 83.
Rainoldus (Joh.) Theol. 7.
— (Laur.) Eques 58.
Rallius (J. Frid.) Med. 70.
Ramart (Greg.) S. J. 70.
Ramirez (And. Pintus) Theol. 54.
— (Didacus) S. J. 47.
Ramon (Alph.) Ord. de Mercede 33.
Rampen (Henr.) Theol. 41.
Randal (Joh.) Theol. 22.
Randulff (Env. Nic.) Theol. 67.
Rapinus (Nicol.) Poëta 9.
Rappoltus (Frid.) Theol. 76.
Rastell. (Joh.) S. J. 0.
Rathmannus (Barth.) Theol. 0.
— (Herm.) Theol. 28.
Rauchbarus (Andr.) J. C. 2. Append.
Raulæus (Guali.) Eques 18.
Ravensbergerus (Herm.) Theol. 25.
Raupius (Jac.) Theol. 67.
Ravius (Christianus) Phil. 77.
Rawlinson (Joh.) Theol. 31.
Raymundus (Dan.) Theol. 34.
Raynaudus (Theoph.) S. J. 63.
Razenriedt (Geb.) S. J. 52.
Realinus (Bern.) S. J. 16.
Readinus (Joh.) Theol. 68.
Rebellus (Amator) S. J. 22.
— (Ferdin.) S. J. 8.
— (Joh.) Theol. 2.
Rebhan (Nicol.) Theol. 26.
Rechenbachius (Leonh.) Theol. 29.
Recupitus (Jul. Cæsar.) Jes. 47.

Redanus (Pet.) S. J. 51.
Redekerus (Henr. Rudolphus) J. C. 80.
Redoch (Wilh. Dav.) 80.
Reeb (Georg.) S. J. 62.
Reffay (Henr.) Theol. 32.
Reginaldus (Valer.) Jes. 23.
Regius (Carolus) S. J. 12.
— (Henr.) Med. 79.
— (Joh.) Theol. 5.
Rehfus (Barwardus) Theol. 56.
Repourdus (Alex.) Jes. 35.
Reichard (Dan.) Theol. 52.
Reidanus (Everardus) J. C. 2.
Reinboth (Joh.) Theol. 73.
Reineccius (Jac.) Theol. 13.
Reinking (Theod.) J. C. 64.
Reinhardus (Christianus) Theol. 68.
— (Christ.) Phil. 33.
Reinhartus (Elias Sigism.) Theol. 69.
Reinoldus (Joh.) Poëta 14.
Regius (Vincent.) S. J. 14.
Reiff (Jac.) S. J. 64.
Reinmannus (Georg. Christ.) Theol. 75.
Reindelius (Phil.) S. J. 58.
Rem (Jac.) Jes. 18.
Remus (Georg.) J. C. 25.
Relandus (Matth.) Theol. 57.
Remondus (Franc.) S. J. 31.
Reiserus (Ant.) Theol. 86.
Reinesius (Thom.) Med. 67.
Renaudianus (Joh.) S. J. 46.
Renaldinus (Joh.) Nob. 20. Append.
Renniger (Mich.) Theol. 9.
Rennemannus (Henn.) J. C. 46.
Rennekampffius (Joach.) J. C. 58.
Rentius (Andr.) S. J. 73.
Renaudotus (Theophr.) 79.
Ressenius (Joh.) Episc. 53.
— (Joh. Paulus) Episc. 38.
Reuberus (Justus) J. C. 7.
Reudenius (Ambr.) Theol. 15.
Revius (Jacobus) Theol. 58.
Reusnerus (Barthol.) J. C. 29.
— (Elias) Histor. 12.
— (Jerem.) J. C. 52.
— (Nicol.) J. C. 2.
Reuter (Quirinus) Theol. 13.
Rew (Joh. Elias) Phil. 67.
Reusingius (Joh. Hen.) Med. 14.
Reyhingus (Jac.) Theol. 28.
Reyherus (Andr.) Phil. 74.
Rhala (Henr.) J. C. 40.
Rhay (Theod.) S. J. 71.
Rhawe (Balth.) Theol. 1.
— (Balth.) Theol. 58.
Rho (Jac.) S. J. 38.
Rhodius (Ambr.) Phil. 33.
— (Joh.) Med. 33.
— (Joh.) Mathem. 59.
Rhodes (Alex. de) S. J. 60.
— (Georg. de) S. J. 61.
Rhodomannus (Laur.) Phil. 6.
Rhuman (Wolfg. Joh.) Phil. 37.
Rhumelius (Joh. Conr.) Med. 61.
Ribas (Ludov.) S. J. 47.
Ribera (Franc.) S. J. 1.
— (Pet. Paulus de) Theol. 9.
Rubadeneira (Pet. de) Jes. 11.
Ribeiro (Didacus) Jes. 33.
Ricciardus (Anton.) Phil. 10.
Riccobonus (Ant.) Phil. 0.
Riccardius (Nic.) Ord. Prædicat. 39.
Richardus (Claudius) S. J. 64.
— (Franc.) S. J. 73.
Richardson (Joh.) Theol. 53.
— (Gabriel.) Phil. 42.
Richmannus (Joh.) Theol. 71.
Ricciolius (Joh. Bapt.) Jes. 71.
Riccius (Barthol.) S. J. 13.
— (Adamus) J. C. 62
— (Ludov.) Jes. 61.
— (Matth.) Jes. 10.
Richterus (Balth.) Theol. 6.
— (Christoph.) Theol. 44.
— (Christ. Phil.) J. C. 73.
— (Georg.) J. C. 51.
Richterfeld (Nicod.) J. C. 87.
Richelius (Arm. Plessiacus) Cardin. 42.
Richeomus (Lud.) Jes. 25.
Richerius (Edm.) Theol. 33.

Riemerus

Riemerus (Valent.) J. C. 35.
Riderus (Joh.) Theol. 32.
Ridemannus (Nicol.) Theol. 62.
Rieu (Samson du) S. J. 52.
Rigaltius (Nicol.) J. C. 32. (Morerus in Lex. Gall. eum refert ad An. 1653.)
Rimpler (Georg.) Mathem. 83.
Rinaldus (Jac.) S. J. 65.
Rinckius (Justus Gerh.) Phil. 81.
Rinuccius (Joh. Bapt.) Archiepisc. 53.
Rio (Honor.) Jes. 44.
Riolanus (Joh.) Med. 57.
Ripaldo (Joh. Martin. de) Jes. 48.
— (Hieron.) S. J. 18.
Riserius (Joh.) Jes. 50.
Risius (Henr.) Phil. 9.
— (Joh. Henr.) Theol. 69.
Ristius (Joh.) Theol. & Poëta 67.
Ritterhusius (Conr.) J. C. 13.
— (Nic.) J. C. 70.
Ritterus (Georg.) Theol. 32.
Rizius (Claud. Falio) J. C. 2. Append.
Ritzschius (Timoth.) Bibliop. 78.
Riva (Polydorus) J. C. 13.
Rivetus (Andr.) Theol. 51.
Rivinus (Andr.) Med. & Phil. 56.
Rivius (Thom.) J. C. 51.
Ripinger (Dan.) Med. & Phil. 33.
Roa (Mart. de) S. J. 37.
Roberti (Joh.) Theol. 51.
Robertus (Paulus) S. J. 42.
Robertus (Claudius) Theol. 37. (rectius ad An. 1636. 16. Maji)
Robinson (Hugo) Theol 55.
— (Raph.) Theol. 55.
Rocca (Angelus) Episc. 20.
Rocher (Joh. Jac.) Jes. 32.
Rochenbach (Abrah.) J. C. 11.
Rodriguez (Alph.) S. J. 17.
— (Franc.) S. J. 27.
— (Fr.) J. C. 51.
— (Melch.) Episc. 44.
— (Nicol.) Episc. 69.
Röberus (Mart.) Theol. 33.
— (Paulus) Theol. 51.
Röserus (Jac. Nicol.) Theol. 84.
Rœstius (Petrus) S. J. 42.
Rœlingius (Joh.) Poëta 79.
Rötenbeck (Joh.) Med. 34.
— (Mich.) Med. 23.
Rogatus (Barthol.) S. J. 56.
Rogerius (Ludov.) S. J. 2.
Rogers (Thom.) Theol. 15.
Rolfinck (Guern.) Med. 73.
Rollenhagen (Georg.) Phil. 9.
Romanus (Adrianus) Matth. 16.
— (Ægid.) Med. 15.
— (Emman.) Ord. Carmel. 30.
— (Franc.) Jes. 25.
— (Franc.) J. C. 48.
Romanejus (Vidus Cap.) 3.
Romerius (Adam.) Theol. 16.
Romæus (Nicol.) Jes. 32.
Romsden (Henr.) Jes. 37.
Rondininus (Natalis) Poëta 57.
Rorich (Joh. Frid.) Jes. 33.
Rosa (Andr.) Med. 2.
— (Didacus) Jes. 55.
Ros (Alex. Dom. de) Theol. 56.
Rosenkrantzius (Oligerus) Eques 42.
— (Georg.) Eques 75.
Rosenburg (Joh. Küfferus à) Med. 85.
Rosenthal (Joh.) S. J. 55.
Roseffius (Greg.) Jes. 17.
Rosiers (Franc.) S. J. 67.
Rossus vel Rubeus (Octav.) J. C. 30.
Rossius seu Rubeus (Pet. Paulus) S. J. 10.
Rossul (Joh. Vict.) Nobil. 47.
Rossi (Joh. Bapt.) Jes. 50.
Rosignolius (Bern.) Jes. 13.
Rostius (Georg.) Theol. 29.
Rosteuscherus (Christ.) J. C. 81.
Rosweydus (Herib.) Jes. 29.
Rosiers (Franc.) Jes. 67.
Rota (Mich. Angelus) Med. 62.
Roth (Hugo) Jes. 36.
Rothmalerus (Joh.) Theol. 50.
Rottmannus (Zach.) Theol. 72.
Rotlöben (Joh.) Theol. 49.
Rothovius (Isaacus) Episc. 51.

Rotz

Rotz (Zach.) Jes. 5.
Rouse (Franc.) Baro 58.
Rousselet (Georg. Steph.) Jes. 34.
— (Joh.) S. J. 36.
Rousseau (Gilb.) Jes. 64.
Roverius (Pet. Jes. 49.
Roxas (Joh.) Jes. 5.
— (Pet. de) Comes 65.
Roy (Alardus de) Jes. 53.
Rozciszewski (Alb.) Jes. 19.
Rubenius (Petrus Paulus) Pictor 40.
— (Phil.) J. C. 11.
Ruarus (Mart.) Socin. 70.
Rubinius (Matth.) Theol. 12.
Rüden (Joh. Jac.) Theol. 54.
Rudomina (Andr.) Jes. 32.
Rudbeckius (Joh.) Theol. 46.
Rugmannus (Jon.) Antiquar. 79.
Ruggerius (Mich.) S. J. 7.
Ruhelius (Tiburtius) J. C. 17.
Rulandus (Mart.) Med. 2. & 11.
Ruelius (Joh. Ludov.) Theol. 73.
Rulingius (Sam.) Theol. 26.
Ruiz sive Ruets (Phil.) Theol. 39.
Rumer (Georg.) S. J. 27.
Rumbaumius (Christoph.) Med. 5.
Rumpius (Henr.) Theol. 26.
Rungius (Dav.) Theol. 4.
— (Dav.) J. C. 29.
Rupertus (Christoph. Ad.) Histor. 47.
Rus (Franc.) Theol. 49.
Rusdorff (Joh. Joach. à) J. C. 40.
Rüssel (Guil.) Phil. 59.
Rutgersius (Janus) J. C. 25.
Ruthardus (Casp.) Jes. 38.
Ruuio (Anton.) Jes. 15.
Ryckel (Joh. Geld. à) Theol. 42.
Rycquius (Justus) Phil. 27.
Ryff (Petrus) Phil. & Med. 29.
Rystius (Paul.) Ord. Domin. 24.
Ryves (Brunus) Theol. 77.
Rywocki (Joh.) S. J. 66.
SAavedra (Didacus de) J. C. 48.
Sahmius (Jac.) Theol. 80.
Sachsius (Dan.) Theol. 74.
— (Phil. Jacobus) Med. 72.
Sacchinus (Franc.) Jes. 25.
Sacramento (Joh. de S.) Ord. Carmel. 60.
— (Leander de S.) Theol. 63.
Sagittarius (Casp.) Theol. 67.
— (Thom.) Phil. 21.
Saillius (Thom.) Jes. 23.
Sainctiure (J. B.) Jes. 57.
Salablanca (Didacus) Theol. 21.
Sacra Quercu (Franc. de) Theol. 53.
Sala (Joh. Dom.) Med. 54.
— (Joh. de) Theol. 12.
Salas (Petrus de) S. J. 64.
Salazer (Ferd. Quirinus de) Jes. 46.
Saldagna (Ant. de) S. J. 63.
Salgadio (Franc. de) Abbas 64.
Saleman (Georg.) Theol. 57.
Salin (Mich. de) Jes. 62.
Salcedo (Gorgias de) Eques 51.
Sallerus (Joh.) Jes. 30.
Salkeldus (Joh.) Theol. 39.
Saltzmannus (Joh. Rud.) Med. 56.
Salvius (Joh.) Adler, Baro 52.
Salamo (Joh.) Philol. 83.
Salon (Mich. Barthol.) Eremita 20.
Salmeron (Marc.) Episc. 58.
Salmasius (Claudius) Polyh. 52.
Salesius (Franc.) Episc. 22.
Salelles (Sebast.) Jes. 66.
Saletes (Lud. du May) Eques 81.
Salianus (Jac.) Jes. 40.
Salon (Mich. Bart.) Theol. 20.
Sammarthanus (Scævola) Nob. 23.
— (Scævola) Historiogr. 50.
— (Ludov.) Histor. 56.
Samsonius (Herm.) Theol. 42.
Samoscius (Joh.) Cancell. 5.
Samperus (Placidus) S. J. 54.
Samaniego (Did. de) Jes. 26.
Sanchez (Casp.) Jes. 6. & 28.
— (Franc.) Phil. 0.
— (Petrus Hier.) Theol. 14.
— (Thom.) Jes. 10.
Sanctius (Casp.) S. J. 28.
— (Pet.) S. J. 9.

Santiago (Ferdin. de) Theol. 39.
— (Joh.) Jes. 4.
Sandius (Edv.) S. J. 0.
— (Christoph.) Socin. 80.
Sande (Frid.) J. C. 17.
Sandæus (Maxim.) S. J. 56.
Sanderus (Joh.) Phil. 72.
Sanys (Edwynus) Eques 29.
— (Georg.) Poëta 43.
Sandoval (Alphonsus de) Jes. 52.
— (Prudent. de) Episc. 20.
Sanderson (Robertus) Theol. 62.
Sandhagen (Remb.) Theol. 83.
Sanctarellus (Anton.) Jes. 49.
Sanz (Joh.) Theol. 8.
Sansbury, (Joh.) Theol. 9.
Sansonius (Paulus) Theol. 22.
Sanfortus (Joh.) Theol. 29.
Sanllorente (Lud. de) Antiq. 21.
Sarasal (Alph. Ant. de) Jes. 67.
Sarbievius (Matth. Casim.) Jes. 40.
Sarmientus (Raph.) Ord. Cisterc. 8.
Sarpius (Paulus) Theol. 23. in Append.
Sartorius (Andr.) J. C. 17.
— (Balthas.) Theol. 9.
Sascerides (Gellius) Med. 12.
Saffius (Petrus) Phil. 42.
Satler (Basil.) Theol. 24.
— (Joh. Rud.) J. C. 28.
Savaga (Henr.) Theol. 72.
Saubertus (Joh.) Theol. 46.
— (Adolphus) Theol. 78.
Savilius (Henr.) Eques 20.
Savinus, vel Surrinus (Eusebius) Ord. Cisterciens. 52.
Savignanus (Hier.) S. J. 67.
Sault (Nicol. de) Jes. 55.
Sauterus (Casp.) Theol. 4.
Sawicki (Gasp.) Jes. 20.
Saxonia (Hercules) Med. 7.
Scaliger (Joh. Justus) Polyhist. 9.
Scanderus (David.) Phil. 31.
Scandorphius (Nicol. Paul.) Theol. 45.
Scarga (Pet.) S. J. 12.
Scavenius (Laur. Mart.) Episc. 55.
Schacherus (Quirinus) J. C. 70.
Schachtius (Valent.) Theol. 7.
Schad (Georg. Ern.) Theol. 47.
Schall (Joh. Ad.) S. J. 66.
— (Joh.) Theol. 6.
Schallerus (Jacobus) Phil. 76.
— (Thom.) Theol. 21.
Scharffius (Joh.) Theol. 60.
Schäfferus (Carolus) Med. 75.
— (Mich.) Theol. 8.
Schävius (Henr.) Phil. 61.
Schedius (Elias) Phil. 41.
Schefferus (Jac. Andr.) J. C. 68.
— (Joh.) Orat. 79.
— (Sebast.) Med. 86.
— (Andr.) J. C. 10.
Scheidius (Balthas.) Philol. 70.
— (Samuel) Musicus 54.
Scheiblerus (Christoph.) Theol. 53.
Scheinius (Joh. Herm.) Musicus 30.
Scheiner (Christoph.) Jes. 50.
Schelhammerus (Christoph.) Med. 51.
— (Joh.) Theol. 20.
— (Sigism.) Theol. 84.
— (Sigism. Philo) Theol. 43.
Schellemberch (Joh. Bapt.) Jes. 45.
Schelenius (Joach.) Mathem. 73.
Schenckius (Joh. Theod.) Med. 71.
Schepperus (Joh.) Theol. 20.
Schepsius (Andr.) J. C. 9.
Schepliz (Joach.) J. C. 34.
Schefflerus (Joh.) Med. & Theol. 77.
Scherbius (Phil.) Med. 5.
Schererzius (Sigism.) Theol. 39. in Append.
Schertzerus (Joh. Adamus) Theol. 83.
Schererus (Volckmarus) J. C. 12.
— (Georg.) S. J. 5.
Scheurlius (Henr. Julius) Phil. 51.
— (Laurent.) Theol. 13.
Schevichanus (Gisb.) Jes. 22.
Schindlerus (Joh.) Theol. 81.
Schiffletius (Laurent.) S. J. 58.
Schickfusius (Jac.) J. C. 36.
Schickhardus (Mart.) J. C. 36.
— (Wilh.) Philol. 35.

Schillingius

Schillingius (Andr.) Med. 38.
— (Sigism.) Med. 22.
Schiferdegkerus (Casp.) J. C. 31.
Schilterus (Zachar.) Theol. 4.
Schildere (Ludov.) Jes. 67.
Schildius (Joh.) Theol. 67.
Schlichtingius (Jon.) Socin. 61.
Schleiffius (Georg.) Phil. 57.
Schlegelius (Christoph.) Theol. 78.
Schleupnerus (Christoph.) Theol. 35.
Schlüsselburgius (Conr.) Theol. 19.
Schlösser (Phil.) Theol. 75.
Schmith (Ægid. de) Jes. 70.
— (Erasmus) Phil. 27.
— (Henr.) Theol. 53.
— (Henr.) Theol. 0.
— (Franc. de) Jes. 59.
— (Joh.) Theol. 16.
— (Joh.) Theol. 58.
— (Joh. Frid.) J. C. 37.
— (Milo) Theol. 24.
— (Richardus) Episc. 55.
— (Maximil.) Jes. 25.
Schmuckius (Vincent.) Theol. 28.
— (Wilh.) J. C. 34.
Schneider (Andr.) Theol. 20.
— (Daniel) Phil. 72.
— (Conr. Victor) Med. 80.
— (Michael) Phil. 39.
Schönbergerus (Georg.) Phil. 45.
— (Hulder.) Phil. 49.
Schönbornerus (Georg.) J. C. 38.
Scholbachius (Mich.) Theol. 73.
Scholierius (Pet.) J. C. 35.
Schnobelius (Joach.) J. C. 71.
Schoockius (Isaacus) Phil. 81.
— (Martinus) Phil. 69.
Schonæus (Andreas) Theol. 15.
— (Corn.) Phil. 11.
Schönfeld (Greg.) Theol. 28.
Schopperus (Jac.) Theol. 16.
Schönemarckius (Joach.) J. C. 31.
Schönlederus (Wolfg.) Jes. 51.
Schottelius (Justus Georg.) J. C. 76.
Schotanus (Bernh.) J. C. 52.
— (Henr.) J. C. 5.
— (Meinardus) Theol. 44.
Schottus (And.) Jes. 29.
— (Casp.) Jes. 66.
— (Franc.) Theol. 17. & 22.
Schuckius (Joh.) S. J. 60.
Schuckmannus (Herm.) J. C. 56.
Schultetus (Joh.) Med. 45.
— (Barthol.) Mathem. 14.
— (Christoph.) Theol. 49.
— (Frider.) Theol. 58.
— (Steph.) Med. & Math. 54.
Schultes (Jac.) J. C. 29.
Schragmüllerus (Joh. Conr.) Theol. 75.
Schram (Dav.) Phil.
Schraderus (Christoph.) Orat. 80.
Schreiterus (Joh.) Theol. 38.
Schröderus (Joach.) Theol. 77.
— (Joh.) Theol. 21.
Schröterus (Ern. Frid.) J. C. 76.
— (Joh. Frid.) J. C. & Med. 25.
Schretelius (Georg.) Jes. 42.
Schrœrus (Thom.) J. C. 45.
Schrick (Matth.) S. J. 46.
Schreiner (Christoph.) S. J. 50.
Schultze (Daniel) Phil. 81.
— (Balth.) Med. 27.
— (Georg.) J. C. 34.
— (Mich.) Theol. 66.
Schütze (Henr.) Musicus 72.
— (Justus Sinold) J. C. 57.
Schultingus (Corn.) Theol. 4.
Schuppius (Joh. Balth.) Theol. 61.
Schurmannia (Anna Maria) Virgo 78.
Schweiggerus (Salom.) Theol. 22.
Schwabe, seu Suevus (Joh.) J. C. 34.
Scwanenburgius (Conr.) J. C. 30.
Schwantenius (Enoch) Theol. 74.
Schwartzenbachius (Joh. Rud.) Theol. 46.
Schwartzkopff (Joh.) J. C. 58.
Schwartze (Sybilla) Virgo 38.
— (Christianus) J. C. 59. Append.
Schwenckius (Joh. Sigism.) Th. 70. in App.
Schwenckendorffius (Georg. Tob.) J. C. 81.
Schwenckenfeldius (Casp.) Med. 9.

Schwenterus (Dan.) Phil. 36.
Schultetus (Joh.) Med. 87.
Scribanius (Carolus) Jes. 29.
Serieckius (Adrianus) J. C. 21.
Scioppius (Casp.) Comes 49.
Schwemblerus (Herm.) Poëta 57.
Scorsus (Franc.) Jes. 56.
Scortia (Franc.) S. J. 29.
— (Joh. Bapt.) S. J. 27.
Scultetus (Abrah.) Theol. 24.
— (Joh.) Med. 4.
Sebizius (Melch.) Med. 25.
— (Melch.) Med. 74.
Seidelius (Jac.) Med. 15.
Sedulius (Henr.) Ord. Min. 21.
Sedenno (Joh. Sanch.) Domin. 15.
Sedwick (Guil.) Theol. 69.
— (Joh.) Theol. 43.
— (Obad.) Theol. 57.
Segerus (Georg.) Med. 78.
— (Joh.) Phil. 37.
Segebadius (Georg.) Theol. 58.
Seguin (Hier.) Jes. 55.
Seguiran (Casp.) Jes. 44.
Segius (Joh. Jacobus) Theol. 79.
Seifartus (Tob.) Theol. 64.
Seifridus (Joh.) Theol. 25.
Seldenus (Joh.) Polyhist. 54.
Seldius (Joh. Christoph.) Theol. 76.
Sempervivus (Bernh.) Jes. 17.
Seiser (Georg.) Jes. 65.
Sempilius (Hugo) S. J. 54.
Semedus (Alvarus) S. J. 58.
Sendoval (Prudent. de) Episc. 21.
Sendivogius (Mich.) Alchim. 46.
Senesihallus (Mich.) Jes. 73.
Senertus (Dan.) Med. 37.
Senftleben (Andr.) J. C. 42.
Septalius (Ludov.) Med. 33.
Serarius (Nicol.) S. J. 9.
Servigius (Ludov.) J. C. 26.
— (Joh. de la Haye) S. J. 14.
2.
Severinus (Petr.) Med. 26.
Sfortius (Rudolph.) Episc. 52.
Sgambatus (Scipio) Jes.
Scherlogus (Paulus) S. J. 46.
Shute (Josias) Theol. 40.
Sibbsius (Rich.) Theol. 31.
Sibenius (Mart.) S. J. 68.
Siberus (Adamus Theod.) J. C. & Orat. 16.
Siegfridus (Nicol.) Theol. 23.
Siglicius (Joh.) Med. 20.
Sigwartus (Joh. Georg.) Theol. 19.
Silberschlag (Esaias) Theol. 6.
Silva (Edoardus de) 64.
Simoneta (Alex.) Jes. 71.
Simon (Franc.) Theol. 79.
Simonides (Sim.) Theol. 75.
Simmern (Cosmus à) J. C. 50.
Simonius (Edwardus) Theol. 51.
— (Joh.) Orat. 27.
— (Petr.) Episc. 5.
Siricius (Mich.) Theol. 48.
— (Mich.) Theol. 85.
Sirmondus (Anton.) Jes. 43.
— (Jacobus) Jes. 51.
Sitzmannus (Theod.) J. C. & Hist. 23.
Sinnknecht (Christian?) Philos. 44. in App.
Sixtinus (Regnerus) J. C. 17.
Skinner (Steph.) Med. 67.
— (Rob.) Theol. 79.
Skomagerus (Joh. Er.) Phil. 14.
Skunk (Samuel) Theol. 86.
Skytte (Joh.) Baro 45.
Slegelius (Paulus Marq.) Med. 53.
Sleidanus (Oswaldus) Theol. 13.
Slekerus (Joh.) Theol. & Phil. 29.
Slevogtus (Paulus) Phil. 55.
Sluperius (Jac.) Theol. 2.
Sluterus (Sever.) Theol. 48.
— (Joh.) J. C. 86.
Smalcius (Valent.) Soc. 22.
Smetius (Henr.) Med. 14.
— (Joh.) Theol. 51.
Smiglecius (Mart.) Jes. 18.
Snellius (Rud.) Phil. 13.
— (Sebaldus) Phil. 51.
— (Willebr.) Phil. 26.
Sobrino (Alph. de) Ord. Carm. 28.
Socinus (Faustus) 4.

Sohnerus

Sohnerus (Erneſtus) Med. 12.
Solicovius (Joh. Demetrius) Theol. 3.
Solerius (Franc.) Jeſ. 28.
Solocovius (Stanisl.) Theol. 19.
Soldus (Organtius) Jeſ. 9.
Sommalius (Henr.) Jeſ. 19.
Solimannus (Jul.) Jeſ. 39.
Sorbinus (Arnold.) Theol. 6. in Append.
Sötefleiſchius (Joh.) Phil. & Theol. 33.
Somente (Ambr. de) Jeſ. 65.
Somere (Jac. de) J. C. 23.
Sotuellus (Nathan.) S. J. 76.
Sopingius (Gottfr.) Theol. 15.
Sopranis (Joh. Henr.) Jeſ. 29.
Soria (Ludov. de) Theol. 41.
Soto (Andr. de) Theol. 25.
— (Franc. à) Jeſ. 34.
Sorantius (Lazarus) Patric. 2.
Soverus (Barth.) Phil. 29.
Souſa (Ludov. de) Ord. Domin. 32.
— (Matth. de) Ord. Jeſuit. 47.
— Anton. de) Jeſ. 25.
Soxo (Bened. de) Jeſ. 58.
Spachius (Iſraël) Med. 0.
Sauſa (Emman. Faria de) Polit. 50.
— (Matth. de) S. J. 47.
Sparke (Thom.) Theol. 36.
Spangenberg (Cyriacus) Theol. 4.
Sparre (Joh.) Baro 56.
Spalchaverus (Dan.) Theol. 51.
Spanhemius (Frider.) Theol. 49.
Speccerus (Tobias) Theol. 22.
Speed (Joh.) Med. 40.
Spelmannus (Henr.) Eques 41.
Spelta (Ant. Maria) Hiſtor. 32.
Sperlingius (Joh.) Philoſ. 58.
— (Paulus) Theol. 52.
— (Paulus) Theol. 79.
Spœlbergius (Guil.) Ord. Minor. 35.
Spe (Frid.) Jeſ. 7.
Spenſerus (Joh.) Jeſ. 60.
Speth (Wolfg.) S. J. 22.
Spina (Pet. de) Med. 25
Spiegelius (Adrianus) Med.
— (Henr. Laur.) Poëta 12.
Spindlerus (Joh.) Phil. 67.
Spitillus (Gaſp.) Jeſ. 40.
Springinsgutt (Dan.) Theol. 85.
Spinoſa (Bened.) Judæus 77.
— (Aloys) Jeſ. 73.
Spinula (Fab. Ambr.) Jeſ. 71.
Spondanus (Henr.) Epiſc. 43.
Sponius (Carolus) Med. 84.
— (Jac.) Med. 33.
Spormand (Pet.) Hiſtor. 61.
Spucces (Joh.) S. J. 68.
Sprint (Joh.) Theol. 23.
Stampelius (Georg.) Theol. 22.
Stampe (Guil.) Theol. 53.
Stahlius (Dan.) Phil. 54.
— (Henr.) Theol. 57.
Stalenus (Joh. Laur.) Theol. 51.
Stanihurſt (Guil.) Jeſ. 63.
— (Richardus) Nobil. 18.
Stannarius (Greg.) Theol. 70.
Stapel (Steph.) Jeſ. 59.
Statorius (Stanisl.) Socin. 54.
Starckius (Seb. Goth.) Theol. 70.
Starcke (Thom.) Theol. 16.
Staudacher (Mich.) S. J. 72.
Staunton (Edm.) Theol. 71.
Steborius (Chriſtoph.) Jeſ. 39.
Steghius (Guil.) Jeſ. 48.
Stegmannus (Joach.) Socin. 32.
— (Joach.) Socin. 78.
Stemannus (Joh.) Theol. 76.
Stellartius (Proſp.) Theol. 26.
Steinhuſius (Alb.) Theol. 53.
Steinbergius (J. M.) Theol. 70.
— (Joh.) J. C. 53.
Steinbruccius (Melch.) Theol. 32.
Stegerus (Thom.) Theol. 74.
Stenbuchius (Chriſtianus) Philoſ. 65. App.
Stengerus (Nicol.) Theol. 80.
Stenderus (Frid. Dav.) Poëta 78.
Stenius (Olaus Mart.) Med. 60.
Stephanus (Mart.) S. J. 19.
Stephani (Joach.) J. C. 23.
— (Jerem.) Theol. 64.

— (Joh.) Theol. 4.
— (Laur.) J. C. 57.
— (Matth.) J. C. 46.
— (Pet.) J. C. 60.
Stephanius (Steph.) Phil. 50. Append.
Stephonius (Bernh.) Jes. 20.
Stephanowski (Hier.) Jes. 6.
Stephensonus (Thom.) Jes. 24.
Stevartius (Petrus) Theol. 21.
Steward (Rich.) Theol. 52.
Steuberus (Joh.) Theol. 43.
Steudorus (Joh.) Theol. 66.
Stermont (Jac.) Theol. 65.
Stiernsträle (Ericus) Nobil. 86.
Stiernhöök (Joh.) Nobilis 75.
Stiernskild (Phil. Baro 65.
Stibigk (Andr.) S. J. 69.
Stigzebius (Laur.) Archiepisc. 76.
Stockius (Rich.) Theol. 26.
Stockmannus (Joach.) Med. 53.
Stolbergius (Balth.) Phil. 84.
Storkau (Joh. Christoph.) Theol. 74.
Stölzlin (Bonif.) Theol. 77.
Stougardius (Christianus) Med. 45.
Stossius (Balth.) Theol. 86.
Stoz (Georg.) Jes. 34.
Stoinius (Joh.) Eques 54.
Stolterfohtus (Jac.) Theol. 68.
Stöcken (Christ. à) Theol. 84.
— (Gerh. à) J. C. 82.
Stougardius (Christ.) Med. 45.
Strasburg (Abel) J. C. 6.
Strauch (Rudolphus à) Miles 81.
Strauchius (Ægid.) Theol. 57.
— (Ægid.) Theol. 82.
— (August.) J. C. 74.
— (Joh.) J. C. 39.
— (Joh.) J. C. 79.
Strada (Famianus) Jes. 49.
Stratius (Jac.) Jes. 34.
Streubergerus (Aurel.) Theol. 12.
Strengelius (Georg.) Jes. 51.
Streithagen (Pet.) Theol. 54.
Streson (Casp.) Theol. 64.
Stregnensis (Ericus) Nobil. 86.
Strigenitius (Greg.) Theol. 3.
Strode (Guil.) Theol. 44.
Stromerus (Joh.) J. C. 7.
Strubius (Henr.) Theol. 29.
Struborgius (Joh.) Phil. 45.
Stuckius (Joh. Guil.) Theol. 7.
— (Joh. Rud. Theol. 60.
— (Joh.) J. C. 53.
Stupanus (Emman.) Med. 64.
— (Joh. Nicol.) Med. 21.
Sturmius (Casp.) Theol. 25.
— (Wencesl.) Jes. 1.
Sturzius (Azar.) J. C. & Hist. 27.
— (Christoph.) J. C. 2.
Stumpffius (Joh.) Theol. 32.
— (Joh.) Phil. 40.
Stuckey (Nath.) 78.
Stubæus (Ivarus) Phil. 10. rectius 11.
Suaningius (Joh.) Archiepisc. 68.
— (Joh.) Theol. 76. in Append.
Suarinus (Abrah.) Theol. 15.
Stypmannus (Franc.) J. C. 50.
Suarez (Ferdin.) Ord. Carmel. 64.
— (Franc.) Jes. 17.
— (Jac.) Ord. Franc. 14.
Sucquet (Anton.) Jes. 26.
Suerius (Emman.) Eques 29.
Suevus (Casp.) Phil. 25.
— (Gothofr.) J. C. 59.
— (Joh.) J. C. 34.
Suevezelius (Phil.) Jes. 13.
Suffren (Joh.) S. J. 41.
Sultzbergerus (Sigism.) Med. 75.
Superantius (Lazarus) Patric. 2.
Snudelius (Jonas) Phil. 75.
Surius (Joh.) Jes. 31.
Surinus (Jos.) Jes. 65.
Susius (Nicol.) S. J. 19.
Suterus (Joh. Casp.) Theol. 55.
Sutton (Thom.) Theol. 31.
Swetnamus (Joh.) S. J. 22.
Swellingus (Joh. Petrus) Musicus 21.
Swertius (Franc.) Phil. 29.
— (Joh.) Ord. Carthus 17.
— (Jacobus) Jes. 70.

INDEX.

Swetus (Joh.) Theol. 32.
Syrwid (Constant.) Jes. 31.
Sylvius (Franc. de la Bœ) Med. 72.
Sydenharn (Humphredus) Theol. 50.
Syenus (Arnoldus) Med. 78.
Szafaruius (Jac.) S. J. 1.
Szembek (Frid.) S. J. 44.
TAbor (Joh. Otto) J. C. 74.
Tabbertus (Matth.) Theol. 75.
Tackius (Joh.) Med. 75.
Tacquet (Andr.) Jes. 60.
Taddelius (Elias) Theol. 60.
Taffinus (Petrus) Jes. 50.
Tamburellus (Darius) S. J. 18.
Tamburinus (Thom.) S. J. 75.
Tana (Aloysius) Jes. 63.
Tancke (Dav.) Theol. 33.
— (Joach.) Med. 9.
Tandlerus (Tob.) Med. 17.
Tancredus (Vinc.) S. J. 59.
Tanfeldia (Elisab.) 39.
Tannerus (Adamus) Jes. 32.
Tarlatinus (Anton.) S. J. 65.
Tarnovius (Joh.) Theol. 29.
— (Paulus) Theol. 33.
Tappia (Carolus de) J. C. 44.
— (Petrus de) Ord. Domin. 57.
Tappius (Jacobus) Med. 80.
Tassius (Joh. Ad.) Mathem. 54.
Taubmannus (Christianus) J. C. 51.
— (Frid.) Poëta 13.
Tausch (Casp.) S. J. 46.
Taurellus (Nicol.) Med. 6.
Taurusius (Fr. Maria) Cardin. 8.
Taufrerus (Joh.) Theol. 17.
Taylor (Guil.) Theol. 61.
— (Jerem.) Episc. 67.
Tectander (Henr. Theol. 10.
Teckenburgius (Joh.) Theol. 67.
Tedeschius (Octav.) Jes. 72.
Tellerus (Abrah.) Theol. 58.
Tellez (Barthol.) S J. 75.
— (Gabr.) Theol. 50.
Tem (Ludov. de) Theol. 22.
Tengnagelius (Sebast.) J. C. 36.
Tentzelius (Jac.) Theol. 85.
Terentius (Joh.) S. J. 30.
Terserus (Joh. Elai) Episc. 78.
— (Uno Joh.) Philol. 75.
Teschenmacherus (Engelb.) Med. 49.
— (Wernerus) 38.
Terry (Edoardus) Phil. 60.
Tesmarus (Joh.) Phil. 41.
Tetsch (Cristoph.) J. C. 67.
Texada (August.) Theol. 35.
Teylingem (August. de) S. J. 65.
Thauvonius (Abrah.) Episc. 79.
Theophilus (Nicol. J. C. 4.
Theodoricus (Joh.) S. J. 10.
— (Petrus) J. C. 40.
Theodoretus (Joh. Arcerius) 4.
Theobelcius (Alb.) Jes. 11.
Thermenus (Vinc. Steph.) Theol. 21.
Theronus (Vestalis) Jes. 57.
Thesaurus (Car. Anton.) J. C. & Theol. 55.
Thevartius (Jac.) Med. 70.
Thevenotius (Mich. Melchid.) Math. 67.
Theil (Joh.) Phil. 79.
Theyer (Joh.) Theol. 73.
Thiardæus (Pontus) Episc. 5. in Append.
Thilo (Joh. Alb.) Theol. 83.
— (Valent.) J. C. 12.
— (Valent.) Orat. 62.
Thiemen (Adr. Rokarts à) J. C. 69.
Thoma (Joh. à S.) Ord. Domin. 44.
— (Leo à S.) Ord. Bened. 51.
Thomæ (Joh.) J. C. 79.
Thomasius (Jacobus) Phil. 84.
Thornborough (Joh.) Episc. 41.
Thorne (Guil) Theol. 29.
Thuanus (Jac. Augustus) Polyhist. 17.
Thuilius (Joh.) Orat. 30.
Thumius (Theod.) Theol. 30.
Thunderus (Henr.) Jes. 38.
Thuronius (Andr.) Phil. 65.
Thurianus (Joh.) S. J. 74.
Thysius (Anton.) Theol. 40.
Tidicæus (Franc.) Med. 17.
Tilemannus (Tob.) Phil. 14.
Tilesius (Nathan.) Theol. 16.

—(Melch.

— (Melch.) Phil. 3. Append.
Timæus (Joh.) J. C. 53.
— (Joh.) J. C. 37.
— (Balth.) à Guldenklee, Med. 67.
Tinctorius (Christoph.) Med. 62.
Tiphanus (Claudius) Jes. 41.
Tirinus (Jac.) Jes. 36.
Titius (Casp.) Theol. 56.
— (Gerh.) Theol. 81.
— (Joh.) J. C. 78.
— (Petrus) Theol. 13. in Append.
Tolgsdorff (Ertmannus) Jes. 20.
Tölmannus (Simon) J. C. 30.
Tomasinus (Paulus) J. C. 43.
Tonsor (Joh. Henr.) Theol. 49.
Tooker (Guil.) Theol. 20.
Tormius (Ericus Olai) Theol. 67.
Torniellus (August.) Patric. 20.
Tordesillas (Ant. de Herrera) Hist. 25.
Torres (Alphonsus de) Theol. 4.
— (Hier.) Jes. 11.
— (Fac. de) Ord. Bened. 40.
— (Ludov. de) Jes. 35.
— (Joh. Durandus) J. C. 62.
— (Melch. Rodriq. de) Episc. 44.
Tossanus (Dan.) Theol. 2.
— (Paulus) Theol. 18.
Tott (Brigitta) Fœmina docta 62.
Towers (Guil.) Theol. 65.
Tozer (Henr.) Theol. 50.
Trapp (Joh.) Theol. 69.
Trasmiera (Didacus Garz. de) Episc. 61.
Trelcatius (Luc.) Theol. 2.
— (Luc.) Theol. 7.
Treunerus (Joh. Christ.) Phil. 81.
Treutlerus (Hieron.) J. C. 7.
Trew (Abdias) Phil. 67.
Tribaldos (Ludov.) Phil. 34.
Trieu (Phil. du) Theol. 45.
Trigautius (Nicol.) Jes. 28.
Triglandius (Jac.) Theol. 54.
Trostius (Mart.) Philol. 36.
Trotta (Joh. Bapt.) Jes. 56.
Trygophorus (Caleb.) Phil. 13.
— (Joh.) Phil. 26.
Tscherningus (Andr.) Poëta 59.
Tuckermannus (Pet.) Theol. 51.
Tufo (Octav. de) Jes. 39.
Tuldenus (Diodorus) J. C. 45.
— (Nicol.) J. C. 9.
Tulsnerus (Gregor.) J. C. 72.
Tunander (Nicol.) Theol. 79.
Tuningius (Gerh.) J. C. 10.
Tuntzelius (Wolf. Ern.) Theol. 62.
Tuppius (Laur.) J. C. 14.
Turegrano (Did. de) Ord. Carmel. 55.
Turnebulus (Georg.) Jes. 33.
Turnhaut (Joh. Lantf. à) Phil. 11.
Turnovius (Joh.) Theol. 29.
— (Theoph.) Theol. 8.
Tursellinus (Horatius) S. J. 9.
Tuschus (Domin.) Cardin. 21.
Twebornius (Petrus Ern.) Theol. 75.
Twissus (Guil.) Theol. 45.
Twyne (Thom.) Med. & Phil. 13.
Twynus (Brianus) Theol. & Phil. 44.
Tyardæus (Cyrus) Episc. 24.
Tydæus (Jac.) Philos. 55.
Typotius (Jacobus) J. C. 0.
Tyskevicius (Georg.) Jes. 25.
VAenius (Otho) Pictor 29.
Vagetius (Joach.) Phil. 13. Append.
— (Henr.) Phil. 59.
Vagnonius (Alphonsus) Jes. 40.
Vair (Guil. du) Episc. 21. in Append.
Vaillant (Florent.) S. J. 52.
Valckenier (Joh.) Theol. 70.
Valderrama (Pet. de) Eremita 11.
Valdivia (Ludov. de) Jes. 42.
Valente (Franc. de) Jes. 62.
Valentia (Greg. de) Theol. 3.
— (Mich. de) J. C. 51.
Valentinus (Ant.) Jes. 11.
Valerius (August.) Cardin. 6.
Valesius (Henr.) Histor. 76.
Valignanus (Alex.) S. J. 6.
Valle (Franc. Garria de) Jes. 56.
— (Petrus della) Nobil. 52.
Vallensis (Andr.) J. C. 36.
Vallius (Joh. Bapt.) Philol. 34.

—(Laur.)

—— (Laur. Olai) Theol. 38.
—— (Paulus) S. J. 22.
Valtrinus (Joh. Ant.) Jeſ. 1.
Valvaſſor (Theod.) J. C. 59.
Varenbülerus (Nicol.) J. C. 4.
Varenius (Auguſtus) Theol. 84.
—— (Henr.) Theol. 35.
Varennes (Mar. Gilb. de) Jeſ. 60.
Vargas (Thom. Tam. de) 41.
Varſavienſis (Matth.) Jeſ. 52.
Varus (Ant.) Med 37.
Vaſarheli (Greg.) Jeſ. 23.
Vaſconzellius (Ant.) Jeſ. 22.
Vasquetz (Ant.) Theol. 30.
—— (Gabr.) S. J. 4.
—— (Alph.) de Miranda, Theol. 61.
—— (Marſil.) Theol. 11.
Vatier (Anton.) S. J. 59.
Vavaſſor (Franc.) S. J. 81.
Vaughan (Henr.) Theol. 61.
—— (Robertus) Hiſt. 66.
—— (Thom.) Med. 65.
Uchtmannus (Alardus) Philol. 80.
Vechnerus (David) Phil. 31.
—— (Georg.) Theol. 47.
Udenius (Juſtus Chriſt.) Theol. 86.
Vega (Chriſtoph. de) Jeſ. 72.
—— (Emman. de) Jeſ. 8. & 48.
—— (Gabr. de) Jeſ. 5.
—— (Lupus Felix de) Theol. 35.
Vekenus (Franc.) S. J. 64.
Vela (Joſ.) J. C. 43.
Valatus (Joh. Bapt.) S. J. 2.
Velaſco (Acatius M. de) Epiſc. 65.
—— (Joh. Fern. de) Polit. 13.
Velasquez (Joh. Ant.) S. J. 69.
—— (Joh. Bapt. Valenz) Epiſc. 45.
Velez (Anton.) Jeſ. 9.
Velloſus (Luc.) S. J. 53.
Velſerus (Marcus) J. C. & Hiſt. 14.
Velſtenius (Henr.) Phil. 11.
Venner (Tobias) Med. 60.
Venuſinus (Joh. Jacobi) Phil. 8.
Vera (Joh. Ant. de) Com. 58.
Verelius (Olaus) Antiquar. 82.
Vereycken (Godefr.) Med. 35.
Vergas (Petrus) Jeſ. 31.
Verhel (Arnoldus) Phil. 64.
Vernulæus (Nicol.) Phil. 49.
Verpoorten (Wilh.) Theol. 86.
Verulamio (Franc. Baco de) Com. 26.
Veron (Car.) Ord. Auguſt. 38.
Veslingius (Joh.) Med. 49.
Veſtringius (Henr.) Theol. 50.
Vetter (Conr.) Jeſ. 22.
Vexionenſis (Jonas Magni) Epiſc. 51.
Vexionius (Mich.) Guldenſtolpe. J. C. 71.
Uffelius (Joh.) J. C. 17.
Uffelmannus (Henr.) Theol. 80.
Uffenbach (Pet.) Med. 35.
Ugolinus (Bern.) Jeſ. 48.
Ugniewski (Sim.) S. J. 47.
Via (Jac. Franc.) S. J. 71.
Viald (Georg.) Jeſ. 63.
Victoria (Joh. Pinto de) Ord. Carmel. 31.
Vidavius (Valent.) Theol. 1.
Vieta (Franc.) Mathem. 3.
Vietor (Hier.) Theol. 9.
—— (Joh.) Theol. 28.
—— (Theod.) Philoſ. 44.
Vicquefort (Adamus) Nobil. 82.
Vigelius (Nicol.) J. C. 0.
Vigerius (Franc.) Jeſ. 47.
Vignacurtius (Maxim.) J. C. 20.
Viguier (Anton.) Jeſ. 22.
Vignier (Jac.) Jeſ. 69.
Villanueva (Melch. de) S. J. 6.
Villalpando (Joh. Bapt.) Jeſ. 8.
—— (Bern. Cardillo) Ord. Ciſterc. 37.
Villegas (Bern. de) Jeſ. 53.
—— (Franc. de Quevedo) Eques 47.
—— (Jac. de) S. J. 32.
Vincentio (Greg. de S.) Jeſ. 67.
Vindingius (Eraſmus) J. C. & Hiſt. 84.
—— (Joh. Paul.) Theol. 55. App.
Vinnius (Arn.) J. C. 57.
Vinueſa (Ant. Rich.) J. C. 31.
Virey (Claudius Enoch) J. C. 36.
Virginius (Andr.) Theol. 46.

Viringus (Joh. Walth.) Jes. 22.
Virdungus (Mich.) Phil. 37.
Vischerus (Sam.) Theol. 0.
Visitatione (Christoph. a) Theol. 0.
Vismarus (Nicol.) Theol. 51.
Vitalis (Salvator) Theol. 47.
Vitellius (Regnerus) Phil. 18.
Vitus (Andr.) Jes. 55.
— (Rich.) J. C. 11.
Vivaldus (August.) Jes. 41.
Vivianus (Anton.) Jes. 3.
Uladeraccus (Christ.) Phil. 1.
ULDERICUS PRINCEPS DANIÆ 33.
Ulmerus (Joh. Conr.) Theol. 0.
Ulmus (Franc.) Med. 12.
Unanoa (Mart. Perez de) Jes. 60.
Ungebaur (Erasmus) J. C. 60.
Unchalius (Joh.) S. J. 8.
Unonius (Olaus) Phil. 66.
Unruhe (Erasmus) J. C. 28.
Untzerus (Matth.) Med. 24.
Unzueta (Gabr.) Poëta 58.
Unrath (Joh. Casp.) J. C. 50.
Voelius (Joh.) S. J. 10.
Voetius (Daniel) Phil. 75.
— (Gisb.) Theol. 76.
— (Paulus) J. C. 67.
Vogelius (Joh.) Phil. 63.
— (Martinus) Med. 75.
Voglerus (Gotfr.) Med. 24. in Append.
— (Valent. Henr.) Med. 77.
Vogt (Albertus) Theol. 76.
Voigtius (Casp.) J. C. 81.
— (Gothofr.) Phil. 82.
Voitus (Albertus) Phil. 6.
Volanus (Andr.) J. C. 10.
Volgnadius (Henr.) Med. 82.
Volckius (Joh.) Jes. 13.
Volckmarus (Henr.) J. C. 59.
Vondel (Justus) Poëta 79.
Volschovius (Joach.) J. C. 63.
— (Mœvius) Theol. 50.
Volckhardus (Alb.) Theol. 66.
Vorstius (Conr.) Theol. 22.
— (Adolfus) Med. 63.
— (Ælius Ever.) Med. 24.
— (Joh.) Phil. 76.
Vossius (Gerardus) Theol. 9.
— (Ger. Joh.) Phil. & Orat. 50.
Uredius (Oliverius) J. C. 42.
Uranxius (Corn. Columb.) Theol. 15.
Uremannus (Joh.) Jes. 20.
Ursinus (Benjamin) Math. 34.
— (Alex.) Cardin. 26.
— (Fulvius) Nobilis 0.
— (Joh.) Med. 13.
— (Joh.) Phil. 16.
— (Leonh.) Med. 63.
— (Joh. Henr.) Theol. 67.
— (Simon.) Theol. 44.
Ursis (Sabbat. de) Jes. 20.
URBANUS VIII. PONTIFEX ROMANUS 44.
Uson (Joh. Ant.) Jes. 38.
Vrosa (Fraylanus de) Theol. 48.
Utenhavius (Carolus) Orator 0.
Vrientius (Maxim.) Polit. 14.
Usserius (Jacobus) Archiepisc. 55.
Vulcanius (Bonav.) Phil. 14.
Vultejus (Herm.) J. C. 34.
Vulpius (Henr.) Phil. 46.
Vytenbogardus (Joh.) Theol. 9.
WAchmann (Joh.) J. C. 85
Wackius (Christoph.) J. C. 49.
Wadingus (Petrus) Jes. 44.
Wagnerus (Andr.) S. J. 38.
— (Joh.) Theol. 22.
— (Tobias) Theol. 80.
Wake (Jaacus) Eques 30.
Walkerus (Clem.) Armiger 50.
Walæus (Anton.) Theol. 39.
Wallæus (Theod.) Eremita 35.
Wallius (Ægid.) Theol. 3.
Waldungus (Joh. Wolfg.) Phil. 21.
Wallisferus (Christ. Thom.) Musicus 48. in Append.
— (Laur. Thom.) Phil. 31.
Walsingamus (Franc.) Jes. 47.
Waltonus (Brianus) Episc. 61.
Walpolus (Mich.) Jes. 20.

— (Rich.)

— (Rich.) Jes. 7.
Waltherus (Georg. Christ.) J. C. 56.
— (Joh.) Theol. 79.
— (Mich. Theol. 62.
— (Paulus) Theol. 41.
Waltschmidt (Bern.) Theol. 65.
Wandelmannus (Goth.) Jes. 54.
Wandalinus (Joh.) Episc. 75.
Wangnereckius (Henr.) S. J. 64.
— (Simon.) S. J. 57.
Wanckelius (Joh.) Histor. 16.
Wapy (Ludov.) Jes. 38.
Wardus (Samuel) Theol. 43.
Warfordus (Guil.) Jes. 8.
Waring (Robertus) Hist. 58.
Warmstrey (Thom.) Theol. 65.
Watts (Gilb.) Theol. 57.
Watsonius (Mich.) Phil. & Theol. 65.
Waserus (Casp.) Theol. 25.
Warcquier (Matth. Mart.) 42.
Weberus (Christianus) Theol. 64.
— (Ananias) Theol. 65.
— (Jerem.) Theol. 43.
— (Joh.) Theol. 53.
Webben (Georg.) Theol. 41.
Wegelinus (Thom.) Theol. 29.
Wegerus (Laur.) Phil. 29.
Wagnerus (Henn.) J. C. 36.
Weerdt (Jodocus de) J. C. 25.
Weicardus (Arn.) Med. 45.
Weidneccus (Joh.) Med. 12.
Weierus (Sigism.) Phil. 61.
Weinreichius (Georg.) Theol. 17.
— (Mart.) Phil. 9.
— (Thomas) Theol. 29.
Weinheimerus (Adam.) Theol. 66.
Weininger (Joh.) Theol. 29.
Weissius (Elias) Phil. 79.
— (Joh.) Phil. 83.
Weinmannus (Joh.) Theol 72.
Weitzius (Joh.) Phil. 42.
Weyer (Joh.) S. J. 75.
Weymsius (Steph.) J. C. 33.
Welser (Emmeranus) S. J. 18.
Weltherus (Joh. Ambr.) S. J. 19.
Welhammer (Christoph.) Theol. 46.
Wellerus (Jacobus) Theol. 64.
Welmannus (Henr.) Med 43.
Weslejus (Andr.) Histor. 16. Append.
Welschius (Georg. Hier.) Med. 77.
Wenckh (Gasp.) Jes. 34.
Wendlerus (Mich.) Theol. & Phil. 71.
Wengerscius (Andr.) Theol. 49.
Wendt (Joh.) Theol. 75.
Wens (Joh. Bapt.) Jes. 57.
Werdenhagen (Joh. Ang. à) J. C. 52.
Wernerus (Georg.) J. C. 71.
— (Samuel) Theol. 85.
Werenfelsius (Joh. Jac.) Theol. 55.
Weringa (Thaddæus) Jes. 70.
Werenbergius (Bern.) Phil. 43.
— (Jacobus) Theol. 24.
Werpæus (Carolus) Jes. 66.
Wencelius (Andr.) Theol. 13. Append.
Wesenbecius (Joh.) Theol. 12.
— (Petrus) J. C. 3.
Westerburgius (Joh.) Phil. 36.
Westmannus (Nicol.) Theol. 70.
Weston (Edoardus) Theol. 23.
Westerfeldius (Joh. Marc.) Theol. 78.
Westphaling (Herb.) Theol. 2.
Wetstenius (J. Rod.) Theol. 85.
Wetzelius (Joh.) Theol. 41.
Whatlejus (Guil.) Theol. 39.
Whear (Degoreus) Phil. 47.
Whelocus (Abr.) Phil. 54.
White (Joh.) Theol. 48.
Wiburgius (Joh. Jani) Theol. 82.
Wiederus (Joh. Christ.) Phil. 77.
— (Phil. Erar.) Theol. 84.
Wibelius (Joach.) J. C. 53.
Wickius (Henr.) Phil. 26.
Wichelmannus (Hartvicus) Phil. 47.
Wideburgius (Henr.) Theol. 48.
Widmarus (Andr.) Phil. 21.
Wielen (Joh. Stalp.) J. C. 30
Wielewicki (Joh.) S. J. 39.
Wijurkojalowicz (Casim.) Jes. 74.
Wigandus (Andr.) Theol. 74.
Wild (Georg.) Episc. 65.

Willebrandius (Matth.) Theol. 57.
WILHELMUS II. DUX SAXONIÆ 62.
WILH. V. HASSIÆ LANDGR. 37. & in Append.
Wilhelmus (Petrus) Theol. 42.
Winckelius (Gilb.) S. J. 21.
Winckelmannus (Joh.) Theol. 26.
Winnemarus (Jac.) Theol. 68.
Willen (Joach.) Theol. 41.
Willetus (Andr.) Theol. 21.
Willenbergerus (Barth.) J. C. 56.
Willis (Thom.) Med. 75.
Willius (Joach.) Theol. 41.
Willius (Balth.) Theol. 56.
— (Joach.) Philos. 40.
Williams (Joh.) Theol. 13.
Winding (Pet.) J. C. 84.
Wilson (Athurus) Mathem. 52.
Wintershoven (Joh.) Jes. 25.
Winsemius (Pierius) J. C. & Orat. 44.
Windsore (Milesius) Phil. 24.
Wingate (Edm.) J. C. & Math. 56.
Winstrupius (Petrus) Episc. 79.
— (Petrus Joh.) Episc. 14.
Wincklerus (Abrah.) Theol. 57.
Wiggers (Joh.) Theol. 39.
Wielen (Joh. Stalpaldus van der) Theol. & J. C. 30.
Wilkins (Joh.) Theol. 72.
Wiltheim (Joh. Wilh.) Jes. 36.
— (Hubertus) S. J. 65.
Winter (Georg.) Theol. 61.
— (Georg. Valent.) J. C. 23.
— (Joh.) Theol. 29.
Wintziger (Andr.) Theol. 31.
Wirtzius (Joh.) Theol. 58.
Wirthius (Georg.) Med. 13.
— (Mich.) J. C. 11.
Witte (August. de) 37.
— (Nicol.) à Lillenau, Med. 88.
— (Joh. de) Theol. 84.
— (Petrus de) Theol. 69.
— (Theod. de) Phil. 30.
Wittebort (Maxim.) J. C. 24.
Witweiler (Georg.) Jes. 33.
Witekindus (Herm.) Phil. 2.
Wissenbachius (Joh. Jac.) J. C. 65.
Wissowatius (Andr.) Eques 78.
Witzleben (Georg.) Theol. 76.
Wither (Georg.) Poëta & Miles 67.
Wittichius (Christoph.) Theol. 87.
Witzendorffius (Wilh.) Theol. 46.
Witfeld (Petrus) S. J. 57.
Wirdig (Sebast.) Med. 87.
Wolderus (Martinus) Theol. 57.
— (Theod.) J. C. 72.
Wokiciewicz (Sev.) Jes. 58.
Woldenbergius (Christianus) J. C. 74.
Wolffius (Joh.) J. C. 0.
— (Joh.) Med. 16.
— (Joh. Jac.) Phil. 41.
— (Joh. Uldr.) J. C. 24.
— (Jacobus Jac.) Theol. 35.
— (Mich.) Phil. 23.
— (Phil. Jac.) J. C. 81.
Woodcock (Franc.) Theol. 51.
Wolzogenius (Ludov.) Baro 58.
Wollebius (Joh.) Theol. 29.
Wolfrumus (Vitus) Theol. 26.
Wolffstrigel (Laurent.) Med. 71.
Worthington (Th.) Theol. 26.
Wotton (Henr.) Eques 39.
Worthingtonus (Laur.) S. J. 35.
Woverius (Joh.) J. C. 12. & 35.
— (Ludov.) 24.
Wrightus (Guil.) Jes. 39.
Wudrian (Valent.) Theol. 25.
Wulfferus (Daniel) Theol. 85.
Wurffbain (Leonh.) J. C. 54.
Wysing (Nicol.) Jes. 72.
Wysse (Felix) Theol. 66.
Wysocki (Sim.) S. J. 22.
Wyssius (Joh. Casp.) Phil. & Theol. 59.

XAverius (Hier.) Jes. 17.
Xarque (Joh. Ant.) S. J. 66.
Ximenius (Pet.) S. J. 33.
Ximenez (Valer.) Carmel. 34.
Yelvertan (Henr.) Baronettus 70.

Zacutus

Zacutus (Judæus,) 43.
Zabelius (Joh.) J. C. 38.
Zaboronius (Jac.) Theol. 21.
Zambertus (Car.) J. C. & Theol. 50.
Zamelius (Frid.) J. C. & Poëta 47.
Zamora (Casp. de) Jes. 21.
— (Laur. de) Theol. 14.
Zaluski (Luc.) Jes. 73.
Zanardus (Mich.) 42.
Zanonius (Jac.) Med. 82.
— (Bern.) Jes. 20.
Zapata (Ant.) Cardin. 35.
Zazus (Joh.) Theol. 23.
Zeæmannus (Georg.) Theol. 38.
Zebrazynthius (Jac.) Episc. 42.
Zechendorffius (Joh.) Philol. 62.
Zehnerus (Joach.) Theol. 12.
— (Sam.) Theol. 35.
Zeisius (Matth.) Med. 7.
Zeidlerus (Joh.) Med. 45.
— (Melch.) Theol. 86.
Zeilerus (Mart.) Histor. 61.
Zeisoldus (Joh.) Philos. 67.
Zehenter (Paulus) S. J. 48.
Zellerus (Christoph.) Theol. 69.
Zepperus (Otto Phil.) J. C. 66.
Zevecotius (Jac.) J. C. & Hist. 42.
Zapfius (Gothofr.) Phil. 64.
— (Nicol.) Theol. 72.
Zieglerus (Casp.) J. C. 57.
— (Rein.) Jes. 36.
Zimmermannus (Christianus) Theol. 65.
— (Petrus) Theol. 56.
Zinckgreffius (Jul. Wilh.) J. C. 35.
Zinzerlingius (Joh. Bern.) Poëta 69.
Zeschius (Wilh.) Theol. 82.
Zœsius (Nicol.) J. C. 25.
— (Henr.) J. C. 27.
Zoes (Gerh.) S. J. 28.
Zopffius (Joh. Casp.) Theol. 82.
Zouchius (Rich.) J. C. 60.
Zuichius (Nic.) Jes. 70.
— (Barthol.) Polit. 31.
Zuberus (Matth.) Poëta 23.
Zuerius (Phil.) J. C. 6.
Zwelferus (Joh.) Med. 68.
Zwickerus (Daniel) Med. 78.
Zwingerus (Jacobus) Med. 10.
— (Theod.) Theol. 54.
Zunniger (Joh. Ant. de) Comes 58.
Zylius (Otto) S. J. 50.

Nomina in hoc Indice omissa.

Craane (Theod.) Med. 88.
Dietherrus (Christoph. Ludov.) J. C. 86. App.
Elsholtius (Joh. Sigism.) Med. 88.
Gravius (Matth.) Philos. 83. in Append.
Möllerus (Salom.) Theol. 87. in Append.
Olearius (Adamus) Math. 71.
Schultze (Bernh.) J. C. 87. in Append.
Waldschmidius (Phil. Jac.) Med. 86. App.

Ad L. B.

Quoniam haud ita pridem ex Literis Intimorum intellexi, aliqua, à Viris Excellentissimis edita, esse omissa, hic annectere volui.

Obiit *ANNO* 1671.

22. Febr. ADAMUS OLEARIUS, *Germanus*, Ascanius Saxo, Phil. Magister, Collegii Principum Majoris Lipsiæ collegiatus, tum Ducis Holsatiæ in legatione ad Moschos, Tartaros ac Persas Secretarius, redux dicti Principis Mathematicus Aulicus & Bibliothecæ Præfectus, nec non Consiliarius, in Societate Fructifera der Viel-

Obiit *ANNO* 1671.

Bemühete dictus, æt. 72. Composuit *Itinerarium Persicum: Persicum Rosetum: Descriptionem Cameræ artificialis Gottorpensis: Epitomen Chronicæ Holsatiæ ab anno* 1448. *ad* 1663: *Novam delineationem Wolgæ fluvii, olim Rha dicti* &c. Edidit quoq; *Pauli Flemingi Epigrammata Posthuma.*

ANNO 1683.

MATTHIAS GRUVIUS, *Germanus*, Pomeranus, Phil. Mag. Log. & Metaph. in Acad. Erfurtensi Professor, Facult. suæ Senior, æt. 60. Vulgavit *Ethicam*: *Politicam*: *Oeconomicam*: *Metaphysicam*: *Geometriam*: *Arithmeticam*: *Tractatum de una in uno homine Anima Sperlingium vindicatum contra Henningium Volckmarum*: *Dispp. varias* &c.

ANNO 1686.

— April. PHIL. JACOBUS WALDSCHMIDIUS, *Germanus*, Mœno-Francofurtanus, Med. Doctor, ejusq; in patria Practicus, æt. 48. cælebs. Ex Gallico Germanicè interpretatus est *Historiam Naturalis Theriacæ Andromachi*.

CHRISTOPH. LUDOVICUS DIETHERRUS, *Germanus*, Patricius Norimbergensis, J. U. Doctor, & Reip. patriæ Advocatus, æt. 67. Edidit *Tractatum Petri Rebuffi de Decimis*: *Orationes V. varii argumenti*: *Aureum Seculum*: *Itinerarium Mich. Hammersamii in Indiam occidentalem*: *Tract. de amore præmatura*: *Consilia Adoptiva Casp. Klockii*: *Umbram Stubenbergianam*: *Christoph. Besoldi Thesaurum Practicum cum additamentis*: *Orbem novum Literatorum detectum, sive continuationem Besoldianam*: *Disp. de Stylo Curiæ*: *Continuatio speculi Speidelian*: *fol.*

ANNO 1687.

19. Jun. SALOMON MöLLERUS, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, in patria primùm ad Ædem SS. Trinit. Ecclesiastes, dein ad S. Joh. Pastor, æt. 46. Reliquit *Conciones aliquot funebres*, & forsan alia.

— Decemb. BERNHARDUS SCHULTZE, *Germanus*, J. U. Doctor, primùm in Acad. Rinthelensi juris Professor & Consiliarius Schaumburgicus, deinde in Acad. Kiloniensi Prof. Primarius & Pro-Cancellarius. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de bonis Ecclesiasticis*: *de Pactione Pacis*: *De alienatione bonorum Ecclesiasticorum*: *De Constitutionibus Principum*: *De probatione Filiationis*: *De præcepto Decalogi, non occides*: *De non mœchaberis*: *De non furtum facies*: *De jure naturali*: *De Judæis*: *De pœna gladii in criminibus, exasperanda & mitiganda*: *De oppositione tertii, sive de jure Interventionis*: *De jure Retentionis*: *De Traditione ficta*: *De Condictione indebiti*: *De Urpheda*: *De beneficio Competentiæ*: *De jure Retractus lineari sive gentilitio*: *De Induciis Belli* &c.





